Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Reserve
31237

FLAVII IOSEPHI, PATRIA HIEROSOLY-
mitani, religione Iudæi, inter Græcos hiſtoriographos, cum
primis facundi, opera quædam RVFFINO preſby-
tero interprete, in quibus poſt ultimam aliorum
æditionem, loca nec pauca, nec omnino le-
uis momenti ex uetuſtiſſimorum co-
dicum collatione reſtituta
comperies lector.

Catalogum operum, indicabit proxima pagella.

BASILEAE APVD IO. FROBENIVM.
ANNO M. D. XXIIII.
MENSE SEPTEMBRI.

Αρχαιολογίας τ' Ἰουδαικῆς, id est, de antiquitatibus Iudæorum. Lib. xx.

πολέμου Ἰουδαικοῦ, id est, de bello Iudaico. Lib. VII.

Αρχαιότητος, id est, de antiquitatibus contra Appionem grammaticum Alexandrinum.

περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, id est, de Imperatrice ratione, quo libro tradit mortem septem fratrum Machabæorum & matris.

DEcreueram Ioſephum inter hiſtoriographos non infimi nominis, in publicam ſtudioſorũ utilitatem aliquãto quàm hactenus fuit emendatiorem, ornatioremq; dare in lucem: eiusq; rei iam ſpem præbueramus ædito ueluti chirographo, ſed alius anteuertit, cuius induſtriã adeo nõ damnamus, utcunq; damnoſam nobis, ut uehementer etiã gaudeamus hanc commoditatem ſtudioſorum rebus acceſſiſſe. Quum enim is autor haberetur prodigioſe deprauatus, is qui nos anteuertit, non pauca loca ſanè feliciter reſtituit: Verum ut nos publicam ſtudioſorum utilitatem præferentes noſtris priuatis commodis, nõ inuidemus iſs qui quod deſtinaueramus occuparunt, ita par eſt, ut illi uiciſſim noſtrã induſtriam boni conſulant: ſi nos nõ æmulatione, quam neſcit cãdor animi noſtri, ſed fidem noſtram quam pridem lectori obſtrinximus liberare cupientes, utilitatem ab aliis datam, noſtro ſtudio cumulamus. Nõ enim per nos decedit priori ſua laus, ſed publicis ſtudiis multum utilitatis accedit. Sic enim deprauatus erat Ioſephus, ut Augiæ ſtabulum diceres exhauriẽdum, cui labori non unus ſufficeret Hercules. Demiror autem iſtorum impudentiam, qui ſic temere cõtaminant magnos autores, addentes, detrahentes, inuertentes, mutãtes ſcripturam, utcunq; uiſum fuerit, quaſi non magna religio debeatur excellentium uirorum monumẽtis. Multa enim ſic erãt immutata, ut res ipſa declararet id non accidiſſe caſu, ſed data opera factum, ab ſciolo quopiam. Huius rei proferam ex multis exemplum unum. Aeditio quam nuper nobis dedit Colonia Agrippina, ſic habebat in fine libri, τῆς ἀρχαιολογίας ſecũdi. Poſtea uero armis Aegyptiorum per fluctus & uiolentiam uentorũ allatis exercitibus Hebræorũ, Moſes & hoc arbitratus dei permiſſione factum cũ exeunt colligẽtes hæc, & his Hebræorum muniens exercitum duxit eos per deſertum, illic immolaturus deo, & pro ſalute &c. Cæterũ uetus exemplar quod nos in pleriſq; ſequuti ſumus, ſic habebat. Poſtea uero armis Aegyptiorum per fluctus uiolentia uentorum allatis exercitui Hebræorum, Moſes & hoc arbitratus dei permiſſione factũ, ut neq; armis egerent, hæc exijt colligẽs, Hebræoſq; his muniẽs, duxit eos per deſertũ ad mõtem Sina, illic immolaturus &c. Quanq; autẽ Ruffinus interpres non admodum tenax eſt caſtimoniæ Romani ſermonis, & nequaq; referens eloquẽtiam eius quem uertit, tamen quædam admixta comperio tam barbara, ut Ruffino tribui non poſſint. Huius quoq; rei ſi guſtum requiris lib. 19. pag. 556. ſic erat ſcriptum: Primum Germanis eſt agnita. Erant enim armigeri, æquiuocum gẽtis ſuæ Celticæ, habentes tacina, quorũ patriæ mos eſt importabili uti furore: ſicut Hiſpanis aut cæteris Barbaris, eo quod omnes eiuſmodi homines ratione minore ſint corporisq; robuſti, & impetu primo, quibuſcunq; congreſſi hoſtibus prævalentes, cum nõ haberent uirtutis diſcretionem pro utilitate cũctorum. Hæc nõnne σολοικότερα ſunt, quàm ut à Ruffino ſcripta uideantur? uix Epiphanio digna, qui fuit Ruffino longe deterior interpres. Atq; huiuſmodi tam multa occurrunt, ut mihi ſuboriatur ſuſpirio, quoſdam ſuos pannos alieno operi intertexuiſſe, aut hanc interpretationem non eſſe Ruffini, aut ſi eſt Ruffini, non eſſe illius cui certamen fuit cum Hieronymo, præſertim cum Gennadius diligenter & cũ fauore Ruffini ſcripta recenſens, huius trãslationis nullam omnino faciat mẽtionem. Iam longũ ſit recenſere quæ

loca ſint à nobis reſtituta. Comperiet eſſe non pauca ſi cui uacabit cõferre. Tamen unum atque alterum exempli gratia proferam. In præfatione librorum antiquitatum Iudaicarum, pro aperire, reſtituimus, apparere, & paulo poſt, propriã non adiecimus, uolũtatem. lib. 6. cap. 2. pro depoſito populo, repoſuimus, diſpoſito populo. eodẽ cap. pro ſecũdo in anno, reſtituimus, ſemel in anno. Item cap. 4. pro remeare, remanere. Lib. 7. cap. 2. pro cõuiuijs opulẽtiſſimis ſignatis, correximus, ſagi natis. Lib. 8. ca. 3. pro diuerſis hoſtiarũ cælaturis, mutauimus, diuerſis hiſtoriarum cælaturis. Cap. 7. pro equos & onagros mulas, emendauimus, onerigeras mulas. Rurſum ca. 13. pro paululũ, repoſuimus, pabulũ, qua quidẽ in dictione frequenter peccatũ erat. Lib. 9. ca. 4. pro obſeruãtes, obſerantes. ca. 11. pro proceras & innumerabiles, repoſuimus, proceras & inuincibiles. Lib. 10. cap. 1. pro ab illo diſinere, reſtituimus bello deſinere. Lib. 11. ca. 6. pro prudẽtibus uolens oſtẽdere, emẽdauimus, prandentibus u. o. Lib. 12. pro una nos ſpe, reſtituimus, uana ſpe. Lib. 13. cap. 8. pro rebus Syriæ, correximus, regibus Syriæ. Itẽ ca. 22. pro uis eripere, uis erigere. Li. 14. ca. 18. pro principatu cinctos, emendauimus, præire cunctos. Lib. 16. ca. 2. pro fictis diijs offerunt, reſtituimus, feſtis diebus offerunt. Atque ibidem, pro gens, genus. Lib. 17. ca. 6. pro accuſatiõibus primis adibilẽ, ex uetuſto exẽplari reſtituimus, plurimis odibilẽ. ca. 9. pro iaculari, repoſuimus, iugulari. cap. 11. pro memoratũ, proferrent, repoſuimus, memoratũ teſtamẽtum proferrẽt. cap. 13. addidimus hæc uerba quæ deerãt, q̃ illud quod poſteriore tempore factũ eſt. ca. eodẽ, pro cũcto ſcelere, repoſuimus, cũ tanto ſcelere. Item lib. 19. cap. 1. pro quæ cogitabantur, repoſuimus quæ cõtingebant. Rurſum belli Iudaici lib. 1. ca. 17. pro: Quos Cæſar uinxit, pater conſtituit, reſtituimus, quos Cæſar iunxit, pater inſtituit. Lib. 2. ca. 12. pro bipertitã regionem, repoſuimus, per totã regionẽ. Lib. 3. ca. 14. pro deniq; particula, reſtituimus, dei particula. ca. eodẽ, pro nequaq̃ dominos, neq̃ dominos. Lib. 7. ca. 6. pro una cũ, uacuũ. ca. 9. pro daturos, repoſuimus, duraturos. ca. 13. pro incerte, repoſuimus, in Ceſtiũ. ca. 14. pro Quũq̃ quod diceret nihil ſaperet, repoſuimus: Cumq̃ ibi quod diceret non haberet. Verum ne ego ineptus qui hæc perſequar, quorum non eſt numerus, itaq; deſinã, ne lectori tœdium pariam. In nominibus perſonarum, atq; in numeris incredibilẽ comperi diſſonantiam. Quid multis? ſic depraua tus eſt hic ſcriptor, ut niſi ad fidem Græcorũ codicũ, non poſſit ad plenũ reſtitui. Nos certe quod licuit præſtitimus, neq; pœnitendã opinor utilitatem attulimus: gratulaturi, ſi quis hac etiã maiorem adiecerit. Vbi nobis contigerit Græci codicis copia, cumulatius tuo uoto ſatisfaciemus optime lector. Interim quod damus eo candore accipe, quẽ promeretur apud bonos & gratos uiros is, qui ſedulo, noctes dieſq; deſudat promouẽdis bonis ſtudijs: cuiq; prior eſt ratio cõmunis omnium utilitatis, q̃ priuati lucri. Id quanq̃ in mei ordinis hominibus non cuiuis uidebitur probabile, tamen eſſe uerũ quod dico, teſtabuntur, qui me domeſtice norunt. Nos inuidemus nemini, neq; cuiq̃ ſuum quæſtum præripere ſtudemus. Quod ſi quis mihi uelit eſſe quod iuxta Hæſiodum figulo figulus: certet benefactis, & applaudemus etiam uictori. Bene uale. Ex ædibus noſtris Baſilcæ. ANNO M. D. XXIIII. III. Calend. Auguſti.

INDEX EO-
RVM, QVAE TOTO HOC opere continentur.

Aaron frater Mosis 55
Aaron quomodo sacerdotiũ susceperit 77
Aaron uirga frondẽte sacerdotio dignus noscitur 94
Aarõ mortuo successit Eleazarus filius 95
Abarim mons 115
Abiassarus sacrorũ uasorum custos 305
Abbreuiatur uita hominum 14
Abdagades dux 542
Abdemonis filius solutor quarundã quæstionum 230
Abdenago Azarias socius Danielis 296
Abdias & Achab Heliam quærentes 247
Abdicantur alienigenæ Leuitarũ & sacerdotum uxores 315
Abdimus Tyrius 238
Abdoilus 310
Abdon Israëlitarum princeps 138
Abel occisus à Cain fratre 5
Abela locus ad Iordanem 116
Abela patria Helisæi prophetæ 249
Abelmachia ciuitas 207
Abennerigus rex 574
Aber martyr Machabæus 865
Abia filius Samuelis 149
Abia mater Ezechiæ 277
Abias filius Roboam 198
Abias patris successor in regno 240
Abiæ oratio ad exercitũ Hieroboam 242
Abiæ uictoria 243
Abiæ mortuo succedit Asa 243
Abias rex Arabiæ 577
Abiathar filius Dauid 185
Abiathar filius Abimelech. 170
Abiathar traducit Saul tyrannidis 178
Abiathar pontifex 179. 191
Abiathar suffragatus Adoniæ ad regnum aspiranti 215
Abiathar sacerdotio priuatur 218
Abida filius Madian 22
Abiezer sacerdos 146
Abigail uxor Nabal, postea Dauid nupta 174
Abigea soror Dauid 202
Abihel auus Saul 158
Abila ciuitas quæ & Abela 804
Abimahel filius Iectan 15
Abimatadocus filius Nabuchodon. 299
Abimelech rex, riualis Abrahæ 19
Abimelech cũ Isaac amicitiam init 24
Abimelech filius Gedeonis fratricida 135
Abimelech occisus 137
Abimen filius Roboam 241
Abinadas gener Salomonis 220
Abirom de tribu Ruben 90
Abirom & Dathan uiui absorpti 95
Abisade collis 779. 785
Abisag adulescentula corpus Dauid senio frigidum calefecit 212
Abisai filius Saruiæ 174. 182
Abisai uictoria de Idumæis 191
Abisai conuiciantem Semei interficere uolens, prohibetur à Dauid 200
Abisai refragatur Semei ueniam precanti à Dauid 205
Abisai regẽ Dauid à morte protexit 208
Abisai nongẽtos uno die solus occidit 209
Abiud filius Aaron 77
Abiud igne concrematus 79
Abner filius Ner cognatus Saul 151. 181
Abner contra Ioab bella parat 182
Abner deficit ab Isboseth ad Dauid 185
Abner hortatur populũ ad defectionẽ 185
Abner à Ioab occisus, à Dauid lugetur 184
Abora oppidum 389
Aboracus oppidum 378
Abraham apud Græcos Abrahamus 12
Abraham decimus à Noë 14
Abraham quando genitus 14
Abrahæ genealogia, uirtus, profectio, eruditio, & cætera. fol. 14. 15. 16. & deinceps
Abran ciuitas 22
Absalom filius Dauid 185
Absalom sororis incestum ulcisci nisus 197
Absalom fugit in Gessur eodem
Absalom reuocatur à patre 198
Absalom pulcherrimus & cæsarie mirandus eodem
Absalom segetem Ioab incendit, & contra patrem conspirat 198
Asalom concubinas patris uiolat 200
Absalom ex arbore pẽdẽs confoditur 203
Absalom statua 203
Absalom socer & patruus Aristobuli secũdi à Romanis captus 397
Absamon occisus 690
Absanis princeps Israëlitarum 138
Abuma ciuitas 287
Acanthonaulon loci nomen 774

Acenchies regina 860
Accaron ciuitas Palæſtinæ 127
Accaron capta à Chananæis 131
Accuſatores Danielis obijciũt leonib⁹ 302
Accuſatio turbatorum libertatis, Iudæis à Romanis conceſſæ 457
Achab filius Amarin ſuccedit patri in regno 246
Achab increpat⁹ idololatriæ ab Helia 246
Achab cõtriſtatus ſup ira dei, quã cõtraxerat p. mortẽ Naboth, pœnitentiã agit 250
Achab Syros ſuperauit 251
Achab Adadũ inimicũ iſipiẽter recipit 252
Achab pugnaturus conſulit ſuos prophetas 253
Achab à pſeudopropheta perſuaſus cõtra Syros bella iterum mouet 254
Achab ſagitta in pulmone configitur 255
Achab ſuccedit Ochozias filius 255
Achamus princeps Samariæ 254
Achar furti reus occiditur 119
Achas martyr Machabæus 904
Achaz rex Hieroſolymorum 276
Achaz à Phaceia uictus 276
Achaz mortuo ſuccedit Ezechias 277
Achelamas uxor Amaſiæ, mater Oziæ 274
Achias ſacerdos 156
Achiæ prophetia ad Hieroboam 236. 241
Achil pater Ioſaphat 191
Achimaas filius Sadoch miniſter Dauid patri ſuccedit in pontificatu 1992. 03. 293
Achimas filius Berezel 206
Achimæ pater Ieſobos 209
Achimelech ſacerdos 168
Achimelech reſponſio ad Saul 169
Achimelech occiſus à Doech 170
Achimelech Gethæus 174
Achanomij conſiliũ ad Eſdram de abdicãdis alienis uxoribus 314
Achinadab gener Salomes & militiæ princeps 220
Achinoë uxor Dauid 174
Achis rex Geth 168
Achis parat bellum contra Hebræos 176
Achiſamach pater Oholiab 70
Achitob ſacerdos 157
Achitobi filius Aſophi 218
Achitophel cõſiliari⁹ Dauid defecit ad Abſalom 199
Achitophel ſe ſuſpendit 202
Aciabus Herodem ſeipſum interficere conantẽ, ab impietate abſtinuit 496
Aciabus contra Iudæam niſus 659
Acohin oppidum 661
Acra collis 785
Acrabata ciuitas 708
Acratheus eunuchus 520
Actipos ciuitas 125
Acuſilaus Argiuus 854
Ada uxor Eſau, filia Elomis 24. 32
Adadus filius Iſmaëlis 20
Adadus rex Damaſci & Syriæ uictus à Dauid 190
Adadus filius Adadi regis Syriæ bella mouet contra Achab 250
Adadus ab Achab uictus recipitur in gratiam 252
Adadus inimicus iterum factus uincit Achab 254
Adadus qui & Adher Heliſæo inſidiatus contra Ioram bella parat 260
Adam interpretatur rubeus 4
Adam præuaricationis mulctatus 5
Adam omnium rerum exterminationem prædixit 7
Adam uixit annos 930. 8
Adan ſagitta confixit Achab regem 255
Adad Idumæus contra regnum Salomonis niſus 235
Adar undecimus mẽſis Hebræorũ 116. 312
Adara filius regis Thou 190
Adaſa uicus 597
Adaſis uicus 558
Adbeelus filius Iſmaëlis 20
Adda præfectus equitũ in Hieroſol. 316
Addan filius Aſahel rex Syrorum, quẽ Biblia Benadab uocant 271
Adher moriturũ prædixit Heliſæus 265
Adida uicus 588
Adiſſa ciuitas 593
Adonai interpretatur dominus 126
Adonias filius Dauid 185
Adonias ambit regnum præparato conuiuio 212. 215
Adonias turbatus Salomone regnum adepto 214
Adonias ueniam precatus 214
Adonias ſibi Abiſag uxorem cupiens occiditur 218
Adonizebecho regi Bezechinorũ manus & pedes præciſi 126
Adoreon ciuitas 598
Adrazarus rex Sophene debellatus à Dauid 190
Adrazarus rex Syrorum cum Ammonitis uictus 195

Adurã ciuitas à Roboam ſtructa 239
Aduram filius lectam 15
Aduram præfectus tributorũ Dauid 208
Aduram procurator operariorum templi Salomonis inſtitutus 222
Aduram lapidatur 237
Aduẽtus ortygiarũ ad Hebr. in deſerto 65
Aduentus coturnicũ ad Iſraëlitas 86
Adulterium non faciendũ 84
Aedificium regiæ Salomonis 229
Aedificatio noui tẽpli Hieroſolymit. 452
Aedificatio noui tẽpli in Aegypto 365
Aedificatio, & deſcriptio tẽpli Salom. 221
Aegyptij olim Merſei dicti ſiue Meſrei 12
Aegyptiorum ueſania circa mulieres 15
Aegyptij legibus diſcordes 15
Aegyptus laudatur 685
Aegyptus hubertuoſa prouincia 24
Aegypto fames prænunciata 39
Aegypto præficitur Ioſeph 39
Aegyptijs fames inualeſcit 47
Aegyptij qntã frugũ partẽ ſoluũt regib⁹ 47
Aegyptiorũ odij in Hebræos origo 48
Aegyptiorum bellũ cõtra Aethiopes 51. 52
Aegyptiorũ dux Moſes factus 52
Aegyptiorum regi Moſes locutus pro dimittendo populo 56
Aegyptiorum peſſimæ paſſiones 56
Aegyptiorum inſecutio poſt Iſraël 59
Aegyptiorum reges uſq; ad ſocerum Salomonis Pharaones dicti 231
Aegyptus ſub Ptolemæo Sotere 329
Aegypti limites 767
Aegyptius quidam propheta uelut populi ſeductor occiſus 584
Aemilius Regulus autor cõſpirationis aduerſum Caligulam 548
Aenigmata Hiræ à Salomone ſoluta 230
Aeolij olim Eliſei 12
Aeſopus ſeruus Alexandræ tertiæ 430
Ætas, Seth, Enos, Cainæ, Mahelaleel, Iared, Henoch, Matuſalael, Lamech, Noë 78
Ætas Saræ 22
Ætas Iſaac 31
Ætas Ioſeph 48
Ætas Aaron 95
Ætas Moſi 116
Ætas Dauid 216
Ætas Iacob 48
Ætas Salomonis 236
Ætas Roboam 241
Aethiopes laudantur 685
Aethiopes olim Chuſæi 12
Afferema ciuitas 569
Africa olim Phut dicta 12
Agag rex Amalechitarum 159
Agag moritur in Galgalis 160
Agar ancilla concepit ex Abraham & peperit Iſmaël 17
Agar contempſit Saram eodem
Agar oblegata cum puero 20
Agatharchides hiſtoriographus 867
Ager Nabuthei 165
Ageſilaus 854
Aggari populi 318
Aggeus propheta 318
Agith uxor Dauid 185
Agla uxor Dauid eodem
Agme famula Iuliæ Auguſti coniugis 492
Agrippa maior.
Agrippa filius Ariſtobuli quarti 669
Agrippa Romæ ſuarũ rerũ prodigus Hieroſolymam redit æris alieni cõflator 525
Agrippa ob æs alienũ Tiberio inuiſus, iterum tamen amicus factus 527
Agrippa accuſat⁹ cõijcit in uincula 530. 669
Agrip. è uinculis ſolutus fit tetracha 533. 669
Agrippa accuſat Herodẽ quartũ 535
Agr. cõuiuiũ Caio Caligulæ præparatũ 538
Agrippa impetrat à Caligula, ne Iudæi ſtatuis erigendis moleſtentur 539
Agrippæ callidꝭtas ad Senatũ Rom. 564
Agrippæ nauigatio in Iudæam 566
Agrippæ aurea catena in templo ſuſpenſa quid ſignificet 567
Agrippa Iudæos ab iniuria Doritarum aſſerit, & ſacerdotes inſtituit 568
Agrippæ inimicitia cum Marſo 570
Agrippa omine bubonis mortem ſibi præſciuit 571
Agrippæ proles, cui etiam mortuo contumelia eſt illata 572
Agrippa ſecundus.
Agrippa Agrippæ maioris filius 481. 525
Agrippa Romæ à Cl. Cæſare nutritus 572
Agrippa Iudæorum cauſas cõtra Samaritas Romæ tutatus 582
Agrippa tetrarcha factus 582
Agrippæ contentio cõtra Iudæos ſuper parietis cuiuſdam erectione 586
Agrippa Cæſareã Philippi, Neroniam nominat 587
Agrippa Leuitis & hymnidicis cõcedit uſum lineæ ueſtis contra legem 588
Agrippæ oratio Iudæos ad parẽdum Romanis hortantis 682

Agrippa Hieroſolymis exulat 687
Agrippæ milites Iudæorum ſeditionem cõ preſſuri,cedere ſunt coacti 688.689
Agrippæ ſtudium de bello Iudæorum re/uocãdo fruſtratum 696
Agrippa filius Felicis 582
Agrippa filius Demetrij 582
Agrippias ciuitas,olim Anthedon 586
Agrippina mater Neronis 585
Agrippium Herodis ædes 630
Aichan pater Godoliæ 293
Ailath ciuitas 276
Aim uicus 763
Ain urbs 120
Alanorum eruptio in Mediam & Arme/niam 841
Albinus præſes Iudææ 676. 585
Albino in Iudæa præſidẽte,malorũ omniũ fuit impunitas 676
Alchimus Ioachim ſacerdos 356
Alchimi mors 358
Alcibiades dux 504
Alcion medicus 558
Alexander Macedo Lydiam,Ioniã,& Sy/riam prædauit 326
Alexãder Damaſcum,Sidonem, Tyrum, & Gazam expugnauit 327
Alexander Hieroſolymis honorifice exce/ptus 327.328
Alexandri ſomnium 328
Alexandri notabile uerbum ſacerdotẽ ho/norantis 328
Alexander deo ſacrificat 328
Alexãdri benignitas & cultꝰ in Iudæos 328
Alexãder tẽplũ Sanabalath ædificauit 329
Alexander ſecundus,Epiphanes,Balais.
Alexander Ptolemaida capit 362
Alexãdri epiſtola ad Ionathã Abbarõ 365
Alexander ducit Cleopatram filiam Ptole mæi Philometoris uxorem 365.366
Alexãder Ionathan Abbaron purpura in/duit 366
Alexander ſocero inſidiatus,fugit ad Cili/ciam 368
Alexãdri caput mittitur ad ſocerum 368
Alexandri filius bello ſuperat Demetrium Nicanorem 370
Alexander Zebennas,tertius.
Alexandri amicitia cum Hyrcano Ioan/ne 379
Alexãder occiſus ab Antiocho Grypo 379
Alexander Iamneus á Iudæis Cru/cida dictus,quartus
Alexander fratri Ariſtobulo maiori,ſucce dit in principatu 385
Alexander contra quos militarem expedi tionem diſpoſuerit 384.386
Alexandro contumelia irrogata 386
Alexander uictus à Demetrio Eucero 387.601
Alexander octingentos Iudæorum crucifi gi iubet 387.602
Alexander à Iudæis Crucida dicitur 387
Alexandri morientis conſilium ad Alexan dram uxorem 389
Alexander quintus Ariſtobuli ſe cundi filius.
Alexander Iudæam inuadit 398.607
Alexander bello contra Hyrcanum tertiũ & Antipatrum ſuperatus 398.607
Alexander Gabinio ſe tradit cum caſtel/lis 398.608
Alexander Romanos cõtumelia afficiẽs, ſuperatur à Gabinio 399
Alexandri mors 401.609
Alexander ſextus,filius Herodis primi ex Mariamne.
Alexãder Romã mittitur erudiẽdus 449
Alexander in patriam reuerſus, Glaphirã filiã regis Cappadocũ duxit uxorẽ 455
Alexander accuſatur à patre apud Augu/ſtum 460. 634.
Alexandri reſponſio ad accuſationem pa/tris 461.634.635
Alexander patri reconciliatur 462.635
Alexander comprehenditur 469
Alexander per delatores patri redditur in/uiſus 473
Alexandri afflictio 473
Alexander laqueo perimitur 478.645
Alexandri uxor ad patrem Archelaum re/uerſa 479
Alexander ſeptimus, Alabarchus 527.536
Alexander Theodori,octauus,Iudæorum legatus 408
Alexander nonus,rector Aegypti ſub Ne rone 679
Alexandrum ſextum quidam Iudæus ſe fi/mulans,Auguſti calliditate deprehenſus 510.511.665
Alexandri nomine aliquod proles de pro/genie Herodis dictæ 524.525.644.645
Alexander Polyhiſtor 22
Alexãder Dorothei,legatus Iudæorũ 402
Alexander Iaſonis,legatus Iudæorũ 402
Alexandra prima.

Alexandra

Alexandra Salome uxor Aristobuli maioris 385
Alexandra secunda.
Alexandra uxor Alexandri Iamneij 389
Alexandra rerum Iudææ potita eodem
Alexandræ mors 591. 604
Alexandra tertia.
Alexandra filia Hyrcani tertij, uxor Alexandri quinti 428
Alexandra Herodi primo indignata propter sacerdotium in alienigenas collatum 428
Alexandræ & Cleopatræ cõspiratio in Herodem primum 428
Alexandra patrem fugere suadet ab Herode 438
Alexandra ob temeritatem occisa 443
Alexandria Aegypti ciuitas 335
Alexandria laudatur 685
Alexandriæ reges Ptolemæi dicti 231
Alexandrini & Antiocheni apud Titũ & Vespasianum & M. Agrippam, cupiẽtes solui à iure cum Iudæis communi, repulsam sunt passi 338
Alexãdrinorum disceptatio cũ Iudæis 695
Alexandrium Iudææ castellum 390
Alexas Aegyptius 809
Alexas maritus Salomes 479
Alexas captiuos Iudæos soluit 497
Alisfragmutos rex 859
Altaria templi Salomonis 225
Amabec delator temeritatis Alexandriæ tertiæ 443
Amacos uxor Iazatis 574
Amadathus pater Aman 319
Amalech filius naturalis Eliphas 32
Amalechitis Iudmæa dicta 32
Amalechitarum bellum cum Hebræis 65
Amalechitæ uicti à Saul 159
Amalechitæ in Sicelech irruentes cæsi à Dauid 178
Aman insidiatus genti Iudæorum, patibulum Mardochæo parauit 319
Aman spe & consilio delusus accusatur ab Hester & patibulo suspenditur 325
Amanthias Galaadites 202
Amaramaus seditiosus Iudæus 573
Amarin rex Israëlitarum 245
Amasa princeps militiæ Dauid occisus à Ioab 206. 207
Amasias sacerdos 256
Amasias filius Ioæ primi rex Hierosolymorum 270
Amasias patrẽ ulciscitur, gloria elatus Idolatra factus 271
Amasias à Ioa secundo uictus, ab amicis occisus 272
Amasiæ succedit Ozias filius 275
Amasias priceps militiæ regis Phaceiæ 276
Amasias quæstor Iosiæ regis 285
Amath filius Chanaan 15
Amathæi populi 15. 123
Amathi prouincia 15
Amathi ciuitas 232
Amathetidis ciuitas 372
Amathus uicus & Iudææ ciuitas 516. 361
Amathus expugnatur 385
Amenosis rex 860
Amias mater Sedechiæ 288
Aminadab Leuita 147
Aminadab filius Iesse 161. 162
Aminadab filius Saul bello interijt 179
Aminadab architectus templi 310
Amital mater Ioachim 287
Ammiramis pater Mosi deum pro gente Israëlitarum exorat 49. 50
Ammiramis filius Caath 51
Ammon filius Lot 19
Ammon filius Dauid qui & Amnon 185
Ammon sororem Thamar adamatam stuprat 196
Ammonius contra Ptolemæum Philometorem insidiatus occiditur in habitu fœmineo 367
Ammonitæ populi 19
Ammonitæ Israëlitas opprimunt 137
Ammonitæ uicti à Saul 158
Ammonitæ contumelioſi in legatos Dauid 192
Ammonitæ cum Moabitis aduersus Iosaphat pugnaturi seipsos interimunt 253
Ammonitæ tributarij facti Oziæ secundo 274
Ammonitæ tributarij Ionathan 275
Ammonitæ subiguntur à Babyloniis 295
Ammonitæ uicti à Iuda Machabæo 352
Ammonitis regio 96
Amomi prouincia Carrorum ferax 574
Amon filius Manasse à suis occisus 284
Amorræus filius Chanaan 15
Amorræa regio septima pars terræ Chananæorum 117
Amorræorum terra Hebræi potiũtur 96
Amorræorum mons 242
Amphet ciuitas 145
Amraphelus dux Assyriorum 16

Amygdolon ſtagnum 798
Anacharſis philoſophi mors 891
Anaciris princeps Aſſyriorum cõtra Hieroſolymam 280
Anamim filius Meſraim 15
Ananelus ſacerdos ab Herode primo conſtitutus 428
Ananelus ſacerdotio priuatur 428
Ananelo ſacerdotium reſtituitur 431
Ananias ſocius Danielis aliâs Sidrach 296
Ananias filius Oniæ 380
Ananias doctor legis Moſeos 575
Ananias Nibidæus rex Chalcidis 579
Ananias pontifex cum fratre Ezechia occiſus 690
Ananias Seduci 691
Ananus pontifex poſt Iozarũ Boethi 515
Ananus ſacerdotio priuatur 516
Ananus pontifex 587
Ananus filius Ionathæ 697
Anani pontificis oratio de Zelotis cõquerentis ad populum in excidio Hieroſolymorum 744
Anani mors 752
Anath pater Sanagar 132
Anathoth patria Hieremiæ 289
Anathath uicus 708
Anaxagoræ philoſophi mors 890
Andreas primas cuſtodiæ Ptolemæi Philadelphi 330
Andronicus Meſſalanus p Iudæis cauſam agens cõtra Samaritas præualet 365
Andromachus aulicus Herodis 468
Aner amicus Abrahæ 17
Angeda ciuitas 708
Angeli mulieribus coëuntes 7
Angelos Ioſephus figuras nominat 26
Anianus 581
Anidius Gallus conſul Herode Hieroſolymam expugnante 426
Anilei & Aſinei conſpiratio cõtra Parthos & Babylonios 541. 543
Anilei uictoria & mors 544. 545
Anna mater Samuelis 144
Anna aliâs Chanam uicus 602
Annas pontifex 516
Anmarſuane menſis Hebræorum 7
Annus Iubileus 84
Annus Sabbaticus 406
Anthedon expugnata 386
Anthenio dux 627
Anthenio legatus 541
Anthocratorida ciuitas 515
Anni ab Adã uſq; ad reparationẽ tẽpli 222
Annius Rufus præſes Iudææ 516
Anteius occiſus 556
Autibas Iudæus à Fado occiſus 575
Antigonus poſt Alex. Aſiã apprehẽdit 329
Antigonus nauali prælio uictus à Ptolemæo rege 336
Antigonus filius Hyrcani Ioannis 380
Antigonus occiſus à fratre inſidias paſſus 382. 600
Antigonus Ariſtobuli ſecũdi filius Romã uinctus ducitur 397. 610
Antigoni accuſatio coram Cæſare contra Antipatrum & Hyrcanum tertium 402
Antigonus è Iudæa pellitur 415
Antigoni amicitia cum Lyſania 415
Antigoni expeditio cõtra Herodem adiuuantibus Parthis 415. 616. 617
Antigonus in Iudæam introductus 417
Antigonus Ioſippi fratris Herodis caput incidit 425. 625
Antigonus uinctus ducitur ad Marcũ Antonium 426. 625
Antigonus Antiochiæ occiſus 427. 626
Antiochia Syriæ metropolis 338
Antiochia à Græcis Scythopolis 375
Antiochia olim Mygdonia 576
Antioc. primus, Epiphanes dictus 363. 338
Antiochus Ptolemæũ Epiphanem & Scopum uicit 330
Antiocho nubit Cleopatra Ptolemæi Epiphanis filia 340
Antiochus fratris ſui ſucceſſor 346
Antioch. inſtituit ſacerdotẽ, in Aegyptum pfecturus Hieroſolymã deuaſtat 346. 596
Antioc. ad Perſida profectus, regni adminiſtrationem cõmiſit Lyſiæ cuidam 350
Antiochi effrena tyrannis in Machabæos martyres 857. 858
Antioch. infeliciter Elimaida obſedit 354
Antiochus moritur, filio Antiocho Eupatori regnum relinquens 355. 597
Antiochi & Macedonum audacia, Tito Hieroſolymam obſidente 797
Antiochus Comagenenſis rex, Agrippæ maioris gener factus 517. 572
Antiochus regno pulſus 840. 848
Antiochus ſecundus, Eupator dictus.
Antiochus contra Iudam 355
Antiochus obſeſſis in tẽplo fidẽ uiolat 356
Antiochus occiditur 357
Antiochus tertius, Theos dictus Alexandri ſecundi filius.

Antiochus

Antiochus Demetrium Nicanorem ſuperat 370
Antiochus à Tryphone tutore ſuo occiſus 375
Antiochus quartus Soter aliâs Pius.
Antiochus Demetrij Nicanoris frater Cleopatram fratriam ducit uxorem 376
Antiochus Tryphonem uicit 376
Antiochi perfidia & ingratitudo in Simonem Matathiam 376. 597. 598
Antiochus contra Hyrcanum Ioannem exercitum ducens, tandem cum eo amicitiam componit 377. 378
Antiochi laus 378
Antiochus in bello contra Parthos occiſus 378
Antiochus quintus, Cyzicenus.
Antiochus Antiochi Soteris filius, uincit ab Ariſtobulo Hyrcani Iohānis filio 380
Antiochus ſextus, Grypus Philometor.
Antiochus Demetrij Grypi filius cōtra Antiochum Cyzicenum 379
Antiochi mors 386
Antiochus ſeptimus filius Antiochi Cyziceni cum Antonio Pio profligauit Seleucum filium Antiochi Grypi 386
Antiochus octauus, qui & Liber pater.
Antiochus Antiochi Grypi filius Antiochum Cyzicenum proſtrauit 386
Antiochus contra Iudæam niſus occidi/tur 388
Antipater olim Antipas, pater Herodis primi, Hyrcano tertio amicus 392
Antipater & Hyrcanus tertius ad Aretam regem Arabum confugiunt 393. 604
Antipater legatus ad Pompeiū Magnum pro Hyrcano tertio 394
Antipatri uictoria de Aegyptijs 402. 610
Antipater tyrannidis accuſatus 402
Antipater præſes Iudææ factus 402
Antipater Iudæis inuiſus 404
Antipater ueneno interijt 411
Antipater ſecundus, filius Hero. primi 415
Antipater fratribus ex Mariamne genitis prælatus, Romā mittitur, Agrippæ commendatus 459. 460
Antipatri ſimulatio erga patrem 462
Antipater omnibus inuiſus, in patrem maleuolus, odij diſſimulator, uxorem ducit Ariſtobuli fratris filiam 635. 636. 640. 641
Antipatri odium in liberos fratrum 479
Antipatri & Pheroræ conſpiratio in Herodem 481, 645
Antipatri coniuratio quomodo prodita 483. 484. 646
Antipater ueneficij appellatur 484. 647
Antipater accuſatur à patre 487. 650
Antipatri excuſatio 488. 651
Antipater in uincula cōiectus culpā reijcit in Antiphilum 492
Antipater occiditur 496
Antipater filius Salomes ſecundæ 500
Antipater Gadijs occiſus ab Herode 445
Antipater Samarites Antipatrū ſecūdum ueneficij appellauit 485. 486. 647
Antipas filius Herodis 480. 644
Antipas tetrarcha factus 496
Antipater ambitionis notatur contra Archelaum fratrem pro regno certans 499. 500
Antipas regione trans Iordanem donatur 509
Antipater Iaſonis legatus Iudæorum 372
Antipas legatus Iudæorum 688
Antiphilus ueneficij & coniurationis reus contra Herodem 485
Antiphili epiſtola ad Antipatrum ſecundum, ab Herode deprehenſa 491
Antiquiſſimi Græcorum Chaldæis præceptoribus uſi 854.
Antiquitatis cognitio à Græcis non expetenda 855
Antonius dux 608
Antonius Hecatontarchus 725
Antonius contra Vitellium 769
Antonia uxor Druſi maioris 525
Antonia filia Claudij ex Petina 585
Antonia turris arx & caſtellum olim Baris 382. 630. 600. 603. 785
Antonia incenditur 689
Antoniæ fundamenta diruta 809
Anubis Aegyptiorū dei prætextu ſtuprum factum Romæ in templo Iſidis 519
Anxioramus filius Ioram ſacerdos 295
Aoth aſſertor Iſraëlitarum ab Eglon 132
Apachas rex 819
Apama concubina Darij 308
Apamea ciuitas 376. 435
Apathaſi uicus 745
Apellæos menſis Macedonum 315. 347
Apema arx 394
Apemus Tryphon 369
Aphaca ciuitas expugnata 728
Apheca ciuitas 251. 252
Apheci turris 696

Apher filius Madian 22
Apheran filius Abrahæ eodem
Aphrica unde dicta eodem
Apollinis templum Romæ impensis Augusti fundatum 507
Apollonia oppidum 389
Apollonius dux Samariæ 348
Apollonius Antiochi iudex occisus 549
Apollonius Titus à Ionatha Abbarõ uincitur 366. 367
Apollonius Alexandri legatus Iudæorum 379
Apollonius Molon 841. 850
Appellatio litium remittenda ad urbem sacram 107
Appio legatus Alexandrinorum Iudæos accusat 535
Appionis aliquot calumniæ & figmenta de Iudæis 877. 878. 879
Aquæ Gennisaron 371
Aquilas Caligulam gladio confodit 555
Aquilas præses Alexandriæ 566
Aquæ calidæ apud Amathunta 735
Aquileia ciuitas 460
Arabarchis quid significet 74
Arabanech sacra tunica eodem
Arabata ciuitas 395
Arabazacus Themasus 308
Arabes anno decimotertio circuncidun-tur 20
Arabia felix 22
Arabia ab Ismaëlitis culta 49
Arabum pugna cum Iudæis 434
Arabes Iudæorum legatos occidunt 435
Arabes uicti à Iudæis 437
Aracæus filius Chanaan 13
Aradius filius Chanaan eodem
Aradia insula eodem
Arachus pater Adrazari 190
Aradus ciuitas 386
Aramatha ciuitas 245. 264
Aram filius Sem 13
Aram frater Abrahæ 14
Arameni nunc Syri 13
Arax prouincia eodem
Arbela uicus 621
Arbores fructiferæ non incidendæ 113
Arca dei 75
Arca ciuitati Hierico circumlata muri conciderunt 118
Arca dei à Palæstinis capta 145
Arca bobus quoquò trahenda datur 147
Arca Betsamis deuenit eodem
Arca missa Chariathiarim in domũ Aminadab lata 147
Arca transfertur Hierosolymam 188
Arcam prophanis manibus attrectantes extinguebantur 146. 188
Arca templo Salomonis importatur 226
Arca tabulas Mosi conditas habuit 226
Arca nube circundatur eodem
Arcæ Noë reliquiæ in prouincia Carrorũ demonstrantur 524.
Arcæ ciuitas 834.
Arcades antiquitate non esse insignes 855
Arce ciuitas 13. 220
Arcarij principes militiæ Iosaphat 255
Archæ ciuitas (rectius forte dixeris, Arce) 123
Archelais uicus 511
Archelaus rex Cappadocum pater Glaphiræ 455. 634.
Archelaus herodis iram super filio & fratre mitigat 474. 639. 640
Archelaus conspirationis coram Herode se excusat 474.
Archelaus filius Herodis primi 480. 644.
Archelaus iniuste accusatur à fratre 486
Archelao legatur regnum à patre 497. 654
Archelai uerba ad populum sibi gratulantem 497. 655
Archelaus ob seditionem Iudæorum exortã ad Cæsarem nauigat 498. 499. 656
Archelai & Antipatri cõcertatio apud Augustum pro regno Iudææ 500 657
Archelaus regno dignus pronuntiatur 502
Archelai mater moritur 503. 658
Archelao absente Iudæa uarijs tumultibus afflígitur 504. 505. 658. 659
Archelaus Romæ agens à Iudæis accusatur 661. 662. 507
Archelaus non rex sed toparcha factus 509. 662
Archelaus Glaphiram fratriam ducit uxorem 511. 664.
Archelai exilium & somnium 512 663
Archim locus 97
Archiuum publicum incensum 689
Arcus dei, Iris 9
Arca Chedon loci nomen 188
Arca locus ubi immolatus Isaac, pestem deprecatus Dauid, templum ædificauit Salomon 211. 212
Ared filius Beniamin 46

Arelí filíus Gad 47
Aretas rex inferioris Syriæ Alexandrum Iamneum uicit 188. 602
Aretas rex Arabum 595
Aretas auxíliatus Varo contra Iudæã 506
Aretas íniuriam filíæ ultus ín Herode genero 523
Arecen ciuitas Arabíæ, à Græcis Petra 102
Areth martyr Machabæus 865
Arethusa ciuitas 597
Argenti & auri copia quanta fuerit Salomoni 234
Argorij ex porticu decidentis fortuna 511
Aries machina bellica 717
Arimha ciuitas Galaadinorum 153
Arioch us dux Assyriorum 16
Arioch ín miníster regis Babylonij 297
Arion díspensator Ioseph filij Thobiæ 543
Aristæus Ptolemæi Philadelphi amicus, Iudæos captiuos absolui supplicat 330. 338
Aristæus descripsit cõuiuium Ptolemæi septuagita senioribus Iudæorũ exhibitũ 336
Aristobulus maior.
Aristobulus filius Hyrcani Ioãnis 580. 599
Aristobulus matrem & fratrẽ ín carcerem conijcit 582 599
Aristobulus φιλέλλην dictus 585
Aristobuli mors 585. 601
Aristobulus secundus.
Aristobulus filius Alexãdri Iamnei 589. 605
Aristobulus Alexãdriæ matri indignatus, ꝙ potestatẽ Pharisæis cõcessérit 590. 605
Aristobulus Iudæam inuadit ægrotãte matre 591. 605
Aristobulus regnũ assequutus electo Hyrcano fratre 592. 604
Aristobulus obsidetur ín templo 595. 606
Aristob. donis sibí conciliat Scaurũ cõtra Hyrcanũ fratrẽ & Aretam regẽ 594. 604
Aristobulus Pompeio magno uitem auream dono mittit 594
Aristobulus fugatur ín Alexandrium castellum 595
Aristobulus Romam uinctus ducitur 597 607
Aristobulus à Roma fugiens cum Romanis iterum pugnans uincitur 599. 608
Aristobulus à Cæsare dimíssus à Pompeianis ueneno necatur 401, 609
Aristobulus tertius.
Aristobulus filius Alexandræ 428. 429
Aristobulus sacerdotium ab Herode adeptus matris importunitate 429
Aristobulus dolo Hero. submergitur 430
Aristobulus quartus.
Aristobulus filius Herodis primi Romam mittitur erudiendus 449. 633
Aristobulo ín patriam reducto uxor datur 445. 634
Aristobulus cũ fratre accusatus per patrẽ apud Augustum. 460. 634
Aristobulus patri reconciliatur 462. 640
Aristobulus iterum delatus cum fratre apprehenditur 473. 642
Aristobulus damnatus laqueo perimitur 470. 643
Aristo miníster Hero. regis Chalcidis 576
Aristoteles philosophus meminit gẽtis Iudæorum 865
Arithei populi 123
Armenia unde ínstituta 15
Arnon fluuius 96. 97
Arosath ciuitas 59
Arphaxat filius Sem 15
Arphaxadei populi 15
Arrius centurio 506
Arsaces rex Parthorum 575
Arsanum castrum 577
Arsimon zelota 809
Arsinoe regina uxor Ptolemæi Philadelphi 333
Arsinoe soror Cleopatræ 433
Artabazis filius Tigranis 434. 628
Artaxias rex Armeniæ 434
Artaxerxes rex aliâs Assuerus, magnificũ conuiuium celebrauit 317
Artaxerxes Vasthim uxorem repudiat 318
Artaxerxis epístola pro Iudæis 323. 324
Arthemon Iudæos lassos inuadit ín bello contra Arabes 435
Arus Ptolemæi, uicus quidam 506
Asa filius Abiæ succedit patri ín regno 243
Asa profligans Zaream regem, populatur regionem Baasa 245
Asa mortuo succedit Iosaphat 246
Asahel filius Saruiæ 182
Asahel miræ uelocitatis 182
Asahel perẽptus sepelitur ín Bethleem 182
Asahel rex Damasci uictus ab Helia 249
Asahel Adher regis seruus & in regno Syrorum successor 265
Asahel uicit Israelitas 269
Asahel mortuo successit Ioachazas 269
Asahel mortuo regnũ peruenit ad filium eius Addan 278
Asam filius Iesse 182

Aſamonæi 312
Aſamonæorum pontificum in principatu terminus 426
Aſaph 319
Aſaphat filius de prole Gigantum contra Dauid 208
Aſaphon locus 384
Aſar pater Ioab maritus Saruiæ 182
Aſar ciuitas 135
Aſaracoldas rex Aſſyriorum 282
Aſarcha Pentecoſte græce 82
Aſarmoth filius Iecten 15
Aſbel filius Beniamin 46
Aſcalon ciuitas Palæſtinorum 125
Aſcalon capta à Chananæis 131
Aſcalonitarum peſtis 146
Aſcenſores equorum Salomonis quomodo exornati 234
Aſchenar filius Gomer 12
Aſchanes eunuchus 296
Aſer filius Iacob 28
Aſeritæ quam terram ſint ſortiti 123
Aſes rex 859
Aſia 684. 529
Aſina Balaam loquitur 98
Aſinei & Anilei fratrum duorum cõſpiratio contra Parthos & Babylonios 541
Aſineus ueneno interijt 544
Aſion gaber, locus 232
Aſochiton, aliâs Aſſochion & Aſſocheon ciuitas Galilææ 384
Aſom filius Dan 46
Aſophi filius Mareoth 218
Aſor campus 571
Aſor ciuitas condita à Salomone 251
Aſoſra genus tubæ Hebrææ 85
Aſphaltitis palus uel lacus 16. 96. 256 275. 761
Aſphar lacus 560
Aſprenæ ſenatoris ueſtis malo omine cruentata 553
Aſprenas occiditur 556
Aſſeneth filia Putipharis uxor Ioſeph 39
Aſſerones menſuræ Moſaicæ 425
Aſſuerus, uide Artaxerxes 317
Aſſur filius Sem 15
Aſſurim filius Dadan 22
Aſſyria unde dicta idem
Aſſyrij populi 15
Aſſyriorum bellum cum Sodomitis 16
Aſſyriorum ſtrages Hieroſolymam obſidentium 282
Aſſyriorum defectio à Medis 285
Aſtabus flnuius 58
Aſtaburas fluuius idem
Aſtaroth deus Palæſtinorum 180
Aſtoide 638
Aſtrologiæ & Geometriæ ſtudium quãto tempore olim perdiſci poterat 10
Aſtrologiam calluit Abraham 15
Athenienſes Hyrcano tertio ſtatuam dedicandam decernunt 405
Athenienſes laudantur 685
Athõges uir ignobil' cõtra Iudæã niſus 505
Atlas locus 699
Atratinus 615
Auarim locus 859
Aula tẽpli Salo. extrinſecus facta 225. 226
Aula regia 785
Aulon oppidum 589
Auranitis regio Herodi datur 449
Aurea aquila è templo direpta 495
Aurei lecti uſus ſolis Parthis cõceſſus 576
Autozoniblipſa ciuitas 247
Azariæ prophetiæ ad exercitum Aſa 244
Azarias Oziã ſacra temerãtẽ phibuit 274
Azarias filius Achimæ, ſacerdos 295
Azarias puer ſocios Danielis à Babylonio Abdenago nuncupatus 246
Azarias Iudæis præficitur Iuda Machabæo ad hoſtes profecto 353
Azariæ infelix pugna 354
Azarus pontifex 494
Azeca locus 162
Aziazus rex Amaſorum 582
Azo filius Nachor 14
Azotus Palæſtinorum ciuitas 123
Azotorum peſtis 146
Azymorum feſtiuitas 358. 82

B

BAacha ciuitas 190
Baal deus Achab & Tyriorum 246
Baal templũ Samariæ concrematur eiuſq; ſacerdotes interimuntur 267
Baal templum Hieroſolymis euerſum 268
Baaſa filius Meheli 245
Baaſa interficit Nadab eiuſq; regno potitur 244
Baaſa à Creone occiſus 245
Babe liberi inimicitiæ in Herodem luunt pœnas 444
Babel interpretatur confuſio 11
Babras radix qua dæmones effugãtur 858
Babylon ciuitas 58
Babylon à Cyro & Dario capta 508
Babylon Seleuco ſubditur 529

Babyloniorum ſtudium in capienda urbe Hieruſalem 291
Babylonij Hieroſolymitas captiuos abducunt & perimunt 291. 292
Bacchides hoſtis Iudæ Macha. 357.358.359
Bacchides uaſtat Iudæam 361. 596
Bacchides cum Ionatha Abbaron fœdus inire coactus 362
Bachilla ſcriptor geſtorum Dauid 208
Bachuran locus 200
Bachus pater Banaiæ 220
Bactriani populi 15
Bæon rex 859
Bagatheus eunuchus 519
Baiæ oppidum campaniæ 535
Balaã ꝓpheta filijs Iſraël bñdixit, ac rurſus cõtra illos cõſiliũ dedit Balach 98. 99. 100
Balach rex Madianitarũ Balaam prophetam conſulit cõtra Iſraëlitas 98. 99. 100
Baladas rex Babyloniorum 285
Balam ciuitas 153
Balan famula Rahuelis collocaꝫ Iacob 28
Balas Rubenita 90
Balath urbs à Salomone condita 238
Balathana locus 480
Baldezel uicus 707
Baliorum rex 16
Ballas rex Sodomitarum idem
Balleas rex Sodomitarum idem
Ballis dux Germanorum 835
Balliſtarum uis 719
Balſami radicem regina Aethiopiæ prima Iudææ intulit 235
Balſamum qualiter circa Hiericuntem inueniatur 605
Balſamum nuſquam naſcitur præterquam in Hierico 435
Baltaſar nomen Danielis apud Babyloniũ 296
Baltaſar q & Naboan rex Babylonius 299
Baltaſar iuxta ꝓphetiã Danielis captus 301
Baltaſar ſacris uaſis abutenti mirabile contigit prodigium 300
Banaia filius Remmõ occidit Isboſeth 185
Banach princeps militiæ Salomonis 220
Banaias præfectus cuſtodiæ corporis Dauid 208. 191
Banaias unus fortiſſimorũ Dauid Palæſtinos uicit & leonem interfecit 209. 210
Banaias refragatus ambitioni Adoniæ 213
Banaias ſuffragatus Salomoni, in regem ungendo 214. 215
Banaias Adoniam & Ioab iuſſu Salomonis occidit 218
Banaias filius Bachi princeps militiæ Salomonis 220
Barachias Iſraëlita 276
Barachus dux Iſraëlitarum 135
Barbari Sorophraci dicti 22
Barbarorum inſidiæ cõtra Herodem 425
Barematim ab Iſaac capitur 26
Bardanes rex Parthorũ à ſuis occiſus 577
Baris mons 9.
Baris caſtellũ nũc Antonia 455. 200. 605
Barthanus 319
Baruch ſcriba & diſcip. Hieremiæ 288. 295
Barzafarmanes ſatrapa Parthus 427. 415
Baſan princeps militiæ Salomonis 220
Baſemath filia Iſmaëlis uxor Eſau 26. 32
Baſima filia Salom. uxor Achinadab 220
Baſſus Macherunta & Herodiũ capit 837
Bataltidis regio 105
Bathanea regio 449. 480. 619
Bathuel filius Nachor 14
Bathilus uenenum Roma afferens apprehenditur 485
Bathyra uicus 480
Batibius ſenator 554
Bathanea prouincia 269
Batus menſuræ genus 222
Bebius mons 582
Bebriacum Galliæ oppidum 764
Becher filius Beniamin 46
Bedoſcoria locus 555. 597
Beelſephon locus 58
Begabri uicus 759
Bela filius Beniamin 46
Beleſemius Hieroſolymã cũ tẽplo deſtructam iuſſu Cãbyſis reſtitui prohibuit 306
Bello qui inutiles 115
Bellum inter Ioab & Abner 182
Bellum Hebræorum inteſtinum 183
Bellum Roboam contra Abiam 242
Bellum inter fratres Demetrium & Philippum filios Antiochi Grypi 388
Belſcelida ciuitas 369
Beniamin filius Iacob natu minimus 32
Beniamin domi linquitur, fratribus in Aegyptum profectis 40
Beniamin ad Ioſeph mittitur 41. 42
Beniamin quaſi furti reus capitur 43
Beniamitæ quam terrã ſint ſortiti 125
Beniamitarum infelix bellum contra Iſraëlitas 129. 130
Beniamitæ deſponſi labitis uirginibus, eorumq; ducenti raptu ducunt uxores 130
Beretha locus 681
Berezel Galaadites 296

Berſa filius Aſer 47
Berithus ciuitas 475. 476
Berithij Varo Iudææ tumultus ſedaturo auxiliati 506
Beroea ciuitas 588
Beronice ciuitas, olim Elana 232
Beronice filia Salomes primæ, uxor Ariſtobuli quarti 455
Beronices nomine plures fuiſſe de progenie Herodis inuenies 524. 530. 566. 582
Beroſus Chaldæus de arca Noë 8. 822
Beroſus meminit Abrahæ 15
Beroſus de rege Sennacherib 282
Beroſus de rege Nabuchodonoſor 298. 825
Berothi ciuitas 121
Berſabee ciuitas 149. 249
Berſelleus Galaadites bñficus i Dauid 202
Berſellei filios Dauid moriturus commendat Salomoni 216
Berylus Neronis pædagogus 585
Beſeleel filius Vri 70. 78
Beſor torrens 179
Beſtiarum paſſio in Aegypto 57
Betharanta ciuitas Iulia dicta 515
Bethara 777
Bethel ager 26
Bethel quid ſignificet idem
Bethel ciuitas 155. 237
Bethela urbs capta 127
Bethlehem ciuitas tribus Iudæ idem
Bethlehem à Roboam ſtructa 239
Bethelephton toparchia 759
Bethomis ciuitas 387
Bethoron uicus & ciuitas 358. 361
Bethſabee uxor Vriæ à Dauid ſtuprata 195
Bethſabee prodit temeritatē Adoniæ 215
Bethſabee repulſam paſſa à Salomōe pro
Betſaida ciuit. Iulia dicta 515 (Adonia 218
Bethzan ciuitas nunc Scythopolis 180
Betiſo locus 779
Betſamis uicus 147
Betſamis ciuitas à Græcis Scythopolis 354
Betſamitæ populi 147
Betſephon ciuitas in bibliis Balaſor 197
Betſura ciuitas à Roboam ſtructa 239
Betſura à Iuda Machabæo capta 355
Betſura à Simone Matathia expugnat 371
Betſuritæ Antiocho Eupatori ſe tradūt 356
Betthora locus 272
Bettora uicus Iudææ 550
Bettoron ciuitas 696
Bezechin regio 126
Bezechini populi idem
Bibaſte caſtrum 364
Bibimaſis dux 527
Birzito uilla 557
Bithiſanos urbs 125
Bittora urbs à Salomone condita 238
Blaſphemiæ lex & pœna 106
Blicus Ptolemæus 401. 610
Bobus terra aranda, nec diuerſo genere ſe
Bochor uicus 201 (minanda 108
Bochorus pater Sabee 206
Boëthus pater Simonis Cantharæ 567
Bologeſes rex Parthorum 577
Bonones à Parthis pulſus, ab Armenijs ca
Booz cognatus Elimelech du- (pitur 517
cit Ruth uxorem 143
Booz colūnæ nomē in tēplo Salomo. 224
Borceas uicus 708
Boſame filia Herodis 645
Boſor ciuitas Arabiæ 105
Boſphorani 684
Bothrus ciuitas 24
Boum triturantium ora non obligāda 108
Bracchus legatus 563
Britanni laudantur 684. 685
Britannicus filius Claudij 585
Brixellum 764
Brunduſium urbs 418
Bubo ominoſus ales Agrippæ maiori interpretatus 530. 578
Buliaſtis flumen 858
Bureus princeps militiæ Claudij 585
Buz filius Nachor 14
Buzi ſacerdos 146
Buzus aliâs Bithus, pater Simonis ſoceri Herodis 448

C

CAath filius Leui 46. 52
Cabrothalia locus 86
Cades locus 124
Cadmus Mileſius 854
Cælius Baſſus occiſor Sexti Cæſaris 612
Cæſarea Capadociæ olim Moga 11
Cæſarea Herodis ædes 630
Cæſarea olim Stratonis pyrgus uel turris 446. 449. 571. 585. 600
Cæſarea quando ab Herode perfecta 462
Cæſareæ magna Iudæorū cædes facta 691
Cæſareæ Iudæorū & Syrorum contētio ſa
Cæſarea Philippi olim Pāneas 515 (cta 585
Cæſarea Philippi Neronia dicta 587
Cæſares Romanorum reges ſunt dicti 251
Cæſaris pugna cōtra Aegyptios adiuuāti- bus Hyrcano tertio & Antipatro 401. 609
Cæſaris bñficētia in Hyrcanū tertiū, & Antipatrum primū, eiuſq; filios 401. 618

Cæsare interfecto, Iudæa exactionibus gra uatur, Ro. dissidijs & tumultibus inquie/ tantur 410. 411. 612
Cæsonia uxor Caij Caligulæ occisa 561
Caiaphas nomine Iosephus, pontifex post Simonem Camithi 516
Caiaphas pontificatu priuatur 521
Cain fratricida primus arare comperit 5
Cain à deo increpat⁹, mẽsurarũ & põderũ inuẽtor, primæ mundi ciuitatis cõditor 6
Cainæ filij Enos ætas 8
C. Fannij decretum pro Iudæis 408
C. Cæsaris decreta pro Hyrcano tertio, & gente Iudæa 405. 406
C. Cæsaris cædes 411
C. Martius Censorinus 464
C. Norbani Flacci epistola pro libertate Iudæorum tutanda eodem
Caius filius Agrippæ 500
C. Caligula filius Drusi maioris ex Anto/ nia 529
C. Caligula quartus Ro. imp. 669
C. Caligula Herodem cum Herodiade exilio damnat 535. 669
Caligula Agrippã Tetrachia Philippi do/ nat 535. 669
C. Caligula Petronium contra Iudæos le/ gat 669
C. Caligulæ literæ ad Petronium de statuis erigendis 539
C. Caligulæ crudelitas & arrogantia 547
C. Caligula insidijs Cassij Chereæ interem ptus 548. 549. 550. 555
C. Caligulæ uxor occiditur 561
C. Caligulæ qual' fuerit uita & eruditio 561
C. Sempronius Romanus 579
Caleph locus 127
Caleph explorator Chananææ 87
Caligo tenebrarum in Aegypto 58
Calistus libertus C. Caligulæ 552
Callimander à Iudæis uictus 580
Calliroë fons Iordanis 495
Calon locus 434
Cãbyses rex Persarũ Saba ciuitatẽ Mero/ inden nominauit 52
Cambyses Aegyptum uastauit 58
Cãbyses Hierosolymã & tẽplũ restaurari prohibuit 306
Cambyses Damasci defunctus 306
Camon ciuitas Galaadinorum 137
Campus Curricus uel Curius 192
Campus maximus, regio 220
Camuel filius Nachor 14
Canathon uicus 628
Cãdelabra & cãthari tẽpli Salomonis 225
Capernaum fons 735
Capharbasa locus & campus 388. 463
Capharim ciuitas 769
Capharsamala uicus 358
Caphartophran uicus 759
Caphedon Samaræorum seductor 520
Caphera ciuitas 765
Caphthorim filius Mesraim 15
Capirona locus 604. 394
Capito Gessij Flori centurio 678
Capitolium Romæ Iouis templum 547
Capadoces olim Moschini 11
Capreæ insula 527
Captiuorum mos supplicandi 252
Captiuorum & peremptorũ numerus Ti to Hierosolymam obtinente 827
Carchedon ciuitas nunc Carthago 861
Carmelus mons 125. 220
Carran locus 26
Carrorum prouincia amomi ferax, & reli/ quijs arcæ Noë celebris 574
Carthaginenses laudantur 685
Carus pharisæus occiditur 482
Cased filius Nachor 14
Cassander rex Macedoniæ post Alex. 329
Cassij aduentus in Iudæam 400. 408
Cassius Iudæam uarijs malis affecit 418
Cassius Longinus præses Syriæ post Vi/
Cassius Chæreas Claudio ini/ micus morte multatur (tellium 455 565. 565
Cassius præses Syriæ post Crassum 609
Castomachi ciuit. à Iuda Mac. uastata 358
Castor Iudæus 789
Castra regio 188
Catalogus põtificum à tẽpore Salomonis usq; ad captiuitatem Babylonicam 295
Catullus Libyæ præses scelerum suorũ iu/
Caulas locus 295 (stas soluit pœnas 852
Causa deletionis tribus Beniamin 127
Causa defectionis tribuũ à Roboam 237
Causa erroris Græcorum 854
Cedarus filius Ismaelis 20
Cedessa ciuitas 378
Cedmas filius Ismaelis 20
Cedron uallis 779
Ceila prouincia 172
Ceilani & Ceilitæ prouinciales eodem
Celeb filius Dauid 185
Celendris ciuitas Ciliciæ 486
Celer millenarius discerptus 582
Cenez filius Eliphas 32
Cenez Israelitas ab Assyrijs asseruit 138
Cendebeus dux à Simone Matathia ui/ ctus 576. 598
Cenedecus 628

Ceparius Quirini ſenator 402
Cephalon fratet Antipatri primi 594. 604
Ceraſtes pater Pauſaniæ 526
Cerealis Samariæ expugnator 722. 725
Cerimoniæ ſacerdotum & pontificum tabernaculi 80
Ceſennius Gallus Galilæam inuadit 695
Ceſennius Petus 840
Ceſtius Gallus 677. 695
Ceſtius Iudææ explorat p Neapolitanũ 681
Ceſtius Iudæam populatur 694. 695
Ceſtij exercitus cæſus 695
Ceſtius Hieroſolymam obſidet 697
Cethæus filius Chanaan 15
Cethim filius Iani 12
Cethima inſula, nunc Cyprus eodem
Cetura uxor Abrahæ 22
Chabulan terra 230
Chacad Hebræorum ſapiens 221
Chadam 195
Chalcis ciuitas 394. 401
Chaldæi olim Arphaxadæi 13
Chaldæi inſurgunt contra Abraham 14
Challis ciuitas 707
Cham filius Noë 10
Chana uilla & uicus 388. 434
Chananæus, in bibliis Chanaan, filius (Cham 12
Chananæa regio 12
Chananæa fame preſſa 15
Chananæi inimici Iſaac 26
Chananæorum exercitus quantus fuerit contra Gabaonitas 121. 122
Chananæos & rebelles eſſe occidẽdos 114.
Chananæorum terræ natura 125
Chananæi à Ioſue deuicti eodem
Chananæi ab Iſraelitis deuicti 135
Charanacha Ammonitarũ metropolis 192.
Chariathiarim ciuitas 147
Charmi filius Ruben 46
Charran ciuitas 14
Chaſlohim filius Meſraim 15
Chebritonicus uicus 800
Chebron fons 294.
Chebron ciuitas uaſtata 354. 765. 765
Chedon area, locus 388
Cheferitæ populus 120
Chelcias filius Oniæ Aegyptiaci tẽpli conditoris 180
Chelion filius Elimelech 142
Cherubim figurationes arcæ Moſi 73
Cherubim templi Salomonis 224
Chetomene, ueſtis ſacra 74.
Cheton lineum ſacrum eodem
Chiatemeritæ populus 120
Chira auratius opifex tẽpli Salomõis 224
Chordorlohomorrus Aſſyriorum dux 16
Chorami Madianitis, uxor Samariæ 102
Chronica ab initio mundi uſq; ad captiuitatem Babylonicam 292
Chuſus filius Cham 12
Chuſæi populi eodem
Chuſi amicus Dauid 199. 200
Chuta flumen 280
Chuti locus 279
Chutia regio Perſidis 280
Chutæorum trãſmigratio in Samariã 280
Chutæorum inſidiæ contra Iudæos 310
Cilicia olim Tharſus 12
Cilicum oppidum 589
Cinæus filius Chanaan 15
Cinnamus princeps Parthorum 576
Cinnira muſica inſtrumenta 225
Cinthares ponderis genus 73
Circunciſionis origo 18
Circunciſio Iudæorum & Arabum 20
Cis pater Saul, filius Abihel 150. 158
Ciuitates fugitiuorum 105
Claſſicus dux Germanus 835
Claudius C. Caligulæ patruus 554. 558
Claudius quomõ imperiũ ſuſceperit 558
Claudius à militibus non à ſenatu Ro. imperator delectus 562. 563. 672
Claudij beneficẽtia in Agrippã maiorem, & edicta aliquot pro Iudæis 566. 672
Claudius in ſeditioſos Iudæos animaduertit, ſtolam conſeruãdi poteſtatem Iudæis concedit, & Herodi Chalcidis regi põtifices & ſacerdotes inſtituendi autoritatem donat 572. 573. 574
Claudij obitus 583. 674
Claudij tempore fames facta 88
Clearchus philoſ. Iudææ gẽtis memint 865
Clemens complex coniurationis in C. Caligulam 550. 558
Clemẽtia Agrippæ maioris in detrectato-
Cleodemus propheta 22 (rem 570
Cleopatra uxor Ptolemæi Epiphanis 342
Cleopatra filia Ptolemæi Epi. nubet Antiocho 340
Cleopatra raptu deſponſata Demetrio Nicanori 368
Cleopatra uiduata Antiochũ Soterem leuirũ ad nuptias & ad imperiũ inuitat 376
Cleopatra inſidiata Ptolemæo Lathyro filio 380. 384. 385
Cleopatra Selene regina Syriæ 390
Cleopatra Alexandram tertiã cum filio fugere inuitat ad Aegyptum 430

Cleopatra M. Antonij animũ incitat i He
Cleopatræ malitiæ 433. 626 (rodẽ 626
Cleopatra cũ Ant. uicta ab Augusto 441
Cleopatra Hierosolymitis, uxor Hero, ma
Cleopatra uxor Gessij Flori 591 (gni 480
Clitus læuæ suæ manus abscisor 704. 705
Cluditus Romanus 554
Codescanathan uicus 626
Coeles 602
Cœnopolis locus 697
Colchi 684
Collatio Hero. I. & Agrippæ maioris 570
Colles Hierosolymorum 778. 779
Colobium quid significet 197
Columnæ templi Salomonis 224
Comis 632
Cõmutatio sacerdotij ex tribu in tribũ 146
Cos insula 585
Concertatio fratrum de sacerdotio 346
Cõcertatio super tẽplis Aegypti & Hiero/
Concisio locus 188 (solymorum 365
Concubina Nachor 14
Cõflictus duarũ meretricũ añ Salomo. 219
Consilium Balaam aduersus Israel 100
Cõsiliũ sapiẽtiũ Palæstinorũ, p arca dei 147
Cõspiratio Absalõ aduersus Dauid patrẽ
Conuallis benedictionis 256 (suum 199
Conuallis gigantum 187
Cophinum flumen 13
Copinius cum Cyrenio missus ad censen
dum populum Iudæorum 513. 664
Copton ciuitas 768
Corban quid significẽt 95. 688
Corduba Iberiæ ciuitas 548
Core filius Esau 32
Core cõtra Mosen seditiosus plebẽ aduer/
sus eum concitat 90
Core cum 250. uiris exustus 95
Coria ciuitas 395. 605
Corinthus quidã in Herodis magni mor
tem molitus 485 646
Cornelius Leo, tabellio Claudij 574
Cornelius Sylla 606
Cornelius Faustus Syllæ filius, muros Hie
rosolymorũ primus conscẽdit Pompeio
ciuitatem obsidente 397
Corona pontificis in tabernaculo 76
Corona aurea templi Salomonis 225
Correon locus 149
Corus quid 448
Cotardus Parthorũ rex post Bardanẽ fra/
Cotis rex minoris Armeniæ 570 (trẽ 577
Cous Euaretus 642
Coza Idumæorum deus 443
Cozabi sectum Samariæ 102
Crassus præses Syriæ post Gabinum pecu
nias templi deprædatus 400. 609
Crassus apud Parthos occisus 400
Crateræ templi Salomonis 225
Cremona Galliæ ciuitas 769
Creon occidit Baasan 245
Cræteo Ioui tẽplũ dedicat à Sichimitis 348
Culmen loci nomen 256
Cumanus præses Iudææ post Tiberiũ Ale
Cumanus à Iudæis accu/ (xãdrũ 579. 672
satus, Romam mittitur 581. 582. 675
Curio filius Nicodemi 691
Cuspius Fadus Syriæ præses, Claudio im/
perante 455
Cuspius Fadus in Iudæam missus 572
Custobarus ab Herode affine suo occisus
Custobarus 588 (445
Custobarus Iudæorum legatus 688
Cynaras rex Cyri 554
Cypris uxor Antipatri, mater Herodis
magni 401. 609
Cyprus insula, olim Cethima 12
Cyprus ciuitas 463
Cyprus capitur 695
Cyrene ciuitas 400
Cyrenæi laudantur 685
Cyrenius præses Syriæ populũ Iudæorum
Cyrillus poeta 865. (censet 515
Cyr⁹ Persarũ rex cõtra regẽ Babyloniũ 299
Cyrus Iudæorum captiuitatẽ relaxat 304.
Cyri epistola ad Syriæ satrapas 305
Cyro ignorãte Hierosolyma & templum
restaurari prohibentur eòdem
Cyrus filius Xerxis aliãs Artaxerxis uel
Assueri 317
Cyzicus ciuitas 379

D

DAcus Parthorũ, puincĩa inuadit 578
Dadan filius Iexan 22
Dagon deus Palæstinorum 146. 795
Dagonis templum in Azoto 367
Dagon castellum Hiericuntis 576
Dalila meretrix Samsonis impostrix 141
Dalmatæ populus 684.
Damascus unde instituta 15
Damascus subditur Dauid 190
Damascus ab Assyriis capta 277
Damascus capta ab Alexãdro Magno 327
Damascenorum ingens clades 190
Dan fons Iordanis 16
Dan filius Iacob 28. 46
Danitæ quam terram sint sortiti 125
Danitæ in montana fugati 131

Dan ciuitas conditur 131. 238
Dan uastatur ab Asa 245
Daniel à rege Babylonio Baltasar nomina tus 296
Daniel prodit regis Babylonij somniũ 297
Daniel regi Babylonio scripturam inter pretatus 300
Daniel in Mediam à Dario ductus, maxi mo in honore celebratur, transgressionis accusatus, leonibus obijcitur deuorãdus: illæso eo permanẽte, accusatores suæ mali tiæ deprehensi uicissim leonibus sunt ob iecti 301. 302
Danielis Mausoleum eiusq; autoritas & uisiones 302. 303
Daphne Antiochiæ locus 423. 480
Darda sapiens Hebræorum 221
Darius Medorũ rex cõtra Babylonã 299.
Darius Persarũ regnũ assecutus, do (300 nat Hebræos libertate & muneribus ad restaurationẽ urbis & templi 306. 308
Darij quæstiones cubicularijs ppositæ 306
Darij pmissio ad Zorobabel, & mu (307 nificentia in Iudæos 308
Darij epistolæ ad præfectos Syriæ & Phœ nicię & ad Samaritas 311
Dario mortuo Xerxes filius successit 313
Darius ab Alexandro uictus, ad Persas fu giens remeauit 327
Darij regis Lacedæmoniorum epistola ad Oniam tertium pontificem 345
Darius filius Artabani regis, obses datur Tiberio Cæsari 522
Darius præfectus equitum Agrippæ 688
Dartabenes Parthicus 574
Datan Rubenita 90
Datan & Abirom uiui absorpti 93
Dathara princeps Assyriorũ cõtra Hiero Dathema castellum 353 (solymam 280
Dauid filius Iesse 143. 161
Dauid pastor ouium in regem eligitur & ungitur 161
Dauid assumitur in citharœdum Saul 161
Dauid monomachia 162
Dauid cũ Goliath pugnam aggreditur 163
Dauid Goliath funda prosternit eodem
Dauid concitatur inuidia apud Saul 164
Dauid insidijs Saul, mortis periculum pas sus, uxoris astutia euadens, uenit ad Sa muelem 165. 166
Dauid & Ionathas iusiurandum faciũt 168
Dauid fugit ad Achimelech & ad Achis re
Dauid furiosum se simulãs, li (gẽ Geth 168
beratur de terra Geth eodem
Dauid ad regem Moab uenies, parẽtes ibi
Dauid moratus in Iudæa 169 (dimisit 169
Dauid Palæstinos Ceilam deuastantes in uadit 170
Dauid & Ionathas pactũ rursum firmãt 171
Dauid proditur à Ziphæis eodem
Dauid à Ziphæis fugit ad desertũ Maon
Dauid oblata occidẽdi potestate Saul (171 persecutorem interficere noluit 172
Dauid alloquitur Saul eodem
Dauid contra Nabal arma mouet 173
Dauid Abigail ducit uxorem 174
Dauid iterum proditur à Ziphæis eodẽ
Dauid castra dormiẽtis Saul ingressus, lan ceam surripit eodem
Dauid cum sexcẽtis fugit ad Achis regem Geth 175
Dauid duas simul uxores habuit 174
Dauid Serritarũ & Ammonitarũ prouin cias deuastat 175
Dauid rogatu Achis suppetias tulit Palæ stinis contra Hebræos 176
Dauid factionis suspectus prælio abstine re iubetur 178
Dauid cõsulto deo, insequitur Amalechitas
Dauid mortem Saul dolet, decq; eius (179 interfectoribus pœnas sumit 181
Dauid scripsit epitaph. Saul & Ionathæ 182
Dauid fit rex tribus Iuda eodem
Dauid Michol uxorem suã recuperat 183
Dauid dolet super morte Abner 184
Dauid occisores Abner execratus 185
Dauid mortem Isboseth ultus 186
Dauid omnẽ principatũ Israel cõsecut9 186
Dauid obsidet Hierusalem eodem
Dauid prim9 Hierosolymã nũcupauit 187
Dauid Palæstinos uicit Hierosolymis 188
Dauid constituit templum ædificare 189
Dauid iterum bella infert Palæstinis 189
Dauid recordat fœderis cũ Ionat. initi 191
Dauid iniuriam ultus in Ammonitas 192
Dauid amore Betsabee captus 193
Dauid Vria mortuo Betsabee ducit uxorẽ
Dauid adulterij arguit à Nathan 195 (194
Dauid reconciliatur deo 195
Dauid pro ægrotante puero supplicat 195
Dauid filios quos perijsse credebat ample
Dauid reuocat Absalom 198 (ctitur 197
Dauid à filio suo Absalõ regno pellitur 199
Dauid cõsolatur per Chusi amicum 199
Dauid clàm nunciatur cõsilium Absalom filij sui 201
Dauid exercitu contra filium instructo ui ctoria potitur 202

Dauid

Dauid filij ſui Abſalom mortẽ lugens, per Ioab conſolatur 204.
Dauid iterum regnum recepit 205
Dauid inimicos in gratiam recepit 205
Dauid à concubinis ultro ſe abſtinet 206
Dauid rurſum contra Palæſtinos bella ge/
Dauid ab Aſaphat impetitus per (rit 208
Abiſai defenditur 208
Dauid uario metrorum genere cantica & hymnos componit 209
Dauid mandati dei oblitus in cenſendo populo 210
Dauid ex tribus ſupplicijs peſtẽ elegit 210
Dauid pœnitens peſtem deprecatur 210
Dauid altare ſtruxit in area Orphan ſeu Orphni 211
Dauid impenſas ad opus templi parat 211
Dauid Salomoni filio mandat ædificatio/nem templi 212
Dauid iam ſenex cõcaleſcit ab Abiſag adu leſcentula & Betſabee uxori iurat Solo/monem regnaturum 212. 215
Dauid populum iterum cenſet 214
Dauid ſacerdotes & leuitas ordinat idem
Dauid tribuum principibus, & cohortum ducibus, loquitur de ædificatione templi & Solomone filio ſucceſſore 215
Dauid morituri uerba ad Solomonẽ 216
Dauid annos ſeptuaginta uixit, à Solomo ne ſepultus, ingentes theſauros & diuiti/as reliquit 216. 217
Dauid templum erexit in Moraim 21
Debora Iſraelitarum prophetiſſa 132
Decem præcepta legis 69
Decimæ leuitarum & quæ illis dari ſolita
Decimarum lex 106 (erant 94
Deda filius Iectan 13
Decreta aliquot p Hyrcano & Iudæis 405
Dedicatio templi à filijs tranſmigrationis celebrata 512
Delon ciuitas 395
Delta locus 402
Demetrius Seleuci filius Antiochum Eu/pa. & Lyſiam interficit 357
Demetrij inſidiæ & inſectationes aduerſus Iudam 357. 359
Demetrius cum Ionatha Abaron amiciti/am componit 362
Demetrij epiſtola ad Ionathã Abaron 365
Demetrius in prælio contra Alexandrum Epi. occiditur 364.
Demetrius Nicanor Grypi.
Demetrius Demetrij filius contra Alexan drum Epi. 366
Demetrio uxor Alexandri Epi. nubet 368
Demetrius Ionathæ Abaron ſacerdotium confirmat 369
Demetrius in Ionathã ingratus à Trypho ne Apameno ſuperatur 369. 370
Demetrius capitur 373
Demetrius rex cõtra Hyrcanũ Ioãnẽ 379
Demetrius ab Alex. Zebẽna ſuperatus, ad Cleopatram uxorem fugiens, non reci/pitur, tãdem interijt occiſus ab Antiocho Cyziceno idem
Demetrius Eucerus Alex. Iamneum uin/cit 602. 387
Demetrius contra Philippum fratrem bel la parat 388
Demetrius orator 384
Demetrius Pompæi libertus Gadarenis præficitur 397
Demetrius Andromachi filius 468
Demetrius Alexandrinus 582
Demetrius Phaleræus bibliothecæ Ptole/mæi Philadelphi præfectus 330
Demetrij epiſtola ad Ptolemæũ pro tran/ſcribendis libris Iudaicis 332
Demoteles tabellio Darij Lacedæmonio/rum regis 345
Deſius menſis 409
Dei ſententia ſuper hominem 5
Dei uerba ad Abraham 17
Deus per uiſionem loquitur Iacob in Ae/gyptum profecturo 46
Deus Moſi locutus ſuper liberatione filio/rum Iſrael 54
Deus Moſi appellationem ſui ſignificat 55
Deus iubet Aaron ſacerdotio fungi 77
Deus pulchritudine tabernaculi delecta/tus 78
Dei præceptum ad Saul ut Amalechitas deleat 158
Deus iraſcitur Saul ob inobedientiam 159
Deus obediẽtia nõ ſacrificijs delectat 160
Deus loquitur ad Nathã de ſtructura tem pli 189
Deus carpit Solomonẽ per prophetã 235
Dei indignatio contra Achab 250
Diagoras Melius 890
Dicæarchia ciuitas 510. 527. 547
Digeſtio ſtructuræ templi Salomonis 225
Diglath 4
Diligentia regis Babylonij in pueros He/bræorum 296
Dina filia Iacob 28
Dinæ ſtuprum à fratribus uindicatum 31
Dinaſus pontifex 589

Dineas q̃ & Aretas, Obodæ ſucceſſor 472
Dineas Sillæũ ueneficij traducit apud Cæſarem 472
Dineus pater Eleazari latronis 584
Diocles de rege Babylonio 299
Diogenes qdã à Phariſæis occiſus 390. 605
Diodorus legatus Iudæorum 379
Dion ciuitas 588
Dion hiſtoriograph⁹ de rege Hira 230. 861
Dionyſius Tripolitanus 394
Diophantus pſeudographus 474. 640
Dioſpolis 695
Drimi nomen loci 415
Diſcon filius Ptolemæi Epiphanis 346
Diſon pontifex 589
Diſſa uicus 740
Diſtrus menſis ultimus Macedonum 512
Diuortium uxoris 110
Dius ciuitas Macedonum 528
Dochis princeps militiæ Salomonis 220
Docon forum 697
Dodoris filius Herculis 22
Dodus pater Eleazar 209
Doech Syrus famulus Saul 168
Doech, pditor beneficiorũ Achimelech in Dauid, ſacerdotes iuſſu Saul interficit 170
Domitianus 770
Domitiani expeditio in Germanos & Gallos 833. 834
Domitius Barbarus pater Neronis 585
Domitius Nero 585
Domitius Sabinus 723. 790
Dona Ptolemæi ad Eleazarũ pontificẽ 337
Dora ciuitas & caſtellũ Idumææ 375. 376
Doritarum facinus in Iudæos 568
Dorenſis regio 220
Doris ciuitas 123
Doris alias Doſis uxor Herodis 415
Dorotheus miniſter Ptolemæi 336
Doron ciuitas 123
Dorotheus Nathelis tabellio 575
Dortus Iudæus 581
Doſithei perfidia in Hyrcanum tertiũ 438
Doſitheus ab Herode occiſus 445
Dotan urbs 260
Draconis leges 855
Drimas loci nomen 615
Droma concubina Gedeonis 135
Druſilla Agrippæ maioris filia, uxor Antiochi Comagenenſis regis 572
Druſilla Felici nupta 582
Druſus maior. Tiberij frater Antoniæ maritus 525
Druſus Tiberij filius 525
Druſus aliâs Druſium, turris 449. 638
Duæ tribus Gad & Ruben & dimidia Manaſſe Amorræam poſſident 103
Duæ tantum tribus à captiuitate Hieroſolymam redierunt 315
Duo Cherubim templi Salomonis 224
Dyo menſis Macedonum 7

E

EBal mons 122
Eban filius Dauid 187
Ebiſar ciuitas 874
Ebutius Decadarchus 737
Echatæus Chaldæus meminit Abrahã 15
Echi filius Beniamin 46
Echibene uxor Ezechiæ, mater Manaſſæ
Edom cognomentum Eſau 32 (285
Egbathana locus 302. 311
Egiras Adiabenus 798
Eglon Moabitarum rex Iſraelitas ſeruitute affligens ab Aoth interimitur 131. 132
Egreſſarius rex Babylonius 299
Euila filius Chuſi 12
Euilæi populi nunc Getuli idem
Elæon mons 778
Elæon mons 800
Elamitæ populi 15
Elam filius Sem idem
Eldaa filius Madian 22
Eleazarus Moſi filius 55
Eleazar uel Eleazarus filius Aaron 77
Eleazarus patri ſucceſſor in ſacerdotio 95
Eleazarus moritur 126
Eleazar filius Dodi 209
Eleazarus frater Simonis iuſti ſacerdotiũ adeptus 332
Eleazari & Ptolemæi Philadelphi alternæ epiſtolæ 335
Eleazaro mortuo Manaſſes patruus ſucceſſit 340
Eleazarus Apphus uel Mauro, filius Mathiæ 348
Eleazarus ab elephãte opprimitur 356. 597
Eleazarus ſeditioſus phariſæus 381
Eleazari ſacerdotis inſtãtia ad Craſſum ne aurum templi deprædaretur 400
Eleazarus põtifex poſt Iozarã Boethi 512
Eleazarus filius Anni pontificis in ſacerdotium ſucceſſit poſt Iſmaelum labi 516
Eleazarus cuiuſdam Iudæorum factionis autor mulctatur à Fado 575
Eleazarus princeps latronum 580. 675
Eleazarus latro à Felice captus 584. 675
Eleazarus quidã cõſpirationis Iudæorum contra Romanos autor 687

Eleazarus filius Iairi 690
Eleazarus Simonis 699
Eleazarus Ananiæ idem
Eleazarus Addæi filius 718
Eleazarus filius Gionis 747
Eleazarus ficariorum princeps 842
Eleazari cuiusdam magnanimitas & laudata constantia pro conseruatione legis ad Antiochum Epiphanem 899. 900
Elephantin oppidum 768
Eleusa ciuitas nunc Sebaste 462
Eleutherus fluuius 433. 626
Eleutheri equites 626
Eli filius Ithamar, sacerdos & Israelitarum praeses audita quadam calamitate, lapsus de sella defunctus est 142. 145
Eli pater Semeiæ 209
Eli filius Samaris Babylonij 481
Eliab filius Iesse 161
Eliasib sacerdos post patrē suū Ioachim 515
Eliasibo mortuo Iudas filius successit 525
Elica princeps militiæ tribus Iuda 276
Elicias maior 537
Elidenses 632
Eliel filius Dauid 187
Elifal filius Dauid 187
Elimelech famis impatiēs migrat in Moabitidem 142
Elioneus Cantharæ pontifex 571
Eliphas filius Esau 32
Elisas filius Iani 12
Elius filius Dauid 187
Elom socer Esau 24
Elon filius Zabulon 46
Elon princeps Israelitarum 138
Elon ciuitas uastatur 245
Emachoēs locus circa Iordanem 505
Emmaus ciuitas 558
Enabris locus 729
Endeelchisinus 309
Enfrō ciuitas à Iuda Machabæo capta 554
Engaddi montosus locus 172
Ennaphim filius Dauid 187
Epaphroditus Iosephum ad historias scribendas inuitauit 1
Ephan cognatus Dauid 208
Ephesina ciuitas 408
Ephesiorum decretum pro Iudæis 410
Ephot uestimenti genus 75
Ephraim filius Ioseph 39
Ephraim cum filijs Iacob fit hæres 46
Ephraim tribus Leuitarum praefectus 84
Ephrata locus 58
Ephron agrum suum uēdidit Abrahæ 22
Epicrates Iudæis Scythopolim tradidit 580
Epicurei prouidentiam dei negantes redarguuntur 503
Epilogus oium pōtificū ab Aarō usq; ad nouissimū excidiū Hierosolymorū 589. 590
Epiphanes interpretatur præclarus 503
Epiphanes Ptolemæus 538
Epiphanes Alexander Ptolemaida expugnauit 562
Epiphania 15
Epistola Antiochi in qua Iudæos fidelitatis laudat 540
Epistola Antiochi pro Sidonijs 548
Eri filius Gad 47
Erodi filius Gad idem
Eroge locus 274
Ezechias propheta solatur Ezechiam afflictum 281
Esaiæ prophetia ad Ezechiam 281. 283
Esau filius Isaac uxores ducit patre nescio, uenatum profectus benedictione præuenitur 24. 25
Esau amplectitur Iacob 30
Esau cū Iacob habitacula partitus Idumæā tenuit, fame cōpulsus primatū uēdidit 32
Esau cur & quando uocatus sit Edom 32
Eschol amicus Abrahæ 13
Eschon puteus 24
Esdras scriba acceptis à Xerxe literis Hierosolymam proficiscitur 313
Esdras cōsulto Achanonio abdicat alienigenas sacerdotū & leuitarū uxores 514. 515
Esdras moritur 515
Eserimoth locus 86
Essæorum uel Essenorum hæresis 572. 451. 514. 664
Essenorum opinio de animabus & corpōribus 667
Essenorum collegium diuisum 667. 668
Essin quid significet 75
Eteron mons 525
Ethirus forte ethicus 565
Ethæus filius Chanaan 15
Ethan saxum & habitaculū Samson 249
Etheus princeps militiæ Dauid 292
Etymologia nominis Moab 19
Etymologia nominis Ammon idem
Etymologia nominum filiorum Iacob 28
Eua uiuentium omnium mater 4
Euæus filius Chanaan 15
Euaretus delator filiorum Herodis 475
Euaris ciuitas 858

Euchei populi ab ira uicti 230
Eui rex Madianitarum 102
Eurila filius Iectan 13
Euodus libertus Tiberij Cæsaris 532
Eupator Ptolemæus 338
Euphrates fluuius paradisi 4
Eupolomius filius Ioannis Gaddis 359
Euripus piscina 345
Eurycles delator filiorũ Herod. 472. 640
Eutychus fur & delator Agrippæ 527. 528 529
Euxinus pontus in quo Ionas à ceto est euomitus 275
Exodi historia 48. 49
Ezebon filius Gad 47
Ezechias filius Achaz rex Hierosolymorum 277
Ezechias rex pius & iustus sacrificia diu intermissa reuocat 278
Ezechias Assyriorũ minis neequicquam territus 279
Ezechiæ oppressio ab Assyrijs 281
Ezechias solatur ab Esaia propheta 281
Ezechiæ lãguor eiusq; uitæ prõgatio 282
Ezechiæ succedit filius Manasses 283
Ezechias princeps latronum ab Herode occisus 403. 611
Ezechiel propheta adhuc puer cũ alijs in Babyloniam captus abducitur 288
Ezechiel in Chaldæa prophetans non auditur 289
Ezechielis prophetia de Sedechia, uerá redditur 292
Eziauasuroch mater Iosiæ regis 384
Ezrica tutator regni Israel constitutus 276
Eznon filius Ruben 46

F

FAbatus insidiarũ Sylæi in Herodem proditor à Sylæo occisus 483. 646
Fabes cuiusdam Iesu pontificis pater 448
Fabius centurio Hierosolymorum muros ascẽdit Pompeio urbẽ obsidẽte 396. 397
Fabius Damasci rector 412
Fadus Cuspius in Iudæam missus 572
Fadus Iudæorum factionis autores occidit 573
Faina filius Dauid 187
Falsus testis puniendus
Fames tempore Dauid 208
Fannius N. filius consul Ro. 579
Faustus Cornelius 606
Felix Malachi frater à Phaselo fratre Herodis superatus dimittitur 412. 614
Felix præses Iudææ post Cumanũ 582. 675
Felice præside Iudæa latronibus & seductoribus populi referta 585. 675
Felix à Iudæis accusatur succedẽte illi Portio Festo 585. 676
Ferreus mons 760
Festum luminarium 352
Ficula uicus 342
Filiorum Israel oppressio in Aegypto 98
Filij præ parentibus non sunt puniendi, neque rursum filiorum peccata parentibus repensanda 115
Filiorum Eli uita & mores 144
Filij Saul bello ceciderunt 179
Filius à matre coctus 815
Flaccus rector Syriæ 526
Flauius Siluius expugnator Massadæ 842. 843
Florus præses Iudææ post Albinũ 588. 677
Flori perfidia in Iudæos 678
Florus multos Iudæorum occidit 679
Flori dolus in Hierosolymitas 680
Florus ab Hierosolymis Cæsaream regressus Iudæos apud Cestium accusat 681
Flumina paradisi 4
Fluuius aquæ sanguineus 56
Fœdus pũtei 20
Fontes Iordanis unde oriantur 630
Fortunatus libertus Agrippæ maioris 535
Fronto 817
Fronto Iudæorum iudex cõstitutus Tito Hierosolymam obtinente 827
Fullonis monumentum 779
Fuluia à profugo Iudæo seducta 520
Furius centurio muros Hierosolymorum ascendit Pompeio urbem obsidente 397

G

GAal princeps accersitus Sichimitarum 136
Gaba oppidum structum ab Asa 245
Gaba oppidum tribus Beniamin 128
Gaba etymologia 160
Gaba uastatur ab Israëlitis 130
Gaba oppidum Galilææ 446
Gabala oppidum 589
Gabao 696
Gabaonitæ 120
Gabaonitæ callide fœderati cum Iesu 121
Gabaonitæ liberantur idem
Gabaonitæ uindicantur pro impietate ilIata 208
Gabaonitarum calliditas 120
Gabatha loci nomen 151. 308

Gabathon oppidum Palæſtinorum 245
Gaber militiæ princeps 220
Gabiar princeps militiæ Salomonis 220
Gabinius præſes Syriæ 394.398.399.608
Gad filius Iacob 28.46
Gad etymologia 28
Gad propheta trium ſupplíciorum optio/nem dedit Dauid 210
Gadara oppidum expugnatum 585
Gadara reſtauratur 597
Gadara expugnatur à Veſpaſiano 715
Gadaræ deditio 757
Gadarenſes accuſant Herodem apud Cæſarem 450
Gadda oppidum 256
Gaius Antonius conſul 596
Galaad collis 29
Galaaditis regio 220
Galata oppidum 593
Galatæ olim Gomeritæ 11
Galba imperator 761
Galbæ mors 764
Galboa loci nomen 166
Galgala loci nomen 119.154
Galilæi ſub Achiriadab 220
Galilæa ſub ditione Herodis 421.621.
Galilæa inuaditur à Veſpaſi. 715
Galilææ deſcriptio & fertilitas 708
Galilæi deficiunt ab Herode 425
Galli 684 Gallus hecatõtarchus 737
Galmech regio, quæ Gilon in bibliis 202
Gamalas oppidum 515
Gamalæ ſitus, obſidio, & excidium à Tito factum 735.736.738
Gamini populi 586
Gargarus 330
Garizeus, Gazirim, mons 114.122.135.326
Gatha filius Eliphas 32
Galalim oppidum 105
Galanis 220
Gaulanitidis oppidum 589
Gaza oppidũ Palæſtinorum 123.127.141
Gaza capta ab Alexandro 327
Eadem capta à Iudæis 586
Gazarim oppidum 208
Gazarim Solomoni donata 231
Gebdeonitis oppidum 691
Gechegleth cognomẽ Rahuelis 54
Gedeon liberauit Iſrael ab Amalechitis 135
Gedeonis uiſio 134. (134
Gedeon ex hoſtium ſomnio audito, uictoriam ſibi promittit 134
Gedeon deſertum 135
Gedeon lxx. filiorum pater 135
Gedeonis hoſtes, ſui interfectores facti 139
Gelboe mons 176
Gellius 429
Gemellus ex aula Herodis excluſus 468
Genania uicus 708
Genaſar lacus 515.700
Genealogia filiorum Iacob 46
Genealogia Dauid 143
Genealogia filiorũ Dauid 187
Genealogia Saul 158
Genealogia Antipatri primi 609
Geneta porta Hieroſolymorum 779
Gerara loca Palæſtinæ 19
Gera pater Semei 200
Gera pater Aoth 132
Gera filius Beniamin 46
Geraſenorum mons 589
Geraſium deuaſtatur per Titum 761
Gerareth ciuitas 244
Geraritidis regio ibidem
Gergeſeus filius Chanaan 15
Germani mortem Caligulæ ulti 556
Germani ab ira reuocati 558
Germani laudati 684.685
Germanicus pater Caligulæ occiditur 555
Germanicus pater Agrippæ 589
Germanicus ueneno interijt à Piſone 517
Germani auguriũ de Agrippa maiore 530
Geſſabar filius Ioæ ſecũdi regis Iſrael 271
Gerſon filius Leui 46
Gerſus filius Moſi 55
Geſſioflous quartæ ſectæ philoſophorũ autor apud Iudæos 515
Geſſius Florus præſes Iudææ poſt Albinum 588
Geſſur regio 183
Getha 4
Gether filius Aram 15
Geth urbs & regio Palæſtinæ 123.168.174
Getho urbs Palæſtinorum 146
Geth deſtruitur ab Ozia ſecundo 274
Getuli olim Euilæi 12
Gezerenna ciuitas 188
Gezonat princeps militiæ Ioſaphat 253
Gigantum genus 127
Gigantum conuallis 187
Gion fons apud quem Solomon unctus eſt in regem 213
Gimõ propheta mittitur ad Baaſam 244
Ginais uicus 580
Giſcala oppidum 700
Giſcala à Tito capitur 739

Giſon maceria ſiue cancellus ambitum Salomonis circundans 225
Glaphira filia Archelai regis Cappadocū uxor Alexandri filij Herodis 455.636
Glaphira contumelijs afficit maritum 637
Glaphira marito mortuo redit ad patrem 479
Glaphira nubet Archelao affini 511
Glaphira trigama 512
Glaphiræ mœſtitia ſuper afflictione mariti 474
Glaphiræ ſomniū eiuſq; interitus 512.664
Gnidus loci nomen 386
Goboth loci nomen 65
Godolias per Nabuchodonoſor præſes cō ſtituitur in Hieroſolymis 295
Godolias interfimitur per maliciam Iſmaelis 294
Gofna ciuitas 708
Goliath Palæſtini altitudo 162
Goliath uerba ad Saul & Hebræos eodē
Goliath proſternitur à Dauid 165
Gomer filius Iaphet 11,12
Gophnitica Toparchia 597
Gorgias ſuperatur à Iuda Machabæo 351
Gorgion Ioſippi filius 725
Gorgion occiſus 754
Goſua aliàs Gopha ciuitas (recti⁹ Gophna, aut Gofna 411
Gotholia filia Achab, uxor Ioram, regina Hieroſolymorm 253.265
Gotholia in Bibliis dicitur Athalia 265
Gotholia ſtudet exterminare genus Dauid eodem
Gotholia perimitur 268
Gracch⁹, Sabino auxiliatur contra Iudæos 504.659
Græci laudati 684
Græcorum impudens arrogantia 11
Græcorum omnia eſſe noua Ioſephus aſſerit 855
Græcorum antiquiſſimi Chaldæis præceptoribus uſi 854
Græci cur utplurimum inter ſe diſſentiunt ibidem
Granicum flumen 326
Grana ciuitas à Iuda Machabæo capta 355
Grapte cognata Sizæ regis 765
Gratus præſes Iudææ poſt Annium Rufum 516
Gratus miles 562
Guni filius Neptalim 46
Guta oppidum 425
Gymnaſium fit Hieroſolymis concedente Antiocho 346
Gyon fluuius paradiſi 4
Gyon Græcis dicitur Nilus eodem

H

HAgi filius Gad 47
Halabarches, id eſt, princeps ſalis 579
Hamul filius Pharez 46
Haſthartæ & Herculis templum quis ſtruxerit 230
Heber filius Salæ 13
Heber quando genitus eodem
Heber filius Aſer 47
Hebræi unde dicti 13
Hebræi uictores euadunt per Moſen 66
Hebræi potiti Amorræorum terra 97
Hebræi patria iura tranſgreſſi 100
Hebræi uicti à Palæſtinis 179
Hebræorū uictoria de Palæſtinis 148
Hebræorum numerus è Babylone redeuntium in Hieruſalem 305
Hebræorum bellum in Chananæos inſcio Moſe 89
Hebræorum aduentus ad Sina 67
Hebræorum bellū cū Amalechitis 65
Hebræorum populus diffiſus Moſen lapidare uult 59
Hebræorū genealogia 14
Hebron ciuitas à Roboam ſtructa 239
Hebron Sare ſepulchrum habet 22
Hecæa filia Iaphram, uxor Herculis 22
Εκατομβαιὼν menſis nomen 96
Hecatus menſis 348
Hecatontomachi qui dicantur 384
Hedrous princeps militiæ ſub Ioſaphat 253
Helan rex filius Baaſa à Zamaria occiditur 245
Helchana uir leuita 144
Helchias gazophylax 293.586
Helena Adiabenorum regina, cum filio ad Iudaiſmum conuerſa 575
Heliab unus opificum tabernaculi 78
Helias Theſbytes propheta increpat Achab 246
Helias paſcitur à coruis 246
Helias filium uiduæ Sareptanæ reſuſcitat 247
Helias pſeudoprophetas Baal occidi iubet 248
Helias fugit Iezabel 249
Helias inungit reges, futuros ultores Achab 249

Helias mittitur ad Achab ꝓpter Naboth iniuſte occ. 250
Helias inuaſores ulciſcitur 257
Heliæ occurrit Achab 247
Heliæ & Henoch mortẽ nemo uidit 258
Heliæ habitus 257
Heliæ precibus pluuia ſuſpenſa rediit 248
Heliachim tutor regni Ezechiæ 281
Heliachim põtifex cuſtos theſaurorum Ioſue 285
Helim ſteríle palmetum 62
Heliopolis leonum ciuitas 564
Heliopolitanæ urbs 47
Heliſæus propheta efficitur 249
Heliſæus hoſtes obcæcatos ad Ioram tra/ducit 260
Heliſæus moritur 271
Heliſæus poſt mortem miraculis claruit 271
Heliſæi fons mirandæ naturæ 760
Heliſæi prophetia eiuſq; præcipui actus hiſtoria digni 259
Heliſæi prophetia de Samaritarum famis termino 261
Heliſæi Tyriorum regis meminit Menander 279
Hellanicus hiſtoriographus 854
Hellatici populi à Iano orti 11
Helleſpontus Lyſimacho poſt Alexandrũ ceſſit 329
Helmodad filius Iectan 15
Helpis uel Ioppis uxor Herodis primi 480
Helum ciuitas à Roboam ſtructa 239
Heman unus ex ſapientibus Hebræorum 221
Hemath ciuitas 287
Hemathenus rex cum Dauid fœdus iniit 190
Hemor rex 31
Hemſanea ſacra tunica 74
Heniochi laudati 684
Henoch 6
Henochia prima ciuitas mundi 6
Henoch ad deum diſcedens quem finẽ habuerit, non literis eſt proditum 8
Henoch & Heliæ mortẽ nemo uidit 258
Henoch uixit annos 365. 8
Heraclea ciuitas 770
Hercules auxiliatus filijs Abrahæ, duxit uxorem filiam Iaphram 22
Herennius Capito 527
Hæreſes Iudæorum tres 572
Hermippus philoſophus 864
Herodes 15. annorum præficitur Galilææ 611
Herodes Antigonum Ariſtobuli filium è Iudæa expellit 415
Herodes Iudææ tetrarcha conſtituitur à M. Antonio 415.615
Herodis fuga in Idumæam 417.617
Herodes in ius uocatus bellum Hyrcano mouere tentauit 404.405.612
Herodes Syriæ præficitur 615
Herodes Romam pergit 418
Herodes ſuam fortunam M. Antonio exponit 418
Herodes à ſenatu Rom. rex Iudææ pronunciatur 419
Herodes Roma rediens Antigonum & Hieroſolyma obſidet 420.620
Herodes Galilæa potitus, latrones delet 421.621
Herodes turbatus audita morte Antonij 438
Herodes Hyrcanum tertiũ interfecit 438
Herodes mandat uxorem occidi 439.629
Herodes magno honore à Cæſare excipitur 440
Herodes multorum oppidorum conditor 630.441
Herodis quomodo eruperit odium in Mariamnẽ 442.634
Herodes propter occiſam uxorem morbo correptus 634. 445
Herodis ſæuitia in amicos & liberos Babe 445.444
Herodes theatra & quinquennalia inſtituit Hieroſolymis 445.638
Herodes oppida & templa conſtruit in honorem Auguſti Cæſaris 446.630.638
Herodis beneficentia erga populum, tempore famis 447.622
Herodis profectio ad Marcũ Antonium 423
Herodi Soſius belli adiutor datus ibidem
Herodes caſum ædium ſaluus euaſit 424
Herodes telo uulneratus ibidem
Herodes in balneo ab hoſtibus non lædi/tur 424.624
Herodes obſidet Hieroſolymam eodem
Herodis nuptiæ cum Mariamne eodem
Herodes alienigenas ab ingreſſu templi arcet 426
Herodis inſtãtia apud M. Antonium pro morte Antigoni eodem

Herodes ſacerdotium Ananelo data lieni/ genæ 428
Herodis oratio ad Iudæos animantis eos contra Arabas 435.627
Herodis oratio ad Cæſarem 628.439
Herodis excuſatio ad Marc. Antonium quod filio Alexandræ ſacerdotium nõ de derit 429
Herodes tradit ſacerdotiũ Ariſtobulo ter/ tio eodem
Herodis dolo Ariſtobulus ſubmerſus 430
Herodes amore uxoris inſanit 633.431
Herodes Cleopatram deducit ad Aegy/ ptum 434
Herodes uenator, bellator, & ſagittarum inſignis librator 632
Herodes ſacerdotis filiam ducit uxorem 448
Herodes delubra & ſtatuas erexit cõtra le/ gem 448.449
Herodes accuſatur à Gadarenſibus 450
Herodis ſolertia qua populum in ſui timo/ re continuit 451
Herodis oratio ad populum de innouãdo templo 452
Herodes ſtruxit tranſitum ſubterraneum in templum 454
Herodis lex noua in fures 455
Herodes filios reductos Roma, in matri/ monium deſpondet eodẽ
Herodes Agrippæ occurrit in Aſia & Io/ nia 456
Herodes exponit Iudæis quomodo eos in libertatem aſſeruerit 458
Herode abſente quomodo domeſticũ cre/ uerit incendium 459
Herodes accuſat filios apud Auguſtum 460
Herodes iterũ quiquennnale certamẽ cele brat 462
Herodis liberalitas erga Rhodios 463
Herodes agonotheta dictus eodem
Herodes gloriæ cupidiſſimus ibidem
Herodes ſepulchrũ Dauid infeliciter ape/ rit 465
Herodes amoris in nurum falſo accuſatus, iraſcitur fratri 466
Herode ab eunuchis ueritatem odij extor quente, amici eius inuicem ſe accuſant 467.468
Herodes Alexandrum filium in uincula conijcit 469
Herode abſente deficiunt Trachonitæ ab eo 470
Herodes Nacebum latronum ducem com prehendit 471
Herodes traducitur apud Cæſarẽ propter cæſos Arabes eodem
Herodes Nicolaum Dam. legat ad Cæſa/ rem 472
Herodes reconciliatus Cæſari per Nicola/ um Damaſc. 474
Herod. quo pacto in filiorum necem anhe lauerit 476.477
Herodes nepotes & neptes ex filijs trucida tis liberaliter educat 479
Herodis uxores & liberi 480.644
Herod. Pathaneam regionem dat Σama/ ri Iudæo. 480
Herodes accuſat fratrem Pheroram eiusq; uxorem conſpirationis delatos 482
Herodi produntur per mortem Pheroræ ueneficia in eũ parata 647.648
Herodes Antipatrum ſubitarie Roma re/ uocatum, reum agit ueneficij coram Va/ ro 486.649.650
Herodes Antipatro in uincula coniecto, le gationẽ mittit ad Cæſarem 491
Herodes morbo iam obnoxius quid ege/ rit 492.495
Herodis morbus immedicabilis 494
Herodes moriturus mandat ut ſe mortuo Iudæorum primores interficiantur, quo Iudæi mortẽ ſuam uel inuiti plorent 459
Herodes ſemet interficere conatus 496
Herodis teſtamentum, mors, & tempus re gni eius 496
Herodis pompa funebris & ſepultura 497
Herode mortuo porticus incenditur, aula obſidetur 504
Herodis regni diuiſio 509
Herodis uniuerſa proſapia 524
Herodes ſecũdus, filius Herodis magni ex Mariamne pontificis 644
Herodes mortuus 496
Herodes tertius filius magni Herodis ex Cleopatra 480
Herodes ciuitates quaſdam condit 515.
Herodes imperator factus, ob feritatem à ſuis Parthis occiſus eſt 517
Herodes quartus Antipas 654
Herodes (aliâs Irodes uel Orodes) filius Arthabani regis Armeniæ 517
Herodes Arthabanũ et Vitellium cõuiuio excipit. 522

Herodes

Herodes amore Herodiadis captus 522
Herodes inceſtus cum Herodiade, eius cõ flictus cũ ſocero Areta propter repudiũ eius filiæ 525
Herodias filia Ariſtobuli, ſoror Agrippæ maioris eodem
Herodes Agrippæ inopiam improperat 525
Herodes exilio damnatus, Herodiade eũ comitante 535.669
Herodes frater Agrippæ maioris rex Chalcidis 570
Herodi cõfertur poteſtas inſtituendi pontific. & ſacerd. 574
Herodis obitus eiuſq; filij 579.672
Herodianus inſidiatus Antiocho Grypo. 386
Herodion oppidum 417. 617. 631
Herodij ſitus & munitio 456.837
Herodotus Halicarnaſſæus 865.231.241.282
Heroum ciuitas 47
Heſter 319
Hezron filius Pharez 46
Hiar menſis Hebræorum 222
Hieremias Elegidion Ioſiæ deſcripſit 286
Hieremias ſpernitur & libri eius concre. 287
Hieremias prophetans non auditur 289
Hieremias prædicit Hieroſolymã expug. ire 289
Hieremias uinctus abducitur 289.290
Hieremias luto immergitur 290
Hieremiæ prophetia de Sedechia uera reddita 291.292
Hieremiam Nabuzardan ſoluit è uinculis 293
Hieremias Aegypti ſubuerſionẽ & trãſmigrationem Iſraël prædicit 295
Hiericho obſidetur 118
Hiericus à Rom. diripitur 421
Hierichuntis deſcriptio 759
Hieroboam filius Nabath contra Salomonem 235
Hieroboam ſuperbit prophetia Achiæ 236
Hieroboam fugit ad Suſſachum 236
Hieroboam decem tribubus rex præficitur 237
Hieroboam abducit populum in idololatriam 237.238
Hieroboam increpatur à Iadon propheta 238
Hieroboam uxorem mittit ad Achiam propter ægrotantem filium 241
Hieroboam contra Abiam mouet bellum 242
Hieroboam moritur 243
Hieroboam genus miſere extinctum eodem
Hieroboam filius Ioæ rex Iſraël Iſraëlitis multorum bonorum cauſa 273
Hieroboam mortuo ſucceſſit filius Zacharias 274
Hieron Hebræa lingua munitio 187
Hieroſolym. Beniamitis tributaria 127
Hieroſolyma ſub Abraham Solyma dicta 187
Hieroſolymorũ reges quot & quamdiu regnauerint 292
Hieroſolymitæ captiui abducuntur à Bab. eodem
Hieroſolymitarum 3000 ducuntur in Bab. 288
Hieroſol. obſidetur à Babyloniis 290
Hieroſolyma capitur à Babyloniis 291
Hieroſolym. muri reparantur ſub imperio Xerxis 317
Hieroſolim. à Ptolemæo eſt capta 329
Hier. conſtruitur Gymnaſium 346
Hieroſol. excidiũ & direptio tẽpli ſub Antiocho Epiphane 347.596
Hieroſolyma capta per Pompeium magnum 396
Hieroſolyma exponitur fiſcalibus Romanorum 397
Hier. obſeſſa ab Herode 420.424.620.624.
Hieroſol. ingens cædes Herode & Soſio ciuitatem occupantibus 425.426
Hieroſolym. mœnia locupletius extructa 569
Hieroſolymam primus Dauid nuncupauit 187
Hieruſalem obſidetur à Dauid 186
Hieruſalem expugnatur 187
Hieroſ. oppreſſio ſub Floro 678.679
Hieroſol. conſpiratio facta, belli cũ Romanis ſeminarium 687
Hieroſol. obſeſſa à Ceſtio 697
Hieroſol. bello ſe præparant aduerſus Romanos 705
Hieroſol. excidij initium 743
Hieroſolym. inteſtina ſeditio orta 742
Hieroſol. tria mala, bellum, libido dominãdi, & ſeditio 756
Hieroſolym. ſeditio indies inualeſcebat, adeo ut ne templo quidem abſtinerent 772.773

Hier.ſeditio iterum exorta 776
Hieroſol.deſcriptio 778
Hier.dira fame oppreſſi 795.800
Hieroſol.muro & caſtellis à Tito circun/data 800
Hieroſ.lamentabilis ſtrages fame pereun/tium 800.801
Hieroſolymitæ boum ſtercore ueſci coacti 804
Hier.calceorum ſordibus & fœno ueſci co/acti 815
Hier.excidij mira præſagia 820
Hieroſolym.permittitur prædæ & incen/dio 825
Hieroſ.capta à Romanis 826.827
Hieroſ.quoties & à quibus capta,deq; pri/mis eius cõditoribus,& quomodo nouiſ/ſime funditus eſt deleta 304
Hieus propheta arguit Ioſaphat 255
Hieus rex inungitur ab Helia 249
Hieus ab Heliſæo inunctus exterminauit genus Achab & ſacerdotes Baal 265. 266.267
Hieus Oziã eiusq; quadragintaduos fami liares occidit 266
Hilon pater Abdonis 138
Hilus ſacerdos 293
Hin menſuræ Hebrææ genus 78.81
Hippicos turris 690.779
Hippa oppidum 239
Hira rex Tyri conciliat ſibi amicitiam Da/uid 187
Hiræ epiſtola ad Salomonem 222
Hiræ munera ad Salomonem 230
Hiræ ænigmata à Salomone ſoluta 230
Hira filius Abybali eodem
Hiræ mentionem faciunt Menander & Dion ibidẽ
Hiramus idem qui Hira 821
Hiſtoriæ ueræ indicium 855
Hiſtoria Deuteronomij 104
Hiſtoria Iudicum 126
Hiſtoria Ruth 142
Hiſtoria regum 144
Hiſtoria Danielis 296
Hiſtoria Eſdræ 304
Hiſtoria Heſter 317
Hiſtoria Machabæorum 346
Hor mons in quo ſepulta ſoror Moſi 95
Hoſtes etiam ſepeliendi 111
Hoſtia pro gratiarum actione 80
Hoſtia pro peccatis eodem
Hoſtia pro peccato per ignorantiã ibidẽ
Hoſtia pro peccato per maliciam 81
Hoſtia pro peccato principis eodem
Hupim filius Beniamin 46
Hur ciuitas 14
Huz filius Aram 15
Hyrcanus primus
Hyrcanus filius Ioſephi 342
Hyrcani aſtutia & prudentia 343
Hyrcanus mittitur ad Ptolemæũ Epiphã/nem eodẽ
Hyrcanus Arionem in uincula conijcit ob negatũ cenſum 344
Hyrcanus centũ pueros & totidem uirgi/nes comparat ibidem
Hyrcani arguta reſponſio ad Ptolemæum de oſſibus quæ conuenæ ante eum facie/bant eodem
Hyrcanus pueros regi,puellas reginæ do/nauit 345
Hyrcanus fratrum inſidijs circũuentus du/os eorum occidit ibidem
Hyrc.turris quomodo extructa fuerit eod.
Hyrcanus ſemet occidit 346
Hyrcanus ſecundus qui & Ioannes
Hyrcanus Ioannes filius Simonis Mata/thiæ 376
Hyrcanus princeps ſacerdotum factus, ob ſedit Ptolemæum interfectorem patris ſui 377.598
Hyrcanus ſepulchrum Dauid aperuit & cum Antiocho Sotere amicitiam iniit 598.378
Hyrcani militia contra Syros poſt mortẽ Soteris 378
Hyrcanus ad Romanos legationem mit/tit pro renouatione amicitiæ 378.379
Hyrcani amicitia cum Alexandro Zeben na 379
Hyrcanus Samariam obſidet & delet 380.598
Hyrcano deus locutus 599.380
Hyrcano felicitatem inuiderunt Iudæi 380
Hyrcano contumelia irrogata 381
Hyrcani mores & laus 599.381
Hyrcania caſtellum Iudææ 390
Hyrcanium oppidum 456
Hyrcanus tertius
Hyrcanus filius Alexandri Iamnei ſacerdo tium conſequitur 389.390.603
Hyrcanus ad regnum aſpirans bello ſupe/ratur à fratre 392.603
Hyrcanus & Antipater ad Aretam confu/giunt 395

Hyrcanus adiuuante Areta Ariſtobulum ſecundū fratrem uincit 393.606
Hyrcanus pauper & tenax 394
Hyrcano confertur ſacerdotium à Cæſare 402.611
Hyrcanus accuſatur tyrannidis eodē
Hyrcanus Herodem ad conſilium uocat 404
Hyrcano capto & ligato aures præcidun/tur 417.617
Hyrcanus è uinculis redit ad Herodē 428
Hyrc. interficitur ab Herode 438
Hyrcanus filius Herodis regis Chalcidis 579

I

Abel filius Lamech ex Ada 6
Iabella ciuitas uaſtatur ab Aſa 245
Iabes ciuitas Galaadina 153
Iabeſſeni populi eodē
Iabis pronepos Moſi, cuſtos theſaurorum Dauid 214
Iabitæ terrefacti per Naas 153
Iabitæ corpus Saul ui hoſtibus ablatum ſe/peliunt 180
Iachin filius Simeonis 46
Iachin thalamus, columna templi Salomo/nis 224
Iachzeel filius Neptalim 46
Iacimus filius Zamaris Babyloniꝰ 481
Iacob filius Iſaac naſcitur 24
Iacob quomodo benedictionem fratri ſuo Eſau prærípuerit, & quæ ei uiſio in Meſo/potamiā ad Laban fugienti apparuerit 25.26
Iacob quibus modis ex Laban ſoceri fília/bus filiarumq; ancillis nuptias & concubí/tus habuerit, quot item proles ex iis ge/nuerit, quomodoq; à ſocero cū uxoribus & filiis aufugerit 27.28
Iacob ingratitudinis ad Laban ſe excuſat, in Chananæā reuerſus fratri ſuo Eſau re/conciliatus, cum uiſione quadam lucta/tur 29.30
Iacob cum Eſau tabernacula partitus ma/gnam poſtea felicitatem conſecutus 32
Iacob luget filium ſuum Ioſeph 35
Iacob grauiter fert Simeonē detentū 41
Iacob in Aegyptum ad Ioſeph filiū migra/turus, ne iter omittat uiſione ſolatur: at Io/ſeph filio uiſo penè exanimatur 46.47
Iacob à Pharaone ſalutatus 157 completis annis, uita eſt defunctus 47.48
Iacob martyr Machabæus 863
Iacobus Iudæ Galilæi filius crucifixus 579
Iacobus frater Ieſu Chriſti lapidatus 587
Iada ciuitas 378
Iadon propheta increpat Hieroboam 238
Iadon à pſeudopropheta ſeductus, à leo/ne diſcerpitur 238.239
Iaddus ſacerdos filius Ioannis Manaſſen fratrem ob connubium alienigenæ prohi/bet ab altari 326
Iaddus Alexādro magno Hieroſolymam ingreſſuro occurrit 327
Iaddo mortuo ſuccedit Onias filius 329
Iaël filius Ieſſe 161
Iaëlom filius Eſau 32
Iaër Galaadinus princeps Iſraëlitarum 137
Iahel mulier occidit Siſara 133
Iaheleel filius Zabulon 46
Iamin filius Simeonis eodē
Iamnia deſtruitur ab Ozia ſecundo 274
Iaphet filius Noē 10
Iaphet habuit ſeptem filios 11
Iaphran filius Abrahæ 22
Iarach filius Iectan 13
Iardes ſaltus 840
Iared filius Henoch 6
Iaros filius Beniamin 46
Iaſo filius Eleazari Aphi 559
Iaſus pater Gedeonis 133
Iazara ciuitas 254
Iazates filius Helenæ ad Iudaiſmum con/uerſus 574
Iazatis auxilio Artabanus regno reſtitu/tus 576
Iazates contra fratres ob Iudaiſmū uictor, feliciter mortuus & Hieroſolymis ſepul/tus 577
Iazihel propheta ſolatur Ioſaphat 256
Iberes populi olim Iobeli 11
Iberi laudantur 684
Ibidum natura 52
Ichabeth poſthumus filius Phinees 145
Idæ iniquitas de Paulina & Mūdo 518.519
Ida cruce damnatur 520
Idæas filius Neriæ ſacerdos tēpli Salomo/nis 293
Idola inquiſita à Laban 29
Idumæa ab Eſau habitata & uocata 32
Idumæa & Gobolitis & Amalechitis di/cta 32

Idumæorũ rex Moſi uoto nõ acquieuit 95
Idumæam ſuperiorem tribus Iuda elegit 123
Idumæa Aegypto contermina ceſſit in ſortem tribui Simeonis ibidem
Idumæi uicti ab Abiſai 197
Idumæa à Ioram Hieroſolymorũ rege deficit 264
Iebar filius Dauid 187
Iebuſæus filius Chanaan 15
Iebuſæorum gẽs è Hieroſolymis pulſa 187
Iechabath ciuitas 284
Iectan filius Heber 15
Iehus filius Eſau 32
Iemna filius Aſer 47
Iemuel filius Simeonis 46
Iedlaph filius Nachor 14
Iephthe Galaadini Iſraëlitarum principis temerarium uotum 138
Ieraſis mater Ionathan 275
Ierſan filius Dauid 185
Icrus menſuræ genus 78
Ieſbos filius Abrahæ ex Cetura 22
Ieſobos unus fortiſſimorum Dauid 209
Ieſſe filius Obed, pater Dauid 143
Ieſua filius Aſer qui & Ieſui 47
Ieſus aliàs Ioſue (ut in bibliis) Naue filius Hebræorũ exercitui præfectus 65.87
Ieſus prophetat 114
Ieſus exploratoribus miſſis euertit Hiericho 116.117.118
Ieſus ſuper Hebræorum afflictione conſulit dominum 119
Ieſus fœdus iniit à Gabaonitis oblatũ 121
Ieſus ſacro tabernaculo conſtituto populũ congregatum alloquitur 122
Ieſus Chananæos exterminari iubet 123
Ieſu oratio ad Rubẽ, Gad & Manaſſen 124
Ieſu mors ciuſq; ætas 126
Ieſui filius Saul 158
Ieſus filius Ioſedech ſacerdotum princeps 309
Ieſus filius Eliſaib à fratre Ioanne in templo occiſus 325
Ieſus Iaſo filius Simonis ſacerdotio priuatur 346
Ieſus filius Seæ pontifex 511
IESV CHRISTI mentionem facit Ioſephus 518
Ieſus filius Fabetis ſacerdotio priuatur ab Herode 448
Ieſus Dannei filius pontifex 587
Ieſus Gamalielis filius pontifex 588
Iethan Hebræorum ſapiens 121
Iethebaal rex Tyri & Sidonis pater Iezabel 246
Ietheus uel Iethra pater Amaſæ 202,216
Iethrim gener Moſi 127
Ietro alias Rahuel ſocer Moſi 67
Iezabel uxor Achab, templum Baal conſtruit 246
Iezabel occidit prophetas 247
Iezabel interminata mortem Heliæ 249
Iezabel de turri præcipitata à canibus deuoratur 266
Iezara fons Samariæ 255
Iezer filius Neptalim 46
Iezonias princeps profugorũ in exilio Babylonico 295
Iezraël ciuitas 249.264.265
Iezraëlitæ populi 266
Illyrici laudantur 684
Immolatio porcorũ illegitima 547
Inas filius Dauid 187
Indathis dux Parthorum 378
Inuenta eſſe reſtituenda 111
Ioa à cõmentarijs Ezechiæ 280
Ioa ſcriba monumentorum 285
Ioab filius Saruiæ princeps militiæ Dauid 182
Ioab inuidia percitus traducit Abner coram Dauid & traductum doloſe occidit 184
Ioab principatum militiæ meruit in Hieruſalem 187
Ioab induſtria contra hoſtes Hebræorum 192
Ioab cõſolatur Dauid ſuper morte Abſalom 204
Ioab perſequitur Sabee 207
Ioab Amaſam interemit ibidem
Ioab ciuitatem quam Sabee intrauerat, obſedit ibidẽ
Ioab obſidionem ſoluit, miſſo Sabee capite per murum eodẽ
Ioab iuſſu Dauid dinumerat populũ 210
Ioab iuuit Adoniam ad regnum aſpirantem 212
Ioab occiditur in templo 218
Ioachaz patris ſui Ioſiæ ſucceſſor uinctus abducitur in Aegyptum 287
Ioachazas rex Syrorum 269
Ioachas filius Hieu rex Iſraël 270
Ioachæ ſuccedit Ioas ſecũdus, ſolus exmultis bonus eodem
Ioachim rex Hieroſolymorum conſtitutus fratre

fratre ſuo Ioachim in Aegyptũ abducto 287
Ioachim tributarius fit regi Nabuchodonoſor eodem
Ioachim occiditur, ſurrogaturq; Ioachim filius 288
Ioachim ſeipſum cũ matre & cognatis trádit regi Babylonio, ſurrogato Sedechia ibidem

Ioas primus.

Ioas filius Oziæ infantulus ſeptem annis clàm nutritus in regem ungitur 267.268
Ioas ſeptennis regno præficitur 269
Ioas templum Hieroſolymitanum reparat 269
Ioas poſt mortem Ioiadæ legum præuaricator factus 270
Ioas Zachariam prophetam in templo occidit eodẽ
Ioas uaſtationem Hieroſolymorũ ab Aſahel donarijs templi redemit 270
Ioas occiditur ab amicis Zachariæ, ſuccedente filio Amaſia 270

Ioas ſecundus.

Ioas filius Ioachæ ſucceſſor in regno 270
Ioas tribus prælijs iuxta prophetiã Heliſæi uincit Syros 271
Ioas Samariæ ſepultus, ſuccedente filio ſuo Geſſabam eodem
Ioæ regis parabola ad Amaſiam 272
Ioas Amaſiam uincens Hieroſolymorum fit dominator 272
Ioas aliàs Noas mater Ioachim ſecũdi 288
Ioathabalus rex Tyriorum 299
Ioathã filius Gedeonis diuinat Sichimitas delendos 136
Ioathan filius Heli ſacerdos tẽpli Salomonis 295
Iob filius Iſachar 46
Iobab filius Iectan 15
Iobal rex Tyri ſocer Achab 267
Iobel filius Iaphet 11
Iochobel mater Moſis 50
Iocundus delator filiorum Herodis 473
Iodabar ciuitas 191
Iodas princeps de tribu Leui 186
Ioannes princeps militiæ ſub Ioſaphat 253
Ioannes filius Zarij princeps profugorum in exilio Babylonico 293
Ioannes populũ captiuum redemit de manibus Iſmaëlis 294
Ioannes filius Eliaſib 315
Ioannes fratri ſuo Iudæ in ſacerdotio ſuceſſit 325
Ioannes Ieſum fratrem ob ſacerdotium in templo interemit 325
Ioan. filius Simeonis pater Matathiæ 348
Ioannes Gaddis filius Matathiæ ibidẽ
Ioannes Gaddis occiditur 361
Ioannis mortẽ fratres ulti 361
Ioannes Hyrcanus Simonis Matathiæ filius 376
IOANNES Baptiſta occiſus 525
Ioannes cognomento Iouis panis, tabellio 574
Ioannes telones 771
Ioannes Eſſæus 699
Ioannes Annæ eodem
Ioannes Giſcalæus inſidiator Ioſephi 709
Ioannes Giſcala per Titum capta, Hieroſolymam fugit 739.740
Ioannes Hieroſolymitas ad bellum cõtra Romanos incitat 742
Ioannes à Romanis capitur 828
Ioannes Galilæorum tyrannus 765
Ioannes Idumæorum dux occiſus 787
Iohel filius Samuelis 149
Iohoiades pater Banaiæ 191
Ioiadas pontifex maritus Ioſabeth Hieroſolymis ſepultus 270
Ionæ prophetæ hiſtoria 275
Ionas Annæ pontifex poſt Simonem Cantharam 568
Ionij populi à Iano deſcendunt 18
Ionadab conſilium dat Amnon de inceſto perpetrando 106
Ionadab filius Samnæ conſolatus Dauid ſuper luctu filiorum 197
Ionat. filius Abiathar miniſter Dauid 199
Ionathas nunciat Adoniæ Salomonem in regem unctum 214
Ionathas filius Vochor 218
Ionathas qui & Abarõ, filius Matathiæ 348
Ionathas eligitur in locum Iudæ 360
Ionathas ulciſcitur Ioannem fratrem in nuptijs 361
Ionathas capit Hieroſolymam 362
Ionathas factus ſummus ſacerdos 363
Ionathas purpura indutus ab Alexandro Epiphane 366
Ionathas capit Ioppen 366
Ionathæ uictoria de Apollonio Tito 367
Ionathas arcem Hieroſolymorum obſidet 398
Ionathas cum Antiocho Theos amicitiã iniit 370

Ionathas à Demetrij Nicanoris ducibus uictor euadēs, mittit epistolas ad Romanos & Spartiatas 571
Ionathas Nabathæos expugnat 572
Ionathas dolo capitur uiuus & socij perimuntur 573
Ionathas occisus à Simone fratre sepelitur 575.597
Ionathas Absalomi amicus Simonis Mathathiæ 574
Ionathas Sadducæus Hyrcani Ioānis amicus 581
Ionathas Oniæ legatus Iudæorum ad Romanos 408
Ionathas pontifex insidiatore Felice occisus in templo 584
Ionathes Iudæus 815
Ionathes Gyneciarius Romæ exustus 852
Ionathas filius Saul 155
Ioanathas Palæstinos dormientes aggressus perturbauit 156
Ionathas ignoranter maledicti reus factus 158
Ionathas à patre morti destinatur eod.
Ionathæ constantia eodem
Ionathas liberatur à populo eodē
Ionathæ oratio ad Saul pro Dauid 165
Ionathæ iuramentū ad Dauid 167
Ionathas Dauid fidem dedit eodē
Ionathas bello cecidit 180
Ionathan filius Oziæ rex Hierosolymorū 275
Ionathā succedit impius filius Achaz 276
Ionathas filius Annæ post Caiaphan 521
Ioppe capta à Ionatha Abaron 566
Ioppe capta per Vespasianum 728
Ioppis uxor Herodis magni 645
Ioram filius Iosaphat uxore priuatus 255
Ioram patri succedit 259
Ioram Hierosolymorum rex, parricida & idololatra factus 263
Ioram mortuo uxores & filij occiduntur, præter Oziam 264
Ioram filius Achab Ochoziæ fratri succedit 258
Ioram Iosaphat & regis Idumææ, bellum contra Moabitas eodem
Ioram regis Israël gesta & pericula Samariæ facta 261
Iorā in obsidione Aramathæ uulneratur 264
Ioram ab Hiēu occiditur 263
Ioram filius Azariæ sacerdos templi Salomonis 295
Iordanis decreuit Israëlitis eum transmeantibus 117
Iordanis scaturigo à quo primum deprehensa 735
Iosaphat archigrammateus Dauid 191.208
Iosaphat filius Asa patri succedit 246
Iosaphat bellū cū Ammonitis 252.255
Iosaphat filio Ioram accepit uxorem 255
Iosaphat impetum Syrorum euadit 254
Iosaphat culpatur ab Hieo propheta 255
Iosaphat Moabitas domino pugnante uicit 256
Iosaphat succedit Ioram filius 259
Iosebeth uxor Ioadi furatur Ioam infantulum 267
Iosedech sacerdos in Babyloniā captiuus est ductus 292
Ioseph filius Iacob ex Rachele 28
Ioseph fratribus somnia narrata exponit 35
Ioseph per Ruben ereptus 34
Ioseph in lacū ponitur eodem
Ioseph Ismaëlitis uenditus à patre lugetur, à Putiphare emptus, adulteræ concubitū contempsit 35
Ioseph dissuadens de stupro ueste fugit relicta falsò accusatus carceri mancipatur 36.37
Ioseph à carcerario lenius tractatur, pincernæ & pistoris somnia exponit. postea Pharaonis somnia interpretatus, Aegypto præficitur 37.38.39
Ioseph Putipharis filiam duxit uxorem 39
Ioseph alloquitur fratres 40
Ioseph super Beniamin compūgitur, & fratres furti infamat 42
Ioseph fratribus innotuit 45
Ioseph oratio ad fratres eodem
Ioseph obuiā egreditur patri suo Iacob in Aegyptum uenienti 46.47
Ioseph frumenta uendidit, & patrē mortuum in Hebron sepeliuit 47.48
Ioseph mors & ætas 48
Ioseph ossa eodem
Ioseph ossium trāslatio 59
Ioseph filius Chami pontifex post Elioneū Cātharæ 574
Ioseph Hierosolymites pecuniarum gratia in mortem cuiusdā pontificis machinatus 584

Ioſeph Gaddis pontifex 586
Ioſephus Zachariæ præficitur Iudæis, Iuda Machabæo perſequente Timotheũ. 355
Ioſeph Iudæ mandato non parens, infelix pugna contigit 354
Ioſeph Ellimi filius uni⁹ diei ſacerdos 494
Ioſephus Caiaphas põtifex poſt Simonem Camithi 516
Ioſephus Thobiæ filius Oniam auunculũ Ptolemæo Epiphãi recõciliat 340.341.342
Ioſephus genuit Hyrcanum 342
Ioſephus pater Hyrcani moritur 345
Ioſephus Curionis filius 699
Ioſephus filius Simonis eodem
Ioſephus huius hiſtoriæ ſcriptor.
Ioſephus duabus cauſis ad hiſtoriã ſcribendam inuitatus 1
Ioſephus Iudaicum bellum ſcripſit ante hiſtoriam Geneſeos 19
Ioſephus ut uere Iudæus, de lapide ſomnij Nabuchodonoſor quid ſentiat, dicere recuſat 298
Ioſephus Polybium carpit 355
Ioſephus ſacerdotem ſe dicit ex genere Machabæorum 465
Ioſephi eruditio & ætas, dum Antiquitatũ libros ſcriberet 592
Ioſephus Matathiæ filius rector Galilææ conſtituitur 699
Ioſephus militaris diſciplinæ peritus 700
Ioſephus quatuor urbium principatum amiſit 703. 704
Ioſephus duas urbes recuperat 704.705
Ioſephus cõtra Veſpaſiani milites nihil auſus 709
Ioſephus Tiberiadem fugit 715
Ioſephus è Tiberiade Hieroſolymitis oẽm rem Romanorũ perſcribit eodem
Ioſephus Iotapata obſeſſa, hoſtium miſſilia præpedire gnarus 714.715
Ioſephus Romanos multa clade affecit 716
Ioſephus capta Iotapata latitans proditur, ad Veſpaſianum captiuus ductus cæteris occiſis 724
Ioſephi præſagium 727
Ioſephus à Cæſarienſibus odio habitus 727.728
Ioſephus à Tito miſſus Iudæos ad deditionem Hieroſolymorum adhortaturus 792
Ioſephus lapide uulneratus 802
Ioſephus rurſum hortatur deditionem 809
Ioſephus ex uariarum gentium hiſtoriis Iudaicæ gentis antiquitatẽ oſtendit 858.859
Ioſias Amon patri ſuccedit 284
Ioſiæ regis laus eodem
Ioſias feſtiuitatem azymorum agit 286
Ioſias moritur eodem
Ioſiæ ſuccedit Ioachas 287
Ioſippus à mulieribus ſeductus, Herodis ſententiam de Mariamne uxore prodit 431.634
Ioſippus ab Herode occiſus 444.634
Ioſippus fratruelis Herodis, eiuſq; gener 480
Ioſippus filius Antipatri frater Herodis 401.609
Ioſippus in Iudæa perit 423.622
Ioſippo patruo Herodis committitur adminiſtratio rerum, Herode ad Antoniũ profecto 432
Iotapatæ obſidio per Veſpaſianũ 713.714
Iotapatenis aqua menſura miniſtratur 716
Iotapatæ excidium 725
Ioui Cretæ templum dedicatur à Sichimitis 348
Iozarus Boëthi deponitur à põtificatu 511
Iozarus Boëthi perſuadet Iudæis cenſum admittendum 513
Iozarus pontificatu priuatur 515
Iſaac immolatio 22
Iſaac conſtantia eodem
Iſaac coniugium cum Rebecca 22.23
Iſaac repromittitur Abrahæ 17
Iſaac naſcitur 20
Iſaac octaua die circũciſus eodẽ
Iſaac à patre dilectus eodẽ
Iſ. præ inuidia expulſus ab Abimelech 24
Iſaac dilexit Eſau eodẽ
Iſaac oratio ſuper Iacob 25
Iſaac ætas 38
Iſaac moritur in Hebron 38
Iſachar filius Iacob ex Lya 28
Iſachar tribus ſortita Carmelum 125
Iſachã Samarites uxor Iaddi ſacerdotis 526
Iſboſeth filius Saul rex Manalim conſtituitur 181
Iſboſeth diſſidet ab Abner propter concubinam 185
Iſboſeth dolet mortem Abner 185
Iſboſeth occiditur eodem
Iſidis templum Romæ deſtructũ propter ſtuprum Paulinæ 520
Iſmael circunciſus ætatis anno xiij. 18
Iſmael nominis etymologia 17

Ismaelis genealogia 20
Ismael uxorem Aegyptiam duxit eodem
Ismael filius Iabi pontifex 516
Ismaelis cuiusdam malicia in Godoliã 293
Ismael populum de Masphat ducit captiuum 294
Israel uocatur Iacob 30
Israel etymologia eodem
Israelitæ neruo lato non uescuntur eodem
Israelitæ præuaricatores legis facti sunt 127
Israelitarum multa milia occisorum à Beniamitis 129
Israelitæ uastantes Gabaa 130
Israelitæ Beniamitarum miserti, despondẽt eis uirgines Iabitas eodem
Israelitæ opprimũtur à Cusardo rege Assyriorum 131
Israelitarum oppressio ab Eglon eodem
Israelitæ serui facti à Moabitis eodem
Israelitæ serui facti Chananæis eodem
Israelitæ subiugati à Iabin 132
Israelitæ iterum liberati per Deborã & Barachum 135
Israelitæ uicti ab Amelechitis eodem
Israelitarum trecenti aquam manibus biberunt 134
Israelitæ liberati ab Amalechitis Gedeone principe eodem
Israelitæ sibi præficiunt Iephthe 137
Israelitæ ab Ammonitis oppressi eodem
Israeliticus populus egreditur ex Aegypto 58
Israelitæ tributarij facti Palæstinis 139
Israelitarũ clades à Palæstinis inflicta 145
Israelitici populi progressio à Sina 86
Israelitarum decem tribus transferuntur in Mediam & Persida 279
Istob rex 192
Ithabulus rex Tyriorum, qui aliàs Ioathabulus 247
Ithaburius mons 609
Ithaburius mons à Placido occupatus 738
Ithã locus amœnus circa Hierosolymã 234
Itham ciuitas à Roboam structa 239
Ithamar filius Aaron 77.146
Ithuræi subacti ab Aristobulo filio Hyrcani Ioannis 385
Ithurius amicus Herodis 439
Iubal musicam coluit 6
Iubileus annus 84
Iudas filius Iacob 28
Iudæi Hebræi 13
Iudæi circunciduntur octauo die 20
Iudæorum Hierosolymam repetẽtium numerus 309
Iudæorũ studium in reparãdo tẽplo eodẽ
Iudæi quando primum dicti 316
Iudæi subiugati à Naas 152.153
Iudæis nunciata calamitas per Aman inimicum 319
Iudæi multos inimicos trucidant 325
Iud. multi in Aegyptũ captiui ducunt 330
Iudæi absoluuntur 331
Iudæi beneficentia exhibita à Seleuco Nicanore,& Asiæ regibus 338
Iudæorum constituta qui noluerint infringi 338
Iudæis qualis contigerit conditio & amicitia cum Antiocho 339
Iudæi infestatiões passi à Samaritanis 340
Iudæi coguntur abnegare legem 347
Iudæorum multi in spelunca exusti 347
Iudæis amicitia cum Romanis 359
Iudæorum gens à Macedonum seruitute liberata est per Iudam Machabæũ 356
Iudæorum hæreses tres 372
Iudæorum inuidia contra Hyrcanum Ioannem 380
Iudæorum octingenti crucifixi 387.602
Iudæi quæ oppida possederint regnãte Alexandro Iamneo 389
Iudæi Romanis primum subijciuntur 397
Iudæorum nonnulli Herodem primum accusantes occisi 614. 615
Iudæi Herode eos animante, bellũ iterum contra Arabas capessunt 437
Iudæorum seditio contra Herodẽ propter trophæa quæ Hierosolymis erexerat 445
Iudæorum oratio ad Agrippam pro tuenda libertate 457
Iudæorũ afflictio per Asiã & Libyã 464
Iudæorum mos erat plures habere uxores 479
Iudæorum quadraginta,pœnas & supplicia alacriter subeunt pro defensione legis 493
Iudæorũ tria milia cædũtur in templo per milites Archelai filij Herodis 499.656
Iudæorũ seditio contra Sabinum 505
Iudæorum accusatio contra Archelaum 661.507
Iudæi à Pilato cæsi 518. 520. 668.669
Iudæi Roma excedere coguntur 520
Iudæorum constantia ad Petronium pro conseruatione legis 536.670

Iudæorum

Iudæorum cædes Seleuciæ facta 546
Iudæorum libertas sub Cl. Cæsare 566
Iudæorũ dissidiũ cum Philadelphinis 573
Iudæa uarijs tumultibus quassata, Archelao ad Cæsarẽ profecto 504. 505. 659. 660
Iudææ tumultus sedat Varus 506. 660. 661
Iudææ diuisio 509
Iudææ mala præside Felice 584
Iudæa à sicarijs deuastata 586
Iudææ descriptio, eiusq; undecim sortes 708
Iudæa uenum exposita 840
Iudæorum ingens clades tempore azymorum facta 580
Iudæorũ seditio cõtra Samaritas eodem
Iudæorum contentio contra Syros 585
Iudæorum & Cæsariensium seditio 678
Iudæorum sexcenti & triginta Hierosolymis occisi per Florum 679
Iudæorũ uiginti milia à Cæsariensibus, tredecim milia à Scythopolitis occisa 691.
Iudæorum seditio & strages Alexandriæ facta (692 694
Iudæi Cæstio fugato, rectores & duces prouinciæ eligunt 698. 699
Iudæi Ascalonum inuadẽtes ab Antonio cæsi 706. 707
Iudæi Iotapatæ obsessi à Vespasiano 714
Iudæorum 8500. occisi ab Idumæis 752
Iudæorum multi ad Vespasianum confugiunt 755
Iudæi Romanos è castris Hierosolymæ admotis excedere cogunt 775
Iudæorum dolus in Romanos sub dedi tionis prætextu 777
Iudæorum excursus in Romanos 787
Iudæorum multi crucifixi & manibus mutilati 797
Iudæi miseranda clade affecti 802. 803
Iudæorum multi ad Ro. profugiunt 810
Iudæi Romanis signis potiti 816
Iudæi in templum fugere coacti 817
Iudæorum seditiosi regiam deprædati, pulsis inde Romanis 824
Iudæorum multi uenditi 825
Iudæorum aliquot milia spectaculo exhibitorum perierunt 831
Iudæorum calamitates Antiochiæ 832
Iudæorum cædes in Iarde facta 840
Iudæorum cura circa ueritatem historiarum 855
Iudaicæ gentis cur pauci scriptores memi nerint 857
Iudæon Stratopedon loci nomen 618
Iudas Machabæus filius Matathiæ 348
Iudæ uictoria de Apollonio & Seron ducibus Antiochi 349. 350
Iudæ uictoria de Lysia & Gorgia 351
Iudas Hierosolymam occupat, templũ & sacrificia renouat 352
Iudæ uictoria de Idumæis & Ammonitis 352
Iudas persecutionem passus à Demetrio & Timotheo per Bacchidem 357
Iudas nouissimo contra Bacchidem prælio interit, à fratribus in Modin sepultis 560. 597
Iudas Capsei dux exercitus Ionathæ Abaron 371
Iudas Essæus propheta 600. 382
Iudas Arisei nobilis Iudæus legis interpres 492
Iudas Ezechiæ latronis filius Iudæam tumultibus infestat 505
Iudas Gaulonites concitator seditionis & autor quartæ sectæ Iudæorũ 515. 514. 515
Iudas Ionathæ 698
Iudas Dudi 802
Iudas Militonis 809
Iudas martyr Machabæus 904
Iudas patri Eliasib sacerdos successit 325
Iuda defuncto succedit frater Ioãnes 325
Iulia uxor Augusti Cæsaris 462. 479
Iulia Augusti filia, & duarum ciuitatum nomen 515
Iulia soror Caligulæ 564
Iuliani militis Romani fortitudo 808
Iulianus procurator Iudæ 817
Iurisabe puteus 20

L

Aban filius Bathuelis 14
Laban despondet filias & deinceps 27
Labenna prouincia 264
Labin rex Chananæorum subiugauit Israëlitas 132
Labin interemptus a Baracho 135
Laboch torrens 97
Labosordarchus 299
Lacedæmonij laudantur 685
Lachis oppidum structũ à Roboam 239
Lagus pater Ptolemæi Soteris 329
Lahabim filius Mesraim 12
Lais parens Phaltis 174
Lamech habuit filios septuagintaseptem 6
Lamech erant duæ uxores Ada & Sella 6

Lamech filio Noë tribuit rerum principatum 8
Laodicenſium decretum pro Iudæis 409
Laodiciam Herodes uenire inuitatur à M. Antonio propter mortem Ariſtobuli tertij 451
Largius Lepidus 817
Laſurim filius Dadan 22
Laſthenes Cretenſis 366
Ladocia Gaminorum regina 387
Lazarus gigas Iudæus 522
Legum præuaricator quot plagis feriendus 108. 109
Legem obſeruare iurat populus Iſraël 114
Legis interpretatio per ſeptuaginta ſenio/res coram Ptolemæo rege facta 336. 337
Legem interpretari quidam præſumẽtes, à deo ſunt multati 337
Lenæos menſis 408
Leobius rex Iudæorum 828
Leo à Banaia interfectus 209
Leonum ciuitas Heleopolis 365
Lepidus à C. Caligula occiſus 548
Leuias Hieroſolymita 742
Leui filius Iacob ex Lia 28
Leui quid ſignificet eodem
Leuitici hiſtoria 80
Leuitarum principes Manaſſes & Ephraem 85
Leuitarum numerus 85
Leuitarum tribus à militia ſegregatur 94
Leuitis decimas dari iuſſit Moſes eodem
Lex de oblatione farinæ 81
Lex puerperarum 85
Lex ſacerdotum ſuper uxoribus 84
Lex ſeptimi anni eodem
Lex Iubilei eodem
Lex blaſphemiæ 106
Lex decimarum eodem
Lex de homicidio, de rege eligendo 107
Lex de plantanda uinea eodem
Lex plantandæ ac arandæ terræ 108
Lex de uxoribus ducendis 109
Lex de repudianda uxore eodem
Lex de puella deſponſata & ab alijs ſtuprata 109
Lex de uxore fratris defuncti ſine liberis ducenda 110
Lex captiuæ uirginis eodem
Lex hoſtium ſepeliendorum 111
Lex furti multandi eodem
Lex percuſſorum 112
Lex de muliere pregnante eodem
Lex de ueneficis puniendis 112
Lex ſenſibus aut membris priuatorũ 112
Lex de boue cornupeta eodem
Lex de puteo effoſſo 115
Lex de depoſito eodem
Lex de mercede non fraudanda eodem
Lex de ſpolijs & præda diuidenda 179
Lex bellantibus & occidentibus reſiſtere concedit 179
Lex noua Herodis in fures 455
Lex in militem negligentem equi lata 812
Lia filia Laban 27
Lia cautim uxor Iacob facta eodem
Lia concepit ex Iacob 28
Lia machinatur in ſororem eodem
Lia collocat famulam Iacob eodem
Libanus mons 122. 220
Liberius Maximus Iudæam iuſſu Cæſaris uenum exponit 840
Liberi ancillas non ducant 109
Liber fluuij nomen 367. 372
Libes olim Phuti 12
Libya 393
Libya à Lahabim 15
Libyam Phut inſtituit 12
Lidda uicus 581
Lineum chiton 74
Lithus ciuitas 58
Liuia mater Tiberij Neronis 516
Lobatus rex Libyorum 512
Lochos menſis Auguſtus apud Macedones 96
Lollius Theoſtam ciuitatem cepit 394
Longinus præſes Syriæ poſt Marſum 575
Longi cuiuſdã Romani fortis animus 814
Lot filius Aram 14
Lot frater Saræ eodem
Lot ſeparatus ab Abraham 15
Lot habitauit circa Iordanem 16
Lot captus ab Aſſyijrs eodem
Lot hoſpitatur angelos 18
Lot genuit ex filiabus 19
Lucilius Baſſus 837
Lucius Valerius Lucij filius conſul Romanus 402
L. Manlius Romanus 379
L. Copinius ſenator Cæſare regnante 402
Lucius Collinæ filius ſenator eodem
Lucius Memmij filius Romanus 379
L. Antonij decretum pro Iudæis 408
L. Lentuli conſulis decretum pro Hyrcano & gente Iudæa 408
Luctus triginta dierum pro mortuis 110

Luctus

Luctus populi Iſrael audita morte Moſis 115
Lucullus 391. 603
Ludæ populi 13
Lud filius Sem eodem
Ludim filius Meſraim eodem
Lugdunum oppidum Galliæ 535
Lupus tribunus Cæſoniam Caligulæ uxorem occidit 560
Lupus morte multatus 566
Lupus rector Alexandriæ 851
Luſitani laudantur 684
Luza regio 17
Lycus fluuius 378
Lycurgus legislator 882
Lydi populi olim Ludæ 13
Lyſanias filius Minæi 415
Lyſias Antiocho ad Perſida profecto, relinquitur ad deuaſtandam Iudæam 350
Lyſanias ſuperatur à Iuda Machabæo 351
Lyſias occiditur 357
Lyſias oppidum 394
Lyſimachus Helleſpontum obtinuit poſt Alexandrum 329
Lyſimachus fratrem Aretam regem Arabum interfecit 386
Lyſimachus occiſus ab Herode 443
Lyſimachus Pauſaniæ legatus Iudæorum ad Romanos 408

M

Maacha filia Thamar uxor Roboam 240
Maacha rex 192
Maacha filius Nachor 14
Maacha mater Aſæ 245
Maalon filius Elimelech 142
Mabſamus filius Iſmaelis 20
Macedones populi 13
Macedones laudantur 685
Machabæorum martyrum libellus 894
Machabæus martyr 902
Machamis filius Ptolemæi uxor Dauid 185
Machæra Herodi uenit auxilio 422
Machir unus Machabæorũ martyrũ 903
Macher princeps Gaaladitis terræ 202
Macherus à ſeditioſis Iudæis capta 693
Macherus à Baſſo capta 837. 858
Macherus caſtellum Iudææ 390
Machir nutritius Miphiboſeth 191
Machon ciuitas uaſtata à Dauid 190
Macro carcerum Tiberij præfectus 529
Madan filius Abrahæ ex Cetura 22
Madeus filius Iaphet 11
Madian filius Abrahæ ex Cetura 22
Madianitæ populi 97
Madianitæ uicerunt Iſraëlitas 233
Madian ciuitas 55
Madianitarum & Arabum ingens numerus occiſus 135
Madianitæ mulieres alloquuntur Hebræos 100
Madianitarum exercitus extinctus 102
Magaſſarius 798
Mageddon loci nomen 266
Magedon ciuitas à Salomone cõdita 231
Magnus campus 760
Magog filius Iaphet 11
Magus quidam ſeductor populi à Portio Feſto occiſus 586
Mahuiaël filius Iared 6
μαιμακτηριὼνα menſis nomen 95
Malachus Arabs nutricius Antiochi Theos 369
Malachi inſidiæ contra Antipatrum 411
Malachus interficitur 412. 614.
Malachus rex Arabum Herodem fruſtratus 418
Mala Samaritanorum cõtra Iudæos 340
Malathoës ciuitas 526
Malchus propheta 22
Malchius 809
Mamaſus filius Iſmaelis 20
Mambre amicus Abrahæ 17
Mambre conuallis in qua requieuit Abraham 18
Mamortha Neapolis dicta 759
Manachaſim genus Hebrææ ueſtis 74.
Manachemi Eſſeni diuinatio de Herode 451
Manahen Sellum perimẽs ſeipſum regem Iſraël conſtituit 275
Manahen defunctus in Samaria 275
Manahen ſuccedit Phaceias filius 275
Manaimus rhetor principatum Hieroſolymis uſurpauit 689
Manaimus interficitur 690
Manalim regio 182
Manna quid ſit 64
Manaſſes filius Ioſeph 39. 46
Manaſſes & Ephraim tribui Leuitarũ præfecti 85
Manaſſes filius Ezechiæ impietate inſignis 285
Manaſſes à rege Babyloniorũ captus iterum remittitur 284

Manaſſes feliciter moritur 284
Manaſſes filius Ioannis ſacerdotis frater Iaddi duxit uxorē Iſachā Samaritidē 326
Manaſſes ob connubium alienigenæ prohibetur accedere altare 326
Manaſſi apud ſocerum exulanti promittitur ſacerdotium 326
Manaſſeas Damaſcenus de arca Noë 9
Manethō Aegyptijs hiſtoriographus 858
Manethōis hiſtoria refellit̄ à Ioſepho 869
Manuë pater Samſonis 139
Maon deſertum 171
Maon ciuitas 173
Mar amaritudo dicitur 62
Mara interpretatur dolor 143
Marachat menſis Hebræorum 7
Marcellus curator Iudææ Pilato Romam profecto 520
M. Tullius Cicero cōſul, Cn. Pōpeio Hieroſolymam & templum capiente 396
M. Agrippa cum Herode amicitias componit 450
M. Agrippa magnifice excipitur ab Herode 456
M. Agrippa Iudæorū libertates à Romanis conceſſas confirmat & tuetur 458
M. Agrippæ epiſtolæ pro libertate Iudæorum tutanda 464
M. Antonij epiſtola ad Hyrcanum tertium 413
M. Antonij decreta & edictum pro Iudæis 414
M. Antonius accuſatores Herodis occidi iubet 415. 615
M. Antonius Antigonum Ariſtobuli interficit 427. 626
M. Antonius impudicitiæ notat̄ 429. 626
M. Antonius uictus à Cæſare in bello Actiaco 435. 436
M. Antonius belli Romanorū dux cum Gabinio contra Iudæos 398
M. Antonij, &, P. Dolobellæ decreta pro Hyrcano tertio, & gēte Iudaica 407. 408
M. Agrippa Iudæorum ius tutatus 338
M. Agrippa conſul, Herode & Soſio Hieroſolymam expugnantibus 426
M. Publij decretum pro Iudæis 408
Marcus filius Alexandri filij Herodis 566
Marcus præſes Iudææ poſt Copinium 515
M. Minutianus coniunx ſororis C. Caligulæ 554. 564
M. Minutianus cōſpirator in mortem C. Caligulæ 548. 552
Mardochæus auunculus Heſter 518
Mardochæus pandit regi inſidias eunuchorum 519
Mardochæo Artaxerxes iraſcitur nō adoranti Aman 519
Mardochæi luctus de edicta contra Iudæos clade 520
Mardochæi oratio ad deum 521
Mardochæo patibulū parauit Aman 522
Mardochæus purpura indutus circundu/citur 523
Mardochæus exaltatur à rege eodem
Mardochæi decreta ſuper diebus feſtis Iudæorum 525
Mardochæus princeps Iudæorum in reditu à Babylone 509
Mare Pamphylicum diuiſum 61
Mareon ciuitas à Græcis Samara 245
Mare æneum templi Salomonis 224
Mareoth filius Ionathan 218
Maria ſoror Moſis moritur 95
Marion Tyriorum tyrānus ab Herode ſuperatus 415
Maria uxor Archelai filij Herodis 512
Maria filia Agrippæ maioris deſponſa Archelao Seleuci filio 572. 582
Maria nupta Demetrio Alexandrino 582
Mariamnę filia Alexādræ coniunx Herodis 428. 429. 624
Mariamne traducitur uiolati matrimonij 432. 633. 634
Mariamne turbata ſuper Herodis mandato de ſe occidenda 441
Mariamne quomodo Herodi facta ſit inuiſa 442
Mariamne ad mortem trahitur eodem
Mariamnes filij odio habiti à Salome 454
Mariamnes turris 690
Mariamne accuſatur ueneficij 442
Maris rubri diuiſio 60
Mariſa ciuitas 378. 554
Mariſſa ciuitas à Roboam ſtructa 239
Mariſeni 380
Marmaridæ laudantur 685
Marſus præſes Syriæ poſt P. Petroniū 569
Marſus Agrippæ maiori inimicus 571
Marſyas libertus Agrippæ 526
Marthace Samaritis uxor Herodis primi 644
Martyr quis ſit 894
Maſaus filius Iſmaelis 20
Maſnaemphtis pileum ſacrum 74
Maſpha ciuitas ſtructa ab Aſa 245

Maſphat ciuitas 152. 137. 293
Maſphat interpretatur deorſum inſpicere 148
Maſſada expugnata per F. Syluium 842
Maſſada ciuitas 412
Maſſada oppidum 417
Maſelmis mater Amon regis 284
Mathan ſacerdos Baal perimitur 268
Matathias filius Ioannis illegitimũ Antiochi mandatum contempſit 348. 596
Matathias idolatram Iudæum confodit, ſimul & Apollonium iudicem 348
Matathias primus perſuaſit etiam ſabbato pugnam non eſſe detrectandam 349
Matathiæ morituri teſtamentum 349
Matathias filius Abſalomi dux exercitus Ionathæ Abaron 371
Matthias Cargalothi nobilis Iudæus legis interpres 492. 495
Matthias Theophili Hieroſolymites ſacerdos per Herodem inſtitutus 485
Matthias ſeditionis cõtra Herodem reus ſacerdotio priuatur 494
Matthias frater Ionæ Annæ pontifex 569
Matthias Theophili pontifex, ſub quo bellum Romanorũ contra Iudæos ſumpſit initium 589
Matthias Boëti filius 801
Mathon loci nomen 182
Mathuſaël filius Mahuiael 6
Matuſe princeps Babylonius 291
Mauſoleum Matathiæ & filiorum 375
Maxilla loci nomen 141
Maxillus 535
Maza ponderis genus 119
Meas uicus 575
Mæander fluuius 335
Mechiel filius Aſer 47
Medaba ciuitas 361. 378
Media ſuperior regio 277. 311
Medi populi à Madeo orti 11
Medis ciuitas 286
Mega oppidum 389
Megarus Babylonius princeps 291
Mehelus pater Baaſæ 243
Melcha filia Aram 14
Melcha uxor Nachor eodem
Melchenoth baſes quædam in templo Salomonis 225
Melchizedech rex iuſtus 17
Melchizedech iuſtus rex Hieroſolymorũ primus conditor 828
Melchiſue filius Saul 158
Melchis occiſus in bello 179
Meleazarus legis Moſis eruditus 575
Melete ciuitas 830
Mella ciuitas à Iuda Machabæo capta 353
Melum ciuitas 519
Memphis ciuitas 52
Memphis ciuitas à Minæo condita 231
Menander de obſeſſione Tyriorum 279
Menãder tranſtulit antiquitates Sidoniorũ ex Phœnicia lingua in Helladicã 230
Mendacij arguuntur aſſerentes Moſen lepra infectum fuiſſe 85
Menedemus philoſophus omnia per prouidentiam gubernari dixit 336
Menneus regulus 547
Memnonis ſepulchrum 670
Mẽſa propoſitionis quomodo hebdomatim extructa 75
Menſa aurea templi Salomonis 225
Menſæ Ptolemæi admodum pretioſæ deſcriptio à Ptolemæo rege deo oblatæ 334
Menſis ſeptimi ratio 81
Menſis primi denominatio 58
Menſis hyperuerethæus 81. 226
Menſis Arthemeſion 222. 410
Menſis Piritius 230
Mæotici laudantur 684
Merari filius Leui 46
Mercedem non eſſe fraudandam 112
Merob filia Saul 158
Meroinde ciuitas Aethiopiæ 52
Mereſei populi 12
Merſin in bibliis Meſraim eodem
Mes filius Aram 15
Meſanæi populi eodem
Meſopotamitæ inſurgunt in Abraham 14
Meſopotamia dira iter agentibus 22
Meſſabazan ueſtis ſacra 74
Meſſala 619
Meſſalina uxor Claudij 585
Metellus Theoſtam ciuitatem cepit 394
Methir ſacra Hebræorum ueſtis 75
Methri cognatio de tribu Bẽiamin ſortem regni accepit 152
Metropolis Arabum 95
Micheæ præſagium aduerſus Achab 252
Micheas in carcerem iactus præſagio dicto conſtat 254
Micheæ prophetiam Achab reſpuit 254
Michol filia Saul 158
Michol deſponſatur Dauid 164
Michol aſtutia 166
Michol poſt Dauid deſpõſatur Phalti 174

Michol Dauid iterum remittitur per Abner 185
Michol Dauid ludentem ante arcam ridet 189
Michol ex Dauid non concepit eodem
Mifranthufis rex 860
Mifris rex eodem
Mila legatus Archelai regis Cappadocum ad Herodem 473
Mileſius cuſtos arcis Damaſcenæ 388
Militis cuiuſdam impudentia, magnæ clades Iudæorum cauſa & origo 579. 580
Mina quid ſit 409
Minæus rex Aegypti conditor Memphios 231
Minaida 9
Minutianus cõſpirator in mortem C. Caligulæ 548
Miphiboſeth filius Ionathæ quæritur à Dauid 191
Miphiboſeth dotatus per Dauid eodem
Miphiboſeth ambitionis delatus exhæredatur 200
Miphiboſeth falſõ delatus excuſat ſe apud regem 205
Miſa rex Moabitarum 258
Miſach nomen Miſaëlis pueri apud Nabuchodonoſor 296
Miſael puer ſocius Danielis, à Babyloniis Miſach dictus 296
Miſſelis ciuitas 602
Mitra pontificis 74
Mithridates reuexit ſacra uaſa è templo ablata 305
Mithridates Synaces præfectus Parthorum 388
Mithridates Parthorum transfuga dimittitur à Gabinio 399
Mithridates Pergamenus Cæſari auxiliatus contra Aegyptios 401. 610
Mithridates gener Artabani regis Parthorum 545
Mithridates mouet arma contra Anileum eodem
Mithridates ſuperatur ab Anileo 544
Mithridates uiciſſim ſuperat & occidit Anileum 545
Moabitarum terram depopulãtur Ioram, Ioſaphat, & rex Idumææ 258
Moabitarum rex immolat filium 259
Moabitæ à Babyloniis ſubiugati 295
Moab filius Lot ex filia ſeniore 19
Moabitæ populi eodem
Moabitis regio 96
Moabiti ſuperati à Saul 158
Moabitas debellat Dauid 190
Modin uicus 548. 596
Mompſueſtia ciuitas Ciliciæ 387
Monobazus 696
Monobazus Bazeus rex Adiabenorũ frater & maritus Helenæ 574. 696
Monobazus filius Monobazi Bazei ex Helena 574
Monobaſus Iudaiſmum ſubit 577
Monomachia Dauid 162
Monslemgon ciuitas 395
Moraim mõs, in quo immolatus Iſaac 21
Mors primogenitorum in Aegypto 58
Mos ſupplicandi captiuorum 252
Mos Iudæis plures habere uxores 479
Moſes trium menſium exponitur 50
Moſes quot annos uixerit 116
Moſis educatio 50
Moſis nominis etymologia eodem
Moſes ſeptimus ab Abraham 51
Moſis pulchritudo eodem
Moſis diadema Pharaonis conculcat 51
Moſes dux Aëgyptiorum præficitur 52
Moſes Meroinden ciuitatem obſidet 52
Moſes Tharbin filiã regis Aethiopiæ duxit uxorem 53
Moſes regem Aegypti latenter fugit 55
Moſes uidet rubum ardentem 54
Moſes iubetur educere filios Iſraël de Aegypto eodem
Moſis uerba ad deum eodem
Moſis baculus in ſerpentem uertitur 54
Moſi dei ſui appellationem ſignificat 55
Moſes cũ uxore & filijs in Aegyptum tendit eodem
Moſes regi Aegyptiorum loquitur pro dimittendo populo 56
Moſis uirgà magorum uirgas conſumpſit 56
Moſes regi iterũ loquitur pro populo 56
Moſes octogenarius tempore egreſſionis ex Aegypto 59
Moſen lapidare uoluerunt Hebræi 59
Moſis confidentia 60
Moſis oratio ad populum Iſrael eodem
Moſis oratio ad deum eodem
Moſes aquam diri putei reddidit potabilem 62
Moſen Iſraelitæ iterum lapidare agreſſi 62
Moſis induſtria populum mitigantis 63

Moſes deprecatur inopiam populi 63
Moſes uirga aquam è petra elicuit 64
Moſe manus extendente Hebræi uicto/
res fiunt in Amalechitas 66
Moſes excepit Rahuel ſocerum ſuum ue/
nientem ad Sina 67
Moſis & Rahuelis conſilium ſuper litibus
populi exponendis 67
Moſes paruit monitis ſoceri eodem
Moſes de Sina reuerſus loquitur popu/
lo 68
Moſes iterum in Sina aſcendit 69
Moſis tabulæ 70
Moſes quadraginta dies nullo cibo huma
no participatus 70
Moſes tabernaculum fecit inſtar templi
70. 71
Moſis arca 73
Moſis oratio ſuper ſacerdotio Aaron 77
Moſes nunquam lepra infectus fuit 83
Moſes coitus abuſum damnat 84
Moſes bellicoſos recenſuit 85
Moſes Leuitas à militia ſegregat 94
Moſen iterum populus ſeditione adori/
tur 86
Moſes populo ad Chananæorum termi/
nos ducto, loquitur 86
Moſes explorari ſuadet Chananæam 86
Moſen iterum Hebræi occidere ador/
ti 87
Moſis autoritas, legumq; eius reueren/
tia 88
Moſes cum exercitu in deſertum ſece/
dit 89
Moſes iterum ſeditionem paſſus 90
Moſen Hebræi iterum lapidare aggreſ/
ſi 90
Moſes ad Core 91
Moſes inuitat Datan & Abirom ad ſe ue/
nire 92
Moſes iuſſit uirgas duodecim in taberna/
culo collocari 94
Moſes iterum tumultu impetitus 94
Moſes à rege Idumæorum repulſam paſ/
ſus 95
Moſes uicit Seon, & Og reges Amor/
ræorum 96
Moſes mittit legatos ad Seon eodem
Moſi conſulenti deus uictoriam promit/
tit 96
Moſes cum exercitu uenit ad Iordanem
97
Moſes Ioſue ſucceſſorem facit 103
Moſes iratus abſceſſit 58
Moſes hæreditatem filiæ defuncti fratris
conſtituit 103
Moſis oratio ad populum Iſraël ante mor
tem 104
Moſes populo legem ſcriptam dedit 105
Moſes populum flentem conſolatur 105
Moſes unam ciuitatem ſacram & unum
templum fieri iuſſit 105
Moſes carmen hexametrum confecit 114
Moſes conuocat eccleſiam eodem
Moſis prophetia eodem
Moſis mortem lugit populus 115
Moſis ſublatio & diſceſſus 116
Moſis ætas eodem
Moſis laus & collatio ad alios legislato/
res 882
Moſaicæ legis liber intra theſauros tem/
pli inuentus 285
Mulierum teſtimonium cum recipien/
dum 107
Mulier lecto decumbens exanimatur 128
Mulier à uiro Leuita membratim ſecta in
ſingulas tribus mittitur 128
Mundi adoleſcentis doloſum ſtuprū cum
Paulina 519
Munera Ptolemæi regis deo oblata 334
Mupim filius Beniamin 46
Muri Hieroſolymorum tres 778
Murium multitudo Azotorum prouinci
am deuaſtauit 146
Muſca idolum Accaron 257
Muſis rex 860
Mutianus præfectus Syriæ Iudæorum ſta
tuta tutatus 338
Mutilius præfectus militum Ro. 690
Mygdonia, nunc Antiochia 576
Myrrha filia Cynaræ regis 554

M

Maama mater Roboam 236
Naas rex Ammonitarum Iſraë
litis captis oculos dextros e/
ruebat 153
Naas occiſus à Saul 153
Nabal uir ſtultus & crudelis 173
Nabal interpretatur demens 173
Nabal moritur 174
Nabolota ciuitas 393
Nabathea inſula 20
Nabath pater Hieroboam 235

Nabathæi 553
Nabathæi Arabiæ gens 361
Nabathæi expugnantur à Ionatha Abaron 372
Nabla muſicum inſtrumentum 209. 225
Naboth iniuſte lapidatus aſtutia Iezabel 250
Nabroch ciuitas 16
Nabuchodonoſor rex Babyloniorum regem Aegypti & omnem Syriam ſubiugat &c̄ 287
Nabuchodonoſor ſucceſſores 299
Nabuthei ager 265
Nabuzardan princeps Babyloniorum cõtra Hieroſolymam 291
Nabuzardan templum ſpoliis & incẽdiis, ciuitatem excidiis, populum exilio affecit 292
Nacebus dux latronum ab Herode uictus 471
Nachor quando genitus 14
Nachor frater Abrahæ eodem
Nachor fratris Abrahæ genealogia eodẽ
Nadab filius Aaron 77
Nadab igne conſumptus 79
Nadab filius Hieroboam ſucceſſit in regno 245
Nadab & omnis generis Hieroboam interitus 245
Nadab mortuo, Baaſa occiſor eius regno potitus 244
Naema filia Tubalcain 6
Naida locus quem Cain incoluit eodem
Namaſus pater Hieu qui & Nameſſi 249
Nameſſi 264
Naphiſmus filius Iſmaelis 20
Narbatha regio 678
Naſtale 74
Nathan filius Dauid 187
Nathan propheta narrat Dauid deo placere ſtructuram templi 189
Nathan arguit Dauid ob commiſſum ſcelus 195
Nathan fruſtatus ambitionẽ Adoniæ 215
Nathan iubetur ungere Salomonem in regem 215
Nathanael filius Ieſſe 161
Naue pater Ieſu 65
Naufragium Ionæ prophetæ 273
Naum prophetia 276
Nazaræi Corbon offerunt 95
Neerda oppidum 540
Neemias Iudæus pincerna Xerxis 315
Neemiæ oratio ad populum muros Hieſolymorum reparaturi 316
Neemiæ cura & labor de reparandis muris Hieruſalem 317
Neemias moritur 317
Nemrod filius Chuſi 15
Nemrod filius Cham 10
Neptalim filius Iacob ex Bala 28. 46
Neptalitæ quam terram ſortiti 125
Nephtuhim filius Meſraim 15
Ner patruus Saul 158
Nergella princeps Babyloniorum contra Hieroſolymam 291
Nerias filius Vriæ ſacerdos 293
Neriæ pater Baruch diſcipulus Hieremiæ 293
Nero filius Domitij 585. 674
Neronis crudelitas 585
Nero Veſpaſianum contra Iudæam mittit 706
Nicanor præfectus hoſpitum Ptolemæi regis 336
Nicanor præfectus Sichimitarum 348
Nicanor Demetrij amicus, in bello occiſus contra Iudam Machabæum 358
Nicanoris Seleuci beneficentia in Iudæos 338
Nicaula regina Aegyptiæ, Aethiopiæ 238
Nicolaus Damaſcenus de Abraham 15
Nicolaus Damaſc. bello Dauid in Damaſcenos 190
Nicolaus Damaſ. pro Iudæis in lite contra Antiochenos locutus 338
Nicolaus Damaſcenus geſtorũ Pompeij meminit 396
Nicolaus Damaſcenus ſcribẽdo adulatus eſt Herodi 465
Nicol. Damaſc. legatus Herodis ad Cæſaream placandam 472
Nicol. Sylæum accuſat coram Cæſare 646
Nicolaus Damaſcenus de Antiocho Sotere 378
Nicolaus Damaſcenus cum Archelao Herodis filio ad Cæſarem proficiſcitur 499
Nicolaus pro Archelao uerba facit 502
Nicolaus Archelaum à Iudæis accuſatum expurgat 509
Nicomedes legatus ad Pompeium Magnum pro Ariſtobulo ſecundo 394
Nicopolis ciuitas 770
Niger Pereites 699
Niger occiſus 754
Nilus fluuius 452

Nilus fluuius 452
Nilus in ſanguinem uerſus 69
Niniue ciuitas 275
Ninus ciuitas 15
Niſan primus menſis 7. 58. 78. 82
Niſibis oppidum 540
Niſibis terra 576
Nobe ciuitas 168
Nocheus repudium Vaſthis ſuaſit 318
Noë iuſſus arcam facere 7
Noë ab Adam dicitur decimus eodem
Noë anno ætatis ſexcenteſimo diluuiū eſt factum eodem
Noë à patre ſuo Lamech omnium rerum principatum accepit 8
Noë deprecatus, mundū ulterius non per aquam diluuij periturum 9
Noë pactum recepit à deo eodem
Noë ætas anni 905 10
Noë tres fuerunt filij eodem
Noë græce Nochus 12
Noë inebriatus 13
Noë plantator uineæ eodem
Noeman filius Beniamin 46
Noemis uxor Elimelech 142
Noemis interpretatur felicitas 143
Norbanus occiſus 556
Noua, loci nomen, aliâs Ziphim 171
Nouem tribus & dimidia armatæ in Rubenitas 125
Nouem tribuum & dimidiæ reſponſio ad Phinees eodem
Nullū animal curetur fieri mōſtroſum 113
Numerus hoſtiarum, quas Salomon in templo obtulit 228
Numenius legatus Ionathæ Abaron ad Ro. & ad Spartiatas 372. 405
Numidius Quadratus præſes Syriæ 581
Nuptiæ Antiochi & Cleopatræ 540

O

Obal filius Iectan 15
Obed filius Booz ex Ruth 143
Obed interpretatur ſeruiēs 143
Obededom Leuita per arcam dei ditatus 188
Obeth diſpenſator Achab 259
Oblationum deuotio in tabernaculo 77
Obeus pater Micheæ prophetæ 253
Obodas rex Arabum 467. 601
Obodæ ſucceſſor Dineas q & Aretas 472
Obſidio Tyri & Gazæ ab Alexandro 327
Occulta deum non latent 255
Ocona ciuitas Iudææ 361
Octauiā filia Claudij ex Meſſalina uxore Neronis 583
Ochozias filius Achab ſuccedit patri in regno 255
Ochoziæ caſus 257
Ochoziæ ſuccedit Ioram 258
Ochozias filius Ioram (mēdoſe hunc leges uocatum Oziam) 264.
Odidas propheta 276
Odolla ciuitas 168
Odolla à Roboam ædificata 239
Ofellius Hieroſolymita 416
Og rex Galaadinæ & Galaanitidis perimitur 97
Og regis lectus ex ferro factus eodem
Ogys regio 17
Ohad filius Simeonis 46
Oholiab filius Achiſamach 70
Olda prophetiſſa 285
Olibema uxor Eſau 24. 52
Olympus legatus Herodis 474. 642
Olympias filia Herodis uxor Ioſippi eius fratruelis 480
Omar filius Eliphas 32
Onias patri Iaddo ſuccedit i ſacerdotiū 329
Onia mortuo filius eius Simon iuſtus ſuccedit 332
Onias filius Simonis iuſti 332. 340
Onias pontifex poſt Manaſſen patruum Eleazari 332
Onia mortuo ſuccedit Simon 345
Onias filius Simonis patri ſuccedit in ſacerdotio 345
Oniæ mittitur epiſtola à Dario rege Lacedæmoniorum 345
Onia mortuo Antiochus ſacerdotij principatum dedit Oniæ Menelao 346
Onias Menelaus reliquit patrias leges ut placeret Antiocho eodem
Onias Menelaus occiditur 356
Oniæ ſucceſſit Achimus, q & Ioachim 356
Onias Oniæ tertius filius fugit ad Ptolemæum Philometorem regem Aegypti occiſo Onia Menelao 364. 357
Onias interficitur 393
Oniæ prouincia 401
Oniæ templū clauſum & deprædatum 851
Onzora oppidum 389
Ophila locus 779
Ophir filius Iectan 15
Ophni filius Eli ſacerdotis 144
Ophni à Palæſtinis occiſus 145
Ophyra locus Indiæ nunc terra aurea 232

Oppida ſub ditione Iudæorum regnante Alexandro Iamneo 389
Oppreſſio filiorum Iſrael 48
Oppreſſio grandinis in Aegypto 57
Oraculũ de rege Babyloniæ quod captu/rus eſſet Aegyptum 300
Oratio ſeruí Abrahæ pro Rebecca 25
Oratio Iacob ad Rachel 26
Oratio Iudæ pro Beniamin ad Ioſeph 43
Oratio Moſi ad deum aduerſus Datan & Abirom 92
Oratio cuiuſdam Eleazari ad cõmilitones ut mortem ſeruituti præferant 845
Ordinatio ſacerdotum & Leuitarum per Dauid 214
Oreb rex Madianitarum 135
Organorum ſpecies 209
Oriblo oppidum 393
Ormiza uicus 627
Ornatus & munimentum tabernaculi 71
Orphanes Parthus 609
Orpha uxor Chelion 142
Orphan (rectius ni fallor Orphni) Iebuſæ us, Hieroſolymorum obſidione non fuit interfectus 187
Orpham rogatur à Dauid pro area com/paranda 211
Orſanes transfuga Parthorum 399
Oſtracine habitatio aquarum inops 771
Otho imperator 762
Othonis mors 764
Ouidius Abatareides 329
Oza uolens arcam dei attrectare extingui tur 188
Ozi patri ſucceſſit in ſacerdotio 146
Oziæ præſumptio ac percuſſio 188
Ozias prior filius Amaſiæ rex Hieroſoly/morum 273
Oziæ regnum principio bonum fine peſſi mum 274
Oziæ ſtudium eodem
Oziæ temeratori ſacrorum, terribilis ul/tio 274
Oziæ ſuccedit Ionathan 275
Ozias alter, rex ſuccedens Phaceiæ 277
Ozias tributarius fit rege Aſſyriorum 277
Ozias captus cũ decem tribubus transfer/tur in Mediam & Perſida 279

P

Pacorus rex Medorum 577
Pacorus dux Parthorum 415
Pacori fraus in Phaſelũ 416. 616
Palæſtina 13. 59
Palæſtum uicus 476. 642
Palæſtini ſuperati ab Hebræis 148. 149
Palæſtini ſuperati à Saul 157
Palæſtini uincunt Hebræos 179
Palæſtini uicti Hiero. per Hebræos 188
Palæſtini ſuperantur ab Ozia ſecũdo 274
Pallas Herodis uxor primi 480. 645
Pallas ſeruus Antoniæ 529
Palmira urbs, à Syris Thadamor 235
Pamphilicum mare diuiſum 61
Panemus menſis 405
Panis cœleſtis ſimilitudo & magnitudo 64
Panneas oppidum Herodi datur 450
Pannium 630
Pantomina filius Solini 542
Paphlagones olim dicti Riphæi 12
Pappus dux Antigoni 424. 624
Parmeno arguit Alexandrũ Magnũ 328
Parmuthi menſis 58
Parthi laudantur 685
Parthicum bellum contra Herodem 416. 616. 617
Parthenius fluuius 865
Paſchæ ſacrificia 82
Paſchæ feſtiuitas 58
Paſcha quid ſignificet eodem
Paſini caſtrum 574
Patroclus Cereæ legatus Iudæorũ ad Ro/manos 408
Paulinæ ſtuprum 519
Paulus Aruntius 554
Pauli Aruntij exclamatio & denuntiatio mortis C. Caligulæ 557
Pauperum ſacrificia 80
Pauſanias occidit Philippum regem Ma/cedonum 326
Pax ante bellum offerenda 115
Pedani robur & peritia militaris 815
Pedeſta locus 697
Pella ciuitas 395 605
Pellenthes oppidum 389
Peluſium Nili oſtium 159
Peluſij obſidio 282
Peluſium ab Antipatro primo captum 610
Penaius legatus 642
Pentecoſtes ſacrificium 82
Pentecoſte Hebræis Aſarcha eodem
Pereita Niger 696
Pergamenorum decretũ pro Iudæis 409
Periſterionos ſaxum 800
Petina uxor Claudij 585
Petra ciuitas Arabiæ 65. 95. 102. 604.

Petronius per literas Cæſaris iubeſ ſemet occidere 540
Petronius diuina,puidentia liberatus 540
Phaceias filius Manahen interimitur 275
Phaceias ſecundus Romuleæ filius rex Iſraël 276
Phaceias contra Ionatham eodem
Phaceia mortuo ſuccedit Ozias rex Iſraël 277
Phædra uxor Herodis 480. 645
Phalech filius Nachor 13
Phalus filius Ruben 46
Phaltes filius Lais 174
Phanuel 30. 237
Pharagata uallis 763
Pharones omnes Aegyptiorum reges dicti uſq; ad ſocerum Salomonis 231
Pharao Aegyptijs interpretatur rex 231
Pharaoth Aegypti rex ſocer Salomo. 232
Pharathon ciuitas Effraim 138. 361
Pharao Sara potiri conatus 15
Pharao Abraham dotauit eodem
Pharao natalicia celebrat 38
Pharao rex ſuper fratribus Ioſeph lætaſ 45
Pharonis ſomnia 38
Pharaonis excuſatio de Sara 15
Pharaonis edictum de Iſraelitarum maſculis ſubmergendis 49
Pharaonis diadema conculcatum à Moſe 51
Pharan conuallis 24
Phares filius Iudæ 46
Phariſæorum hæreſis 372. 514
Phariſæorum & Sadducæorum controuerſia 381
Phariſæis adminiſtratio regis cõceſſa 390. 605
Phariſæi quidam conſpirationis in Herodem conſcij occiduntur 482
Pharus inſula 768
Phaſelus Magni Herodis frater 609
Phaſelus Felicem ſuperat 412
Phaſelus tetrarcha Iudææ conſtituitur 615
Phaſelus Hieroſolymis præficitur 611
Phaſelus moritur captus à Parthis, caput ſaxo illidens 417. 616
Phaſelus ſeu Phaſelis turris & oppidi nomen 463. 503. 631
Phaſelus ſecũdus filius Herodis 645. 480
Pherecides Syrus 854
Pherora filius Antipatri frater Herod. 401
Pherora Ioſippi fratris ſui caput redemit 423
Pherora pro ultione fratris caput Pappo præcidit 424. 624
Pheroræ odium in filios Mariamnes 459. 637
Pherora defert Herodem amoris in Glaphiram nurum apud eius filium 466
Pherora Herodi conciliatus 470. 640
Pheroræ conſpiratio in Herodem 645. 481. 482
Pherora abiurat cõmunionem fratris 485
Pherora moritur 483. 646
Pheroram uenenum interijſſe defertur ad Herodem 484
Phetruſim filius Meſreim 15
Phiala lacus 733
Phicolus dux Abimelech 24
Phideas ſacerdos templi 295
Phideas Athenæus 547
Philadelphia 604
Philadelphinorũ diſſidium cũ Iudæis 573
Philargus amicus Sylæi comprehenditur ab Herode 483
φιλέλλην 385
Philippion filius Minæi occiſus à patre 401. 609
Philippus rex Macedonũ à Pauſania interemptus 326. 554
Philippus tutor regni Antiochi 355
Philippus Antiochi regnum inuadens occiditur 356
Philippus Antiochi Grypi filius 386
Philippus filius Herodis 480
Philippus iniuſte accuſatus per Antipatrũ fratrem 492
Philippo quid legatum ſit à patre 496
Philippus Iudæam gubernat abſente Archelao 499
Philippus domum profectus 508
Philippo pars Iudææ datur à Cæſare 509
Philippus quas ciuitates condiderit 515
Philippus abſq; liberis mortuus 522
Philippus Iachimi filius dux 699
Philo legatus Iudæorum contra Appionem 536
Philiſtijm filius Nemrod 13
Philiſtijm prouincia eodem
Philoſtephanus 384
Philoſtratus de rege Babylonio 299. 865
Phinees filius Eli à Paleſt. occiditur 444
Phinees filius Eleazari nepos Aaron 101
Phinees zelo legis Zamariã interfecit 102
Phinees dux Iſraelitarum contra Madianitas 102.

Phinees oratio ad Rubenitas 125
Phiſon fluuius paradiſi 4
Phœbus legatus 696
Phoilaus rex Aſſyriorum cõtra Syros pugnaturus muneribus placatur 275
Phorias filius Rageti 742
Pharaates princeps Parthorum à filio occiſus 428. 516
Phryges olim Tigranei dicti 12
Phut filius Cham eodem
Phut fluuius, Phuti populi, prouincia 12
Pilatus Hieroſoly. ſtatuas Cæſaris erexit indignantibus Iudæis, necnon aquæductus conſtruxit 518. 668. 669
Pilatus propter cædem Iudæorũ Romam uenire compellitur 520
Pinus natura 235
Piſo legatus Pompeij 396
Piſo Germanicum ueneno interimit 517
Piſtoris Pharaonis ſomnium 38
Pitholaus dux Hieroſolymorum 399
Placidus Itaburio monte potitus 728
Placidus dux Veſpaſiani militum 709
Placidi impetus in Iotapatam 712
Plaga uermium in Aegypto 57
Planctus nomen ſyluæ 188
Plinthin 768
Pluuia ſuſpenditur ſub Achab 246
Pluuia redijt precibus Heliæ 249
Poëtarum, pictorum, & opificum licentia, multarum gentium ſtultitia introducta 889. 890
Polemon rex Lyciæ 582
Pollio præſes cuſtodiæ Claudij 565
Pollio Phariſæus 427. 451
Pollio Romanus, Herodis filios ſuſcepit erudiendos 449
Polybius 339
Polybius carpitur à Ioſepho 355
Polydeuces ſeruus C. Caligulæ 548
Poma matura iter agentibus non prohibenda 108
Pompeia uxor Neronis 591
Pompeius Magnus Tigranem debellans, Scaurum ad Syriam mittit 604
Pompeius iritatus Ariſtobuli ſecundi contumaciam ulciſcitur 605. 604. 396
Pompeius Hieroſolyma & templo potitus 396
Pompei modeſtia cum templum adiret 396. 606
Pompeio aurea uitis mittitur 594
Pompeius Agrippa occiſus 854
Pompeius Syluanus conſul 574
Pompidius ſenator 549
Pontes feno græco illiti à Iotapatenis 721
Pontificum inſolentia erga ſacerdotes 587
Pontificum & ſacerdotum pugna Hieroſolymis facta 585
Pontificum ab Aaron uſque ad Hieroſolymorum excidium epilogus 589
Pontius Pilatus præſes Iudææ 516
Porcatus legatus 696
Porticus Herodis incenditur 504
Portius Feſtus præſes Iudææ poſt Felicem 676
Portus Alexandrinus 768
Portus ab Herode conditus 631
Præſagium Micheæ aduerſus Achab 252
Præſagium de Moſe 49
Præſagia Hiero. excidij 820
Primi inuentores rerum cœleſtium 7
Primitiarũ ex frugibus immolatio 82. 109
Principatus in bello ſit unius 115
Principes ſint i unaquaq; ciuitate ſeptẽ 106
Principes militiæ Salomonis 220
Priſcus Centurio 815
Procella uehemens Iudæorũ crudelitatem ulciſcens de Onia quinto 594
Procymia 631
Proculus Vitellius centurio 568
Progreſſio populi Iſraëlitici à Sina in Chanaæam 86
Prophetia Azariæ ad exercitum Aſa 244
Protanis ciuitas 16
Pſeudoprophetarum diuinatio de bello Achab contra Adadum 253
Ptolemais ciuitas Galilææ 353
Ptolemaitæ populi 384
Ptolemais capitur à Ptolemæo Lathyro eodem
Ptolemæus rex Geſſur 185
Ptolemæi, reges Alexandriæ dicti 238
Ptolemæus Soter filius Lagi rex Aegypti poſt Alexandrum 329
Ptolemæus Soter cepit Hieroſolymã 329
Ptolemæus captos Iudæos ducit in Aegyptum 330
Ptolemæus Philadelphꝰ prioris ſucceſſor, rex Aegypti librorum conquirendorum ſtudioſiſſimus 330
Ptolemæus inſtinctu Demetrij Phalerei Iudæorum leges in græcã linguam tranſferri curauit 330. 874
Ptolemæi liberalitas in captiuos Iudæos 332

Ptolemæi epiſtola ad pontificem Eleazarum 332
Ptolemæus precioſa munera deo offerenda miſit 354
Ptolemæus ſeptuaginta ſeniores Iudæorũ magno honore excipit, & præ gaudio in lachrymas prorupit 335
Ptolemæus inter conuiuandũ philoſophatus 336
Ptolemæus Eupator ab Antiocho uictus 338
Ptolemæus Epiphanes eodem
Ptolemæus Epiphanes Oniæ infenſus reconciliatur per Ioſephum filium Tobiæ 341
Ptolemæus Dorimenis 350
Ptolemæus Philometor annuit Oniæ ædificationem tẽpli in Aegypto 364.365.596
Ptol. Philometor locat Cleopatram filiam Alexandro Epiphani 366
Ptolem. inſidias paſſus à genero Alexandro 367.368
Ptol. Alexãdro Balai iratus, filiã matrimonio iungit Demetrio Nicanori 368
Ptolemæo mittitur caput Alexãdri Balais ibidem
Ptol. Simonem Matathiam ſocerũ interimit 376.598
Ptol. ab Hyrcano Simonis filio obſeſſus, occidit Hyrcani matrem & fratres, fugiẽs ad Zenonem Cotibam 377.598
Ptol. Fiſcon cultor Iudææ gentis 874
Ptol. Lathyrus filius Cleopatræ, uxoris Antiochi Soteris 380
Ptol. Lathyri uictoria de Alexandro Iamneo & Iudæis 385
Ptol. infantes coqui iuſſit ibidem
Ptolemæus Minæus 602.394.390
Ptol. filio occiſo, nurũ duxit uxorẽ 610.401
Ptol. dux militiæ Herodis interimitur 422
Ptol. aulicus Herodis 469
Ptol. ſententia de teſtamẽto Herodis 497
Ptol. latro à Fado peremptus 573
Ptol. Blicus 401.610
Ptol. Lagus cultor Iudææ gentis 874
Ptol. Euergetes cultor Iudææ gentis ibidẽ
Publij Dolobellæ M. Antonij decreta pro Hyrcano tertio & gente Iudæa 407
P. Seruilij decretum pro Iudæis 490
P. Petronius iniuriam Doritarum in Iudæos ultus 568
Pudens Romanus 815
Pueri primum leges diſcere iubentur 106
Puteus iuramenti 80
Putiphares uir Aegyptius emit Ioſeph 35
Putiphares Heliopolitanorũ ſacerdos 39
Piritius menſis 230
Pythagoras philoſophus 854. 864
Pythagoras ab Athenienſibus penè occiſus 890

Q

Quadratus procurator Syriæ 581 674
Quinquennalia certamina celebrata Hieroſolymis per Herodem 445
Q. Hortenſius 392
Q. Metellus Creticus eodem
Q. Pompeius 565
Quintiliæ mulieris pulchritudo tormentis immutata 649.550

R

Raab ob beneficentiam ſaluata 119.120
Rabach Ammonitarum ciuitas à Ioab obſeſſa 195
Rabach urbs deletur à Dauid 196
Rabſaces princeps militiæ contra Hieroſ. 280
Rachelis pulchritudo 24
Rachel promittitur Iacob 27
Rachel collocat famulam uiro ſuo 28
Rachel machinatur in ſororem ibidem
Rachelis & Liæ reconciliatio eodem
Rachel ſimulachra deorum coluit eod.
Rachel ex partu mortua, & ſepulta in Ephrata 38
Ragaba caſtellum 389
Ragetus pater Phoriæ 742
Rahuelis prudẽtia ad Moſen ſuper litibus populi expediendis 67
Rahuel ſacerdos ſocer Moſi 58
Rahuelis cognomen Gechegleth 54
Rhamnus arboris genus 136
Rama filius Chuſi 15
Ramatha ciuitas 144.154
Ramei populi 15
Ranarũ plaga in Aegypto 57
Raphaneæ ciuitas 834
Ralphim (aliàs Taplhim) uxor Adad 235
Raphidim terra inaquoſa 64
Raphia ciuitas expugnata 386
Raſin rex Syrorũ contra Ionathan 276
Raſin occiditur à rege Aſſyriorum 277
Ratio quid & quibus coniuncta, & quid adgat 895
Rathimus molitur contra Iudæos ciuitatem

tem & templum reſtauraturos 505
Rebe rex Madianitarum 102
Rebecca filia Bathuëlis 14
Rebecca uxor Iſaac 25
Rebecca parturijt geminos 24
Rebecca dilexit Iacob eodē
Rebecca ſepulta in Hebron 31
Reblata ciuitas 291
Recem rex Madianitarum 102
Recha filius Remnon occidit Iſboſeth 185
Rheginí pōpuli olim dicti Aſchenezei 12
Remnon pater Banaæ & Rechæ 185
Reſpha concubina Saul cum Abner cōcubuit 185
Reu filius Phaleg 14
Reu quando genitus ibidē
Rexamana filia Herodis primi 480
Ribdaluſa ciuitas 395
Rhinocolura oppidum & locus 389
Raphat filius Gomer 12
Riſa uicus 417
Roas petra 130
Roboam filius Salomonis 198
Roboam duarum tantum tribuum rex factus patre mortuo 236.237
Roboam quomodo defectionem tribuū paſſus eſt eodem
Roboam moliri bella in Hieroboam prohibetur à deo eodem
Roboam quas urbes condiderit 239
Roboam ſpretor religionis 240
Roboam infertur bellum à Suſacho eod.
Roboam repulſam patitur à deo per Semeiam eodem
Roboam mortuo ſuccedit Abiā filius 241
Roboth puteus 24
Romani Iudæis libertatē auferūt 397
Romanorum uictoria de Iudæis M. Antonio & Gabinio ducibus 398
Romani in Maſſada interfecti 687
Rom. contra datam ſibi fidem à Iudæis occiſi 691
Rom. exercitus cæſus ab Hieroſolym. 696
Romanorū 5280 occiſi 698
Romanorum militaris diſciplina & laus 710
Rom. in obſidione Iotapatæ multis cladibus afflicti 715.716
Rom. à Iotapatenis feruēti oleo pfuſi 720
Rom. ſucceſſus in obſidione Gamalæ 736
Rom. Veſpaſianum Hieroſolymam inuadere hortati 755
Romani Lidda & Iamnia potiti 579
Romani in obſidione Hieroſolymorum è caſtris excedere coacti 775
Rom. conuicijs affecti à Iudæis 777
Romanis machinis ignis iniectus 787
Rom. potiti primo muro, ſecundam oppugnationem aggreſſi 788
Rom. ſecundo muro potiti 790
Rom. rurſum pulſi eodem
Rom. Iudæos captiuos quibus pœnis afficerint 797
Rom. inuaſuri templum à Iudæis ſunt repulſi 808
Rom. iterum inuadunt urbem 812
Rom. Iudæorum dolo flammis exuſti 814
Romanis ſignis Iudæi potiti 816
Rom. tota urbe potiti 826
Romulias pater Phaceiæ ſecundi 276
Rophon ciuitas à Iuda Machabæo capta 353
Ruben filius Iacob 28
Ruben quid ſignificet eodem
Ruben fratricidium diſſuadet 34
Ruben nocte ad lacū uenit erepturus fratrem 35
Ruben orat o ad Ioſeph 40
Rubenitæ altare collocant in ripa Iordanis 124
Rubrius Gallus 834
Rubri maris diuiſio 60
Rufus Sabino auxiliatus cōtra Iudæos 504
Rufus conſul Claudio regnante 575
Ruta immenſæ magnitudinis 858
Ruth uxor Maabon 142
Ruth uxor Boos facta 145

S

Saba ciuitas Aethiopiæ 52
Sabach unus principum militiæ Salomonis 220
Sabadaias princeps à Ioſaphat inſtituitur 256
Saba filius Chuſi 12
Saba filius Iectan 15
Saba filius Iexan 22
Saba filius Rame 12
Sabatæi eodem
Sabaſſarus præfectus Syriæ & Phœniciæ 311
Sabatacha filius Chuſi 12
Sabatacheni eodem
Sabbatum quid 4
Sabbaticus annus 406
Sabbaticus amnis 834
Sabbati ſacrificium 82

Sabæi populi 12
Sabæus contra Iudæos cauſam agens pro templo Garizim, morte damnatur 365
Sabee ſeditio contra Dauid 206
Sabee caput per murum demittitur 207
Sabeon prodit inſidias Alexandræ tertiæ in Herodem 430
Sabia mater Ioæ 269
Sabinus aulicus Herodis 469
Sabini negotiũ à Cæſare cõmiſſum de cõſeruatione theſaurorũ Herodis, remoratur per Varum 499
Sabinus Hieroſolymam profectus regias Herodis aulas occupat 500
Sabinus rerum Cæſaris curator propter tyrannidẽ à Iudæis obſidetur 503.504
Sab. fugit, Varo Hieroſol. ueniẽte 506.507
Sabinus conſcius coniurationis in C. Caligulam factæ 551
Sabinus Capitolio potitus 770
Sabinus occiditur eodem
Sabini mors 566
Sabinus Syrus in exercitu Hieroſolymorũ primus murum conſcendit 807
Saboc Ethæus gigantũ proles 208
Sacerdotij cõmutatio ex tribu in tribũ 146
Sacrificiorũ genera duo 80.78
Sacrificia pauperum 80
Sacrificium quotidianum eodem
Sacrificia primitiarum ex frugibus 82
Sacrificium Pentecoſtes eodem
Sacrificia non celebranda ex mercede mulieris fornicariæ 106
Sacrorũ ſcriba præſagit de Moſe 49
Sacrũ tabernaculũ conſtituit Ieſus 122
Sadoch princeps ſacerd. de tribu Leui 186
Sadoch Tacheus comitatur Dauid è regno proficiſcentem 199
Sadoch refragat Adoniæ p regno 215. 295
Sadducæorum hæreſis 372.514
Sadducæorũ & Phariſæorũ cõtrouerſia 381
Sadoch fil. Achitobi ſub Dauid ſacerd. 295
Sadoch inſtituitur pontifex 216
Saddocus Phariſæus concitator ſeditionis aduerſus Cyreniũ, & autor quartæ ſectæ
Saffo uicus 506 (Iudæorũ 514.515
Sala filius Arphaxat 15
Sala quando genitus eodem
Saleph filius Iectan eodem
Salmanaſar rex Aſſyriorum tributariũ ſibi fecit regem Iſraël 277
Salmanaſar Samaria potitus captiuum ducit Oziam regem cũ decem tribubus Iſraël in Mediam & Perſida 279
Salomon filius Dauid ex Betſabee 187
Salomon naſcitur 194
Salomoni mandatum à patre de ſtructura templi 212
Salomon ungitur in regem 214
Salomon ſecundo ungitur in regem 216
Salomon filiã Pharaonis duxit uxorẽ 219
Salomon quarum petitionum compos ſit factus eodem
Salomonis iudicium ſuper pueris mulierũ concertantium 219.220
Salomonis quotidianum conuiuium, ſapientia, libri, poteſtas in dæmones &c. 220.
Salomon. quãta fuerit argenti & lapidum copia 234
Sal. quot uxores & concubinæ fuerint 234
Sal. obitus ætas, & ſepultura 256
Salome Alexandra uxor Ariſtobuli filij Hyrcani Ioannis 383
Salome filia Antipatri, ſoror Herodis 609
Salome traducit Mariamnen apud Herodem uiolati matrimonij 432
Salome à Cuſtobaro repudiũ paſſa 444
Salomes odium in filios Herodis ex Mariamne 642.455
Salomes aſtutia in exquirendis ſecretis Ariſtobuli Herodis 465.466
Salome amore in Sylæum fruſtrata, adulterij habetur ſuſpecta 467.638
Salome coacta nubit Alexæ 479
Salome reddit Herodem conſpirationis in eum factæ certum 482
Salome cũ marito Iudæos ab Herode cõprehenſos ſoluunt è carcere 497
Salome ut pacis ſemper æmula, Antipatrũ cõtra Archelaũ agere concitat pro regno Iudææ 500.501
Salome ciuitates ab Auguſto donatæ 509
Salome mortua Marco Iudeam gubernãte 515
Salome filia Herodis 480
Salothi uicus 708
Sallũ filius Ideæ ſacerdos 295
Salutis cauſa data eſt poteſtas 44
Samachonitis palus 132
Samad pater quorundam ſapientum Hebræorum 228
Samariæ deſcriptio 708
Samaria expugnata à Cereale 722.723
Samaræus filius Chanaan 15
Samareon ciuitas 245
Samaria unde dicta eodem

Samaria obſidetur ab Adher 261
Samariæ tãta fames, ut duæ mulieres filios ederent eodem
Samaria olim, nũc Sebaſtia & Sebaſte 446
Samaria obſeſſa ab Hyrcano archiſacerdote 380
Samaria deletur eodem
Samariã captam Cuthei alienigenæ occupant 280
Samarias princeps tribus Symeon inſipiẽter loquitur 101
Samaritæ leproſi fugã hoſtiũ nunciãt 262
Samaritæ accuſantur apud Darium 318
Samaritæ cuius fuerint nobilitatis 328
Samaritis eſt origo qua ſe Iudæos eſſe, & non eſſe fatentur 329
Samaritanorũ mala in Iudæos 340
Sambalas Samarita 312
Samei uiri iuſti ſententia de Herode 404
Samnas rex 859
Samna filius Ieſſe 161
Samoneus (rectius Aſomoneus) pater Symeonis auus Matathiæ 348
Samoſata oppidum 425
Samſonis etymologia & natiuitas 139
Samſon leonem ſuffocat 140
Samſon trecentis uulpibus depopulatus meſſes Palæſtinorum eodem
Sam. Gazæ portas effregit 141
Sam. per Dalilam deluſus ibidem
Sam. Palæſtinis traditur p Dalilã 141.142
Sam. iterijt unà cũ trib⁹ hoſtiũ milibus 142
Sam. princeps Iſraël XX. annis ibidem
Sam. quæſtio Thamnitis propoſita 140
Samſonis parentes & uxor occiſi à Palæſtinis eodem
Samuel indignatus inungit Saul 149
Samuel prædicit afflictiones populo futuras 150
Samuel prædicit Saul auferẽdũ regnũ 160
Samuel pergit Bethlehẽ uncturus Dauid regem 161
Samuel uita defunctus 172
Samuel ſenex filijs res diſpenſandas iniungit 149
Samuel Palæſtinos ſubiugauit 148.149
Samuel cladem Iſraëliticam & filiorum Eli perditionem prædixit 144.145
Samuelis ortus eodem
Samuelis oratio ad populum 148
Samuelis filij iniuſtitiæ accuſati abdicãtur officijs 149
Samuelis ſecunda oratio ad populum Iſraël 154
Samuelis uerba, tonitrua confirmarũt 155
Samuelis reſponſio ad Saul ſuper inobedientia 160
Samuelis umbra alloquitur Saul 176
Sanabalath Samarita pater Iſacham, ſocer Manaſſæ fratris Iadili 326
Sanabalath, pmittit ſacerdotiũ genero ib.
Sanabalath ab Alexandro obtinet poteſtatem condendi tẽplum genero 327
Sanabalath mortuus eodem
Sanagar princeps Hebræorum 132
Sanctũ ſanctorũ in tabernaculo Moſis 72
Sanctæ unctiõnis confectio 78
Sanguineus fluuius aquæ 56
Sanſigeranus rex Amaſorum 570
Sapha ſcriptor Ioſiæ regis 285
Saphin locus interpretatur ſcopulus 328
Saphat pater Heliſæi 249
Saraias ſcriba exercitus Dauid 191
Sarabaſne & Siſinnio ſatrapis Syriæ epiſtolam mittit Cyrus 305
Sara curat ablegari Agar cum Iſmaël 20
Sara filia Aram 14
Sara uxor Abrahæ eodem
Sara cũ Abrahã migrat in Agyptũ 15
Sara ſepulta 22
Saræ ætas eodem
Sarobazanes præfectus Syriæ 310
Sareas põtifex occiditur in exilio Bab. 292
Sarepta ciuitas 246
Sardiniorũ decretũ pro Iudæis 410
Saris princeps Babyloniorum contra Hieruſalem 291
Saruia ſoror Dauid 174
Saruch filius Reu 14
Saruch quando genitus eodem
Sardonychum lapidum mira uis 79
Saturnini ſententia de filijs Herodis 476
Saturninus procurator Syriæ 478
Satum menſuræ genus 262
Saturninus coniunx Paulinæ 518
Saturninus tutor Fuluiæ 520
Saul filius Cis 150
Saul perditas oues quærẽs uenit ad Samuelem 151
Saul ungitur in regem Iudæorũ ibidem
Saul ad regnũ electus ſeipſum abſcõdit 152
Saul profligauit Naas & Ammonitas 153
Saul ſecũdo ungitur in regem 154
Saul in Dauid inuidia &c. 164
Saul ob ueram fortitudinem laudatur à Ioſepho 177

Saul ſuo gladio interit 180
Saul & filiorũ corpora præciſis capitibus ſuſpenſa ab hoſtibus eodem
Saul & filiorũ corpora labitæ ui hoſtibus ablata ſepeliunt eod.
Saul ſecundus 588
Scala Iacob 26
Scaurus quomodo Ariſtobuli ſecundi & Hyrcani tertij legatos ſuſceperit 594.604
Scaurus pecunia corruptus 594
Schalamitæ 601
Scipio Alexandrum Ariſtobuli filium ſecuri percuſſit 402
Scopos locus 696.775
Sebaſtus præſes Alexandriæ 566
Sebaſtia, olim Samaria 446
Sebaſtus portus 486
Sebabeth pater Reſphe 185
Sebatatha conuallis 244
Sebeth ciuitas Galaadina 138
Sebon ciuitas 389
Sebonitis regio 546
Sedechias rex Hieruſalẽ poſt Ioachim 288
Sedechias in obſidione Hieruſalem cõſultat Hieremiam 290.291
Sedechias fugiẽs capitur à Babyloniis hoſtibus 291
Sedechias in Babylone moritur, & honorifice ſepelitur 295
Sedechiæ filij perimuntur, ipſe autem excæcatus ducitur ad Babyloniam 292
Sedechias pſeudopropheta refutat, pphetiam Micheæ 254
Sedebath menſis 96
Seditio contra Moſen 86
Seditio contra Moſen grauiſſima exoritur 90
Seditio iterũ orta in Moſen 93.94
Seductio mulieris 4
Segehem locus, in quo ſepultus Saul 180
Segete loci nomen 169
Seiran uilla 130
Seir mons ab Eſau habitatus 32
Seianus inſidiator Tiberij 529
Sela filius Iudæ 46
Sella uxor Lamech 6
Seleuſarus patrem occidit 282
Seleucus Babylonem apprehendit 529
Seleucus Soter filius magni Antiochi 545
Seleucus filius Antiochi Grypi Antiochũ Cyzicenũ patruum occidit 586
Seleucus expugnatur ibidẽ
Seleucia ciuitas condita à Seleuco Nicanoris 548
Seleucia Antiochi Pharanx 601
Seleuciæ ingens cædes Iudæorũ facta 548
Selene Cleopatra regina Syriæ 590
Seleuci Nicanoris beneficẽtia in Iud. 538
Seleucia urbs Syriæ circa Antiochiã 576
Sellum interfecit Zachariam filium Hieroboam 275
Semeias propheta ad Roboam 237.240
Semeias filius Eli 209
Semeias refragatur Adoniæ ad regnum aſpiranti 215
Semei unus principũ militiæ Salom. 220
Semẽi cõuicijs afficit Dauid exulantẽ 200
Semei exorat ueniam 205
Sem filius Noë 10
Semelius uetuit Iudæos ciuitatem & tẽplũ reſtaurare 508
Sennaar campus 10
Sennacherib rex Aſſyriæ contra Hieroſolymam caſtrametatus 280
Sennacherib à filijs perimitur 282
Sennacherib ſucceſſit Aſaracoldas eod.
Senatus conſultum pro Iudæis 402
Seniores 70. ab Eleazaro pontifice ad Ptolemæũ Philadelphũ miſſi magno honore excipiuntur 535
Sentij oratio ad ſenatum Romanum de imperio abrogando 559
Seon rex Amorræorum 96
Seon prælio contendit 96
Sephori Galilææ populi 598
Sephoris à quo condita 515
Sephoris hoſtibus ſe tradit 695
Sephina turris 779
Septem principes ſint uniuſcuiuſq; ciuitatis 107
Sephines turris 780
Septimi menſis ratio 81
Septuaginta ſeniores cum donarijs à rege dimittuntur 537
Sephorim ciuitas Galilææ 505
Sephora filia Rahuelis uxor Moſi 55
Sepulchrũ Dauid ab Hyrcano apertũ 598
Sepulchrum Dauid infeliciter ab Herode apertum 465
Serebæus Iudæorum princeps in reditu à Babylone 509
Seret filius Zabulon 46
Seron dux inferioris Syriæ uincitur à Iuda Machabæo 550
Serpens maledictus 5
Seritæ populi 175

Seſos genus regum Aegyptiorum 859
Sex. Cerealis 817
Sex. Cæſar Syriæ rex 404
Sex. Cæſar inſidijs interficitur 612
Sicariorũ interitus, qui in Alexandriam & Thebas profugerant 850
Sichem filius Hemor 31
Sichima ciuitas eodem
Sichimitæ populi eodem
Sichimitæ delentur 136
Sichimitæ ſaluati per Saul 159
Sichimitæ coram Alexandro ſe Hebræos eſſe non Iudæos profeſſi ſunt 329
Sichimorum prouincia 35
Sichimitarũ epiſtola ad Antiochũ 348
Siclus Hebræorum numiſma 205
Sidon filius Chanaan 15
Sidon ciuitas eodem
Sidon capta ab Alexandro 327
Sidonius Sichimitas nũcupauit Hebr. 329
Sidonijs mandatum miniſtrare materiam templi 211
Sidrach nomen Ananiæ ſocij Danielis apud Babyloniam 296
Siene 768
Siloa fons 779
Silas tyrannus Iudæus 594
Silam filius Neptalim 46
Silo ciuitas 236
Silo dux Rom. contra Parthos ab Antiocho filio Ariſtobuli, pecunia corrupto 420
Simron filius Iſachar 46
Similitudo Iacob & Eſau 25
Simobarus rex Sodomitarum 16
Simon Geraſenus 762
Simon ab Hieroſolymitis contra zelotas præficitur 765
Simon Gioræ ſeditioſus Iudæus 705
Simon à Romanis captus 828
Simon Romam ductus occiditur 857
Simon Iuſtus Oniæ patri ſuccedit in ſacerdotium 332
Simoni mortuo Eleazarus frater ſuccedit eodem
Simõ filius Oniæ auaro patri ſuccedit 345
Simone mortuo ſucceſſit Onias filius cod.
Simeon filius Aſamonei 348
Simon Matathias filius Matathiæ ib.
Simon Matathias contra Tyrios pugnãs uictor euadit 353
Simon à regione Tyri uſq; ad Aegyptum militiæ præficitur 370
Simon Bethſuram capit 371
Simon populum Iudaicum ſuper luctu Ionathæ Abaron ſolatur 374
Simon dux populi factus à Tryphone circumueniri nequijt Mauſoleũ fratri ſtruxit, & arcẽ Hyeroſol. diruit 374.375.597
Simon perfidiam & ingratitudinẽ paſſus ab Antiocho Sotere 376
Simon inſidijs Ptolemæi generi ſui interfectus 598
Simon Doſithei filius legatus Iudæorum ad Romanos 379
Simon filius Buzi Alexandrini inſtituitur ſacerdos ab Herode, filiam eius in uxorẽ ducente 448
Simon Herodis ſeruus regnandi æmulatione Iudæam infeſtans, à Grato occiſus eſt 659.660
Simon Eſſenus expoſitor ſomnij Archelai 512.664
Simon Camithi filius, põtifex poſt Eleazarum Annæ filium 516
Simon Boëthus Canthara pontifex 567
Simon Hieroſolymites detractor Agrippæ maioris 570
Simon Galilæus crucifixus 579.664
Simon Cyprius magus 582
Simõ Ethei legatus Iudæorũ ad Florũ 688
Simonis filij Sauli egregia fortitudo 692
Simonis Gioræ tyrannis 705
Simeon Gamalielis 743
Sina mons 54
Sina mons ſterilis, nullorumq; fructuum ferax 61
Siphas Galaadites 202
Sitennua puteus 24
Siſara dux exercitus Chananæorũ 132
Siſara interfectus à Iahel muliere 133
Siſinnius Syriæ et Phœniciæ põfect. 305.310
Sobarus ſophiſta occiſus 690
Sobachus princeps militiæ Ammonit. 195
Sobnea ſcriba Ezechiæ 281
Socho loci nomen 162
Socho ciuitas à Roboã ſtructa 239
Sodomitæ uicti ab Aſſyrijs 16
Sodomitarum reges v. eodem
Sodomitæ tributũ ſolebãt Aſſyrijs cod.
Sodomitæ captiui erepti eodem
Sodomorũ excidiũ 18.19
Soëmus 695
Soëmus Herodis amicus 439
Soëmus mandatũ Herodis pandit de Mariamne occidenda 440
Soëmus interficitur 442

Sogor locus in quem refugit Lot 19
Sol ſtetit 121
Solis retrogreſſio per X. gradus 285
Solomona mater ſeptem Machabæorum martyrum 901
Solon legislator 882
Solyma ciuitas 17
Sondus Arabs à Sylæo occiſus 485
Somniũ pincernæ Pharaonis ſoluitur 37
Somniũ panis hordeacei narratũ ab hoſtibus Gedeonis 134
Sophar filius Eliphas 32
Soron filius Herculis 22
Sorophaci barbari eodem
Sors ad diuidendam terram mittitur pro tribubus Iſraël 125
Soſibius primas cuſtodiæ Ptol. Philadelphi 330
Soſius Herodis adiutor in bello 423
Sotanis 735
Spartiatæ Lacedæmones 371
Sponſi bello inutiles 115
Stagnum Geneſar 515
Statua Abſalom 205
Strabon geſtorũ Pompeij meminit 396
Strabon Cappadox 380
Strabon 385
Stratonis turris 382
Stratonis turris, nunc Cæſarea 446
Stratopedes incenditur 690
Stoccheus libertus Agrippæ maioris 531
Stola pontificalis à Vitellio ſacerdotibus data 521
Stolæ cõſeruãdæ poteſtas Iud. cõceſſa 573
Stolæ ſacerdotales in tẽplo Salomonis 225
Stolæ Leuitarũ in tẽplo Salomonis eod.
Scylus legatus Iudæorũ 688
Stultitia gentiliũ redarguitur à Ioſepho 888
Suha Aegyptiorum rex 279
Sualitis rex 858
Suba rex à Saul ſubiugatus 158
Succeſſio regum Babyloniorũ 299
Sudeas filius Phideæ ſacerdos templi Salomonis 295
Sue filius Abrahæ ex Cethura 22
Suius 615
Suna ciuitas 176
Suni filius Gad 47
Supplicij propter tranſgreſſionẽ 218
Supputatio annorũ Adã diuerſa eſt 8
Supputatio annorũ ab Adã uſq; ad ædificationẽ templi Salomonis 222
Surim filius Abrahæ 22
Suſa ſcriba Dauid 208
Suſachus Aegyptiorum rex 240
Suſachus bellũ mouet cõtra Roboã eod.
Suſachus templũ Salomonis ſpoliat eod.
Suſis Perſarũ metropolis 303.315
Suſandrum caſtrum 900
Sycamina loca quædam 384
Syllanus Epheſius 464
Syllanus rector Syriæ 517
Sylas Babylonicus 696
Sylas libertus Agrippæ maioris 531
Sylæus accuſat Herodem ob cæſos Arabes apud Auguſtũ Cæſarem 471
Sylæus Obodæ regis legatus exardet amore Salomes 467
Sylæus Trachonitas ab Herode deficientes ſuſcipit 470
Sylæus per Nicolaum Damaſcenum accuſatus damnatur à Cæſare 474
Symeon filius Iacob 28
Symeon quid ſignificet eodem
Symeon obſes datur pro reditu fratrũ ad Ioſeph 41
Syra onera 34
Syri populi 15
Syria regio ſubditur Dauid 190
Syria & Phœnicia bello premuntur 279
Syria capitur ab Alex. Epiphane 365
Syria à Iudæis uaſtata 698
Syri Samariã obſidẽtes turbãtur à deo 268
Syr. quot milia cæſa ab exercitu Agad 252
Syrorum bellũ cõtra Achab 250
Syrus rex Meſopotamiæ 195

T

Abernaculi filiorum Iſraël ædificatio 70
Tabernaculi ornatus & munimentum 71
Tabernaculi inſtrumenta quid ſignificent 76
Tabernaculi cõſecratio quãdo facta eſt 78
Tabernaculi hoſtiæ igne cõſumptæ eodẽ
Tabernaculorũ ſolennitates 81
Taburius mons 123
Tadapharus Aſſyriorum rex 277
Talla uicus 708
Talphim aliàs Raphim uxor Adad 235
Thales philoſophus 854
Tabah filius Nachor 14
Thahas filius Nachor eodem
Thabor mons 133
Thadallus dux exercitus Aſſyriorum 16

Thalamus lachin columnæ nomẽ in templo 224
Thamar filia Dauid 187
Thamar ſoror Abſalom eodem
Thamar opprimitur ab Amnon 196
Tham. queritur fratri iniuriã ſibi illatã 157
Thamar filia Abſalom nupſit Roboã 203
Thaman occiditur 245
Thamna concubina Eliphas 32
Thamna ciuitas Palæſtinorum 140
Thamnata oppidum Iudææ 361
Thamnitæ populi 140
Tanganas Samarita 312
Thapſa oppidum 275
Taraches rex Aethiopum 282
Tarbis Moſen amauit 53
Taricheæ oppidum 701
Tarichena ciuitas à Caſſio capta 408
Taricheorum obſidio 730.731.732.733.734
Tarſus oppidum 12
Tarſa 275
Thare filius Nachor 14
Thare pater Abraham eodem
Thare quando genitus ibidem
Thare moritur eodem
Tharſis filius Iani 12
Thaumaſti clementia in Agrippam captiuum 530
Tauri laudantur 684
Theatra Herodis 445.638
Theatrũ Hieroſol. ſtructũ ab Herode 445
Thebon oppidum 246
Thecos oppidũ à Roboã ſtructum 239
Thecua 256
Teglatphalaſſar rex Aſſyriorum 275
Teglatphalaſſar occidit Raſin 277
Themaus filius Iſmaëlis 20
Templum Salomonis 222
Tẽpli ſtructura quomodo digeſta 223
Templum ſpoliatur à Suſſacho 240
Templum reparatur à Ioa primo 269
Templum ſtructũ in Moraim mõte 21
Templi ædificatio in Aegypto 365
Tẽplum Dagonis flãmis cõſumitur 367
Tẽplũ à Pompeio magno captum 396
Templum uetus Hieroſolymitanum dirui tur & nouum ædificatur per Herodem 452.453.630
Templum crebris latrocinijs prophanatum 584
Templum Herculis & Haſthartæ 230
Templum ſpoliatur & incenditur à Babyloniis 292
Templi inſtauratio impeditur 306
Templi inſtauratio facta ſub Dario 310
Templi ædificatio iterum impeditur 318
Templi expoliatio ſub Antiocho 347
Tẽpli renouatio ſub Iuda Machabæo 352
Templi obſidio per Antiochum Eupatorem 356
Tẽpli obſidio per Hyrcanũ tertiũ 393
Templum Iſidis deſtructum 520
Templũ incenſum inuito Tito 818
Templum cædibus pollutũ ſeditione Hieroſolymorum 772
Tempus afflictionis filiorum Iſraël in Aegypto 47
Tempus à templo Salomonis ſimulq; Cyri uſq; ad excidium ſub Tito factum 819
Tempus à Ioſue uſq; ad obſidionem Hieroſolymorum 187
Themuſis rex 860
Theodas magus 578
Theodorus Zenonis multos Iudæorum occidit 585.602
Theodoſis contra Iudæos cauſam agens pro tẽplo Garizim damnatur morte 565
Theodeſit⁹ uel Theodeſtus eunuchus 319
Theophraſtus 865
Theoſta oppidum 394
Theodectus oculis orbatus temerario auſu de lege ſcripturus 327
Theopompus quid paſſus ſit quod legem attigerit 337
Theiria ſeptimus mẽſis Hebræorũ 226
Terræmotus magni Herodis tẽpore 627
Teſtimonium Sibyllæ de turre Babylonica 12
Teſtari prohibetur unus 107
Tiberias condita ab Herode tetrarcha 516
Tiberiadis deditio ad Veſpaſianum 730
Tiberij uindicta de ſtupro Paulinæ & ſeductione Fuluiæ 520
Tiberij mors Vitellio nunciata 524
Tiberij indignatio in Agrippam 527
Tiberius difficilis in legationibus miſſitandis & ſuſcipiendis 528
Tiberius mutationẽ magiſtratuũ nõ probabat eodem
Tiberius tardus ad puniẽdũ maleficia 528
Tiberius moriturus ex omine præcognoſcit ſucceſſorem regni 531.532
Tiber. Alex. præſes Iudææ poſt Fadũ 579
Tiberius gemellus filius Druſi, nepos Tiberij Cæſaris 529.530
Tigranes rex Armen. Iudæã iuadit 590.605

Tigris fluuius 4
Tirathua uicus 520
Tiridates rex Armeniæ 841
Titi & Veſpaſiani munificentia in Iudæos uictos 338
Titus Liuius geſtorũ Pompei meminit 596
Titius Syriæ procurator 470
Titus Veſpaſiani filius Alexãd. miſſus 706
Titi profectio in Iudæã 709
Titus Iotapatã capit 723
Titi oratio ad exercitum Taricheos obſidentem 731
Titus Taricheos clade afficit 732
Titus à Giſcalenis receptus 741
Titus, patre imperium Roma obtinente, mittitur in Iudæã 770
Titus Hieroſolymã exploraturus in mediis hoſtibus diuinitus eſt ſeruatus 774
Titus Romanos à Iudæis penè profligatos iterum ad reſiſtendũ accendit 776
Titus carpit milites à Iud. circũuẽtos 778
Tit. à Caſtore illuſus plus iuſto clemẽs 789
Titus ſecũdo muro potitus 790
Tit. Hier. muro & caſtellis circũdat 800
Titi oratio ad milites murũ aſcẽdere nõ auſos 806
Tito inuito tẽplũ Salomonis incẽſum 818
Titus ſacerdotibus ſerò ueniã petẽtibus renuẽs ad ſeditioſos orationẽ habet 822
Titus urbe Hieroſolyma potitus ſolos armatos occidi iubet 827
Titus militibus gratias agit 829
Tito Cæſari Simon Gioræ oblatus 830
Titus Sabbaticum amnem perluſtrat 834
Titus Parthorũ muneribus donatus, Romã triũphãs ingreditur cũ patre 834.835
Titus Phrygius 817
Thobona ciuitas 287
Thobias pater Ioſephi recõciliatoris Oniæ ad Ptolemæũ Eupatorẽ 541
Tholus filius Iſachar 46
Thou rex cũ Dauid fœdus iniit 190
Thraces, olim Tirenſes 12
Tochabel mater Moſi 68
Tollemnia oppidum 545
Tomus loci nomen 770
Tonitrua prouincialibus inſueta Samuelis uerba confirmarunt 155
Trachon prouincia Herodi datur, expulſo inde Zenodoro 449
Trachonitis regio Syriæ ad Arabiã 13
Trachonitidis inſtitutor Huz ibidem
Tragelion menſis 408
Traianus expugnator Aphecæ 721.722
Translatio arcæ dei in Hieruſalem 188
Trebellius Maximus 560
Trecenti Hebræorum aquã manibus bibe runt 134
Tres fortiſſimorum Dauid aquã inter hoſtes hauſerunt 209
Tribus Leui purificatio 82
Tribui Leui quis uictus conceſſus 85
Triginta & ſex uiri Hebræorum interempti 119
Trimeſtris Moſes exponitur 50
Tripolis ciuitas 380
Tryphon Hyrcano conuiciatur 354
Troglodytis regio relicta filijs Abrahæ ex Cethura 22
Tryphon Diodorus Apamenus cõtra Demetrium Nicanorem 369.370
Tryphon Ionatham Abaron fraudibus capiens interficit 373.375.597
Tryphon contra Simonem Matathiã fruſtratus 575
Tryp. princeps à militibus cõſtituitur 576
Tryp. obſeſſus in Apamia perimitur eod.
Tryphõ tõſor Herod. occiſus 477.478.645
Tryphon Theodionis tabellio 574
Tryphonis perfidia & nephas in Antiochum qui Theos dictus 576
Tubalcain ferrariæ artis inuentor 6
Thuribula in templo Salomonis 225
Turbatio Syrorum à deo facta 262
Turris Babylonicæ ædificatio 10.11
Turris Hyrc. quomodo extructa 345.348
Turris Antonia 382.784
Turris Stratonis eodem
Tygran filius Gomer 12
Tyrannus delator filiorum Herodi 547
Tyrãnus præpoſitus caſtrorum 697
Tyridates rex Armeniæ 577
Tyriorũ animoſitas de Aſſyrijs 279.280
Tyronis audacia carpentis Herodem in filiorũ mortem anhelantem 477.645
Tyro cũ filio apprehenditur 477.645
Tyrijs commiſſum miniſtrare materiã ad templi ſtructuram 211
Tyrus urbs ab Alexandro uaſtata 527
Tyrus locus inter Arabiã & Iudæã 548
Tyropeon uallis 779

V

Vachalim rex Ammonitarum 293
Vadacer proiecit corpus Ioram in agrum Nabot 265

Vagoas eunuchus 482
Vagoſes grauiter Iudæos mulctauit 526
Valerinus dux contra Tiberiadem 729
Valerius Gratus præſes Iudææ poſt Anniũ Rufum 516
Valerius Aſiaticus 554
Valerius Aſiaticus occiſus 558
Varus Iud. bella & ſeditiões ſedat 506.507
Varus Iſſemus 695
Varro Syriæ rector 629
Vaſa templi Salomonis 225
Vaſa dei ablata remittũtur Herodi per Cyrum 504.505
Vaſtatio locuſtarum in Aegypto 57
Vaſthis uxor Artaxerxis repudiatur 518
Vatezobra uicus 815
Veluenes Samarita 512
Venenum nulli dandum 112
Veneris abuſus damnatur 112
Ventidius Baſſus dux Rom. 420.619.620
Ventidius Herodi primo Machæram mittit 422.622
Veraunius legatus ad Claudium de uſurpanda autoritate imperij 565
Verba dei ad Iacob 26
Verbũ domini ad Samuel 144.145
Verba reginæ Aethiopiæ mirãtis Sal. 233
Verba Moſi ad deum 54
Verba Hieroboam ſeducentis populũ ad idololatriam 238
Verba Goliath ad Saul & Hebræos 162
Verba Balaam ad Balach 99
Verba Dauid morituri ad Salom. 216
Veræ Hiſtoriæ indicium 855
Veria Syriæ oppidum 256
Vermiũ plaga in Aegypto 57
Veſpaſianus bello Orietis præficitur à Nerone 706
Veſpaſianus à Sephoritis benigne ſuſceptus 707
Veſpaſianus Galilæam inuadit 712
Veſpaſianus Gadaram expugnat 715
Veſpaſianus Iotapatã obſidet 715.713.714
Veſpaſianus in obſidione uulneratus 718
Veſpaſianus Ioppe potitus 728
Veſpaſ. à Tiberienſibus receptus 730
Veſpaſianus Taricheis potitus 733.734
Veſpaſianus Hieroſolymam inuadere inuitatus 755
Veſpaſianus Geraſium deuaſtat 761
Veſpaſ. Toparchias aliquot ſubegit 764
Veſ. à militibus imperator declaratur 767
Veſpaſianus Ioſephi præſagij recordatus, Ioſephum à uinculis ſoluit 768.769
Veſ. Sarmatas Mœſiam depopulantes cædit 833.834
Veſpaſ. tẽplum pacis Romæ cõſtruxit 557
Veſpaſ. Iudæam uenũ exponit 840
Veſpaſiani reditus in Italiam 852
Veſpaſiani natalis celebratus 851
Veſpaſiani nauigatio 850
Veſpaſiani ſucceſſus in obſidione Gamalæ 736.737
Veſpaſiano Iotapata proditur 725
Veſpaſiani milites Galilæã depopulati 709
Viam ignorantibus eſſe monſtrandã 111
Victoria Saul 153
Victoria Aſa de Aethiopibus 244
Victoria Iſraelitarum de Moabitis 259
Victoria Iudæ Machab. de hoſtib⁹ 305.351
Vicus Damaſci habitatio Abrahã dictus 15
Vienna Galliæ ciuitas in qua exulauit Archelaus 512
Vir mulierem membratim ſectam, per ſingulas tribus deſtinauit 128
Virga Aaron fronduit 94
Virga Moſi aquam è petra elicuit 64
Virga Moſi & magorum 56
Viſio Iacob 26.30
Vithalaga uillæ nomen 361
Vithegra municipium 764
Vitæ humanæ periodus 14
Vita & mors filiorum Eli 144
Vitellius Syriæ præfectus 520
Vit. Syriæ procurator Tiberio regnãte 453
Vitellius Hieroſolymis ſtolam reddit pontificibus 521
Vitellius Artabano inimicus iterũ reconciliatur Tiberio iubente 522
Vitellius Germanorũ imperator 764
Vitell. uſurpãs imperiũ Romã uenit 764
Vitellij mors 770
Vitulæ aureæ adorantur ab Hebræis Roboam ſeductore 238
Vl filius Aram 15
Vlata ciuitas Herodi datur 450
Vltio facta pro Gabaonitis 208
Vltio in Oziã ſacrorũ temeratorem 274
Vnctionis ſacræ confectio 78
Vni teſti non credendum 107
Vnus ſit belli princeps 115
Vochar filius Ioſeph 218
Volumnius procurator Syriæ 471.642
Volũnij ſententia de filijs Herodis 476.643
Voſcheti ciuitas 284
Votum Iephthe temerarium 138

Vphre

Vphre municipium 764
Vr rex Madianitarum 102
Vrbes à Salomone conditæ 231
Vrbes à Roboam structæ 259
Vrias filius Ioathan sacerdos templi Salomonis 295
Vrias dolo Dauid regis occisus 194
Vrias alius pater Chiræ 224
Vri princeps militiæ Salomonis 220
Vrion sororius Mosi 66
Vsura prohibita 111
Vxor Lot in statuam salis conuersa 19
Vxor cuiusdam Leuitæ à Gabaonitis stuprata 128
Vxoris diuortium 110
Vzal filius Iectan 15

X

XAnticus mensis 7.58.78.82
Xerxes patri Dario successit 315
Xerxis regis epistola pro Iudæis 315
Xerxes (ut ex historia apparet) positus pro Vlysse 685
Xylophorias festiuitas Iudæorũ 689
Xystus turris 682. 779

Z

ZAbulus Arabs Alexandri Balasis caput abscidit 368
Zabulon filius Iacob ex Lia 28
Zabulon quid significet eod.
Zabulon ciuitas capta 695
Zabulonitæ quam terram sortiti 125
Zabud mater Ioachim 287
Zacharias propheta filius Ioiadæ iniuste lapidatur in templo 270
Zachariæ amici occidunt Ioam eodẽ
Zacharias filius Hieroboã patri succedens sex mensibus regnauit 274.275
Zacharias ab amico suo Sellũ occisus ib.
Zacharias filius Achaz perimitur ab Amasia secundo 276
Zacharias propheta prædicit apertionem templi 311
Zacharias Amphetali filius 746
Zacharias in tẽplo à Zelotis occisus 754
Zachel (aliàs Zazel) propheta ad Iosaphat 256
Zaleucus Locrenus 882
Zamarias omne genᵘ Baasa interemit 245
Zamarias semetipsum concremauit eod.
Zamari Iudæo Babylonio datur regio Bathanea contra Trachonitas 480
Zarach filius Iudæ 46
Zareas rex Aethiopiæ contra Asam bella mouet 244
Zarassa uxor Aman 321.322
Zarnon dux Madianitarum captus 135
Zaroch filius Helchiæ sacerdos templi Salomonis 293
Zeb rex Madianitarum occisus 135
Zebedæus pater Achar ex tribu Iuda 119
Zebethama pars Hierosolymorũ 779
Zebul princeps Sichimitarum 136
Zelotypiæ probatio 85
Zelotæ qui sint 745
Zelo legis Phinees Samariã interfecit 102
Zelotarum pugna contra Simonem Gerasenum 762.765
Zelpha famula Liæ 28.47
Zenodorus expellitur Trachone regione 449.629
Zenodorus frustra Herodẽ accusauit mortuus Antiochiæ 459
Zeno Cotilas 577.598
Zephion filius Gad 47
Zephyrius 635
Zerbin dux Madianitarũ captus 135
Zethura ciuitas à Roboã structa 239
Zeusis amicus Antiochi 340
Ziba famulus Dauid 198
Ziba Dauid exulãti uiaticũ ministrat 199
Zibà libertus Saul Dauid occurrit 205
Zibæ fallacia proditur eodem
Ziph a ciuitas à Roboam structa 239
Ziphæi produnt Dauid 171.174
Ziphin locus aliàs Noua 171
Zizus princeps Arabum 388
Ζήν Iupiter dictus 331
Zoara ciuitas 393
Zoaze ciuitas 597
Zohar filius Simeonis 46
Zoilus tyrannus Stratonis 383
Zona sacerdotum tabernaculi 74
Zophanitica toparchia 764
Zora ciuitas 379
Zorobabel filius Salathiel dux Iudæorum Hierosolymam redeuntium ab exilio Babylonico 309
Zorobabel princeps Iudæorum mittitur à Babylone per Cyrum, restituturus templũ dei 305.308
Zorobabel proficiscitur ad Dariũ 306
Zorobabelis sententia de fortitudine mulieris & ueritatis 307.308
Zorobabel proficiscitur reparaturus templũ & urbem 308
Zur rex Madianitarum 102

INDICIS FINIS.

IOsephus Matathiæ filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, à Veſpaſiano captus, cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam ueniens, ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt. Et ob ingenij gloriam ſtatuam quoq; meruit Romæ. Scripſit autem alios uiginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, uſq; ad decimumquartum annum Domitiani Cæſaris, & duos ἀρχαιότητος aduerſum Apionem grammaticum Alexandrinũ: qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum uituperationem gentis Iudaicæ continentem ſcripſerat. Alius quoq; liber eius, qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ualde elegans habetur, in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria. Hic in decimooctauo Antiquitatum libro manifeſtiſſime confitetur, propter magnitudinem ſignorum Chriſtum à Phariſæis interfectum, & Ioannem Baptiſtã uere prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Iacobi Apoſtoli dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem de domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Ieſus uir ſapiens, ſi tamen uirum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libenter uera ſuſcipiunt: plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus. Cumq; inuidia noſtrorum principum cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum dilexerãt perſeuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die uiuens, multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo uaticinãtibus: & uſq; hodie Chriſtianorum gens, ab hoc ſortita uocabulum, non defecit.

FLAVII IOSEPHI RE

LIGIONE IVDAEI, HISTORIOGRAPHI GRAECI, VIRI CLA RISS. in xx. libros antiquitatum Iudaicarum, è Græco in Latinum traductos, Ruffino Aquileiẽ. interprete præfatio.

ISTORIAM cõscribere disponentibus, nõ unam, nec eãdem uideo eiusdem studij causam, sed multas existere, & ab alterutro plurimum differentes. Nam quidam eorũ sui sermonis pandere uolentes ornatum, & ex hoc gloriam aucupantes, ad partem huius disciplinæ accedũt: Alij uero illis gratiam referentes, de quibus ipsam descriptionem esse cõtigerit, in eodem opere ultra uirtutem coacti sunt laborare. Quidã autem ipsa rerum necessitate uim passi sunt, ut ea quibus interfuerunt, cum agerentur, scripturæ declaratione colligerent. Multos autem magnitudo rerum utilium, in occulto iacentiũ, inuitauit, ut historiam ex his ad utilitatem deberent proferre communem. Harum itaq; quas prædixi, causarum duæ nouissimæ mihi etiam prouenerunt. Bellũ nanq; quod inter Romanos & nos Iudæos fuit, & qui actus ei, quiq; finis accesserit, experimento ipse cognoscens, narrare coactus sum, propter eos, qui ueritatẽ in ipsa conscriptione corrumpunt. Præsens autem opus assumpsi, credens dignum studium etiam Græcis omnibus apparẽre. Continebit itaq; omnem antiquitatem nostram, & cõuersationis ordinem, ex Hebraicis libris interpretatum. Dudum siquidem, cum bella conscriberem, proposueram declarare, qui fuerint in initio Iudæi, & quibus sint usi fortunis, & per quem legislatorem sint eruditi, hoc quod ad pietatem aliamq; uirtutis continentiam noscitur attinere: & quàm longis pugnantes temporibus, inuiti nouissime uenerint ad certamina Romanorũ. Sed quoniã ingens erat operis eius ordo, & ualde perplexus, in ipso libro diuidens disponensq; principia atq; finem, conscriptionẽ ipsam abbreuiare tentaui. Tempore nanq; procedente, secundum illud, quod solet accidere grandia cogitantibus, mihi quoq; segnities tarditasq; successit tantã arripiendi materiam, in usum extraneæ linguæ, & à nostra consuetudine peregrinæ. Erant autẽ qui me historiæ desiderio pro rebus talibus inuitarent: & præcipue horũ omnium Epaphroditus, uir qui uniuersas quidẽ diligeret disciplinas, maxime autem rerũ gestarum cognitione gauderet, utiq; cum & ipse magnis rebus, & multimodis causis interfuisset: & in omnibus mirabilem naturæ fortitudinem, & immutabilem suæ uirtutis uoluntatem ostenderet. Huic enim uiro semper fui obediens, qui utiliter, & bene agentiũ cooperator existeret, ne uiderer desidia potius quàm optimo labore gaudere, ad hoc me protinus armaui: illud quoq; super ea quæ iam dicta sunt, non transitorie cogitans: quia per hæc, & de nostra prosapia aliquid tradere nostris uolui, & Græcis, si qui eorũ scire quæ sunt nostra uoluerint. Comperi siquidem, quomodo Ptolemæorum secundus rex, maxime circa disciplinam, & librorum collectionem studiũ habens,

Ratio conscri pte historie.

Epaphroditus

in nostra præcipue lege opus suæ largitatis ostendit, & constituta eius festinauit
Eleazarus. Græca uoce transferri. Pontifex uero noster Eleazarus, nulli uirtute secundus, nō
intuĩdit ut prædictũ regẽ hac utilitate priuaret: cui omnino forsitan restitisset, nisi
patriæ nostræ congrueret, ut nihil bonorũ eius remaneret occultum. Ideoq; mihi
scilicet, ipsi conuenire putaui, ut magnanimitatem pontificis imitarer, & ut regiæ
largitati similiter responderetur ab eis, qui doctrinæ amatores esse noscuntur. Ne
que enim ille omnem descriptionẽ à translatoribus accepit: quando ea tantum
modo quæ legis sunt, hi qui ad explanationem missi fuerant Alexandriam, tra
Quot annorũ historiam Iosephus conscripserit. diderunt: cum sint alia innumera, quæ per sacras literas indicantur, utpote quinq;
miliũ annorũ historia in istis exposita, & diuersæ quidem in his cõtinentiæ sunt:
multæ uero ciuitatũ fortunæ, & fortia facta ducum, & mutabilitates conuersatio
num. Quod totũ ex ipsa præcipue historia poterit quilibet agnoscere, si eam uo
luerit lectitare. In qua etiam reperitur, quomodo eis qui propriam uoluntatem
non sequuntur, & ea quæ bene sancita sunt, transcendere nõ præsumunt, omnia
ad terminũ fidei tendentia prospere peraguntur, & honoris felicitas præbetur à
deo. Quando uero recesserũt aliqui ab huius diligentiæ ueritate, fiunt eis omnia
sub inopia, quæ uidebantur in abundantia constituta: & in calamitatẽ importa
bilem eis uertitur, quicquid quasi bonũ agere festinabant. Iam itaq; eos qui lectu
ri sunt hos libros, exoro, ut uoluntatem suam deo submittant, & legislatorem no
strum probent, si naturam eius digne considerauit, & semper decentes actus uir
tutis eius exposuit: puram rationem de illo custodiens ab omni, quæ refertur ab
alijs, turpitudine fabularum: licet ex longitudine temporum, & ætate uetustiore,
potuisset multam figmentorum fallacium habere licentiam. Fuit enim ante an
nos duo milia: in qua longitudine seculi, neq; ipsorum deorũ generationes poe
tæ, nisi forte hominũ actus aut leges dicere præsumpserunt. Integritatẽ uidelicet
eorum quæ à me cõscripta sunt, procedens sermo ordine proprio declarabit. Hoc
enim me facturum in isto negotio proposui, ut nihil adijciam, nec iterum præter
mittam. Quia uero penè omnia ex Moseos legislatoris sapientia, apud nos pen
dère noscuntur, necesse mihi est pauca de illo prædicere, ne qui legentium quæ
rant, cur noster sermo, studium descriptionis habens de dictis & factis, in tantam
naturæ rationem processerit. Sciendũ itaq; quomodo legislator ille omnium re
rum, necessarium iudicauit, ut quisquis suam uitam bene gubernaturus, & legem
esset alijs positurus, dei primitus deberet considerare naturam, operaq; eius men
te cõtemplaretur, & eius exemplum imitaretur, & quantum uirtus esset, hunc se
qui tentaret. Neq; enim uel ipsi legislatori fuit sufficiens mens, dum in ipsius con
templatione deficeret: nec eis qui conscripturi sunt, pro causa uirtutis aliquis pro
sper euentus erit, nisi præ omnibus doceantur, quia pater omnium & dominus
deus existens, & uniuersa respiciens, sequentibus se, uitam felicissimam præbet: à
uirtute uero digredientes, maximis calamitatibus subdit. Hoc ergo docere desi
derans Moses suos ciues ac populos, legis constitutionem non à iure communi,
nec à propris placitis inchoauit: sed ad deum & mundi fabricam eorum erigens
mentes, & persuadens, quoniam creaturarum terrenarum opus dei præcipuum
homines sumus: dum habuisset eos iam ad pietatem obedientes, de rebus reli

quis

quis eis facillime perſuaſit. Alij nãq; legiſlatores, fabulas ſequentes, humanorũ delictorum confuſionem potius in deos ſuos ſacrilego ſermone uertetunt, & multam malignis peccandi licentiam præbuerunt; noſter uero legiſlator ſummam uirtutem deum habere pronuncians, infudit hominibus eam participari, & eos qui taliter non ſaperent neq; crederent, iuſſit ineuitabiliter caſtigari. Secundum hoc ergo argumentum facere examinationem lecturos exoro. Sic enim conſiderantibus, nihil irrationabile dictum, nihil ad maieſtatem dei atq; clementiam uidetur incongruum. Cuncta nanq; circa naturam rerum affectionem conſonam habere noſcuntur, alia quidem aperto uel ſimplici modo legiſlatore tangente, alia uero cum ſua honeſtate allegorice proferente. Quæcunq; autem clare dici proderat, hæc manifeſte declarauit. Volentibus autem etiam cauſas rerum ſingulas conſiderare, contemplatio multa nimis, & ualde philoſopha reperitur. Quod ego nũc quidẽ dicere ſuperpono: ſed deo nobis tẽpus præbẽte, poſt hoc opus tentabo cõſcribere. Conuertar autem ad rerũ narrationem, reminiſcens primitus eorũ, quæ de mundi fabrica Moſes dixit. Hæc autẽ in ſacris libris cõperi ita ſcripta:

FLAVII IOSEPHI IV

DAEI HISTORIOGRAPHI VIRI CLARISS: ANtiquitatum Iudaicarum liber Primus.

De creatione cœli & terræ, & operibus ſex dierum, & requie diei ſeptimæ. Cap. I.

Gene. 1. IN PRINCIPIO creauit deus cœlum & terram. Sed dum terra ad aſpectum non ueniret, & profunditate ac tenebris celaretur, & ſpiritus dei deſuper portaretur, deus lumen fieri iuſſit: quo facto, conſiderans omnem materiam, ſeparauit lumen & tenebras: Et alij quidem rei nomen impoſuit noctem: aliud uero uocauit diem: ueſpere & mane appellans initiũ lucis & requiem. Et is quidem eſt primus dies: Moſes autem eum unum dixit. Et licet ſufficiam cauſam huius rei etiam nunc dicere, tamen quia pollicitus ſum rationem cauſarum ſingularum ſeorſum tradere, ad illud tempus & huius rei interpretationem me neceſſarium eſt differre. Poſt hæc ſecunda die cœlum ſuper omnia collocauit, illudq; ab alijs diſtinguens, in ſemetipſo conſtitutum eſſe præcepit: & ei cryſtallum circunfigens, humidũ eum & pluuialem, ad utilitatem, quæ fit ex imbribus terræ, cõgrue fabricatus eſt. Tertia uero die ſtatuit terram, circa eam mare diffundẽs. Ipſa uero die repente uirens herba, & ſemina de terra ſunt orta. Quarta autem die ornauit cœlum ſole & luna, alijſq; ſideribus: motus eis tribuẽs & curſus, quibus horarum diſtinctiones aperte deſignarentur. Quinta uero die animalia natatilia & uolatilia, alia quidem in profundo, alia uero in aẽre eſſe conſtituit: copulans ea ad communionem atq; permixtionem cauſa ſobolis profuturæ, & ut eorum natura multiplicari poſſet & creſcere. Sexta uero die creauit quadrupedum genus, maſculum faciens atq; fœminam: in qua etiam hominem finxit. Ita ergo mundum cunctum ſex diebus, & omnia quæ in eo ſunt, fa-

Dies primus:

Dies. II.

Dies. III.

Dies. IIII.

Dies. V.

Dies. VI.

Dies. VII. cta Moſes ait: ſeptima die deum ab operibus manuum ſuarum requieuiſſe dicens. Vnde etiam nos ea die laboribus propriis uacare dignoſcimur, eum ſabbatum appellantes: quod nomen requiem hebraica lingua ſignificat.

De plaſmatione protoplaſtorum: & plantatione paradiſi: deq; introductione Adam & Euæ in ipſum. Caput II.

POſt ſeptimam uero diem cœpit de hominis natura Moſes reddere ratio- Gene. 2.
nem, ita dicens: Finxit deus hominem, puluerem de terra ſumens, & in eum ſpiritum inſpirauit & animam. Hic autem homo Adam uocatus eſt: quod no-
Adam rubeus interpretatur. men hebraica lingua ſignificat rubeus: quoniam cõſperſa rubea terra factus eſt. Talis eſt enim uirgo tellus & uera. Præſentauit autem deus animalia Adæ ſecundum genus, fœminam maſculumq; demonſtrans: & his nomina impoſuit, quibus etiam nunc uocantur. Videns autem deus Adam nõ habentem ſocietatem ad fœminam, neq; cohabitationem, cum utiq; non eſſet delectatus ut in alijs animalibus quæ copulata uidebantur: una die eo dormiente auferens coſtam eius, finxit ei mulierem: & Adam ſibi coniunctam cognouit de ſe fuiſſe plaſmatam. Iſcha uero hebraica lingua mulier appellatur. Nomen uero mulieris illius erat
Eua mater omniũ dicitur. Eua: quod ſignificat omnium uiuentium matrem. Dicit autem etiam deum plantaſſe ad orientem paradiſum omni germinatione florentem. In hoc enim eſſe & uitæ plantationem, aliamq; prudentiæ, qua cognoſceretur quid eſſet bonũ, quidue malum: & in hunc hortum introduxiſſe Adam & eius uxorem, præcipientem plantationum eos habere ſolicitudinem. Rigatur autem hic hortus ab uno flu-
De quatuor fluminibus paradiſi. mine, circa omnem terram undiq; profluente. Hic in quatuor diuiditur partes: & uni quidem nomen eſt Phiſon, quod inundationem ſignificat: eductus in Indiam, pelago late diffunditur: qui Getha nuncupatur à Græcis. Euphrates autem & Tigris in mare rubrum feruntur. Vocatur autem Euphrates quidem foras, quod ſignificat diſperſiones ſeu flos. Tigris autem Diglath, quod indicat acutũ aliquid & anguſtum. Gyon autem per Aegyptum fluens, oſtendit eum qui nobis ab oriente redditur, quem Græci appellant Nilum.

De tranſgreſſione protoplaſtorum: & eiectione eorum è paradiſo. Caput III.

DEus igitur Adam & mulierem ex alijs quidem plantationibus guſtare præ Gene. 2. & 3.
cepit, de prudentiæ uero plantatione uoluit abſtinere: prædicens contingentibus ex ea, perditionem eſſe uenturam. Et dum illo tempore cuncta animalia cõcordarent, ſerpens cohabitans cum Adam atq; muliere, inuidiam habuit, in quibus eos arbitrabatur eſſe felices, obedientes utiq; præceptis dei: quos putans per inobedientiam calamitati ſuccumbere, perſuaſit mala uoluntate mulieri, ut de prudentiæ plantatione guſtaret, dicens in ea boni maliq; eſſe cognitionem. Quo facto, beatam eis uitam, & cui nihil diuinæ cognitionis deeſſet, dicebat accedere.
Seductio mulieris. Et ſeduxit quidem mulierem, ut dei mandata cõtemneret. Quæ cum ex illa plantatione guſtaſſet, & tali epulatione gauderet, etiam Adæ ut ueſceretur exinde perſuaſit. Quo facto, cognouerunt ſemetipſos eſſe nudos: confuſionemq; manifeſtam habentes, tegumentum ſibimet requirebant. Illa nanq; plantatio, cauſæ acuminis erat & intellectus. Foliis ergo ſici ſemetipſos operuerunt: & hæc genitalibus

libus opponentes, uidebantur sibi magis esse felices in his, quæ prius putabant se difficilius inuenire. Deo autem in hortum ueniente, Adam quidem prius, ne ad eius ueniret alloquium, cõscius iniquitatis suæ, discessit. Deus itaq; intendens quod egerat, causam inquirebat, propter quam prius eius delectaretur alloquio; postea uero refugeret & confunderetur. Illo uero nihil loquente, eo quod se cognouerat dei transgressum fuisse mandatum, deus ait: Mihi quidem de uobis notum est, quemadmodum felicem uitam, & extra malorum omnium passionem habueritis, nulla solicitudine uestrum animum conturbante: cum uobis sponte ad fruendum, & ad uoluptatis abundantiam orirentur uniuersa, me prouidente, uitentia sine uestro labore atq; miseria: sed nunc malis præsentibus senectus uelox uobis aduenier, & non longa uita succedet: quoniam mihi contumeliam tali uoluntate feciſtis, mea mandata præuaricando. Neq; enim uirtutis causa taciturnitate constringeris, sed mala conscientia retineris. Adam uero peccati ueniam postulabat: rogabatq; deum ne eum nimis affligeret: & de facto coniugem accusabat, dicens se ab ea seductum deliquisse: quæ rursum de serpente, qui eam seduxerat, querebatur. Deus autem Adam uictum consilio mulieris, pœnæ subiecit: præcipiens terræ, ne quicquam eis sponte proferret, sed laborantibus & operatione contritis, alia quidem fructum redderet, alia negaret. Euam uero partu & conceptionum doloribus castigauit: quoniam Adam, in quibus ipsa fuerat à serpente decepta, seducens, calamitatibus implicauit. Abstulit autem serpenti uocẽ, iratus eius malignitati, quam gesserat in Adam: & uenenũ ei sub lingua ponens, quod esset hominibus inimicũ, præcepit ut mulier eius capiti plagas inferret: ille uero iacens, hominibus esset aduersus, & interitum facilem eis pro uindicta portaret. Quẽ etiã pedibus priuauit, ut uolutatus in puluere traheretur. Et deus quidẽ hæc eos pati præcipiens transmigrauit Adã & Euam ex horto in aliã regionẽ.

Diuina super hominem sententia.

Adam & Eua mulctati.

Serpentis pœna.

De interfectiõe Abel per Cain: & pœna qua mulctatus est Cain: deq; duabus columnis, lateritia, & lapidea, in quibus conscripserunt filij Adam omnem disciplinam rerum cœlestium, quam per se adinuenerunt. Caput IIII.

4. NAti sunt autem eis filij duo masculi, quorũ unus quidem prior, appellabatur Cain: quod nomen interpretatũ significat possessionem. Abel uero secundus, quod significat nihil hoc. Quibus natæ sunt etiam filiæ. Germani siquidẽ diuersis studijs luctabantur: Abel quidem iunior iustitiam colebat: & in omnibus quæcunq; gerebat, deum putabat esse præsentem, uirtutemq; prospiciebat, cuius conuersatio erat pastoralis. Cain autem erat circa alia malignissimus, & ad lucra tantummodo semper intentus. Terram uero primus arare comperit, & fratrem huiusmodi causa peremit. Nam cum eis placuisset sacrificare deo, Cain quidem de culturæ generationibus obtulerat fructum: Abel autem lac, & primogenita gregum. Deus enim hoc potius sacrificio delectatus est, quod spontaneis & naturaliter ortis fructibus fuerat honoratus: & nõ in illis, quæ ex inuentiõe hominis auari nata uidebãtur. Quapropter Cain indignatus, eo quod Abel fuisset à deo præpositus, fratrem interemit. Quem cum necasset, & mortuũ occultasset, credidit latere cõmissum. Deus aũt sciens quod erat factũ, uenit ad Cain, de fatre requirens ubi esset, quod eũ diebus plurimis nõ uideret, dum cætero tempore illũ

Cain. Abel.

Abel à fratre occisus.

cum eo conuerſari reſpiceret. Cain autem hæſitans, nec habens quod deo poſſet dicere, ipſe quoq; ſe prius quod fratrem non uideret, cogitare dicebat. Et cum de us uehementer inſtaret atq; perſeueraret, indignatus ille, non ſe eſſe pædagogũ atq; cuſtodem eius, nec actorem fratris ſui effectũ affatus eſt. Deus uero repente Cain increpauit, interemptorem fratris effectũ, & ait: Admiror ſi de fratre neſcis dicere quid factũ ſit, quem ipſe peremiſti. Cui tamen ſacrificiũ celebranti, atq; poſcenti, ne ob hoc iram ſuſciperet, ſæuiorem pœnam homicidij relaxauit, maledictumq; eſſe conſtituit, & eius ſobolem uſq; ad generationem ſeptimam interminatus eſt eſſe puniendã: & ex illa terra eum cũ uxore proiecit. Quo formidante, ne beſtijs capiendus incideret, & eo modo periret, iuſſit ut nihil triſte de tali cogitatione metueret, neq; ei ꝓpterea mali quicq; per beſtias eueniret: ac per oẽm terram eũ ſine formidine, ſigno ei impoſito quo notus fieret, abire præcepit. Multã uero peragrans terram cũ ſua uxore Cain, collocatus in loco qui Naida nuncupatur: ibiq; moratus eſt, quò ei etiam filij nati ſunt. At uero pœnam illam nõ habuit pro emendatione, ſed crementũ ad libidinẽ ſuo potius nutriuit in corpore: licet cum iniuria ſecum cõmorantiũ hanc haberet, augens domũ multitudine pecuniarũ, ex rapinis & uiolentia congeſtarũ. Ad luxuriã quoq; & latrociniũ ſuos familiares inuitans, quorũ doctor in ſceleſtis ſtudijs erat. Et ſimplicitatẽ quidẽ, cum qua prius uiuebant homines, adinuentione menſurarũ & ponderũ permutauit: integramq; eorũ uitam ex earũ rerũ ignorantia, magnaminẽ ad calliditatẽ corruptionemq; perduxit. Terminos terræ primus poſuit, muriſq; muniuit, illicq; coëgit ſuos cõuenire domeſticos. Hanc uero ciuitatẽ, ab Henoch ſeniore filio ſuo, Henochiã appellauit. Henoch uero Iared filius fuit, ex quo Mahuiaël: cuius fuit filius Mathuſaël, qui habuit filiũ Lamech: cui fuerũt filij ſeptẽ & ſeptuaginta, qui ex duabus uxoribus ei ſunt nati, Sella & Ada. Horũ quidẽ Iabel, qui fuit de Ada, tabernacula fixit, & greges amauit: Iubal cõſanguineus eius exiſtens, muſicã coluit, & pſalteriũ citharãq; laudauit. Tubalcain q ex altera natus eſt, fortitudine cũctos excellẽs, res bellicas decenter exercuit: ex his etiã quæ ad libidinẽ pertinent corporis enutriuit: ferrariã artẽ primus inuenit: habuitq; filiã nomine Naëma. Et quoniã res diuinas ſapiẽter ſciẽs, uidebat ſe ſubiacere pœnæ Cain ob necẽ fratris, hoc ſuis uxoribus indicauit. Adhuc aũt uiuente Adã, contigit Cain ſobolẽ per ſucceſſionẽ eſſe nequiſſimã, & aliũ alio peiorẽ exiſtere, qui utiq; ad bella incontinentes erant, & ad latrocinia properabãt. Siquis aũt eorũ ſegnis eſſet ad fundendũ ſanguinẽ, alijs rebus peſſimis imminebat, cõtumeliã faciens, & auarus exiſtens. Adã uero (qui primus de terra factus eſt, & de quo nos exigit narratio adhuc habere ſermonẽ) Abel quidẽ extincto, Cain aũt propter necem illius effugato, de filiorũ procreatione cogitabat: & uehementer eũ generationis amor habebat agentem annos ducentos & triginta: ſuper quos alteros uiuens ſeptingẽtos, defunctus eſt. Fuerunt ergo ei & alij filij plurimi, inter quos etiã Seth. Sed de alijs quidẽ longũ eſt dicere, conabor aũt de Seth narrare tantũmodo. Is nanq; nutritus, & perueniens ad ætatẽ, quæ iam poſſet ea quæ ſunt bona diſcernere, uirtuti ſtuduit. Et cum fuiſſet uir egregius, imitatores ſui, filios dereliquit. Illi aũt omnes cum boni fuiſſent orti, in eadẽ terra ſine uexatiõe uiuẽtes, feliciſſime cõmorati ſunt: nihilq; eis uſque

Menſurarum & ponderum inuentor.

Prima ciuitas.

Iubal primus muſicam coluit.

Artis ferrariæ inuentor.

Seth.

que ad uitæ terminum crudele prouenit. Diſciplinam uero rerum cœleſtiũ & ornatum earum primitus inuenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus quæ ab eis inuenta uidebantur, aut antequam ad noticiam uenirẽt, deperirent, cum prædixiſſet Adam exterminationem rerum omniũ, unam ignis uirtute, alteram uero aquarum uí ac multitudine fore uenturam: duas facientes columnas, aliam quidẽ ex lateribus, aliam uero ex lapidibus, in ambabus quæ inuenerant conſcripſerũt: ut & ſi conſtructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapídea permanẽs præberet hominibus ſcripta cognoſcere: ſimul & quia lateralem aliã poſuiſſent: quæ tamẽ lapidea ꝓmanet hactenus in terra Syria. Et iſti quidẽ ſeptẽ generationibus ꝓmanſerũt, deũ iudicantes eſſe dominũ omniũ, & ad uirtutẽ ſemper inſpiciẽtes. *Inuentores rerũ cœleſtium.*

De inundatione diluuij ſuper terram: & ubi Noë ſaluatus cũ generatione ſua per arcam.
Caput V.

Gen. 6. DEinde tẽpore procedente de paternis ſolẽnitatibus ad mala progreſſi ſunt, neq; legitimos honores ulterius præbẽtes deo, neq; circa homines iuſtitiæ uerba facientes: ſed zelum quẽ prius habuerant pro uirtute, in duplam malitiam, per ea quæ gerebant, poſtea demonſtrabant. Ob hoc itaq; deũ contra ſe iritauerunt. Nam multi angeli dei mulieribus coëuntes, uitioſos filios genuerunt: qui omne bonum deſpicientes propter cõfidentiam fortitudinis, ſimilia his qui dicti ſunt à Græcis gigantes, perpetraſſe tradũtur. Noë uero grauiter ferens eorum actus, & habens eorum conſilia nimis ingrata, agebat ut ad meliora mentem eorum actusq; transferret. Cum autem uideret non acquieſcentes ad talia, ſed uehementer eos malorum libidine detineri: metuens ne ipſum quoque cum uxore & filijs & ſuis omnibus interficerẽt, diſceſſit ab ea terra. Deus itaq; Noë quidem iuſtitiam dilexit: condemnauit autem non ſolum illorum malitiam, ſed & omne genus humanum. Quod dum ei diſperdere placuiſſet, & aliud conſtituere genus malignitate priuatum, & minuere hominũ uitam, anniſque non quantis prius uixerant, ſed uſque ad centum uiginti eſſe menſuram, tunc aridam conuertit in maria, & ſic uniuerſi inundatione perierunt. Noë uero liberatus eſt ſolus, dicente ei domino, ut ſibi fabricam ad ſalutem huiuſmodi faceret, id eſt, arcam, quatuor cameras habentem: & longitudinem cubitorum trecentorũ, quinquaginta uero latitudinem, & triginta altitudinem: in qua cum matre filiorum, & eorum uxoribus introiuit. Et alia quidem quæ ſibi pro ſolatio uitæ forent neceſſaria poſuit, cunctorumque animalium ad ſeruandum genus eorum, maſculos ſimul & fœminas pariter introduxit, aliorum uero animalium numerum ſeptuplum. Erat autem arca parietibus atque cameris fortis, ut ex nulla parte fluctuaret, nec aquæ uiolentia uinceretur. Et Noë quidem cum ſuis ita ſaluatus eſt. Erat autem & ipſe quidem ab Adam decimus. Lamech uero filius, cuius pater fuit Matuſalaël. Hic autem fuit ex Henoch, qui fuit Iared: Iared autẽ Mahelaleel, q de Cainan natus eſt, qui fuit Enos cum ſororibus plurimis. Enos uero Seth filius fuit, qui natus eſt ex Adã. Contigit aũt hæc paſſio ſexcẽteſimo anno natiuitatis Noë, mẽſe ſecundo, qui à Macedonibus Dyo nuncupatur, ab Hebræis aũt Marachat, ſeu Anmarſuane. Sic emꝫ in Aegypto annũ cõſtituerũt. Moſes aũt Niſan mẽſem, qui eſt Xanticus, primũ in feſtiuitatibus definiuit, in quo ex Aegypto He- *Angeli dei & hominibus probis.* *Noë.* *Diluuij tẽpus.*

bræos eduxit. Hic autem apud eum etiã in cunctis muneribus diuinis ualde pol-
lebat: in uenditionibus autem & emptionibus, & alia gubernatione, prioris ſeculi
decreta ſeruauit. Pluuiam uero inchoaſſe dicit, ſeptima & uiceſima die præſentis
Non ignoret lector, hanc ſupputationẽ diuerſam eſſe non ſolum à ueritate Hebraica ſed etiam ab editiõe Lxx. uerũ cõſentiẽtibus ueteſtis exẽplaribus nos quic quam immutare minime eſſe auſos.
menſis. Et uſq; ad hoc tẽpus ab Adam, qui primus creatus eſt, anni fuerunt duo
milia, ſexcenti quinquaginta ſex. Quod tempus in ſacris libris conſcriptũ, multa
integritate ſignatum eſt, unà cũ natiuitatibus inſignium uirorum, qui tunc fue-
runt, ſimul & terminis. Adæ ſiquidem, cum eſſet triginta & ducentorũ annorum,
Seth filius natus eſt, qui nongentos & triginta uixit annos. Seth autem cen-
teſimo & quinto anno genuit Enos. Qui dum quinq; & nongẽtis uixiſſet annis,
Cainæ filio ſuo rerum diligentiã tradidit, quẽ genuerat anno nonageſimo. Hic
uixit annis decẽ & nongẽtis. Caina cũ uixiſſet decẽ & nongentis annis, Mahelale
el filium dereliquit, quẽ genuit cum eſſet annorum ſeptuaginta. Iſte Mahelaleel
cum uixiſſet quinque ac nonaginta & octingentis annis, defunctus eſt: Iared fili-
um derelinquẽs, quem genuit cum ſexagintaduorum & centum eſſet annorum.
Cui nouem & ſexaginta ſuper hæc & nongentis annis uiuenti, Henoch filius ſuc-
ceſſit, natus cum ſexaginta duorum & centum annorum pater eius exiſteret. Qui
uiuens trecentis ſexaginta quinq; annis, diſceſſit ad deum. Vnde finis eius nõ in-
uenitur eſſe conſcriptus. Matuſalaël aũt Henoch filius, quinto ei & centeſimo na-
tus anno, Lamech filium habuit, cum eſſet annorum octoginta ſeptem & centũ:
cui tradidit principatum, quem ipſe tenuerat annis nongentis ſexaginta & nouẽ.
Lamech autem cum habuiſſet principatum annis ſeptingentis & ſeptem, Noë fi-
lium ſuum rerũ præceptorem oſtendit: qui de Lamech natus eſt agẽte annũ æta-
tis ſecundum & octogeſimum & cẽteſimum, quiq; quinquaginta & nongẽtis an-
nis rerum extitit præſul. Iſti uero anni qui collecti ſunt, tempus quod conſcriptũ
eſt prius, cõpleuerũt. Nullus itaq; perſcrutetur priſcorũ fines, quãdo cũ ſuis filijs,
eorumq; auis aut atauis ſuã quis extendebat ætatẽ: ſed tãtum ortũ eorum gene- Gen. 7. & 8.
rationis intẽdat. Igitur decernẽte deo, & incipiẽte pluere, aqua cũctis diebus qua-
Diluuiũ fit ſuper terrã xl. diebus.
draginta ferebatur, ita ut uſq; ad quindecim cubitos tranſcenderet terram: quod
propterea factum eſt, ne plurimos fugæ occaſio liberaret. Quieſcente autem plu-
uia, aquæ uix diebus cẽtum & quinquaginta defecere, quaſi menſe ſeptimo: quo
inſtante paulatim inchoauit latens herba parẽre. Deinceps dum arca circa ſum-
mitatem cuiuſdam montis in Armenia conſtituti ſediſſet, intelligens Noë aperu-
it eam: reſpiciens modicum circa eam, in ſpe meliori conſtitutus, tunc quidem ſilu
it. Poſt paucos uero dies aqua amplius recedente miſit coruũ, uolẽs agnoſcere, ſi
quid etiam terræ fuiſſet ab aqua derelictũ, & ad egrediendũ iam tutũ eſſe uide-
retur. Qui cuncta reperiens inundantia, non regreſſus eſt ad Noë. Poſt ſeptẽ ue-
ro dies columba, quam miſerat ut aliquid de terra cognoſceret, lutulenta remean
te, ſimul & ramum oliuæ portante, cognoſcẽs terram diluuio liberatam: manẽsq;
adhuc alijs ſeptẽ diebus, & animalia ex arca dimiſit, & ipſe cum generatione ſua
ſimul egreſſus, ſacrificanſq; deo cum ſuis epulabatur. Hunc autem locum Arme-
In Armenia arcæ ſolutæ reliquias oſtẽdi.
nij egreſſorium uocant: Illic enim arcæ ſolutæ reliquias nunc uſq; prouinciales o-
ſtendunt. Huius uero diluuij & arcæ memoriam faciunt omnes, qui hiſtorias bar
baricas conſcripſerunt: quorum eſt unus Beroſus Chaldæus, narrans de diluuio,

taliter

taliter eſt effatus: Dicitur autem & nauis eius quæ in Armeniam uenit, circa mon tem Chordieum adhuc aliqua pars eſſe, & quoſdã bitumen exinde tollere, quo máxime homines ad expiationes utuntur. Meminit autem horum & Hierony mus Aegyptius, qui antiquitatem Phœniciæ noſcitur cõſcripſiſſe. Sed & Manaſ ſeas Damaſcenus in nonageſimoſexto hiſtoriarum libro ita de eis dicit: Eſt & ſu per Miniadam excelſus mons in Armenia, qui Baris appellatur: in quo multos confugientes, ſermo eſt, diluuij tempore liberatos: & quendam ſimul in arca de uectum, in montis ueniſſe ſummitatem, lignorumq; reliquias multo tempore cõ ſeruatas. Fuit autem iſte quem etiam Moſes legiſlator Iudæorum ſcripſit. *Manaßeas Damaſcenus.*

Noë poſt diluuium oblatis domino hoſtijs, orat nullam aquarum inundationem ulteri us induci ſuper terram. Caput VI.

Gen. 8. NOë uero metuens, ne per annos ſingulos diluuium deus terræ induceret: humanum genus decernẽs omnino deleri, fata incendens omnia, ſupplica bat de cætero deo pro ſtatu priori: ut nullam ulterius huiuſmodi uaſtationem ſu perinduceret, quo periret omne animalium genus: ſed punitis malis parceret eis, qui propter bonitatem fuerant derelicti, & decreuerunt mala uitare: nam infeli ciores ſcilicet eſſent ab illis, & peiori afflictione damnati, ſi non ſaluarẽtur ad in tegrum, ſed magis alteri diluuio ſeruarentur: cum priores quidem terrorem ex perimentumq; uidiſſent, poſteri uero perditionem nouiſſimam ſuſtinerent: ro gabatq; ut eius hoſtias ſuſcipere propitius dignaretur, & nullam iracundiam ſi milem ulterius terra ſuſciperet: ut eius operibus impinguati, & ciuitates conſtitu entes, de cætero uitam poſſent habere felicem, & nullo bonorum quibus ante im brem adaucti fuerant fraudarentur, ad longam utique ſenectutem, & uitæ lon gitudinem peruenturi.

Deus annuit precibus Noë, arcum pluuialem deſignans ei in teſtimonium fœderis. Caput VII.

Gen. 8. NOë uero has effundente preces, Deus pro iuſtitia uirum diligens, annuit, ut eius uota ad finem uſq; perduceret: neque defunctos dicens ipſe perdi diſſe, ſed pœnam pro malitia propria pertuliſſe: neq; tales homines, qui ita per derentur fuiſſe factos, cum utique caſtum noſſet eis eſſe principium: neque do naſſe uitam, quæ corruptione delectaretur: ſed per quæ contumeliam, inquit, pie tati uirtutiq; fecerunt, per ea quoque compulerunt me ut pœnam eis hanc in fer rem. Ceſſabo nanque de cætero poſt hanc iram eos pro ſuis iniquitatibus pœ nas exigere, & multo potius te rogante: & ſi in aliquo amplius aliquando pec cauerint, iam non opus erit imbrium magnitudo, neque enim ulterius ita terras aqua rigabit. Moneo tamẽ ut ab humana nece omnes abſtineant, & ſint ab ho micidio puri: facientes quippe tale aliquid, puniturus ſum. Vtimini uero cun ctis animalibus ut uultis, & deſiderium quiſquis habuerit: dominos enim feci uos eſſe omnium terrenorum, & natatilium, & quæcunque uolatilem habẽt mo tum, & in aëre uegetantur, abſtinentes à ſanguine, in quo eſt omnium anima. Deſigno autem uobis futuram requiem arcu meo. Arcus autem dei apud illos iris eſſe putatur. Et deus quidem hæc dicens atq; promittens, ſiluit. *Pactum dei cum Noë.* *Arcus dei, Iris dicitur.*

De

De morte Noë, & de filijs eius. Caput VIII.

NOë uero cum uixisset post diluuiū trecentis & quinquaginta annis, omne tempus feliciter agens, mortuus est anno uitæ suæ nongentesimo quinquagesimo. Nullus autem ad uitam modernam, & annorū breuitatem, quibus nunc uiuimus, uitam comparans antiquorum, putet falsa quæ de illis sunt dicta: & eo quod nunc uita tanto non ducatur tempore, credat nequaquam illos ad uitæ illius longitudinem peruenisse. Illi nanq; cum essent religiosi, & ab ipso deo facti, cumq; eis pabula opportuniora ad maius tempus existerent præparata, tantorū annorū circulis rite uiuebāt. Deinde propter uirtutes, & gloriosas utilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est, astrologiam, & geometriam, deus eis ampliora uiuendi spatia condonauit: quæ non ediscere potuissent, nisi sexcentis uiuerent annis. Per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Testes autem mei dicti sunt omnes, qui antiquitatem apud Græcos & barbaros conscribere maluerunt. Nam & Manethon, qui descriptionem fecit Aegyptiorum: & Berosus, qui Chaldaica deflorauit: & Mochus & Estius, ad hæc & Hieronymus Aegyptius, qui Phœniciam dispositionem fecerunt: concordant cum meis dictis. Isiodorus quoq; & Echatæus, & Hellanicus, & Accusilaus, & inter hos Ephorus, & Nicolaus, in historijs suis memoriam faciunt antiquorum, annis mille uiuentium. De his itaq; sicut singulis gratum est, ita cōsiderent. Filij autem Noë tres erant, Sem, Cham, & Iaphet, qui ante centum diluuij annos fuerant generati. Hi primum de montibus ad campestria descenderunt: ut illic haberent habitaculū: & alios, ualde metuentes propter diluuium ad campos descendere, & segniter habentes, ab excelsis locis ad inferiora uenire coëgerunt: quippe ut eorum fiduciæ imitatores existerent. Et campus quidem in quo prius habitauerunt, Sennaar appellatur. Deo autem iubente eos ad crementum hominum peruenire, dispersi sunt, ne inter se dissensiones efficerent: sed ut multa colentes spatia terrarum: abundantia fructuū potirentur. Qui cum essent ineruditi, & deo inobedientes existerent, in calamitatibus incidentes, sua grauiter peccata senserunt. Et quia iuuentutis multitudine feruebant, rursus eos deus à semetipsis migrare fecit: quoniā nō in illius propitiatiōe putabant se habere bona, sed propriam fortitudinē sibi credebant causam esse diuitiarū. Vnde apposuerūt, ut uoluntati dei inobediētes existerent: putātes quod per inuidiā eius ab alterutris migraretur, ut diuisi possent deo facilius subiugari.

Astrologiam & geometriā nullus primū ediscere potuit, nisi qui sexcentis uixisset annis.

Noe filij tres fuerunt.

Sennaar campus.

Gen. 9.

Gen. 10.

De Nemrod filio Cham: & de ædificatione turris, deq; discordia diuersarū linguarum. Caput IX.

FEcit autem eos esse elatos ad iniuriam dei atq; contemptum Nemrod filius Cham, filij Noë. Qui cum esset audacior & manu fortissimus, suadebat eis ut non deo ascriberent, quia hominibus per illum felicitas eueniret, sed quia hæc eis propria uirtute præberetur: & cognatos sui generis ad causam tyrannidis adduxit: solus ipse præsumens homines à dei timore reuocare, & spem suam in propria uirtute reponere: ulciscíq; sese timentes deum putabant, interminantem inferre diluuium terræ. Ob quam rem turrim ædificandam altiorem suadebat, ubi aqua non posset ascendere. Multitudo autem prona erat, ut Nemrod præceptionibus obedirent: graue putantes seruitium, obsequi deo: & turrim ædificabant, in nullo

Gen. 11

in nullo sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem, & plus quàm sperare quis posset, multis manibus utiq; fabricata crescebat. Latitudo tamen ita erat fortissima, ut propè eam respicientibus longitudo uideretur imminui. Aedificabatur autē ex latere cocto colligato bitumine, ne forte penetraretur, ac dissolueretur aquis. Sic illos insanientes deus intendens exterminare omnes pariter nō decreuit, quoniam nec alijs dudū perditis formidabant: sed discordiam immisit illis diuersarū linguarum, ut per multas absonásq; uoces intellectu carere possent. Locus autem in quo turrim ædificabant, nunc Babylon uocatur: dicta propter confusionem, quam circa elocutionem suam tunc habuerunt. Hebræi nanq; confusionem Babel appellant. De hac uero turri, diuersisq; uocibus hominū hoc meminit Sibylla, dicens: Cum omnes homines unius uocis existerent, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquam ascensuri per eam in cœlū. Dij uero immittentes uentos, euerterunt turrim, & uocem propriam unicuiq; partiti sunt: & propterea Babyloniam uocari contigit ciuitatem. De campo uero qui uocatur Sennaar in regione Babylonis, meminit Estius, ita dicens: Qui uero de sacerdotibus sunt erepti, Iouis sacra sumentes, in Sennaar Babylonis uenerunt.

Descriptio turris Babylonicæ.

Testimoniū Sibyllæ.

De dispersione gentiū in uniuersas terras post ædificationē turris. Cap. X.

DIuisi sunt itaq; post hæc diuersitate linguarum, migrationes agentes ubiq;, & terram apprehendentes unusquisq; felicem: & ad quam eos deus adduceret: ita ut omnis terra per eos compleretur, mediterranea simul atq; maritima. Quidam autem etiam nauibus transeuntes, insulas habitauerunt: unde aliquæ gentes ab institutoribus positas appellationes hactenus seruant. Quidam uero placita sibi nomina mutauerunt: alij autem (ut inhabitatoribus clarius esse uisum est) conuersionem nominum fecerunt. Græci tamen sunt huius rei autores, qui posteris temporibus confortati, etiam antiquorum gloriam propriam effecerunt, & gentes nominibus exornarunt, ut eis sapiens esse uidebatur: ornatum uniq; ponentes eorum reipub. uelut à se constitutæ.

Genesis.11.

Græcorū impudens arrogantia.

De filijs Iaphet filij Noë, & de gentibus quæ per eos institutæ sunt. Cap. XI.

FVerunt autem filijs Noë filij, quorum nomina propter honorem gentibus, quas condiderunt, imposuerūt homines, & terris quas apprehendere potuerunt. Iaphet autem filius Noë habuit filios septem, & habitauerunt isti regionē à Tauro & Aman montibus incipientem, & pertingentē in Asiam usque ad flumen Tanaim. In Europa uero usq; terram Gazirorum, cum nullus eorū qui supradicti sunt, ibidem habitator existeret, gentes eius diuersis se nominibus appellabant. Qui nunc à Græcis Galatæ nuncupantur, olim uero dicti sunt Gomeritæ, quos Gomer instituit. Magog uero Magogas à se nominatos instituit: isti à Græcis Scythæ sunt appellati. Item filiorū Iaphet Madeus & Ianus fuerunt: & ex Madeo quidē sunt gentes, quæ à Græcis Medi uocant: de Iano uero omnes Ionij & Helladici descendunt, qui & Græci, unde & mare Ionicum appellatur. Condidit autē Iobel Iobelos, qui nostris temporibus Iberes appellantur, qui & Hispani, à quibus postea Celtiberi nuncupati sunt. Moga primū dicebatur, quæ postea Cappadocia, nūc autē Cæsarea, à Romanis hoc sortito uocabulo, id est, à Cæsare. Moschini uero à Mosochim plantati sunt, qui nūc Cappadoces nuncupantur.

Genesis.10.

Filij Iaphet, gentesq; ex illis ortæ.

pantur, quorũ antiquæ appellationis ſignũ oſtendit. Nam ciuitas eſt apd eos, quæ adhuc Moha dicitur, oſtendens intelligere uolenti, eo qd aliquando omnes gentes regionis ipſius ita uocatæ ſunt. Tiras autẽ Tirenſes appellauit ſuos, quorũ princeps fuit: à qbus Græci Thracũ nomen cõmutauerunt. Tantæ ſiquidẽ gentes per Iaphet filios inſtitutæ ſunt. Gomer aũt habente tres filios, Aſchenaz quidem Aſchenezæos inſtituit: qui nũc Rhegini uocant à Græcis. Riphat autẽ Riphæos, qui dicunt Paphlagones. Tygran uero Tygraneos, q Phryges à Græcis ſunt nuncupati. Aza autẽ Iaphet filio, & ipſo tres habente filios, Eliſas quidẽ Eliſeos uocauit eos, quorũ princeps fuit, qui nũc ſunt Aeolij. Tharſis uero Tharſos, ſic em̃ antiquitus Cilicia uocabat. Tharſos enim apd eos maxima ciuitatũ metropolis appellatur, τ litera pro ο mutata. Cethim aũt Cethimam inſulam habuit, quæ nũc dicitur Cyprus: & ab ea omnes inſulæ, & maritima loca Cethim Hebraice nominantur. Teſtis enim ſermonis mei eſt una in Cypro ciuitatũ, quæ antiquam appellationẽ ualuit retinere. Cethis enim ab his, qui ei Græcũ nomẽ impoſuerunt, uocatur: neq; ſic fugiens Cethi nomẽ. Iaphet itaq; filij ſeu nepotes habuere has gentes, quæ forſan nunc ignorantur à Græcis. Hoc ergo prædicens, ad narrationẽ reuertar eorũ, unde digreſſus ſum. Nomina ſiquidẽ propter ſcripturæ decorẽ, Græci ad delectationẽ legentiũ mutauerunt. Neq; enim prouinciæ noſtræ eſt huiuſmodi formis uti: ſed licet unũ qdẽ ſchema, & finis nominũ ſit unus, ultimas tamẽ nominũ ſyllabas aliter illi dedinant. Noë nanq; apd eos Nochus appellatur: & Abram Abramus: & ſic hæc forma in omni ſchemate cuſtoditur.

Nochus. Abramus.

De filijs Cham filij Noë, & de gentibus per eos inſtitutis. Cap. XII.

Gene. 10.

FIlij uero Cham à prouincia Syria, & Aman & Libano montibus cũctas terras obtinuerunt, quæcunq; ad mare ſunt poſitæ: apprehendentes etiam eas quæ uſque ad oceanum ſunt, & proprias facientes appellationes: tamen aliarum quædam omnino perierunt, aliarum uero in alias tranſmutatæ & tranſformatæ, nimis ignotæ ſunt. Quatuor enim filijs exiſtentibus Cham, Chuſo quidẽ nihil nocuit tempus. Nam Aethiopes quorũ princeps fuit, hactenus & à ſemetipſis, & ab omnibus Aſianis Chuſæi uocitant. Seruata uero eſt etiam Merſeis ſecundũ appellationẽ priſca memoria. Aegyptũ nanq; Merſin, & Merſæos omnes uocamus Aegyptios. Inſtituit autem & Phut Libyam, Phutos à ſe uocans prouinciales. Eſt autẽ & fluuius in Mauritania prouincia, qui iſto nomine nuncupatur. Vnde & plurimos Græcorũ hiſtoriographorũ inuenimus huius fluminis memoriam facientes: & ex adiacenti prouincia, quæ Phuti uocatur, ei nomen impoſitum. Mutatũ eſt autem nomen quod ei nunc eſt, ab uno filiorũ Meſraim, qui Lahabim dictus eſt. Poſt paululũ uero dicemus & cauſam, pro qua contigit eam Africam nominari. Chananæus uero, quartus exiſtens filius Cham, quæ nunc Iudæa uocatur, inhabitans regionem, à ſe Chananæam appellauit. Fuerunt autẽ & iſtis filij: Chuſo quidem Saba, ex quo Sabæi: Euila, à quo Euilæi, qui nunc Getuli uocantur: Sabatha uero ex quo Sabatheni, qui nominant à Græcis Aſtabari. Condidit autem etiam Sabatacha Sabathachenos. Rama uero Ramæos inſtituit: & duos filios habuit: quorũ Iudas quidem Aegyptiacam gentem Heſperiorum inhabitans, Iudæis cognomen ſuum reliquit: Saba autem Sabathæos. Nem-

Chuſæi. Aegyptũ dici Merſin: quæ alibi appellatur Meſraim. Chananæi. Sabæi. Euilæi. Getuli.

rod

rod autem filius Chusi permanens apud Babylonios, tyrannidem exercuit: sicut à me etiam primitus declaratum est. Porrò Nemrod cum essent octo filij, omnẽ terram à Chaza Aegyptum usq; tenuerunt. Solius autem Philistiim cognomen prouincia custodit, cuius partem Græci Palæstinam appellãt. Ex alijs autem, id est, Ludim, & Anamim, & Lahabim, solus Lahabim à se prouinciã Libyam nominauit. Nephtuhim autẽ & Phetrusim, Chaslohim, Caphthorim, ultra nomina nihil scimus. Bello enim Aethiopico, de quo postea declarabimus, eorum ciuitates euersæ sunt. Fuerunt autẽ & Chanaan filij: Sidon, qui & ciuitatẽ sui nominis ædificauit in Phœnice. Sidon autem à Græcis appellata est. Amath autem Amatheos instituit, quæ etiam nũc est, & à prouincialibus Amathi uocatur: Macedones uero eam Epiphaniam ab uno priscorum uocauerunt. Aradius autem Aradiam insulam habuit: Aracæus autem Arcen, quæ in Libano posita est. De alijs uero septẽ, id est, Ethæo, Cethæo, Iebusæo, Amorræo, Gergesæo, Euæo, Cinæo, Samaræo, præter nomina in sacris literis nihil habuimus. Hebræi nanq; eorum destruxere ciuitates.

Noë inebriatus nudatus, irrisus, irrisorem filium maledictioni subdit: fratribus eius male dictum patris effugientibus. Caput XIII.

Gene. 9. NOë itaque, post inundationem terra ad propriam reuertẽte naturam, uenit ad operam: & dum uineam in ea plantasset, uidens fructum in ea perfectum, uindemiauit: & deducto ad usum uino sacrificãs erat in epulis. Inebriatus autem in sopore resolutus, nudatusq; inhoneste iacebat. Quem cum uidisset iunior filiorum, fratribus irridendum ostendit. Illi uero operuerunt patrem. Quod dum Noë sensisset, alijs quidem filijs felicitatem optauit, Cham uero propter cognitionem sui non quidem maledixit, sed eius proli: & alijs effugientibus maledictionem, deus Chananæi filios emigrauit: & de his quidẽ dicemus in reliquis. *Noë plãtator uineæ.*

De filijs Sem filij Noë, seu de gentibus per ipsos institutis: & de ortu Abrahæ. Caput XIIII.

Gene. 11. SEm uero tertio Noë filio quinq; fuerunt nati, qui usq; ad oceanum seorsum habitãt, Asiam ab Euphrate facientes initium. Elam siquidem Elamitas, qui Persarum sunt principes dereliquit. Assur autem Ninum instituit ciuitatem, & subiectos sibi Assyrios nominauit, qui fuerunt ualde felices. Arphaxad autem, Arphaxadæos nominauit, qui nunc Chaldæi uocantur, cum princeps eorũ esset. Aram uero Aramenos instituit, quos Græci Syros appellãt. Quos autem nunc Lydos uocant, Lud tunc Ludas nominauit. Aram uero quatuor existentibus filijs, Huz quidem instituit Traconitidem, & Damascum, quæ est media Palestinæ Syriæq; coniuncta: Armeniam uero Vl, Gether Bactrianos, Mes autem Mesanæos, quæ nũc Arax uocatur ab omnibus. Arphaxad autem filius fuit Sala, de quo natus est Heber, à quo Iudæos Hebræos initio uocauerunt. Heber autem Iectan genuit & Phaleg. Dictus autem Phaleg, quoniam secundum diuisionem habitationũ natus est. Phaleg autem diuisionem Hebræi uocant. Iectan uero qui filius fuit Heber, habuit filios, Helmodad, Saleph, Asarmoth, Iarach, Aduram, Vzal, Deda, Obal, Abimahel, Saba, Ophir, Euila, Iobab. Isti à flumine Cophino Indiæ, & positæ circa eam Syriæ loca quædam inhabitant. Hæc ita- *Ab Heber Hebræi dicũtur.*

que de filijs Sem dicta ſufficiant. Faciam quoque de Hebræis ſermonem. Phaleg enim filio Heber, fuit filius Reu: huius autem Sarug, de quo Nachor filius generatus eſt: cuius filius fuit Thare, qui fuit pater Abraham. Hic autem decimus quidē eſt à Noë. Secundo uero & nonageſimo anno ſuper ducētos poſt diluuium natus eſt. Thare enim ſeptuageſimo anno genuit Abraham. Nachor cum eſſet uiginti & octo annorum genuit Thare, De Sarug autem Nachor naſcitur circa annum triceſimum ſecundum, Reu autem Sarug habuit cum eſſet annorum trigintaduorum. Iiſdem uero annis habuit Phaleg Reu. Heber autem quarto & triceſimo anno genuit Phaleg: natus ipſe de Sala: annum habentem triceſimum: quem Arphaxad genuit quinto & triceſimo anno natus. Sem filius Arphaxad natus eſt poſt annos duos facti diluuij. Abraham autem habuit fratres Nachor & Aram. Quorum Aram quidem filio derelicto Lot, & Sara, & Melcha filiabus inter Chaldæos, mortuus eſt in ciuitate Chaldæorū, quæ dicitur Hur: & hactenus ſepultura eius oſtenditur. Duxerunt autem uxores filias fratris ſui: Melcham quidem Nachor, Saram uero Abraham. Porrò Thare dum odio habuiſſet terram Chaldæorum propter luctum Aram, migrauerunt omnes in Charran Meſopotamiæ ciuitatem: ubi etiam Thare morientem ſepelierunt, cum uixiſſet annis ducentis quinque. Recidebatur enim iam uita hominum, fiebatq; paulatim breuior, uſque ad generationem Moſi, poſtquā terminus uitæ centum & uiginti annorum poſitus eſt: hos annos ſtatuēte deo, quantos & Moſen quoque uixiſſe prouenit. Nachor autem de Melcha octo fuerunt filij. Huz, Buz, Camuel, Caſed, Azo, Pheldas, Iedlaph, Bathuel. Iſti ergo Nachor filij fuerunt legitimi. Thabach enim & Gaham, & Thahas & Maacha de concubina eius nati ſunt. Bathuel autem filio Nachor, nata eſt Rebecca filia, & filius Laban.

Hebræorum.

Genealogia. Abrahæ.

Genealogia Nachor fratris Abrahæ. Geneſis. 22.

Abrahā uero ſecundū præceptū domini, de Chaldæa migrat in Chananæā Cap. XV.

Geneſis. 12. Abrahā adoptauit Lot filium fratris ſui in filium.

ABraham uero Loth filium fratris ſui Aram, uxoris uero ſuæ Saræ germanum adoptauit, filium legitimum nō habēs: dimiſitq; Chaldæam cum ſeptuaginta & quinq; annorum eſſet, deo iubente ut migraret in Chanaan, in quæ etiam habitauit, prolitq; ſuæ eam reliquit: prudens exiſtens, & nimis intelligēs in omnibus rebus, & ſapiens in his quæ audierat, & de quibuſlibet aliquid cogitaret. Propterea & uirtute prudentiæ maior alijs fuit: & opinionem, quam de deo tunc cūcti habebant, innouare & immutare præualuit. Primus itaq; præſumpſit pronunciare, deum creatorem unum eſſe cunctorum. Reliqua uero ad felicitatē tendentia, per præceptum præbentis ſingula quæq; dari, & non propria uirtute ſubſiſtere confeſſus eſt. Hæc uero conijciebat per terræ paſſionem & maris, & ea quæ contingūt circa ſolem & lunam, & ex omnibus quæ circa cœlum ſemper eueniunt. Virtute enim eius præſente, & prouidentia ordinationis, eorum cuncta diſponi docebat: quibus quicunq; priuarentur, manifeſti fierent, quia neq; ea quæ ad utilitatem nobis neceſſaria ſunt, ſua poteſtate potuerunt poſſidere, quæ ſcilicet ſecundum iuuentutis fortitudinem miniſtrantur, cui bonum eſt ſolummodo, honorē & gratiarum tribuere actionem. Propter quæ Chaldæis & alijs Meſopotamitis in eū conſurgētibus, migrationem eligēs ſequi, per uoluntatem & adiutorium

De ſapientia Abrahæ.

rium dei,terrã Chananæam late poſſeditubi collocatus,altare deo ædificauit, & hoſtias ei immolauit. Meminit aũt patris noſtri Abraham Beroſus, non quidẽ nominans eum, ſed ita dicẽs:Poſt diluuium decima generatione apud Chaldæ os fuit quidam uir iuſtus & magnus,in cœleſtibus rebus expertus.Hecatæus aũt *Hecatæus.* etiam memoriam eius plus aliquid fecit. Librum enim de illo conficiens dereli quit. Nicolaus uero Damaſcenus in quarto hiſtoriarũ libro ſic ait:Abrahamus *Nicola. Damaſcenus.* regnauit in Damaſco,ueniẽs aduena cum exercitu de terra Chaldæorum,quæ ſũ per Babylonẽ dicitur. Igitur poſt non multum tẽpus exurgens etiam de hac rẽ gione cum populo ſuo,terram,quæ tunc Chananæa,nunc uero Iudæa dicitur,hã bitauit,& hi qui de illo multipliciter ſunt progeniti:de quibus in alio libro quæ di cenda ſunt explanabo. Abraham uero uſq; nunc in Damaſcena ciuitate nomen habetur in gloria:& uicus oſtenditur,qui ab eo dicitur habitatio Abraham.

Abraham fame opprimente Chananæam,Aegyptum ingreditur, ubi dignus & clarus habetur:diſciplinam arithmeticæ,& aſtrologiæ,contradens Aegyptijs:à quibus iterum re greſſus in Chananæam,partitur terram cũ Loth cognato ſuo. Caput XVI.

FAme uero poſteris tẽporibus apprehendẽte Chananæam,Abraham Aegy *Geneſis.12. & 13.* ptios uiuere feliciter audiẽs,ad eos proficiſci tẽdebat:ut eorũ abundãtia par ticiparetur,& ſacerdotũ ſimul auditor eſſet,& agnoſceret quæ de dijs exponerẽt: ut aut meliores inueniens ſequeretur, aut eos ſua prudẽtia in ornatum meliorem tranſponeret:deducẽs pariter Saram.Metuens autẽ ueſaniam Aegyptiorũ circa *Aegyptiorum in continẽtia.* mulieres,ne rex eũ propter uxoris ſpeciem trucidaret,hãc exquiſiuit artẽ,ut ſe frã trem eius aſſimularet:ſed & illam hoc reſpõdere docẽs,eo quod ſibi prodeſſe cõſi deret. Qui cũ ueniſſet in Aegyptũ, pertulit quod ipſe præuiderat. Tunc emi pul chritudo uxoris eius innotuit. Vnde & Pharao rex Aegyptiorũ non ſufficiẽs de his quæ de ipſa dicebantur, etiam ipſam inſpicere feſtinauit:arbitratus ſibi Sarã poſſe cõtingere. Sed deus impediuit deſideriũ eius iniuſtũ, ægritudine ſcilicet, & tumultu cauſarũ. Cũq; pro libertate ſacrificarẽt,per iram dei peſtẽ ſacerdotes ad ueniſſe ſignificabãt, eo quod uxori peregrini iniuriam uoluiſſet inferre. Ille uero perttimeſcẽs,interrogauit Saram,ut diceret quæ eſſet,& ille qui eam adduxerat. Qui cum ueritatem audiſſet,excuſabat ſe apud Abraham,dicẽs: putaſſe ſororẽ, & non uxorẽ eius: & feſtinaſſe circa eam cognationẽ ſibi facere,& nõ iniuriæ cau ſa ſuũ deſiderium perpetrare. Cui multa quoque munera condonauit, & ut eſſet inter ſapientiſſimos Aegyptiorum inſtituit: uirtutemq; eius & gloriam ex hoc eſſe contigit clariorem. Nam cũ eſſent Aegyptij diuerſis moribus complacẽtes, & adinuicẽ leges proprias reprobantes,& à ſe etiam propterea diſſidentes: ſibi met eos comparans, & unumquenq; deſpiciens, uerba eorum inania,nihilq; uerum habentia demonſtrabat. Erat igitur in admiratione cunctorum, tanquã uir ſapiens:atque paratus non ſolum ad intelligendũ,ſed ad ſatisfaciẽdum,& ad loquendũ quodcũq; docere niteretur.Arithmeticã quoque eis contulit:& quæ dẽ *Abraham Arithmeticã & aſtrologiã cõtulit Aegyptijs.* aſtrologia ſunt, ipſe contradidit.Nam ante aduentũ Abraham in Agyptũ,hæc Aegyptij penitus ignorabant. A Chaldæis enim hæc plantata noſcuntur in Ae gypto, unde etiam perueniſſe noſcuntur ad Græcos. Et cum ueniſſet in Cha nanæam, partitus eſt terram cum Lot. Dum paſtores eorum inter ſe iurgia fa- *Separatio Abrahã à Lot.*

cerent propter loca paſturæ: electionem tamen atq; conditionem conceſſit Lot. Sumens itaq; ipſe partem ab eo relictam, habitauit in ciuitate Nabroch: quæ eſt antiquior annis ſeptẽ, ciuitate Aegyptia Prothanide. Lot igitur terram, quæ poſita eſt in campo circa Iordanem fluuium, habitauit nõ longe à ciuitate Sodomorum, quæ tunc etiam erat bona, nunc autẽ probatur exterminata uoluntate dei. Quam cauſam loco proprio deſignabo.

Sodomitæ congreſſi cum Aſſyrijs prælio uincuntur: uicti captiui abducuntur, cum quibus Lot captiuus abducitur. Caput XVII.

Geneſis 14. De quinq; regibus Sodomitarum.

ILlo nanq; tempore Aſſyrijs Aſiam obtinentibus, reges Sodomitarum ualde florebant in diuitijs, & multa uirtute: quibus erant reges quinq;, eorum prouinciam gubernãtes. Ballas, Balleas, Sinnabaris, Simoborus, & Baliorũ rex. Singuli nanq; eorum habebant proprium principatum. Aduerſum quos congreſſi Aſſyrij, & quatuor partes ſui exercitus facientes, obſidebant eos. Dux autem erat unuſquiſque ſuis ordinatus. Commiſſo autem prælio uincentes Aſſyrij, tributum impoſuerunt regibus Sodomorum. Duodecim ſiquidem annis iſti ſeruientes, tributum ſibimet impoſitum ſoluere paſſi ſunt: tertiodecimo autem abſtinuerunt. Quapropter exercitus Aſſyriorum ſuper eos aduenit: ducentibus ſimul exercitũ, Amraphelo, Ariocho, Chodolochomorro, Thadallo. Iſti nanq; & uniuerſam diripuerunt Aſiam, & Gigantum ſobolem ſubuerterũt. Qui cum ueniſſent Sodomis, caſtra poſuerunt in ualle quæ dicitur putei bituminis. Illo nanq; tempore putei erant in eo loco: nunc autem exterminata ciuitate Sodomorum, uallis illa palus effecta eſt, quæ dicitur Aſphaltitis, id eſt, bituminalis. De hac itaq; palude rurſus non poſt multa dicemus. Sodomitis autẽ cum Aſſyrijs cõgreſſis, & forti prælio commiſſo, multi quidem eorum mortui, reliqui uero captiui ſunt ducti: cum quibus & Lot ducebatur, qui uenerat ad auxiliũ Sodomorum.

Palus Aſphaltitis.

Abraham irruẽs in Aſſyrios, Lot & captiuos Sodomitarum eripuit: cui regreſſo occurrit rex Sodomitarum, & Melchizedec rex Solymorum: deinde accepto promiſſo diluuio de poſteritate, genuit Iſmael: ipſeq; circunciſus eſt præcipiente domino, & Iſmael, totaque domus eius. Caput XVIII.

Geneſis 14. et 15.

ABraham autem cum audiſſet calamitatem eius, timor ſimul de Lor cognato eius, & miſericordia in eũ ingreſſa eſt, propter Sodomitas, amicos atq; uicinos. Et cum feſtinaret eis ferre ſolatiũ, non tardauit ſed acceſſit: & quinta nocte irruens ſuper Aſſyrios circa Dan (ſic enim alter Iordanis fons appellatur) & inueniens eos antequam armarentur, alios quidem in lectulis conſtitutos occidit, qui neq; ſuſpectionem dadis haberent: alij uero nõdum in ſoporem cõuerſi, tamen præ ebrietate pugnare non ualentes, effugerũt. Abraham autem perſequens eos, expulit eos uſque ad terram Damaſcenorum: oſtendens uictoriam non in multitudine, nec in plurimis manibus eſſe: ſed confidentiam pugnatorum, & fortitudinem præualere, contra totius numeri quantitatem: cũ trecentis nanque decem & octo & tribus amicis, tantum exercitum ſuperauit: quicunque autem hoſtium effugerunt, inglorij ſunt reuerſi. Abraham autem captiuos eripiens Sodomitarum, qui capti fuerant ab Aſſyrijs, cum pace reuerſus eſt. Occurrit

cumit autem ei rex Sodomorum ad colloquendum, in loco qui uocatur uallis regia, in uia Solymæ ciuitatis. Suſcepitq; eum rex Melchizedec, quod ſignificat rex iuſtus, & erat utiq;, & ſine dubio talis: ita ut propter hanc cauſam etiam dei ſacerdos eſſet Solymorũ, quam ciuitatẽ poſtea Hieroſolymam uocauerũt. Miniſtrauit autẽ iſte Melchizedec Abraham exercitui xenia, & multã abundantiam rerũ opportunarum ſimul exhibuit: & ſuper epulas eũ collaudare cœpit, & benedicere deum, qui ei ſubdiderat inimicos. Abrahã uero dante ei etiam decimas ſpoliorũ munus accepit. Rex aũt Sodomorum prædam quidem de Abraham nõ poſcebat: homines uero qui eius eſſent, recipere precabatur, quos ab Aſſyrijs eripuerat. Abraham uero ait, non hoc ſolum facere: ſed nec aliam utilitatem ex illa ſe habiturum præda, niſi quæcunq; pro cibo ſeruorum eius uidebantur impenſa: partem uero quandam amicis ſuis fore præbendam, qui cum eo pugnaſſent: quorum primus Eſchol uocabatur & Aner & Mambre. Laudans autem deus uirtutem eius, ait: Non perdes mercedes tuas, dignũ eſt pro talibus actibus te habere gratiam. Et quæ putas fuit retributio mercedis, cum nondum eſſet qui ei ſuccederet? erat enim adhuc ſine filio. Et deus filium ei generandum eſſe promiſit, & multam ex illo ſobolem, & proximam ſtellarum numero profuturam. Et ille quidem hæc audiens, deo ſacrificium obtulit, ab eo iuſſus hoc facere. Erat autem huiuſmodi ſacrificium, uitula triennis, & capra triennis, & aries ſimiliter triennis, & turtur & columba, quæ diuidi iuſſerat: auium uero nihil diuiſum eſt. Et antequam conſtitueretur ara alitibus ſuperuolantibus, pro concupiſcentia ſanguinis, uox affuit diuina, ſignificans malignos proli eius uicinos fore annis quadringentis in Aegypto, in quibus afflicti ſupereſſent inimicis: & uincentes bello Chananæos, habituri eſſent eorum terras & ciuitates. Abraham autem habitauit quidem circa Luzam, quæ uocatur Ogys. Eſt autem regio Chananæorũ, non longe ab ciuitate Hebron. Et cum grauiter haberet ſuper non pariente muliere, deprecatus eſt dominum, ut ei ſobolem maſculi filij condonaret. Domino autem iubente, uti confideret & pro alijs omnibus bonis, in quibus à Meſopotamia eductus fuerat, etiam filios ei promiſit futuros. Tunc Sara præcipiente deo, unam ancillarum cui nomen erat Agar, Aegyptiam genere, collocauit ei, tanquam ex ea filios habitura. Et dum concepiſſet ancilla, iniuriam facere Saræ præſumpſit, quaſi rex foret filius, qui ex ea fuerat procreatus. Hanc dũ Saræ Abrahã pro uindicta tradidiſſet, fugam meditata eſt: & afflictiones non ſuſtinens, deprecata eſt deum, ut eius miſereretur: occurritq; per deſertum eũti diuinus angelus, iubens eam ad dominos remeare, & uitam habituram potiorẽ caſte uiuentem. Tunc namque eo quod in dominam ſuperba ingrataq; fuerat, mala talia pertuliſſe: quæ ſi inobediens eſſet deo, & longius abſcederet, eam perire dicebat: ſi uero reuerteretur, fieret mater pueri in illa terra poſtea regnaturi. His obediens illa, ueniam reuerſa à dominis ſuis impetrauit: & poſt non multum peperit Iſmaël: ac ſi quis dicat, deo nobilitatam: eo quod exaudierat dominus preces eius. Abraham itaq; cum ſex eſſet annorum & octoginta, natus eſt ei quẽ prædiximus. In nonageſimonono autem anno eodem conſtituto apparuit deus, promittens quia filius ei de Sara naſceretur, iuſſitq; uocari Iſaac: ſignificans gẽtes magnas

Melchizedec rex iuſtus.

Hieron. ad Euagrium, in hac parte Ioſephum refellit.

Verba dei ad Abraham.

Gene. 16.

Contemptus Agar ancillæ egyptiæ in Saram.

Etymologia nominis Iſmaël

Repromiſſio Iſaac.

Gene. 17. ex eò futuras,& reges & oppugnantes omnem Chananæam à Sidone uſque ad Aegyptij terminos obtinerent.Præcepit autem,ut genus quod naſceretur ei,alijs non miſceretur,& ſua genitalia circunciderẽt, & hoc faciendũ octaua die poſt partum.Cauſam uero circũciſionis noſtræ in alijs indicabo. Conſulenti autem Abraham de Iſmẽale utrum multo tempore uiueret,longæuum ſignificauit deus,& patrem gẽtium fore magnarum.Et Abraham quidem in his gratias agens deo, repente circunciſus eſt,& omnes qui apud eum erant, & puer Iſmaël pariter,qui die illa tredecim erat annorum, ipſe uero nouem & nonaginta annos agebat.

De Abraham quomodo tres angelos ſuſcepit, à quibus audiuit & Saram filiũ pariturã, & Sodomitarum euerſionem:& de Lot,qui & ipſe ſuſcepit angelos hoſpitio:& de euerſione Sodomorum, ſimul de eruptione cum tota domo eius:& quomodo uxor Lot conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, cum reſpicit ciuitatem pereuntem: & de commixtione filiarum cum patre. Caput XIX.

Geneſis.18. & 19. EOdem ſcilicet tempore, Sodomitæ diuitijs & abundantia pecuniarum elati,hominibus contumelias faciebant: & erant impij circa deum,ut nequaquam recordarentur beneficiorum eius:auerſiq; ſunt à ſuſceptione peregrinorũ, & circa eos affectum habere deſtiterunt.Exaſperatus igitur in his deus,diſpoſuit eorum punire ſuperbiam,& ciuitatem eorum ſubuertere,cũctamq; regionem ſimul exterminare:ita ut neq; plantatio,neq; fructus ex ea ultra conſurgeret.Cũq; hæc deus de Sodomitis decreuiſſet explere,Abraham reſpiciens tres angelos,dũ ſederet ad ilicem Mambre circa ianuam domus ſuæ, putaretq; eſſe peregrinos, conſurgens amplexatus eſt: & ibidem eos retinens, rogabat quatenus xenia eis impartiretur. Quibus annuentibus,panes repente de ſimila præcepit fieri: & occidẽs uitulum & aſſans, obtulit eis ſub quercu iacentibus. At illi ei gratias retulerunt. Et cum adhuc commederent,de muliere quærebant ubi eſſet Sara. Quo dicente eam intus eſſe,uenturos ſe in futurum eſſe dixerunt,& inuenturos eam iã matrem exiſtere. In hoc ergo ſubridente muliere, & impoſſibile ſibi eſſe filium habere dicente, cum ipſa quidem nonaginta eſſet annorum, uir autem eius centum: tunc illi iam non ſe celare continuerunt, ſed pronunciauerunt ſemetipſos angelos dei eſſe: & quia miſſi ſunt, ut unus ſignificaret de filio, duo uero Sodomitas euerterent. Hæc audiens Abraham doluit ſuper Sodomitis, exurgensq; deum deprecatus eſt, rogans ne iuſtos & bonos perderet cum malignis. Deo uero dicente, nullum Sodomitarum eſſe bonum: nam ſi inter eos eſſent decem iuſti, omnibus remitteret peccati ſupplicium: Abraham quidem ceſſauit, angeli uero in ciuitatem Sodomam peruenerunt, quos Lot pro ſuſceptione rogabat (cum eſſet ualde circa peregrinos humanus,& Abraham benignitate diſcipulus) ut cum illo manerent.Sodomitæ uero reſpicientes iuuenculos, nimio uultus decore præcipuos, & apud Lot eos ſucceſſiſſe cognoſcentes,ad uim & iniuriam eorum pulchritudinis ſunt conuerſi. Lot uero monente ut caſti eſſent, & ad peregrinorum confuſionem nequaquàm accederent, ſed reuerentiam in eorum ſuceſſione haberent: quod ſi ita intemperantes eſſent, filias ſuas pro illis concupiſcentiæ eorum ſe diceret præbiturum: neque ſic quieuerunt. Deus autem eorum præſumptionibus indignatus, alios quidem excæcauit,ita ut non poſſent ad ingreſſum

De ſuſceptione angelorum in domo Lot.

greſſum domus accedere, & Sodomitarum omnem populũ peſtifera morte damnauit. Lot autẽ deo dicente futuram Sodomitarum perditionẽ, ereptus eſt cũ coniuge, duas filias aſſumens, quæ adhuc uirgines erãt. Sponſi aũt egredi cõtempſerunt, conſuetudinem hanc uerborum Lot eſſe dicentes. Deus igitur immiſit gladium in ciuitatẽ, eamq; cum habitatoribus concremauit, terrámq; ſimili exterminauit incendio: ſicut dudum à me dictum eſt, cum bellum Iudaicum deſcripſiſſem. Vxor autem Lot decedens, cum reſpiceret ſæpius ciuitatem, & eius cinam haberet, interdicẽte deo ne faceret, in ſtatuam ſalis conuerſa dignoſcitur. Vidi ſiquidem eam: hactenus enim manet. Fugit autem ille cum filiabus, in paruulo quodam agro ſe retinens ab igne liberato, qui locus Segor hactenus appellatur: ſic enim Hebræi modicum uocant. Illic autem deſolatione hominum, & inopia ciborum afflictus habitabat. Virgines autem omne genus humanum exterminatum exiſtimantes, cuicunq; miſceri uoluerint ſe licere credebant: hoc uero faciebant, ne deficeret genus humanum. Fuerũt autem filij, de ſeniore quidẽ Moab, ac ſi quis dicat ex patre: iunior autem genuit Ammon, quod nomen ſignificat filius generis. Et inſtituerunt, alter Moabitas quidem, quorum hactenus magna gens eſt: alter uero Ammonitas: utraq; enim gens eſt in ualle Syriæ. Et Lot quidem huiuſmodi eſſe contigit de Sodomis egreſſum.

Hinc claret Ioſephum primum Iudaicũ bellum ſcripſiſſe, q̃ hunc librum.

Etymologia nominũ Moab & Ammon.

Quomodo Abraham migrauit in Gerara: & Abimelech adamauit Saram uxorem Abrahæ: ſed correptus à domino, reddidit eam ipſi intactam: & de natiuitate Iſaac. Caput XX.

ABraham uero migrauit in Gerara Palæſtinæ, in loco ſororis Saram habẽs ſimilia prioribus ſimulans præ timore. Metuebat enim Abimelech locorum regem, qui etiam cum adamaſſet Saram, credens eam ſe poſſe corrumpere, propter concupiſcentiam in ægritudinem incidit dei uoluntate: medicisq; deſperantibus conſoporatus ſomnio, ne contumeliam faceret uxori peregrini, & ali quantulum leuigatus, amicis expoſuit, quod deus ei hanc ægritudinem intulerat pro ultione peregrini, ut eius uxorem ſine iniuria conſeruaret: quia non ſororem eam haberet, ſed lege iunctam uxorem: & promiſiſſet ſe ei præbiturum ſoſpitatem, ſi pro uxore ille ſine timore conſiſteret. Et cum hæc dixiſſet, Abraham amicis ſuadentibus euocauit: nihilq; eum ulterius de coniuge quaſi aliquid turpe paſſura, formidare præcepit: deum eius habere curam dicens, cuius auxilio uxorem ſuam permanentem ſine iniuria reputaret. Deo enim proteſtante, conſcientiáq; mulieris, dicebat neq; eam ab initio ſe appetiſſe, ſi eſſe eam ſciſſet uxorem, ſed tanquàm pro ſorore ſeductum: rogabatq́ue ut mitis circa eum eſſet, & deum ei propitium faceret: & ſi apud eum manere uellet, omnem ei ubertatem conferret: uolenti uero diſcedere, danda munera rerum omnium, quibus ad eum indigens aduenĩſſet. Hæc illo dicente, Abraham nõ de cognatione mulieris mentitum ſe eſſe dicebat, fratris eam filiam eſſe referens: & eo quod præter hoc figmentum aduentum ſuum non fuiſſe ſecurum arbitraretur: nec eſſe ſuam culpam in illius ægritudine prædicabat, & debere regem habere de ſalute fiduciã, paratumq; ſe manere apud eum eſſe dicebat. Abimelech itaq; & terram ei diſtribuit & pecunias: conſtitueruntq; inter ſe, ut ſine dolo conuerſarentur, faciẽtes ad

Gene 20.

Excuſatio Abimelech pro Sara.

quendam puteum fœdus, quem Berſabeæ uocant, quod fœdus putei poterit di-
Fœdus putei. ci: ſic enim hactenus à prouincialibus nominatur. Poſt non multum uero tem-
poris natus eſt Abraham filius de Sara, ſicut fuerat ei à deo prædictum, quem
Geneſis.21. nominauit Iſaac: hoc autem ſignificat riſum. Nam eo quod Sara riſerat, dicente
Poſt octo dies fit circũciſio Iudæorum, Arabũ poſt tredecim annos. deo quod pareret, nec iam ſperaret præ ſenectute partum, ideo filius ita uocatur. Hæc itaq; annos tunc agebat nonaginta. Abraham uero centum. Natus eſt ergo filius utroq; ſene, quem repente poſt octo dies circunciderũt: Et ex illo poſt totidem dies mos eſt Iudæorum, circunciſiones efficere: Arabum autem poſt annos tredecim, eo quod Iſmaël, qui gentem eorum inſtituit, filius Abrahæ de concubina, hoc fuerit tempore circunciſus: De quo certiſſime omne tempus exponã.

Quomodo Abraham monente Sara, & præcipiente domino amiſit à ſe Agar cum filio Iſmaële. Caput XXI.

Geneſis.21. SAram natum Iſmaëlem de Agar ancilla primitus diligebat, nihil fauoris in eo imminuẽs, quem utiq; quaſi propriũ filium, & principatus nutriebat hæredem. Iſaac autem filio procreato, non dignabatur eum nutrire cum Iſmaële, cum ſenior eſſet, eumq; poſſet opprimere patre moriente. Suadebat ergo Abrahæ, ut eum in aliam regionem cum matre tranſmitteret. Ille uero in initio quidem non appoſuit uoluntatem ad ea quæ Sara fieri feſtinabat crudele nimis arbitratus, paruulum filium & mulierem neceſſarijs egentem abijcere. Poſtea uero cũ deo placuiſſet, ad ea quæ præcipiebat Sara conſentiens, matri tradidit Iſmaëlem, qui nondũ à ſe poterat gubernari: & aquam in utre & panem ferẽtem, iuſſit abire quò itineris neceſſitas imperaret. Dum ergo abeunti neceſſaria deficiſſent, erat in malis, cum eſſet aqua difficilis: & exponens puerum ſub quadam arbore animam protrahentem, ne ea præſente deficeret, procul abſceſſit. Ad quã ueniens diuinus angelus, dixit ei adeſſe fontem: & monuit, ut prouideret ac infantulum recrearet, dicens grandia ei eſſe conferenda de pueri ſoſpitate. Illa confidens de promiſſionibus, & ſtudens alere puerum adhibendo curam, declina-
Gene.25. uit ærumnas. Cum uero ad uirilem puer perueniſſet ætatem, uxor ei coniuncta eſt Aegyptia genere, unde etiam ipſa antiquitus fuerat oriunda, de qua filij Iſmaëli nati ſũt duodecim, Nabaioth, Cedarus, Adbeelus, Mabſamus, Maſmaus, Dumaus, Maſaus, Adadus, Themaus, Ieturus, Naphiſus. Cedmas. Iſti nanq; omnem terram ab Euphrate uſque ad mare rubrum poſitam tenuerũt, Nabathæam prouinciam nominantes. Sunt autem iſti, qui gentem Arabicam ſecundum tribus ab eis uocant, & propter uirtutem eorum, & propter Abrahæ dignitatem. Iſaac autem filium ſuum pater Abraham nimium diligebat, cum eſſet unigenitus, eiq; à deo pro munere & in ſenectute conceſſus. Prouocabat enim ad fauorẽ amoremq́ue ſuum potius parentes & ipſe puer, eo quod omni uirtuti ſtuderet, & parentum haberet ſolicitudinem, & affectum circa dei religionem.

Abraham accepit à domino de immolatione Iſaac. Caput XXII.

Gene.22. ABraham antem cum felicitatem ſuam filio legitimo relicturus eſſet, morti uicinus hoc uoluntate dei promeruit. Qui tentare uolens religionem eius apparuit ei, & cũcta quæ præſtitiſſet ei dinumerans, & quomodo hoſtium melior fuiſſet effectus, & præſentem felicitatem eius ſtudio percepiſſet, & Iſaac filium habuiſſet,

buiſſet, eundem filium eius ſibi ſacra immolatione præcepit offerri, in monte nomine Moraim eleuatum, ara ibidem collocata: ſic enim apparituram eius religionem, ſi etiam ſaluti filij præponeret quod deo placeret. Abraham autem in nullo iuſtum eſſe decernens non obediri deo, ſed cunctos ei miniſtrare debere, tanquam eius prouidentia omnes uiuant quibus ipſe eſt propitius, celans cõiugem dei præceptum, & quam ipſe habuiſſet de cæde filij uoluntatem: ſed neque ſeruorum cuiquam hoc palàm faciens, ne forte deo parêre prohiberetur: ſumens Iſaac cum duobus ſeruis, & quæ erant ad ſacrificium neceſſaria imponens aſino, iuit ad montem, & duobus quidem diebus iter cum eo ſerui fecerunt. Tertia uero, cum iam circa locum montis eſſent, relinquens in campo reliquos qui cum eo erant, cum ſolo filio uenit ad montem: in quo templum poſtea rex Dauid collocauit. Portabant autem ſecum cætera, quæ erant ſacrificio neceſſaria præter uictimam. Iſaac uero tum eſſet quinque & uiginti annorum, altari conſtructo interrogabat quid eſſet ſacrificaturus pater cum uictima nõ adeſſet. Ille autem dicebat, deum ad præbendum hoc idoneum: qui etiam ea quæ non ſunt, abundanter hominibus condonare: & ea quæ ſunt, ab his qui in ſemetipſis confiderẽt, poſſet auferre: daturum ergo & illi uictimam, ſi propitius ad ſacrificium ſuum dignaretur accedere. Dum ergo altare fuiſſet conſtructum, & ligna ſuperpoſita, & omnia parata, dicit ad filium: O puer, quẽ innumeris uotis optaui à deo mihi conferri: & dum peruenisſes ad uitam, nihil eſt quod pro alimento tuo non feci: neque me feliciorem magis arbitrabar, niſi cum te uiderem ad uirilem ætatem peruenisſe, & moriens ſucceſſorem mei principatus relinquere congaudebam: quia dei uoluntate tuus pater ſum factus, denuo ſecundum eius placitum te repono: hanc fortiter porta dicationem. Deo nanque te cædo, qui hunc honorem à nobis dignatur accipere, eo quod placitus mihi fuit, & p omnia ſuffragator. Natus ergo feliciter morere, nõ communi modo hanc uitam egrediens: ſed à patre proprio oblatus deo patri cunctorũ, ob legitimum ſacrificiũ. Reor enim quia te iudicauerit dignũ nec ægritudine, nec bello, nec alia qualibet paſſione, quæ ſolent hominibus accidere, ex hac uita liberare: ſed cũ oblationibus & ſacrificijs animã tuam ſuſcipere, & apud ſe nihilominus obtinere: eritq́ue mei de cætero curam habens, ſenectutemq́ regens, qua gratia te maxime nutriebam: hæc mihi deo ſcilicet pro te præbituro. Iſaac autẽ habens patrem ualde fortiſſimum, ſapiẽtiáq́ delectatus, & libẽtiſſime ſermones eius accipiens, ait: Quia neq́ iuſtum eſſet, ut initio naſceretur, ſi & dei & patris iudiciũ eſſet refutaturus, aut non ſe mõſtraret amborum uoluntatibus præparatum, quando licet ſolo patri hæc uolenti facere, ſi non obediret eſſet iniuſtum. Hoc dicens acceſſit ad altare, pariter & ad cædem. Sed opus infirmatum eſt, deo offerente impedimentum. Clamauit enim Abraham nominatim deus, ſuſpendens eũ à filij nece: Non enim quaſi ſanguinẽ deſideraret humanũ, cædem filij ſi ei imperaſſe dicebat: neq́ cuius patrẽ eum fecerat, hũc ei auferre cum tanta impietate poſcebat: ſed eius mentẽ ſe probare uelle, ſi etiam talia iuſſus facere obaudiret. Cognoſcẽs uero eius obedientiam, & excellentiam religionis intendẽs, delectari quidẽ ſe in his quæ præbuerat ei, nec unquam fraudandũ eum omni cura dicebat: & genus eius honorandũ, futurumq́ filium

Obedientiã Abrahæ.

Allocutio Abrahæ ad filiũ Iſaac.

Conſtantiã Iſaac.

eius

eius longæuum,feliciterq; uicturum in omnibus bonis,præbiturumq; se eius soboli magnum principatum:prædicebatq; genus eorum & multis gentibus & diuitijs esse constituendum,& memoriam sempiternam generis eius principibus assuturam:Chananæamq; terram armis esse possessuros,& exemplum boni futuros cunctis hominibus.Hæc cũ dixisset deus,arietem ex improuiso produxit eis ad sacrificiũ.Illi uero præter spem semetipsos amplexantes,quippe qui bonorum talium promissiones audirent,osculabantur alterutrum:& sacrificio celebrato,reuersi sunt ad Saram:feliciterq; degebant,cuncta quæ uellent eis præbente deo.

De morte Saræ,& sepultura ipsius,post cuius mortem Abraham accepit Ceturam uxorem. Caput XXIII.

Genesis.23. *Sara moritur.*

ET Sara quidem nõ multo post tempore defuncta est,cũ uixisset annis centum uiginti & septẽ:sepultáq; est in Hebron permittentibus Chananæis,sepulchrumq; eius duplex factum est, Abraham emente agrum sidis quadringentis à quodam Ephron de Hebron:& sepulchra sibi Abraham & eius soboles constituerunt. Post hæc autem Abraham duxit uxorem nomine Ceturam,ex qua ei sex filij nati sunt.& ad labores ualidi,& ad sapiẽtiã cauti:Zamran,Iexan, Madan,Madian,Iesboc,& Sue.Nati sunt autẽ etiam his filij: & Iexan quidem Saba fuit & Dadan.Huic uero fuerunt Assurim & Lasurim,& Laumim. Madian aũt habuit Epha,& Apher,& Henoch,& Abida,& Eldaa.His omnibus filijs filiorumq; natis Abrahã ex propris dona præbuit:q & Troglodites apprehẽderunt,& Felicem Arabiam,in quantum ad mare rubrum pertingit. Dicitur autem quia dum Apher castra fixisset in Lybia,& filiorum eius filij habitassent in ea, terram illam ex illius nomine Aphricam uocauerunt. Testatur autem meo seruoni Alexander,qui dicitur Polihistor,id est,multarum historiarum scriptor,sic dicens: Cleodemus autem propheta,qui & Malchus,scribens historiam Iudæorum,sicut etiam Moses legislator eorum retulit,ait,quia de Cetura Abrahæ multi filij fuerũt. Dicit autem eorũ etiam nomina tria,Apheran Surim & Iaphran: & de Surim quidem Assyriam nuncupatam:ex duobus autẽ reliquis Iaphran & Apheran,ciuitatem Abran & prouinciam Aphricam nominatam:his etiam auxilium præbuisse Herculem in Libya,& duxisse uxorem filiam Iaphran nomine Hecæam,& genuisse ex ea Dodorim filiũ,cuius fuit filius Soron:ex quo barbari Sorophaci nominantur.

Genesis.25. *De Cetura Troglodi-tarũ est ortus.*

Alexander dictus Polihistor.

Quomodo Isaac quadragenarius duxit uxorem Rebeccam. Caput XXIIII.

Genesis.24.

ISaac autem circa quadraginta annos iam constituto à patre Abraham ut uxor duceretur ei Rebecca, quæ fuit fratris eius Nachor neptis, filia Bathuelis,seniorem seruorum suorum misit ad desponsandam eam,magnis fidei sacramentis obstrictum, quod hoc modo faciebant: Sub femore manum mittentes: deinde inuocantes deum testem omnium futurorum. Misit autem & munera ibidem commanentibus,quæ apud illos essent rariora, aut nec omnino inilla regione reperirentur. Qui multo tempore uadens, eo quod sit iter agentibus dira Mesopotamia, hyeme quidem propter luti profunditatem, æstate autem propter aquæ defectionem, insuper etiam latronibus ibidem cõmo

dē cōmorantibus,quos diffugere non eſſet facile,niſi prouidētia uiatoribus in/
hæreret:uenit in ciuitatem Carrenorum. Cum ergo eſſet in ſuburbanis,uirgines
uidit plures euntes ad aquam:orauitq; deum ut ſi Rebecca,ob quam deſpōſan/
dam filio eum miſerat Abraham,ſi ſecundum uoluntatem eius eſſent nuptiæ ce
lebrandæ,inter illas inueniretur:& ita cognoſceretur,ut alijs quidem aquam po/
ſcenti negantibus,illa præberet.Et ille quidem hanc habēs uoluntatem,uenit ad
puteum:rogauitq; uirgines ut potū ei præberent.Illis autem auertentibus ſe,di/
centibusq; aquam domum portare,& non præbere illi,quæ utiq; difficile poſſet
hauriri:una ex illis omnibus increpans eas pro peregrino,quaſi nō eſſet homini/
bus ad illas aliquando cōmunio,quæ neq; aquam participarēt egeno,ſola ei præ
buit abūdanter.Ille autem in ſpem rerum omnium ueniens,inſuper uolēs cogno
ſcere ueritatem,laudabat eius benignitatē atq; nobilitatem,quia etiam cū ſuo la/
bore egentibus ſufficiētiam præbere minime declinaſſet: Interrogabat autem de
quibus parētibus eſſet,optauitq; quod illi foret gratiſſimū,ut in domum uiri bo
ni ueniret,filios ei paritura germanos. Illa uero neq; hæc inuidit uolenti cogno/
ſcere,ſed & genus indicauit:& Rebecca,inquit,ego dicor:pater autē Bathuel fuit,
ſed & ille iā quidē defunctus eſt: Laban uero frater noſter eſt,qui & domui pro/
ſpicit ſimul & matri,& ille meæ uirginitatis ſolicitudinem gerit.Ille nanq; gaude
bat in his quæ facta fuerant atque dicta. Deū ita uidens ſuo itinere clare pro/
ſpicere:& proferens redimiculū, & alia pariter ornamenta, quibus uirgines de/
cet uti, dedit puellæ, ut ei cauſa poculi hæc retributio foret & honor:iuſtum eſſe
dicens, ut talia mereretur,quæ fuerit bona præter uirgines uniuerſas.Poſcebat au
tem apud eos ſuccedere,quando ad eam integrius aliter peruenire nequiret,cum
iam nox utiq; ſupereſſet.Portabatq; ornamenta muliebria ualde precioſa: æſti/
mans nihil ſibi eſſe cautius,q̄ quibus iam uidebatur expertus,& cōijcere ex ea &
matris & fratris eius clementiam:& quia nihil in eorū eſſet uirtute difficile,neque
ſe eos grauaturū,ſed mercedem peregrinationis præbiturū, & ex proprijs impen
ſis uſurum eſſe dicebat.Illa uero de parētum quidem ſuorum clementia recte eū
aſſeruit arbitratū,culpauit autē pro mercedis uerbo,cū eſſet utiq; omnia ſine mer
cedibus habiturus.Sed ut nunciaret prius Laban fratri,quo permittente accerſen
dū eſſe dicebat.Cum ergo factum hoc fuiſſet,peregrinus adductus eſt:& came/
los quidē ſumentes Laban famuli eis diligentiam adhibebant:ipſe uero cœnatu/
rus ingrediebatur cum eo, & poſt cœnam ad eū matremq; puellæ locutus eſt,di/
cēs:Abraham quidē Thare eſt filius,ueſter autē cognatus.Nachor enim horum
ó mulier puerorū auus, frater Abrahæ fuit ex eodē patre uel matre:is ergo miſit
ad uos,petens hanc puellā uxorem filio ſuo eſſe iungendam: qui legitimus eſt ei
ſolus in omnibus bonis enutritus:cui poſſibile quidē fuit,feliciſſimā exinde mu/
lierē ei copulare,ſed noluit. Honorans aūt genus, nuptias poſtulat,cuius ſtudiū
ac uoluntatē nolite contemnere.Dei enim uoluntate & alia quidem pariter mihi
proſpera contigerūt,& puellam citius & ueſtrā inueni domum.Dum enim eſſem
proximus ciuitati,uirgines uidēs plurimas uenientes ad puteum,oraui,ut in iſtā
inciderem,quod ſcilicet factū eſt. Nuptias ergo diuina prouidētia diſpoſitas uos
quoque firmate. Illi uero per ea quæ eis fuerant ſecunde collata, diſpoſitionem

Oratio ſerui Abrahæ pro Rebecca.

diuinā

diuinæ uolũtatis intellexerunt: miseruntq́, sicut petebat, uirginem, quã duxit Isaac potitus omnium rerum Abrahæ. Nam qui nati fuerant de Cetura, exinde migrauerunt.

Abraham moritur, & sepelitur in Hebron cum Sara uxore sua. Caput XXV.

POst paululum uero tẽporis mortuus est etiam Abraham, uir quidem omni uirtute summus, & digne à deo pro studio, quod circa eum habuerat, honoratus. Vixit autẽ omne tempus suum annis centũ septuaginta quinq́, & in Hebron cum Sara coniuge à filijs suis Isaac & Ismaële sepultus est. Gen. 25.

De conceptu uel partu Rebeccæ: & quomodo Isaac peregrinatus est in Geraris tempore famis, & quia cum senuisset, & caligarent oculi eius, benedixit Iacob cum putaret se benedicere Esau. Caput XXVI.

POrrò post mortem Abraham concepit uxor Isaac: cuius uentre nimis intumescente, hæsitans cõsuluit dominum, respondit́q́ geminos parituram fore Rebeccam, & in omnibus eos gentibus esse nominandos: maioris autem primatum esse minuendum. Peperit ergo paulatim secundum diuinum eloquiũ gemi nos filios: quorum senior quidem (ut credimus) à capite usq́ ad pedes erat hirsutus uehementer, quem iunior præcedentem tenebat à planta. Diligebat autẽ pater quidem seniorem qui uocabatur Esau, secundum etymologiam pilorum. Hebræi nanq́ capillaturam Seirion dicunt. Iacob autem iunior charus erat genitrici. Fame uero superueniente, dum Isaac placuisset ut iret in Aegyptum, ubertuosam ualde prouinciã, pergebat in Geraris deo præcipiente. Hunc susc epit rex Abimelech pro muneribus & amicitijs Abraham. Et cum multo circa eum fauore fuisset usus initio, in hoc permanere semper inuidia faciente prohibitus est. Videns nanq́ deum Isaac esse præsentem, & tanto eum studio fouentem, expulit eum. Ille uero huiusmodi inuidia tentatus per Abimelech, tunc quidẽ discessit in agrũ qui dicitur Pharan, id est, conuallis, non longe à Geraris: ubi cum foderet puteũ, irruẽtes pastores in lite congressi sunt, prohibentes illud opus impleri: quo nolente contendere, præualuisse uidebantur. Discedens autem alium fodiebat. Et uim facientibus alijs quibusdam Abimelech pastoribus, etiam hũc relinquens abscessit, expectans bonæ uoluntatis gratiorem licentiam. Quod dum sponte ei fuisset concessum, ut puteũ sine prohibitione foderet, Roboth puteũ appellauit, quod nomen significat spatiosum. Priorum uero alium quidem Eschon appellauit, quod potest dici litigium: alium uero Sitennam, quod nomen significat inimicitias. Isaac itaq́ rerum magnitudine fortitudineq́ pullulabat. Abimelech autem contra se crescere putans Isaac, propter hoc quod cum eo degens ex incertis inimicitijs egerat, metuens ne prior amicitia nihil ei prodesset: conuerso Isaac ad ultionem eorum, quæ uidebatur esse perpessus, amicitias rursus cum eo firmauit: & unum ducum suorum nomine Phicholum ob hoc destinauit. Et cum omnia quæ poposcerat Abimelech, meruisset propter Isaac bonitatem, qui recenti iracundiæ priscam gratiam in se, inq́ patrem suum habitam præposuerat, tulit eum in propria. Isaac uero filius Esau, circa quem maximum pater habebat affectum, cum esset annorum quadraginta duxit uxores, Ada Elomis filiam, & Olibema Sebegonis, uirorum inter Chananæos ualde potentium, semetipsum faciẽs

Gen. 26.

Abimelech rex, Isaac per inuidiam expulit.

Roboth. Eschon. Sitenna.

De uxoribus Esau.

faciens dominum in poteſtate nuptiarum,& neq; patris conſilium ſumens,quia nec permiſiſſet Iſaac,ſi in eius uoluntate iaceret. Non enim libenter habebat, ad prouinciales ſuam copulate cognationem. Nolens autem moleſtus eſſe filio, ut
c.27. inberet eũ abſtinere à mulieribus,tacere decreuit. Cum ſenex autem eſſet,& aſpectum penitus non haberet, euocatis Eſaũ, & ſenectutem indicans, quia & propter cæcitatem & paſſionem uiſus, impedimentum ei iam eſſet deo ſeruire,iuſſit *De uenatione Eſau.* eum egredi ad uenandum: ut dum caperet quodcunq; potuiſſet, præpararet ei ad cœnam,poſtquam domino ſupplicaret:ut auxiliator ei in omni uita,& cooperator exiſteret, incertumq; eſſe dicens,quando etiam moreretur:& ante hoc ſe ei præbiturum,ut deum propitium eius orationibus habere mereretur. Et Eſaũ quidem ad uenationem egreſſus eſt. Rebecca uero deum pro fauore Iacob rogabat,& præter Iſaac uoluntatem,iuſſit eum hœdos occidere, cœnamq; præparare. Iacob autem miniſtrabat matri,ei ſemper obediens. Cum uero fuiſſet cœna parata, hœdi pelle brachia conuoluit Iacob, ut pater propter pilos eſſe crederet Eſaũ. Nam cum in omnibus alijs aſſimilarentur, eo quod eſſent gemini, in hoc *Iacob & Eſau.* tantummodo differebant: trepiduſq; Iacob,ne antequam fierent orationes,repertus in hac calliditate,patrem ut contraria faciens iritaret,proferebat patri cœnam. Iſaac uero ſentiens uocem Iacob, proprio eum nomine uocitabat. Illo autem brachium porrigente, cui pellem circundederat hœdi,contingens eum Iſaac ait: Voce quidem Iacob proximus, ſecundũ pilorum uero profunditatem Eſaũ mihi eſſe uideris. Nihilq; ſuſpicans mali, cum cœnaſſet,conuerſus eſt ad orationes & dei preces. Domine,inquit,omnium ſeculorũ, & creator uniuerſæ ſubſtan- *Oratio Iſaac* tiæ,tu patri meo magnificam fortitudinem conceſſiſti bonorum, & me dignum *ſuper Iacob.* præſentibus effeciſti rebus,& ex me procedentibus promiſiſti adiutorem,& propitium,& datorem ſemper eſſe meliorum. Hæc ergo confirma, & me noli deſpicere propter præſentem neceſſitatem, propter quam & præcipue te depoſco, & hunc filium propitius ſerua mihi,& ab omni malo ſemper ſine paſſione cuſtodi: dans ei felicem uitam,poſſeſſionemq; bonorum,quorumcunq; tibi præbere poteſtas eſt. Fac autem eum metuendum equidem inimicis,amicis honorabilem atque gratiſſimum. Et ille quidem arbitratus pro Eſau ſe orationes facere, rogabat deum. Mox enim ut ceſſauit à uenatione affuit Eſau. Iſaac autem ſentiens quod egerat,quieſcebat. Eſau uero petebat ſimilia,quæ fratri fuerant iam collata. Patre uero negante,eo quod omnes in Iacob fuiſſent orationes expenſæ,luctũ agebat, quod eſſet oratione fruſtratus,eiusq; lachrymis afflictus pater,eo quod circa uenationem & fortitudinem corporis eſſet aptus in armis,& in omnibus operibus, Eſau probabilem fore dicebat: eumq; fructum earũ rerum, & gloriam ſempiternam,etiam genus quod ab eo deſcenderet,habiturum, fratri uero eſſe ſeruiturũ.

Iacob timens fratrem fugit ad Laban in Meſopotamiam, ubi filias Laban Liam & Rachel accepit uxores,cum ancillis earũ Bala & Zelpha: ex quibus filios duodecim genuit,& unam filiam,quam regreſſo Iacob de Meſopotamia ad Chananæam, uiolata eſt à Sichem filio Emmor regis Sicimorum: quare indignati fratres eius,totam ciuitatem percuſſerunt in ore gladij. Caput XXVII

c.28. IAcob autẽ metuentem fratrem,ulciſci ſe in eo uolentẽ,pro eo quod in illo deliquerat,mater eripuit. Marito autem hæc perſuaſit, ut Iacob de Meſopotamia

cognatam ſuam daret uxorem: cum iam Iſmaëlis patrui, filiam Baſemath Eſau coniugem accepiſſet. Non enim erant deuoti Chananæi circa Iſaac, in prioribus eius bellis ualde grauati, cum Barematim cepiſſet, circa quam precipue laborauerat. Iacob autē in Meſopotamiam miſſus à matre propter nuptias filiæ Laban, eius germani: permittente Iſaac nuptias celebrari, eo quod ei fuiſſet uxoris conſilio perſuaſum, per Chananæam properabat, & propter odium prouincialium, apud nullum quidem ſuccedere uoluit: ſed ſub diuo iacebat, caput ſuum lapidibus ſubditis ſuperponens: ibiq; per ſomnium uidit huiuſcemodi uiſionem: Aſtitiſſe ſcilicet ſibi ſcalam, à terra pertingentem ad cœlum, & per eam deſcendentes figuras, honeſtiorem naturam habentes quàm homines, & ad ultimū ſuper eam deū manifeſte ſibimet apparentem, nominatimq; uocantem, & huiuſmodi uerba facientem: Iacob cum patris boni ſis filius, & aui qui gloriam magnæ uirtutis inuenit, fatigari te in præſentibus nō oportet, ſed ſperare meliora: etenim opulentiſſima tibi maximorum bonorum meo ſolatio erit ubiq; præſentia. Abraham itaq; ex Meſopotamia huc ego deduxi à cognatis expulſum, & patrem tuū cunctis felicem oſtendi, quorum non minorem partem in te quoq; reponam. Confidens ergo & hoc itinere tuo proficiſcere, me dirigente ſecurus. Impetrabis enim nuptias, ad quas ualde feſtinas: eruntq; tibi filij boni, quorū multitudo numero maior erit, & potiores filios derelinquent, quibus ego huius terræ potentiam condonabo, eorumq; filijs, qui replebunt omnem, quam ſol reſpicit terram, ſimul & maria. Sed neq; ullum periculum timeas, nec laborum multitudinem metuas, me prouidente omnia, quæ tibi cōferenda ſunt & in præſentibus, & multo magis in poſteris. Hæc itaq; deus Iacob prædixit: ille uero lætus effectus in his quæ uiderat, fuerantq; promiſſa, clarificauit illos lapides: quippe cum tantorū bonorum factum ei fuiſſet illic alloquium: uotumq; fecit, immolaturum ſe ſuper eos, ſi acquirens uitam impaſſibilem remearet: deoq; promiſſum exoluit denuo remeans. Nam & ipſum agrum honorandum eſſe decreuit: eiq; Bethel nomen impoſuit, quod diuinas diuitias latina lingua ſignificat. Procedens autem ad Meſopotamiam, longo tempore peruenit in Carran: paſtoresq; in ſuburbanis inueniens, & pueros aduleſcentulos & uirgines, ad quendam puteum aquam hauritu-ros, morabatur cum eis potū quærens, & uerba cum eis habens, percontabaturq; ab eis, ſi noſſent quendam Laban adhuc ſupereſſe apud ſe. Illi uero omnes ſe noſſe dixerunt, talemq; eſſe uirū qui ignorari non poſſit, eiusq; filiam unam cum eis paſcere gregem, quam mirabantur non eſſe præſentem, dicentes ei: Ab ipſa integrius poteris agnoſcere, quæcunq; de illo audire deſideras. Hæc itaq; illis dicentibus, aſtitit puella cum paſtoribus qui unà deſcenderant, eiq; Iacob oſtenderunt, dicentes: Peregrinus iſte uenit de patre tuo conſulens. Illa uero per infantiam læta facta propter Iacob præſentiam, requirebat eum, & quis eſſet, & ad eos unde ueniſſet, & qua cauſa fuiſſet adductus: orabatq; ſimul, an eſſet poſſibile præſtandi ei, quibus ueniſſet egens. Iacob autem non propter cognationis cauſam, neque propter fauorem prætentem, ſed amore puellæ uictus obſtupeſcebat: pulchritudinem eius talem eſſe conſpiciens, ut paucæ mulierum ita florerent, & ait: Ad te mihi patrémq; tuum (ſi tamen filia es) Laban familiaritas eſt, ex antiqua mea

tuáq;

Iacob ſub dio quieſcit.

Scala Iacob.

Verba dei ad Iacob.

Bethel diuinas hoſtias ſignificat.

Pulchritudo Rachelis.

Gen. 19.

tuáq; generatione conſiſtens: de Thare enim Abraham & Aram & Nachor ſi- Orō Iacob
liſ ſunt progreſſi. Bathuel autem tuus auus, filius eſt Nachor. De Abraham au- ad Rachel.
tem & Sara, quæ nata eſt de Aram, Iſaac eſt, meus pater. Vicinum autem & no-
uum cognationis pignus inuicem poſſidemus. Rebecca autem mater mea, La-
ban patris tui ſoror eſt, ex eodem ſimul patre & matre progenita. Conſobrini ſi-
quidem ſumus ego & tu. Nunc autem inueniens uos amplector, & antiquā no
bilitatem renouaturus aſſiſto. Illa uero recordata (ſicut iuuenibus ſolet accidere)
quæ præaudiſſet à patre de Rebecca: & parentes ſciens eius nomen deſideranter
audire, propter paternum fauorem ad lachrymas deducta eſt, & amplexata eſt
Iacob. Quem cum oſculata fuiſſet, perducere maxima delectatione optabat ad
patrem: omnibuſq; domeſticis memoriam matris eius eſſe dicebat: impenditq;
ei totius boni retributionē, eumq; ad patrem iam uenire iubebat, & ſequi ſe præ-
cedentem: nec eius delectatione fraudari amplius illo tardante poterat. Hæc di-
cens, ducebat eum ad Laban. Cognitúsq; ab auunculo, & ipſe ſine formidine in-
ter amicos erat: & illis maximam delectationem conferebat, inopinabiliter eis
oſtenſus. Poſt non multos itaq; dies, Laban ſe gaudere quidem in eius maxime
præſentia, & ultra quàm poſſet indicari ſermone, dicebat: cauſam uero pro qua
ueniſſet, patrem matremq; ſenes derelinquens, & eius præſentiæ ſolatijs indigen
tes, ab eo quærebat, præbiturúmq; ſe ei omnia quibus opus haberet. Iacob au-
tem omnē ei cauſam narrabat, dicens, Iſaac fuiſſe geminos filios, ſe & Eſau: quem
dū pro paternis orationibus matris ſapientia fefelliſſet, illū ſe interficere uoluiſſe
dicebat, tanquam ablato ſibi à deo regno, & bonis quæ pater optaſſet: & hanc fu
iſſe cauſam ſuæ præſentiæ, mandato materno factæ. Omnibus enim nobis, in-
quit, ſunt fratres: ſed mater amplius illius cognationem metuens, ita mihi proſpe
xit, quod utiq; ſolum munimen meæ præſentiæ indicauit. Vnde deum proſpici-
ens, in præſentibus ſum ſecutus. Laban autem & propter parentes promiſit,
omnem ſe ei participare clementiam: & propter matrem, cuius fauore licet abſen
tis, ſtudium ſuum circa eum ſe dicebat oſtendere: gregis ſcilicet curam eum habi-
turum conſtituere ſe dicebat, & præponendum his exoptabat: uoluntatémq; ad
proprios remeare parentes, cum talibus donis & honoribus dimittendum, quali
bus talis cognatus iuſte promeriturus eſſet. Iacob autem libenter hæc audiens, *Iacob nuptias*
donec eſſet quidem apud eos, hunc laborem ferre ſe gratiſſime reſpondit: merce- *Rachelis pro*
dem uero pro tali labore, Rachel nuptias poſtulauit: cum etiam propter alia ho- *mercede labo*
nore digno apud eum haberetur, tum maxime quod miniſtra eius fuiſſet aduen *ris poſtulat.*
tus. Amor nanq; puellæ eum huiuſmodi uerba facere compellebat. Laban autē
gauiſus in his, annuit ei puellæ nuptias: nec alium generum meliorem ſibi optaſ-
ſe uenturum, ſi tamen aliquantum tempus apud eum maneret: ad Chananæos
enim ſe non miſſurum filiam: quia de ſororis cura etiam pœnitentiam agere ſe
dicebat, quod eam ibidem direxiſſet. Cum uero Iacob hoc fieri conſentiret, ſe-
ptem promiſit annos: tantum enim iudicauit ſocero miniſtrandum, uirtutis ſuæ
præbens experimentum, ut quis eſſet, magis cognoſceretur. Laban uero ſuſcipi-
ens ſermonem, tranſacto tempore propoſuit epulas nuptiarum. Nocte uero ſu-
peruenīente, ignorante Iacob, collocauit ei alteram filiarum Liam ſeniorem, &

Iacob per ebrietatem & noctem nesciens Lia miscetur.

non decoram aspectu. Ille uero per ebrietatem & noctem ei permixtus, die facto apud Laban de iniustitia querebatur: Qui dandam ueniam necessitati poscebat, ob quam talia gesserat. Non enim per malignitatem ei Lian dedisse, sed alia maiori causa uictum se hoc fecisse dicebat, quæ tamen impedire non posset: sed amanti daturũ se eam post septem alios annos promittebat. Consensit ergo Iacob, nihil scilicet aliud ei amor puellæ facere permittebat. Et præteritis alijs septẽ annis, Rachel accepit uxorem. Erant autem ambabus ministræ, quas dederat pater. Zelphan quidem Liæ, Rachel uero Balan: non quidem ancillæ, sed subditæ. Et Liæ magna erat solicitudo de amore uiri, quem habebat circa sororem: sperabatq; se existentibus filijs honorandam, & exorabat continue deum. Natoq; filio masculo, & propter hoc conuerso ad eam marito, Ruben filium nominauit, eo quod dei misericordia ei fuisset concessus: hoc enim significat istud nomen. Habuit autem post tempora etiam alios tres filios: Symeon, quod nomen significat, exaudibilem ei fuisse deũ: deinde Leui, quasi firmator societatis: post hunc Iudam, quod significat gratiarum actionem. Rachel autem metuens ne propter copiam partus sororis, minorem apud uirũ partem haberet, collocauit cũ Iacob suam famulam Balan: ex qua nascitur Dan, quod à deo iudicatũ lingua Latina significat: & post hunc Neptalim, tanquam ex machinationibus: eo quod cõtra partus sororis copiam, arte fuerit usa. Hoc aũt & Lia fecit contra sororis opus denuo machinata: collocauit ei & ipsa suam famulam: & natus est de Zelpha filius Gad, quod quis poterit appellare fortuitum: & post hunc Aser, quod beatifi cum potest dici, qui Liæ gloriam cumulauit. Cum autem Ruben senior filiorũ Liæ matri mandragoræ mala portaret, Rachel aspiciens dari sibi poscebat, quem cupiuerat cibum: illa uero non consentiente, sed sufficere ei dicente, quia eam uiri honore priuasset: Rachel mitigans sororis iram, concessuram se ei dicebat, ut cum ea uir illa nocte dormiret. Qua hoc percipiente munus, Iacob cum Lia dormiuit. Rursus ergo nati sunt ei filij Isachar quidem, quod significat ex mercede factum: Zabulon, quod significat fauoris pignus ad eam. Nata est autem & filia Dina. Post hæc uero tempora natus est & Rachel filius Ioseph, quod indicat augmentum alicuius faciendum. Hoc ergo omne tempus, quod sunt anni uiginti, pascebat soceri greges. Post quod rogabat, ut sumptis uxoribus ab eo discederet. Socero autẽ non permittente, latenter hoc facere cogitabat: uxoresq; requirebat quid de profectiõe tractarent. Illis autem discedere libenter habentibus, Rachel & simulacra deorum quos colere patria lex erat, pariter furata, cum Lia sorore fugiebat: & utriusq; pueri, & puellæ cum filijs, & quæcunq; possessio eis erat. Ducebat autem Iacob etiam gregum medietatem, non respiciente Laban. Rachel ergo deorum simulacra portabat, licet docuisset eam Iacob huiusmodi honorem spernendum: ut si comprehenderetur patre sequente, ueniam illa ad hæc confugiens impetraret. Laban autem post primum diem cognoscens Iacob discessum simul & filiarum, multa animo perpessus mala, persequebatur maxima uirtute circundatus: & septima die in quodam colle procul eos collocatos inuenit, & tunc quidem quia erat uespera requieuit. Visio autem ei apparuit, monens, quatenus sumens generum atq; filias conquiesceret: & nihil in eos per furorem

Nomina filiorum Iacob, & nominũ etymologia.

Fuga Iacob cũ uxoribus & filijs.

Gen. 31.

Insecutio Laban.

torē præſumeret,ſed ut pactum faceret cum Iacob.Quod ſi eius paucitatem con temnens,aggrederetur cum eo pugnare,ei ſe auxilium dicebat illa uiſio præbitu ram. Laban autem, dum huiuſcemodi ei factum à deo fuiſſet alloquium, orto die Iacob euocans, & manifeſtans ei uiſionē,cui credens ad talia declinaſſet,cœ pit eum culpare,dicens: quoniam eum & pauperem uenientem ad ſe,& omnium indigentem ſuſceperit, eiq; cunctam ſuæ poſſeſſionis tribuerit ubertatem.Nam & filias meas, inquit,coniunxi tibi, fauorem tuum circa nos per hæc augendum eſſe confidens:tu uero neq; matris tuæ,aut communionis,quam circa me per co gnationem habes,neq; uxorum quas duxiſti pudorem gerens, neq; filiorū quo rum ſum auus,lege belli apud me uſus es: poſſeſſionē quidem meam auferens, filiabus autem genitorem ſuum fugere perſuadens,& ſacra quoq; paterna diripi ens,domum utiq; portaturus, quæ & à meis parentibus honorata ſunt, & à me religione ipſa coluntur: & hæc quidem quæ nec expugnantes inimicos ſuos faci unt,tu perpetraſti cognatus,& ſororis quidem meæ filius,filiarum uero maritus, peregrinusq; & coëpulator meus,domui meæ nequaquam talia ingerere dubita ſti. Cum hæc dixiſſet Laban,Iacob ita ſatisfaciebat,dicens:Ego non ſolum de um patriæ deſideraui, ſed etiam omnes unà cognatos: & poſt tantum tempus, dignum eſt me ad propria remeare.Pro præda uero quod dicis,alio iudicante,tu potius inuenieris iniuſtus:cum te deceret gratias nobis ſoluere pro his,quæ à me cuſtodita & facta maiora ſunt: quomodo in hoc iuſtitia non priuaris,cum mihi ingratus exiſtis? cur partem eius paruam ſumentes abſceſſimus. Filiæ uero tuæ nō mea malignitate ſecutæ ſunt,ſed iuſta deuotione,quā ſcimus uxoribus legiti mis circa uiros poſſe cōpetere. Sequūtur itaq; nō tantū me,quantū filios.Et hæc quidem ipſe dicebat,ne aliquid gereretur incongruum. Querebatur autem,ac cuſationemq; faciebat: quia cum matris eius uideretur eſſe germanus, & filias ei iunxiſſet,imperijs eum uulneraſſet aſperrimis,uiginti annis eum detinens,& alia quidem nuptiarum occaſione feciſſet: quæ licet fuiſſent crudelia, leuiter ſuſtinuiſ ſet,peiora tamen facta poſt nuptias,quæ quilibet etiam inimicus effugeret.Reue ra enim ualde crudeliter Laban uſus eſt Iacob. Videns enim deum ei ad quod cunq; uoluiſſet præſtabilem,promittebat ut quicquid natum fuiſſet ei præberet: interdū quicquid procederet album, aliquando uero quæque nigra naſcerentur. Creſcente autem ſub nomine Iacob gregum partu, aliquando quidem fidem de præſenti nō cuſtodiebat, aliquando autem in altero anno præbiturum ſe eſſe di cebat: eo quod multitudinem gregum uideret abundare, cum in futuro tantam fore potius deſperaret,fallebatq; rurſus in his quæ nata conſpiceret.De ſacris au tem furatis inquiſitionem fieri iuſſit. Cum autem accepiſſet Laban perſcrutan di poteſtatem,Rachel hoc audiens, poſuit idola in ſtratorio cameli qui portabat eam: & ſedens dicebat naturalem purgationem ſibimet imminere.Et Laban qui dem ceſſauit amplius perſcrutari,non credens filiam quod cum tali paſſione poſ ſet ad idola accedere: fecitq; cum Iacob fœdus,in nullo eorū ſe memoriam quæ geſta fuerant habiturum: ſed & ille ſe dilecturum filias eius. Et has pollicitatio nes fecerunt ſuper montes quoſdam, in quibus columnam ſtatuerunt ſub ſche mate aræ, unde collis ipſe dicitur Galaad, ex quo hactenus Galaaditen terram

Excuſatiō Iacob.

Defraudatiō Laban in Iacob.

Inquiſitio idō lorum.

Gene. 23. appellant. Et cum factis pactionibus immolassent, Laban quidem reuersus est: Iacob autem in Chananæam procedenti subinde uisiones apparebant, de futuro ei spem optimam pollicentes. Et locum quidem illum appellauit dei castrum: Volens autem nosse quid eius cogitaret frater, singula cogniturus cum integritate præmisit: metuensq; propter priscam suspicionem, præcepit his quos mittebat, ut dicerent Esaú: quia Iacob putans iniustum esse ut hic te irascente conuiueret, de prouincia sponte discessit: & nunc sufficiens tempus esse putans reconciliationis, reuersus est, uxores & filios ducens cum diuitijs acquisitis, & cum pretiosis rebus semetipsum tibi traditurus: quia maximum bonum fore iudicat, ut cum fratre fruatur his, quæ ei sunt à diuinitate collata. Et illi quidem hæc ei indicauerunt. Esaú uero lætus effectus, fratri cum quadringentis occurrit armatis. Iacob autem audiens uenire sibi in occursum cum tantis armatis, expauit. Deo tamen spem salutis suæ commisit, & prouidentiam rerum præsentium fecit, quatenus & ipse suos sine passione seruaret: inimicisq; præualeret, si aliquod iniustum facere uoluissent. Distribuens ergo eos qui cum ipso erant, alios quidem præmittebat, alios autem post tergum proxime sequi iubebat: ut si uim paterentur qui præmissi fuerant insistente fratre, refugium sequentes haberent: & omnes qui cum eo erant hoc modo disponens, misit quosdam, fratri munera deportantes. Erant enim iumenta quæ mittebantur & multitudo quadrupedũ uariorum: quæ grata susciptentibus forent, eo quod illi rarius hæc haberent. Mittebantur autem diuersis uicibus, ut frequenter aduenientes multi esse putarentur. Placabat autem per dona iram eius, uel si adhuc aliqua indignatio remansisset: sed etiam sermonibus blandis iubebat uti, quos mittebat ad eum. Hæc disponens per totum diem, nocte ueniente mouebat suos. Cumq; torrentem quendam nomine Iaboch transirent, Iacob ibi remanenti uisio quædam apparuit, cum qua luctabatur, illa utiq; uisione certaminis faciente initium: quæ etiam uoce usa est, simul & uerbis: lætariq; monens eum in his quæ facta uidebantur: nec modico se præualuisse crederet, sed grandem angelum dei uicisse: & hoc signum arbitrari magnorum sibi fore bonorum, & quia nunquam eius deficeret genus, nec fortiorẽ hominum quenquam illius esse uirtutis: præcepitq; eum uocari Israël, quod Hebraica lingua significat reluctantem angelo sacro. Hæc igitur Iacob poscenti illa uisio prædicebat. Qui sentiens angelum dei esse, rogabat, ut quam partem habiturus esset, ei significaret. Et uisio quidem cum dixisset ista, disparuit. Lætatus autem in his Iacob, Phanuel locum denominauit. Cumq; ei propter certamẽ dolor fuisset exortus circa neruum latum, & ipse abstinuit eo cibo, & propter illum Gene. 33. necq; nobis est comestibilis. Proximum uero iam audiens fratrem esse, iussit præcedere utranq; coniugem seorsum cum ancillis, ut delonge conspicerent opera uirorum pugnantium, si hoc uoluisset Esaú. Fratrem autem sibi proximum uenientem ipse salutauit, nihil dolose de eo cogitantem. Et Esaú amplexus eum, requirebat de multitudine filiorum & mulierum. Et cum cognouisset, ipse quidem uenire eos rogabat ad patrem. Iacob autem excusante de iumentorum labore, Esaú discessit in Seiran: illic enim commorabatur, appellauitq; uillam de sua scilicet hirsuta capillatura. Iacob autem uenit ad scenas, id est, ad tabernacula, quæ hactenus

Iacob reuertẽti in Chananæam, uisiones apparent.

Iacob cum uisione luctaba-tur.

Israël.

ctenus ſic uocantur. Vnde in Sichimam quoq; profectus eſt, quæ ciuitas eſt Chananæorum. Sichimitis autem feſtiuitatem habentibus, Dina quæ fuit filia Iacob, ſola tranſiuit ad ciuitatem, emptura ornamentum prouincialium mulierũ. Videns autem eam Sichem regis Hemor filius, eam corrupit abreptam: & amore confectus deprecabatur patrem, ut ei puellam acciperet in uxorem. Ille uero conſentiens uenit ad Iacob, ſupplicans ut filio ſuo Sichem, Dinam lege coniungeret. Iacob autem neq; contradicere ualens propter dignitatem ſupplicantis, neque legitimum iudicans alienigenæ filiam copulare, petit concedendum ſibi ſpatium, ut deliberaret de quibus ille poſcebat. Abſceſſit ergo rex, ſperans Iacob nuptias filio ſuo conceſſurũ. Iacob autem indicans filijs & corruptionem ſororis & ſupplicationem Hemor, petebat cogitandum eſſe quid fieret: & plurimi quidem tacebant, conſilium nõ inuenientes. Symeon autem & Leui puellæ fratres, ex eadem matre nati, huiuſmodi ſibi conſtituerunt adinuicem actionem: ut cum eſſet feſtiuitas, & Sichimitæ epulis & requie uterentur, incunctanter primis cuſtodijs aſſiſtentes, dormientes occiderent: & uenientes in ciuitatem, interficerent omnem maſculum, & regem cum eis, & filium eius, ſoliſq; parcerent mulieribus. Hæc autem efficientes præter conſcientiam patris reuocauerunt Dinam.

De Dina filia Iacob.

Gene. 34.

Pro Dina ultio facta.

Iacob autem factorum magnitudinem admiranti, & filijs iraſcenti, deus aſſiſtens iuſſit eum confidere: & purificantem tabernacula, ſacrificia celebrare: quæ prius cum iret in Meſopotamiam, pro ſomnij apparitione deo uouerat. Cum igitur purgaret ſuos, Laban deos inuenit: neq; enim ſciebat à Rachel furatos, & quod eos celaſſet in terra ſub arbore quadam: Hos igitur exinde tollens, ſacrificabat in Bethel: ubi ſomniũ uiderat, cum Meſopotamiam prius iret: hinc enim proficiſcens uenit in Ephrata, ubi Rachel ex partu mortuam ſepeliuit, quæ ſola inter cognatos in Hebron honorem ſepulturæ habere non meruit. Et cum ualde fleuiſſet, filium ex ea natum Beniamin appellauit, propter dolorem qui ob eum matri prouenerat. Iſti ſunt ergo omnes filij Iacob, maſculi quidem duodecim, fœmina uero una. Horũ octo legitimi, de Lia quidem ſex, duo uero de Rachel, quatuor de famulabus, bini ex utraq;, quorum nomina dixi ſuperius.

Gene. 35.

Rachel partu periclitatur.

Moritur Iſaac in Hebron & ſepelitur à filijs ſuis, Rebecca uxore prius defuncta. Caput XXVIII.

VEnit ergo hinc in Hebron ciuitatem poſitam inter Chananæos. Illic autem Iſaac commorabatur: & paululum quidem pariter uixerunt. Rebecam autem Iacob uiuam non reperit. Moritur autem & Iſaac, non poſt multum quàm filius eius aduenerat: & ſepultus eſt à filijs cum uxore in Hebron: ubi erat eius ſepultura parentum. Fuit autem Iſaac deo uir charus, & multa eius prouidentia dignus poſt patrem ſuum Abraham, & ualde longæuus. Cumq; uixiſſet centum & octogintaquinque annis cum uirtute, defunctus eſt.

Gene. 35.

FLAVII IOSEPHI ANTI

QVITATIS IVDAICAE LIBER SECVNDVS

Quomodo Esaú & Iacob, Isaac filij, habitacula diuiserunt: & Esaú quidem Idumæam tenuit, Iacob autem Chananæam. Caput I.

Gene. 35. 

POst mortem uero Isaac, filij eius inuicem diuiserunt tabernacula, nō ea quæ acceperant & tenuerant; sed Esaú quidē Hebron ciuitatē fratri cedens habitauit in Seir, & in Idumæa regnabat, quam regionem ita à semetipso uocauit. Edom enim nominatus est, quam nuncupationem huiusmodi uenationis causa sortitus est. Aliquando labore uenationis esuriens redibat, dum adhuc puer esset ætate, inuenitq; fratrem lentem sibi præparantem ad prandium, rubeum colorem nimis habentem: & propterea potius incitatus rogabat ut ei præberet ad cibum. Qui uendere sibi primatum propter cibum per eius esuriem compulit fratrem. Ille uero fame compulsus, cessit cum sacramento primatum. Quamobrem propter ruborem cibi, à coëtaneis, infantiæ tempore, Edom uocatus est. Hebræi nanque Edom rubeum dicunt. Et ideo regionem sic appellauit, quam Græci honestius Idumæam denominauerunt.

Cur & quando Esau uocatus sit Edom.

Gene. 36.

Hebræi Edom rubeū dicunt.

Fuit autem pater filiorum numero quinque: quorum Iēhus quidem, & Iaëlom, & Core, ex una muliere sunt geniti, Oholibema nomine: reliquorum uero Eliphas quidem ex Ada, Rahuel autem de Basemathæa sunt nati. Iēhus quidem filij non fuerunt: Eliphas uero fuerunt legitimi quinque; Theman, Omar, Sophar, Gatham, Cenez. Amalech enim naturalis erat, de concubina Thamna nomine procreatus: Isti siquidem habitauerunt in Idumæa, quæ Gobolitis est dicta, & ab Amalech Amalechitis est appellata. Cum enim aliquando magna fuisset Idumæa, & in tota regione nomen integrum retinebat, in partibus appellationes ab habitatoribus conseruabat. Contigit autem Iacob, ut ad tantam felicitatis magnitudinem perueniret, quæ facile ab alijs comprehendi non posset. Diuitijs enim cunctis prouincialibus eminebat, & filiorum uirtutibus inimitabilis & conspicuus erat: nec ullius rei penitus indigebat, quando illi ad opus manuum & laborum tolerantiam erant prompti, & ad intelligentiam præparati. In tantū uero habuit eius prouidentiam diuinitas & felicitatis curam, ut etiam ex his quæ uidebantur esse tristia, bonorum ei præberetur sublimitas: faceretq; eum, & qui ex eo procreati sunt, autores reuersionis ex Aegypto. quò patres nostri huiusmodi causa morati sunt.

Quanta fuerit felicitas Iacob.

Quomodo Ioseph iunior filiorum Iacob, somnijs ei demonstrantibus felicitatē futuram, inuidiam sustinuerit fratrum. Caput II.

Gene. 37 IOseph ex Rachel filium suscipiens Iacob, & propter corporis honestatem & animi uirtutem, cum utique alios sapientia præcelleret, eum amplius alijs

filijs

filijs diligebat. Huic siue paterna dilectio odium fratrum concitauit, siue somnia: quæ cum uidissent, patri & eis protinus indicauit, eo quod profectum eius annunciarent: cum sæpius zelentur homines etiam suorum felicitates. Visiones quæ apparuerunt Ioseph erant huiusmodi: Missus à patre cum fratribus ut colligerent messem, cum maturæ fruges essent, uidit nimis præcipuam uisionem, & ultra ea quæ solent per somnia prouenire. Quam uisionem dum surrexisset, fratribus suis tanquam somnium sibi discernentibus enarrauit: dicens uidisse se transacta nocte manipulum suum de tritico stantem in quo eum posuerat loco: illorum uero concurrentes, adorare eum, sicut dominum serui. Illi uero intelligentes, ei uirtutem & rerum magnitudinem prædicere uisionem, & contra se eius potestatem futuram, Ioseph quidem tanquam ignorantes somnium nihil explanauerunt: consilium uero fecerunt, ne ad perfectum ei quæ arbitrabatur accederent, & circa eum graues amplius existebant. Impugnans autem diuinitas eorum inuidiam, secundam Ioseph præstitit uisionem multo mirabiliorem quàm primam. Vidit enim solem similiter & lunam & undecim stellas in terram descendere, & se adorare: quam uisionem patri, nihil de fratribus mali formidàns, etiam his præsentibus, indicauit: & interpretari sibi, quid uellet hoc significari, poscebat. Ille uero somnio gaudens, cum expositionem eius mente conspiceret: & cum sapientia non sine consideratione conijcere lætabatur, magnisq; significationibus felicitatem filio nunciabat: tempusq; largiente deo futurum, quo à parentibus & fratribus esset honorandus, & adorari dignus: solem quidem & lunam patri matriq; comparans, eo quod illa augeat & nutriat uniuersa, ille uero formet, & aliam fortitudinem præstet: stellas uero fratribus, cum & ipsi undecim essent: sicut stellæ uigorem à sole lunaq; percipientes. Et Iacob quidem nõ insipienter huiusmodi discretionẽ protulit uisionis: fratres uero de Ioseph uehementer ea quæ prædicta sunt cõtestati sunt, & incitati aduersus eum, uelut extraneũ bona quæ significata fuerant illis somnijs habiturum, & non quasi de fratre gaudentes, dum etiam cum eo potuissent his frui bonis: nempe qui cum cognatione communicarent, & felicitatis socij forent: interimere adulescentulum sunt aggressi. Dumq; hoc consilium statuissent, ad perfectionem eius tẽdebant, in Sichimis abeunt. Hæc autem prouincia pasturis est ouium optima, & gregum nutrimentis ualde copiosa. Quò dum curam gregum haberent, nec patrem scire fecetunt, quod ibidem morarentur. Ille uero ignorans hæc, eo quod nullus ad eum à gregibus aduenirет, qui quod esset uerum de filijs nunciaret: tristemq; animũ pro illis gerens, & in formidine constitutus, misit Ioseph ad greges, ut de fratribus agnosceret, & quid agerent indicaret. Illi autem fratrem uidentes ad se uenire, gauisi quidem sunt, sed non uelut familiaris sui præsentia, & à patre directi: sed quasi super inimico, & manibus eorum diuina uoluntate contradito. Ad internicionem uero eius nolentes differre præsens tempus, protinus accesserunt. Quos dum Ruben senior eorum inspiceret ita conspirare, & ad actum iam uideret unanimes, eos retinere tentabat, magnitudinem præsumptionis & scelus eis ostendens: quod malignum quidem deo, & homi-

Somnia Ioseph.

Expositio somnij Ioseph.

Ruben pro ereptione Ioseph fratres alloquitur.

& hominibus eſſet abominabile, etiam nõ conſanguineum hominem perimeret multo magis autem ſceleſtius cædem fratris ita perficere, quo ſcilicet interfecto pater unà perimeretur, & mater in luctu ex filij priuatione non humana lege facta conſumeretur. Etiam eis hoc dicebat, ut uno animo perciperent, quid ipſi paterentur mortuo ſibi bono filio, & iuuenculo: & ut recederent à tali præſumptione, deum timentes, qui inſpector ſimul & teſtis eſſet: & ut ab huiuſmodi actione recedentes, pœnitentiam diligerent, & potius temperantiæ deſeruirent. Nam accedentes ad hoc opus, omnem pœnam pro fratris nece perſoluerent, uiolantes utiq; dei prouidentiã ubiq; præſentem: cui neq; quod in deſerto, neq; quod in ciuitatibus agitur, poteſt eſſe abſconſum. Vbicunq; enim eſt homo, oportet eum ſcire illic eſſe deum. Sed etiam conſcientiam ſuam eos habituros inimicam in his præſumptionibus edicebat: quam neq; bonam habentes aliqui, neq; talem qualis in eis tunc habitaret, poſt mortem fratris effugerent. Adijciebat autem dictis ſuis hæc: quia fratrem iniuſtum aliquid facientem, neq; ſanctum eſſe occidere: bonum uero eſſe etiam in amicis obliuiſci, ſi quid forte peccauerint: Ioſeph autem in nullo malignum circa eos extitiſſe, unde eum occiderent, cuius ætatis infirmitatem menſurare deberent, quando ipſe eorum tutelam potius expectaret. Cauſa uero huius interitus multo peiorem eorum faceret actionem, eo quod propter inuidiam futurorum ei bonorum, eum uita priuare conarentur: quibus bonis ſimiliter cum eo fruerentur, eius communioni pariter participantes, cum non extraneus ſed domeſticus eorũ exiſteret: unde deberent ſua putare, quæcunq; Ioſeph largitas diuina conferret: ſed & ſupernam iracundiam propterea ſæuiorem ſibimet affuturam, ſi eum qui à deo iudicatus fuerat dignus, occiderent: & auferrent deo eum, cui eſſet talia donaturus. Et Ruben quidem hæc dicens, & his potiora ſupplicans, eos à fratricidio conabatur auertere. Cum uero in nullo eos mitiores uideret, ſed feſtinantes ad necem, ſuadebat ut malum ſceleris aliquatenus leuigarent. Nam ulciſci ſe uolentes prius credebat flectere. Cum uero præualuiſſent ut fratrem occiderent, dicebat non eſſe ualde futuros malos, ſi his quæ nunc hortaretur obedirent: in his enim eſſet & opus quod feſtinarent, non tamen huiuſmodi, ſed leuius in comparatione mali. Petebat enim eos manus in fratrem non mittere: ſed proiectum in lacum uicinum, eum illic ſinerent mori, & contra ſcelus manuum ſuarum uel ita luctari. Illis uero conſentientibus, ſumens Ruben aduleſcentulum, & caute ligans eum, in lacum cum quiete depoſuit: erat enim ſine aqua. Et ille quidem dum hoc feciſſet, abſceſſit, quærens loca opportuna paſturæ.

Quomodo Ioſeph uenundatus à fratribus propter odiũ quod habuerunt in eum, delatus eſt in Aegyptũ: ibiq; coëmptus à Putiphare: tandem ab eius uxore, cũ eius cõcubitũ tempſiſſet, falſo accuſatus ſtupri, conijcitur in carcerẽ. Caput III.

Gene. 37. & 39.

IVdas autem, qui & ipſe filius erat Iacob, uidens negotiatores Arabes ex Iſmaëlitarũ genere, aromata, & onera Syra portantes Aegyptijs de Galaad, poſt diſceſſum Ruben fratribus perſuaſit, ut extrahentes Ioſeph uenderent Arabis: quo longius cõſtituto, uel ſi moreretur apud peregrinos, ipſi forent à ſcelere liberi. Hoc dum placuiſſet, Ioſeph extrahentes de lacu, negotiatoribus uendiderunt precio

pretio minarum uiginti, cum decem & ſeptem eſſet annorum. Ruben autem nocte ad lacum ueniens, latens fratres, ut liberaret Ioſeph, dum damanti ei non reſponderet, metuens ne poſt eius abſceſſum interemiſſent eum, culpabat fratres. Illis uero quod geſtum fuerat edicentibus, ceſſauit à luctu Ruben. Cúmque hæc circa Ioſeph geſta uiderentur à fratribus, quid agerent poſtea, ut extra ſuſpi cionem patris fierent, exquirebãt: tunicámq; qua uenerat indutus ad eos Ioſeph, quam abſtulerant dum eum in lacum deponerent, placuit diſcerpere, & hirci ſanguine maculatam portare, patríq; monſtrare, ut ei uideretur quaſi à beſtijs deuoratus. Quod facientes uenerunt ad ſenem. Et cum ab eis de filij cognitione requireret, dicebant ſe quidem Ioſeph neq; uidiſſe, neq; ſi qua calamitas accidiſſet ei, nouiſſe: illam uero tunicam inueniſſe ſe, ſanguine maculatam atq; diruptam: arbitrari ſe, quod incidens in beſtias interiſſet: ſi tamen ea tunica fuiſſet indutus, de domo proficiſcens. Iacob autem cum prius in leuiori eſſet ſpe, tanquam forte prædato ſuo filio, hanc ſpem deſeruit, cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifeſtum. Cognouerat enim eum ipſa ueſtitum, cum properaret ad fratres: & uelut ſuper mortuo de cætero uidebatur afflictus, aduleſcentem lugens: & tanquam ſi unius filij pater eſſet, & aliorum conſolatione priuaretur, ſic erat apud ſe metipſum: male prius fratribus eum æſtimans comparatum, qui à beſtijs credebatur eſſe conſumptus. Sacco autem ſedebat ueſtitus, & ex triſtitia grauiſſimus, ut neque à filijs conſolationem ſumens leuior fuiſſet, neq; laborando doloribus interdicere prævaleret. Ioſeph autem uenditum, à negociatoribus comparans Putiphares uir Aegyptius, qui erat ſuper coquos Pharaonis regis, habebat in omni honore, doctrinamq; liberalium artium edocebat: & eum uti meliori cibo, quàm conueniret ſeruili perſonæ iubebat: commiſitq; ei domeſticam curam. Ille uero cum his frueretur, uirtutem humilitatis, quæ circa eum erat, neq; hac mutatione dereliquit: ſed oſtendit, prudentiam (cum certiſſime affuerit) prævalere poſſe rebus in uita difficillimis, nec felicitatibus ſolũmodo temporalibus inhærere. Itaq; dum uxor eius domini, propter pulchritudinem & opportunitatem actuum eius, eſſet illius amore confecta: & putaret quia ſi hoc ei faceret manifeſtum, facile ſuaderet eum uenire ad ſuum concubitum: quaſi ille iudicaret felicitatem, eo quod ei domina ſupplicaret: & ad figuram illius tunc ſeruitij, & non ad modũ reſpiceret caſtitatis: deſiderium ſuum ei prodidit, & uerba de permixtione fecit. Cuius reſpuebat ille preces, dicendo, non eſſe iuſtum huiuſmodi ſibi imponi ſeruitium, unde emptorem à quo dignitate tanta fuerat honoratus, iniquitatis contingeret iniuriam ſuſtinere: ſed rogabat eam comprimere paſſionem, deſperationem quippe huius ei deſiderij proponens: quia ſi non eſſet ſpes, hoc ei facile poſſit auferri: ſe uero omnia potius ferre dicebat, quàm in hoc quodammodo conſentire. Nam ſi ſeruum, inquit, dominæ ſuæ nihil facere oportet aduerſum, contra hæc præcepta maxime conuenit reſultare. Illius autem amor potius augebatur, eo quod non ſperaret omnino deuiare Ioſeph. Et dum uehementer obſideretur à paſſione, ſecundum rurſus fecit experimentum. Igitur dum feſtiuitas publicæ celebrationis inſtaret, in qua ad ceremonias etiam mulieres intereſſent, ægritudinem marito ſimulauit: captans ob hoc ſolitudinem atque ſilentium, ut exora-

Ruben nocte ad lacum uenit.

Iacob filium ſuum Ioſeph quaſi mortuũ plangit.

Gene. 39.

Ioſeph uenditus.

Mulier adultera Ioſeph appetit.

ut exoraret Ioseph. Quò dum accessisset, uberiores prioribus obtulit ei sermones: quia bonum quidem fuisset, ut priscis precibus flecteretur, nec in aliquo contradiceret, propter reuerentiam dominæ deposcentis, & excellentiam passionis, qua cogeretur domina de sua dignitate descendere: sed nunc melius ageret, si quæ pridem contempserat emendaret, quàm quod secundas preces expectaret. Hoc illa etiam maiore studio se fecisse referebat, & ægritudinem simulasse, & festiuitati uel ceremonijs præposuisse eius amplexum: sibi autem quod primis sermonibus non credendo resultauerat, nulla factũ fuisse malitia iudicaret: signũq; crederet utilitatis bonorum præsentiũ, quod ipsa in ea uoluntate persisteret: quæ bona quasi iam possideret, si eius amore flecteretur, & maioribus frueretur obediens: uindictam uero & odium eum asserens suscepturum, si eius contemneret dignitatem: sed etiam dominæ castitatem conferre uideretur. Neq; enim hoc illũ iuuare posse dicebat, si ipsa ad accusationem accederet illius, & tentatam se ab illo proprio marito mentiretur: magisq; crediturum uxoris sermonibus Putipharem quàm illius, licet eos ex ueritate proferret. Hæc dicente muliere, simul & flente, nec misericordia eum recedere à castitate suasit, nec metus coẽgit: sed & preces respuit, ministq; non cessit, metuens iniustitiam sustinere: & pati magis quodlibet sæuius elegit, quàm lætitijs frui præsentibus, in quibus etiam conscius esset perditionis suæ. Commemorabat autem ei nuptias, & uiri societatem, & his potiora distribuenda, quàm temporalis ardoris libidinem supplicabat: nam talibus perpetratis, quæ pœnitentiam magis augerent, dolorem sumeret, & nequaquam quæ deliquerat emendaret: & timorem nimiũ esset habitura, quando causa huius mali nullatenus possit abscondi: uiri autem suæ societatis adoptionem habitura sine periculo: insuper magnam conscientiæ apud deum fiduciam simul & apud homines, tanquam in eius manens amplexibus munda: & apud eum dominæ potestatem, & non pro peccato habitura confusionem: multoq; melius esse habere fiduciam in bonis quæ congnoscuntur, quàm in malis quæ timore celantur. Et hæc dicens, & his multo maiora, ardorem mulieris retinere, eusq; passionem ratione conuertere nitebatur. Illa uero suo studio uehementius incitata, immittens manum, cum uerbis desperasset suadere, eum cogere pertentabat. Cumq; fugisset iratus Ioseph, illa eius uestem tenente qua se exuerat, exiliuit è domo. Quæ in formidine constituta, ne uiro suo hoc diceret, iniuriam uolens præuenire, quatenus aduersum Ioseph mentiretur excogitauit, ut hoc modo ulcisceretur iniuriam, quæ ita superbe fuerat contempta. Præcedere in accusationem, fore sapientissimum, simul & muliebre credens: sedebat quidem deiecta atq; confusa ob tristitiam, quæ fuerat sua cupiditate decepta, tentamentum corruptionis suæ cum ira fingens. Veniente autem uiro, uultu conturbato, causamq; consulenti, fecit Ioseph accusationis initium: & uelut mortua dixit: Marite, seruum nequam cubile tuum uiolare uolentem castiga, qui neq; qualis in domum nostram uenerit recordatus timuit, neq; quantum ex tua bonitate promeruit, mente percepit: sed pro his cum rebus omnibus bonum se præbere debuisset, insidiatus nobis est, ut lectum tuum contumelijs afficeret: & hæc in festiuitate, captans absentiam tuam. Qui licet humilis primitus uideretur, propter tuum metum quiescebat, nõ

Verba dominæ contra Ioseph.

bat,non quod eſſet natura benignus. Hoc autem factum eſt, eo quod indigne, & præter ſpem ad honorem acceſſerit. Qui dum fidem totius poſſeſſionis tuæ,& diſpenſationē obtinere prævaluiſſet,& ſenioribus famulis præpoſitus eſſet,tuam quoq; uiolare tentauit uxorem. Dum uero quieuiſſet in uerbis,oſtendebat ue ſtem,quaſi dum tentaſſet ei uim facere, reliquiſſet eam.Putifares autem neq; la chrymis uxoris,neq; his quæ dicebat illa,uel uidebat ipſe,diſcredens: & eius amo ri cuncta diſtribuens,examinationē quidem ueritatis fieri non permiſit:uxori tri buens caſtitatem,Ioſeph uero nequam eſſe decernens, & illum quidem miſit in malignorum carcerem,uxori uero potius ornamenta caſtitatis ineſſe teſtatus eſt. *Ioſeph carceri mancipatur.*

Ioſeph citra culpam in carcerem cōiectus,ob ſingularem humanitatem ſimul & prudentiam,quam præ ſe ferebat,apud cuſtodem carceris gratiam inuenit,qui eū aliis duobus,quos Ioſeph in uinculis inuenit,præfecit,pincernæ ſcilicet regis & piſtori.Quorum ſomnia interpretatus,pincernam prædixit è carcere liberandum, piſtorem uero ob delictum morte condemnandum.Tandem regis ſomnium interpretaturus admonēte pincerna,cui aliquando uerum prædixerat,liberatur è uinculis. Et rex eius miratus prudentiam,maximis eum afficit honoribus,regno eum præficiens. Caput IIII.

IOſeph itaq; omnia ſua deo committens,neq; ad ſatisfactionem,neq; ad integram factorum manifeſtationem conuerſus eſt,ſed uinculis & neceſſitate taci tus manſuetuſq; ſuccubuit: meliorem eſſe confidens deum,calamitatis cauſam & ueritatem ſcientem,cū illos, qui eum iniuſtæ pœnæ contradiderant, cuius prouidentiæ experimentum repente ſuſcepit. Cuſtos nanq; carceris, diligentiam eius fidemq; conſiderans,& uidens dignitatem formæ,ſubtraxit uincula:& quod erat peſſimum, leuius ei fecit:cibóque eum uti, quàm uinctis conueniebat, meliore præcepit.Eis uero qui in eiſdem calamitatibus erant,dum ab ærumnarum onere ceſſarent,ad colloquium (ut aſſolet) communionis & ſimilis calamitatis uenientibus,& ad inuicem cauſas pro quibus cōdemnati fuerant requirentibus, pincerna regis ab eo uchementer honoratus,eiusq; affectu deuinctus, & cum Ioſeph habens compedes,familiarior ei magis effectus eſt. Sapientia nanque ei uidebatur excellere. Quumq; ſomnium uidiſſet,expoſuit:petēs,ut quid ſignificaret,inſinuaret:cauſans, quia ſupra mala regis adhuc ei diuinitas ſolicitudinem apponeret ſomniorum.Dicebat ergo uidiſſe ſe trium palmitum natos botros,ex unoquoque pendere,grandes iam,& ad uindemiādum ſpecioſos:eosq; ſe comprimere in poculo regis,muſtumq; ei offerre bibituro:& illum gratanter ſuſcipere. Quod ergo uiderat,hoc eſſe dicebat:poſcebatq;,ut quemcunq; Ioſeph ſortiretur in his intellectum,ei ſuo manifeſtaret eloquio. Ille uero exhortabatur eum confidere, & ſperare ſe in tribus diebus à uinculis abſoluēdum,rege deſiderāte miniſterium eius, & rurſus in eo eſſe cōſtituendum. Fructum enim uineæ ſignificabat in bono deum hominibus præbuiſſe, quod etiam ipſi libatur, & fidem hominibus amiciti amq; paciſcitur. Soluit ergo lites paſſionesq;,& triſticias aufert his quibus offertur,& ad delectationem ſæpe conuertit.Hoc ergo dicis,inquit,ex tribus compreſſum botris manibus tuis ſuſcepiſſe regem:bonam igitur uiſionem tibi ſcito futuram,& præſentis neceſſitatis indulgentiam in tot diebus prænunciantem,de quot palmitibus fructum uiſus es uindemiaſſe per ſomniū.Sed memor eſto mei dum fueris expertus,quæ tibi prænunciaui bona:& in poteſtate conſtitutus,nō obliui

Gen.39.

Carcerarius cum Ioſeph lenius agit.

Gen.40.

Pincerna ſomnij ſolutionē quærit.

Solutio ſomnij.

ſcaris in quibus nos derelinquis. Nihil enim peccãtes ad uincula uenimus,ſed pro cauſa uirtutis & caſtitatis,ea quæ reorum ſunt,ſuſtinere damnati ſumus:quando nec in propria delatione eũ, qui nobis hæc intulit, iniuriam ſuſtinere uoluimus.

Et pincernæ quidem (ut aſſolet) audienti huiuſmodi expoſitionem, gaudium erat,expectabatq; interpretationis finem. Seruus autẽ quidam ſupra piſtores conſtitutus regis,cum pincerna uinctus in carcere,dum talem Ioſeph protuliſſet de illius uiſione ſententiam,in ſpe bona cõſtitutus, quum & ipſe ſomniũ uidiſſet, petijt Ioſeph,ut & illi quæ præterita nocte uiderat,quid uellent ſignificare,deprometeret.Erat enim huiuſmodi: Tria,inquit,caniſtra ferre me uidi,ſuper caput, duo quidem panibus plena,tertium uero obſonio uarijsq; cibis, quales ſolẽt regibus miniſtrari:ſuperuolantes aũt alites, omnia conſumpſiſſe.Et ille quidem ſimilem expoſitionem futuram ſibi,quæ fuerat pincernæ dicta,credebat. Ioſeph autẽ animo concipiens ſomnium,dixit ad eum: Velle ſe quidem interpretem ei fore bonorum,& non talium, qualia uiſio demonſtraret:Duas, inquit,ei uitæ ſupereſſe dies:hoc enim ſignificare caniſtra dicens:tertia uero eum crucifigendum,& cibum uolatilibus eſſe futurum:nihilq; fore, quod ferre poſſit auxilium. Hæc ergo ſimilem terminum in ambobus, ſicut Ioſeph prædixerat, ſuſceperunt.Prædicto nanq; die quum natalis eſſet regis,non ſicut rex agens, piſtorem quidem crucifixit:pincernam uero uinculis abſoluens,in propriũ miniſterium reuocauit. Ioſeph uero quum duobus annis uinculorum mala ſuſtinuiſſet, nihilq; à pincerna prædictorum memoria iuuaretur:deus eum eripere uolens è carcere, huiuſmodi ei machinatus eſt libertatem: Rex Pharao nocte uiſiones ſomniorum uidẽs duas,& cum his utriuſq; expoſitionem:interpretationem quidem oblitus eſt,uiſiones uero recoluit:afflictusq; in his quæ uiderat,nempe quum triſtia uiderentur, facto die conuocauit ſapientes Aegyptiorũ,uolens agnoſcere ſomniorum diſcretionem.Hæſitantibus autem illis,rex potius turbabatur. Pincernæ uero regis uidenti confuſionem,memoria reddita eſt Ioſeph,eiuſq; circa ſomnia ſapientiæ: & accedens ad regem,indicauit ei de Ioſeph, & uiſionem quam ipſe uidiſſet in carcere,pariter & euentum:& quod ipſe dixerit crucifigendum ea die piſtorem: & ſibi omnia ſecundum interpretationem ſomnij contigiſſe,prædicente Ioſeph:uinctumq; eum aſſerens à Putiphare principe coquorũ ut ſeruum, quum diceret ſemetipſum Hebræorũ non humilis eſſe generis,nec gloriæ paruæ.Hũc,inquit,euocans,nec propter modernam eum calumniam culpans,quæ tuis ſomnijs indicantur agnoſces. Iubente ſiquidem rege Ioſeph ad ſuum uultum adduci,obediũt famuli,diligentia ei præcepto regis adhibita. Rex uero eius dextram cõprehendens:O iuuenis,inquit,tu enim mihi nunc optimus,& prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis, quibus iſte participatus eſt, etiam me fac eſſe conſortem,pandens quæcunq; ſomniorum prænũciant uiſiones.Nolo autem te ullo terrore conſtrictum,blandiri ſermone fallaci,& delectabile facere,ſi re uera ſit triſte quod uidi. Putabam enim circa fluuium ambulans,uidere me boues pinguiſſimas,ſimul & magnitudine præcipuas,numero ſeptem,gradi de paſcuis ad paludem:alias uero tantas numero proximas de palude concurrere,ualde tenuiſſimas,& ad uidendum deformes. Quæ dum deuoraſſent pin-

Piſtor ſomnij conie-ctura audit.

Gen.14.

Pincerna regi de Ioſeph ſuggerit.

Somnium Pharaonis.

ſent pingues & magnas,nihil adiutæ ſunt,crudeli fame detentæ. Poſt hãc uiſionem de ſomno ſurgens,& turbatus,quidq; eſſet uiſio hæc apud me conſiderans, rurſus in ſoporẽ ſolutus ſum:& uidi ſecũdum ſomnium multo mirabilius priori,quod me etiam potius terret atq; conturbat.Spicas ſeptem uidi ex una radice natas,capite iam grauatas,& reclinatas ex fructu,& aptas ad meſſem : & ad hæc alias ſeptem ſpicas inanes,& infirmas nimia ſiccitate.Quæ conuerſæ,ut cõſumerent ſpecioſas ſpicas,ſtuporem mihi fecerunt. Ioſeph autem reſpondens,ait: Viſio quidem iſta rex,licet duabus formis apparuerit, unum tamen terminum eundemq; ſignificat futurorum.Quod enim boues uidiſti,animal in aratro fortiſſimum,à peioribus deuoratas,& ſpicas à minoribus fuiſſe cõſumptas,famem Aegypto & ſterilitatem æquis totidem annis prænunciat, ſcilicet primo temporibus felicitatem ferentibus,quorũ ubertas poſterorum totidem annorum ſteritate conſumetur.Erit ergo difficultas rerũ neceſſariarum,quæ inemẽdabilis uehementer exiſtat.Signum aũt hoc eſt,quoniã exhauſtæ boues quæ conſumpſerant meliores,ſatiari minime ualuerũt. Deus tamen nõ ut triſtificet,futura prædicit hominibus:ſed ut præſcientibus leuiora faciat experimenta prænunciatarũ rerum. Tu ſiquidẽ congregans bona tẽpore primo futura,facias,ut calamitatem uenturam Aegyptiorũ terra non ſentiat.Mirante itaq; rege prudentiam ſapientiamq; Ioſeph,& cõſulente quemadmodũ ubertatis tempora diſpenſarentur,ut poſterior ſterilitas leuior eſſe uideretur,huiuſmodi conſiliũ dedit,ut frugũ parcitas haberetur,& non affluenter Aegyptios his uti permitteret,ſed quãtum ſufficeret ad pabulũ erogaret:quæ uero ſupereſſent,ſterilitatis ſeruarentur in tẽpore: recondiq; monebat triticũ ab agricolis perceptũ,ut ſata tantũmodo expenſa miniſtrarentur alimentorũ.Pharao utrunq; admiratus in Ioſeph , & diſcretionem ſomnij pariter & cõſilij,diſpenſationem eius rei ipſi cõmiſit: quatenus ageret ea, quæ populo Aegyptiorũ & regi æſtimaret utilia:inuentorem ſcilicet huiuſmodi uiæ,etiam diſpenſatorem optimum fore confidens.Ille uero poteſtate ſibi à rege collata,ita ut eius uteretur ſignaculo,& purpura ueſtiretur,per uniuerſam terram ductus uehebatur in curru: frumentumq; agricolis ſufficiens ad ſemen,& pabulum ſingulis metiens,nulli cauſam ſignificabat,pro qua talia peragebat.

Solutio ſomnij.

Ioſeph Aegypto præficitur.

Quomodo Ioſeph iam triginta natus annos,in maximo honore ab Aegyptijs eſt habitus,& propter prudentiã ſuam & uirtutes, totius Aegypti adminiſtratione accepit à Pharaone ad conſulendũ futuræ fami: duxitq; uxorem,ex qua nati ſunt ei duo filij,Manaſſes & Ephraim.Et quomodo geſſit ſe erga ſuos fratres, à quibus tamen nõ fuit agnitus,quos pater fame coactus,bis miſit in Aegyptũ ad coẽmenda frumenta. Cap. V.

TRiginta ſiquidem ætatis iam annos tranſierat, & omni honore collato ſibimet à rege fruebatur,quem appellauit Pſonphtonſanicon,uidens eius intellectum inopinabilem.Significat aũt hoc nomen inuentorem abſconditorũ.Duxit aũt uxorem ualde digniſſimam,filiam Putipharis,qui unus fuit Heliopolitanorum ſacerdos,adhuc uirginem,nomine Aſſeneth,cooperante ſibimet rege.Ex hac fuerunt ei filij duo,ante ſterilitatis tempus: Manaſſes quidẽ ſenior,quod nomen ſignificat obliuionem,eo quod per felicitatem obliuio ei infelicitatis acceſſerit:iunior uero Ephraim,quod reſtitutionem ſignificat, eo quod redditus eſſet li-

Gen.41.

Ioſeph uxor & filij.

Manaſſes.

Ephraim.

bertati maiorũ. Aegypto ſiquidem,ſecundũ expoſitionem ſomniorum Ioſeph,
Fames exoritur in Aegypto. ſeptem annis beatiſſime tranſigente,fames iam annum tangebat octauũ: & eo
quod nõ præſenſiſſent caſurũ ſuper ſe malũ, laborantes in eo crudeliter omnes,
ad regis ianuas cõfluebant. Ille uero Ioſeph uocauit, qui eis frumentũ uendidit,
factus multitudinis ſine dubio ſaluator:& mercimoniũ non cum prouincialibus
tantũmodo faciens,ſed etiam paratus uendere peregrinis:omneſq; homines ſe-
Gen.42. cundũ cognationes ſuas Ioſeph ſolatia merebantur,eius felicitate utentes. His
Fratres Ioſeph in Aegyptum deſcendunt. ita geſtis,dum Chananæa fame crudeliter uexaretur,omnem deniq; terram hæc
peſtis inuaſerat, miſit etiã Iacob filios uniuerſos in Aegyptum cõparaturos fru-
mentum,cõfidens licere tritici cõmercium fieri peregrinis:Beniamin tantũmodo
retinens,qui ei ex Rachel fuerat generatus, & erat Ioſeph conſanguineus. Illi ſi-
quidem in Aegyptũ uenientes,adierũt Ioſeph, frumentum emere ſupplicantes.
Nihil enim erat,quod nõ illius conſilio gereretur: nam miniſtratio regia tũc uti-
lis erat hominibus,quando Ioſeph honor exhiberetur. Qui dũ cognouiſſet fra-
tres,nihil de ſe cogitantes,eo quod adoleſcẽs quidem ab eis abſceſſerat:ad hanc
uero ætatem ita peruenerat,ut figura etiam eis ignotus eſſe uideretur:quum ma
gnitudine quoq; dignitatis neq; ſuſpectio proueniret, tentabat eos ut dicerent,
quam haberent de rebus omnibus uoluntatem. Quibus frumenta quidem non
uenundabat:exploratores uero rerũ principis eſſe dicebat, & ex multis quidem
locis eos eſſe congregatos:excuſationis uero cauſa ſe cognatos aſſerere: impoſſi-
bile dicens eſſe uiro idiotæ tales filios,& forma ita clariſſimos enutrire,quũ regi-
bus tot filiorum copia eſſet ualde difficilis,ut per hæc etiam de patre quæ proue
niſſent latenter agnoſceret,ſimiliter & ut de fratre ſuo Beniamin audiret. Metue-
bat enim ne forſitan & in illum,ut in ſe quoq; peccauerant, aliquid deliquiſſent.

Illi aũt erant in tumultu pariter & timore maximo conſtituti,periculũ puta
tes ſibimet imminere,nihilq; de fratre mente ſua percipientes,& aſtantes redde-
bant pro cauſis ſingulis rationem: Ruben ita concionante primitus,qui eorũ ſe-
Oratio Ruben pro fratribus ad Ioſeph. nior exiſtebat:Nos,inquit,non pro læſione uenimus huc,neq; regis negocijs ali-
qua mala facturi,ſed egentes ſalute,& refugio malorũ, quæ regionem noſtram
obtinere noſcũtur,ueſtram utiq; ſcientes dementiam, quos non ſolũ ſubuenire
ciuibus propriis, ſed etiã peregrinis mercimoniũ propoſuiſſe frumenti audiui-
mus,ut omnibus indigentibus ſalutẽ maximam præſtaretis. Quia uero ſumus
fratres,& cõmunis nobis eſt ſanguis: darũ quidem hoc facit familiaritas formæ
non ualde mutatæ. Pater aũt nobis eſt Iacob uir Hebræus, cuius exiſtimus filij
duodecim,ex matribus quatuor:quibus omnibus uiuẽtibus felices eramus:uno
uero mortuo Ioſeph,res noſtræ ad peiora cõuerſæ ſunt. Nam & pater noſter im
menſum in eo protrahit luctũ:& nos ex calamitate defuncti,& ærumna ſenis af-
fligimur. Venimus igitur pro comparatione frumẽti,curamq; patris,& noſtro-
rum prouidentiã Beniamin iuniori fratri reliquimus. Poteris autẽ mittendo ad
domum noſtrã agnoſcere,ſi quicq; dicimus mentientes. Ruben quidẽ huiuſmo
di uerbis tentabat perſuadere Ioſeph,ut de eis meliora decerneret. Ille uero Ia-
cob cognoſcẽs uiuere,fratremq; Beniamin minime interiſſe, tũc equidem in car-
cerẽ eos quaſi die uacanti diſcutiẽdos iniecit. Tertia uero die deducens eos:quan
do,inquit,

do,inquit,asseritis,neq; pro malignitate rerũ principis huc ueniſſe, & eſſe fratres, & unius patris filios,de quo dicitis,hæc ita eſſe,mihi manifeſtabitis, ſi relinquẽtes quidem unũ ex uobis apud me,nihil iniuriabile paſſurũ, portãtesq; pabula genitori,denuo reuerſi fueritis ad me, fratrem quẽ reliquiſſe uos dicitis domi,uobiſcũ pariter adducentes: hoc enim erit ſignũ credibile ueritatis. Illi uero in maioribus malis cõſtituti flebant,& inter alterutros de calamitate Ioſeph frequenter ingemiſcebant:tanq; propter id quod in illum cogitauerant,in eis deo ulciſcente,talia ſuſtinerent. Ruben aũt nimius erat ,& eos in huius pœnitẽtiæ ſermonibus increpabat,ex qua nulla quidem de Ioſeph generaretur utilitas: illos uero quicquid mali ſuſtinerent,pro uindicta illius faciente deo,fortiter tolerare poſcebat. Hæc autem dicebant ad inuicem,nõ credentes ſuam linguam Ioſeph intelligere. Omnes autẽ Ruben increpante,habebat deiectio,& pœnitentia ducebãtur rerũ geſtarum,cur ipſi nõ cogitaſſent illo tempore:pro quibus quũ tũc punirentur,iudicabant deum eſſe iuſtiſſimum. Videns aũt eos Ioſeph ſic æſtuantes,per cõpaſſionem ceſſit in lachrymas,nolensq; fratribus apparere,diſceſſit. Et poſtq; reliquit eos, iterum uenit ad eos. Et retinens obſidem Simeon pro reuerſione fratrũ,illos ſumentes mercimonium tritici,abire præcepit:iubens miniſtro,ut pecuniam quam pro frumenti emptione detulerant,oneribus eorũ latenter immittens,dimitteret eos,illam pariter portaturos. Et ille quidem imperata perfecit. Iacob autem filij ueniẽtes in Chananæã,nunciauerunt patri quid eis apud Aegyptũ contigiſſet:& quod quaſi exploratores regis illuc ueniſſe ſint creditι: dicentibusq; ſe fratres, & undecimum apud patrem reliquiſſe, creditũ eis nõ ſit:& quomodo Simeon reliquerint apud principem militiæ,donec Beniamin ueniret,& fidem de his quæ à ſe apud eum dicta fuerant,perficeret:rogabantq; patrem,ut nihil metuens, cum eis iuuenculum deſtinaret. Iacob aũt nihil omnino placebat ex his quæ à ſuis filijs erant geſta:& dũ de Simeon detentione grauiter ferret,ſtultiſſimũ iudicabat,Beniamin quoq; his malis adijcere. Et ille quidem neq; ſupplicãtis Ruben ſermonibus flexus eſt, licet filios ſuos traderet:ut ſi quid Beniamin in itinere pateretur, occideret eos auus. Illi uero hæſitabãt in his malis,quos potius cõturbabat argentũ,quod in ſaccis miſſum latenter inuenerant. Tritico uero quod delatũ fuerat iam deficiente,& fame magis inualeſcẽte,coactus neceſſitate Iacob,Beniamin deliberauit deſtinare cum fratribus. Non enim poterant in Aegyptũ uenire,niſi pergerent cum ſua promiſſione. Quumq; famem augeri quotidie conſpiceret,filijs ſupplicantibus,quid aliud de præſenti faceret,non habebat. Iudas aũt quum & in alijs eſſet uir audax,& in his apud eum fiducialiter uſus eſt:dicens,non eũ debere de fratre metuere,neq; aliquid aduerſi ſuſpectione cõſpicere:quoniam nihil circa eũ agendum foret,ubi deus præuiſor eſſet: & quia quicquid ei immineret,eo etiam apud eum manente omnino contingeret:eos aũt ſic palàm in perditione pueri adijcere non debere:nec alimentũ ex ubertate Pharaonis promiſſum,propter puerum irrationabiliter auferẽdum:cogitandum aũt & de ſalute Simeon:nedum parcere tur profectui Beniamin,ille perimeretur:deo autem de illo curãdum eſſe credendum. Quo exhortante atq; dicente,aut ſaluum reuocari filium, aut ſe cum eo remanſurum atq; uicturum,credẽs ei Iacob, tradidit ei Beniamin:& duplex tritici

Retento Simeone, fratres ſinit abire.

Gen.43.

Beniamin cum alijs dimittitur.

precium,ſimul & quæ apud Chananæos naſcũtur,unguenta balſami,& ſtacten, & therebintum, & mel,munera Ioſeph direxit portanda. Multæ uero in egreſſione filiorum à patre lachrymæ fundebantur,pariter & ab illis. Ille nanq; ſi filios ſaluos de itinere ſuo reciperet, cogitabat: illi uero ſi fratrẽ incolumem reperirent, nihil pro eorum triſticia perpeſſum mali: quotidieq; eis mœror ingerebatur. Et ſenior quidem feſſus tolerabat,illi uero ibãt in Aegyptum,ſpe meliori triſticiam curaturi rebus præſentibus. Quum uero in Aegyptum peruenisſent,ſucceſſerunt apud Ioſeph. Timor autem eos non fortuitus perturbabat,ne propter tritici precium crimini ſubiacerent,uelut ipſi furtum ſub calliditate geſſiſſent: & apud præpoſitum Ioſeph multis ſatiſfactionibus utebãtur,dicentes,domi ſe in ſuis ſaccis inueniſſe pecuniam:eamq; nunc reportaſſe. Illo itaq; reſpondente,ſe etiam quod dicerẽt nõ ignorare,releuati ſunt à timore:ſoluẽsq; repente Simeon,cũ fratribus eum eſſe permiſit. Veniẽte uero Ioſeph à miniſterio regis,ei munera proferebant,& ſciſcitanti de patre dicebãt,quod eum incolumem reliquiſſent. Ille uero cognoſcens ſupereſſe Beniamin,ſi is eſſet iunior frater interrogabat,quem utique in præſenti cernebat. Quibus reſpondentibus ipſum eſſe,ait,deum omnium ſemper eſſe ſuffragatorem. Ipſe uero paſſione motus ad lachrymas,diſcedebat: nolens ſemetipſum fratribus demonſtrare: ſumpſitq; eos ad cibũ fecitq; diſcumbere,ſicut erant ſoliti apud patrem. Qui dum circa recumbentes benignus exiſteret,Beniamin partibus duplicibus honorabat.

Ioſeph fratres ſuos perſequi iubet, & ſcypho in ſacco fratris Benſamin inuento,eũdem ut furem ad ſe duci,lugentibus fratribus: Iudas tamen multa oratione Ioſeph ad miſericordiam flectere nititur. Tandem ſe fratribus manifeſtans,iubet patrem cum tota domo ad ſe uenire. Caput VI.

Gen.44. DVm uero poſt cœnam in ſoporem fuiſſent cõuerſi,iuſſit præpoſito ut & triticum eis menſuratum daret,precium q; rurſus in eorũ ſaccis abſconderet:in onere uero Beniamin etiam poculum argenteũ,quo bibere cõgaudebat, immitteret. Hæc itaq; faciebat,experimentũ fratrum ſumere uolens: utrum aliquando auxilium ferrent Beniamin pro furto detento,& patienti periculum:an certe relinquentes eum,tanq; nihil mali ipſi gerentes,ad paterna limina remearẽt. Quum uero famulus mandata feciſſet, die facto,nihil horũ ſcientes Iacob filij,diſcedebant,recipiẽtes etiam Simeon,& duplici gaudio cõgaudentes, tam propter eum, q; etiam Beniamin reuocantes,ſicut promiſerant,patri. Qui dũ abirent,inſequebantur eos equites,ducentes famulũ à quo in ſacco Beniamin poculũ uidebatur immiſſum:& inopinabili equeſtriũ inuaſione turbatos, cauſamq; ſciſcitãtes,pro qua ſic ueniſſent:illi maliuolos appellabant,qui dum honore & muneribus potiti ab eorũ domino fuiſſent,neq; munera,neq; hoſpitalitatẽ Ioſeph memoria retinentes, præſumpſerint iniqua in eũ cõmittere:& ſcyphũ quo ille in cõuiuio bibere cõgauderet auferentes,iniuſta ſecũ lucra portarent:amicitiamq; Ioſeph, ſuũq; periculum ſi inuenirentur in fraude,ſecũdo loco ponentes:minabanturq; eis ſupplicium futurũ:qui nec deum latuerint,nec cũ furto fugientes euaſerint, licet myſterium famulũ non latuiſſet. Cognoſcetis ergo,dicebant,quid ignorantes de poculo paſſi fuerimus,ſcituri tamen repẽte uos eſſe puniẽdos. Hæc & his maiora in eos dicẽs famulus increpabat. Illi uero neſciẽtes hoc factũ,eius uerba deridebãt,

leuitatemq;

leuitatemq; uerborum illius famuli mirabantur:quod talem causam uiris præsu meret inferre: qui dum precium in suis saccis inuentum nequaq; retinuissent,sed quod gestū fuerat nullo sciente reuocassent, multo potius ab huius maleficij uoluntate recederent:& quia rei perscrutationem negatione iudicabant esse fideliorem,famulū requirere imperabāt:& si quisq; rapuisse cōperiretur,omnes esse puniendos.Nihil enim sibi conscij habebant fiduciam,ut putabant, omni periculo carituram.Illi uero inquisitionem fieri exigebant, unius uerò fore suppliciū,qui in furto fuisset inuentus.Et dum quærerent,omnesq; iam cæteros pertransissent, secundum inquisitionis modum ad Beniamin nouissime peruenerūt:non ignorantes, quomodo in illius sacculo poculū abscondissent:sed subtilem inquisitionem se facere simultātes,alij siquidem de suo timore liberati, de Beniamin uidebantur esse soliciti:cōfidebant tamen,quia nec in illo posset maleficiū inueniri:increpabantq; eos qui fuerant persecuti,uelut eis multum processuris, impedimentum itineris attulissent.Quū uero scrutantes onus de sacculo Beniamin inuentū poculum protulissent,in luctū & gemitum omnes repente conuersi sunt:& indumenta rumpentes,flebant fratrem suū pro furti crimine puniēdum, sceq; mentitos patri de salute Beniamin.Crescebat aūt eis hoc malū,ex eo quod iam credentes se tristitiam deuitasse,rursus in fratris sui malis inciderent:& paternæ super illum tristitiæ causam se fore dicentes,qui uim patri fecissent,ut eū cum eis unà dirigeret.Equites ergo sumentes Beniamin,ad Ioseph ducebant:fratrésque pariter sequebantur.Illc aūt dum illum quidem cerneret in custodia positū, illos aūt luctuoso schemate laceratos:quid, ait,ò maligni aut de mea demētia, aut de prouidentia dei cogitātes,talia in peregrinū & benefactorem facere præsumpsistis? Illis aūt in supplicium se tradentibus pro salute Beniamin:& rursum recordantibus dicentibúsq; beatiorem esse Ioseph, qui siquidem mortuus esset,à uitæ tristicia liber esset: si uero uiueret, quia pro illo super eos deus uindictam inferret: asserentibus aūt se esse amaritudinem patris, quia tristiciam quā pro illo hactenus haberet, etiam de Beniamin ipsi ei rursus adijcerent. Ruben etiam eos inter hæc uehementius increpabat.Ioseph ergo dicente,illos quidē à se absolui,à quibus in nullo fuerat læsus:solamq; ei sufficere pœnā fratris: neq; enim iustū esse illum dimitti propter eos qui in nullo deliquerant, neq; eos cum fure puniendos, sed etiam abeūtibus se præbere securitatem:omnes quidem tenuit stupor,& dolore huiusmodi passionis obmutuerunt. Iudas aūt qui etiam patri persuaserat,ut adulescentulū dirigeret,& in alijs erat uir efficax,pro fratris salute se decre uit opponere:Licet crudelia, inquit, opera commiserimus in te, & supplicio digna:iustumq; sit omnes nos subiacere tormento,licet non sit iniquitas omnium, sed unius iunioris: tamen desperantibus de eius salute, spes relicta est nobis de tua benignitate,& euadendi nobis,te pollicente, periculū.Et nunc nō ad nos respiciens,nec malefacta cōsiderans,sed ad tuā naturam cōuersus, uirtutem potius exerce non iram:qua alij cum fortitudine parui sint,nō in maximis solummodo, sed etiam in fortuitis sumentes utuntur.Tu esto magnanimus, neq; uincaris ab ira,ut eos perimas,qui neq; suam potuerunt tueri salutem, sed à te eā sumere poposcerunt.Non enim modo eam primitus nobis donas,sed dum frumentorum

Inquisitio fit per singulos filios Iacob.

Beniamin quasi reus capitur.

ueniſſemus ad emptionem,uelociter & opulentiam donaſti ciborum, & noſtris familiaribus uberrime deferenda præbuiſti,quæ periculum ſuſtinẽtes à peſte fa/mis eriperent. Nec deſpicias pereuntes egeſtate rerum neceſſariarum,nec punias qui uidentur deliquiſſe,& circa beneficium quod à te nobis ſplendidiſſime colla/tum eſt,inuidiæ calamitate damnatis,permaneat tua gratia,alio tamẽ modo da/ta. Saluabis enim,quos ob hoc etiam nutriſti:animasq; quas fame laborare non paſſus es,à morte tuis muneribus liberabis: quatenus hoc ita mirabile ſit & ma/gnum,ut & animas nobis dones, & præbeas indigentibus unde poſſint perma/nere. Reor enim deum cauſam hanc præparaſſe,uirtutem tuam circa nos uolen/tem cunctis oſtendere:nosq; in hac ærumna cõſtituiſſe,ut iniquitatibus in te pec cantiũ uidereris ignoſcere, & nõ ſolis ob aliam cauſam indigentibus tuæ demen tiæ adminicula condonares:quanq; & hoc magnũ eſt,ſi benefiat inopibus: prin/cipale tamen exiſtit ſaluare quenq; eorum,qui pro delicto in ſe cõmiſſo debeant pœnas exoluere. Nam ſi paruas læſiones delinquentibus dimittere,laudem attu/lit multis,iracundiam cohibere in his,pro quibus uita peccantiũ fit obnoxia,diui/næ cognoſcitur eſſe naturæ. Et ego quidem niſi patrem ſcirem quemadmodũ in amiſſione filiorũ affligitur propter Ioſeph mortem, nequaquam quantũ ad nos attinet,ſalutis uerba proferrem,niſi forſitan hoc tuis moribus donarem: quorum eſt propriũ etiam hos ſaluare,qui tribulantur in huius morte,ſed etiam præbere/mus nos paſſuros quæcunq; uelles. Nunc aũt non noſtri miſerentes,licet iuuenes ſimus,& nondum fruentes uitæ bonis,moriamur: ſed de patre cogitãtes,& ſene/ctutis illius miſerentes has tibi preces offerimus, & commendamus animas no/ſtras,quas tibi noſtra malignitas tradidit ad ſupplicia perferenda. Nam neq; ille malignus eſt,neq; nos tales futuros genuit: ſed quũ ſit benignus,& ut experiatur talia,non ſit iuſtũ,etiam nunc abſentibus nobis, pro nobis ſuſpectus affligitur. Quum aũt audierit perditos,etiam cauſam mortis amariſſimæ ſuſtinebit, & ob hoc uitam ſuã multo citius derelinquet: ita ut eũ conuerſatiõis noſtræ turpitudo corrumpat,peſſimũq; faciat de præſenti luce diſceſſum: & dum ad alios ſtudeat noſtra bona pandere,ut noſtri actus neq; ſentiantur,efficiet. In hac ergo ratione cõſtitutus,licet mala te noſtra cõmoueant,tuã iuſticiã dona patri: ut propter illi/us miſericordiã maiora dicaris facere,q; cogaris pro noſtra malitia:nec ſenectus eius in deſolatione defecta cõſiſtat,aut noſtra perditiõe deficiat. Verere patrẽ no mine,hoc ei cõdonans. In hoc itaq; & tuũ honorabis genitorem,& tibi honorem præſtabis, quũ iam hac appellatione potiaris: & in ea ſine paſſione ſeruaberis à deo patre cunctorũ:in quo per cõmunionem huius nominis pie agere compro/baberis,noſtri patris habendo miſericordiã, ne fraudatus filijs aliquid patiatur. Tua ſunt ergo quæ nobis præbuit deus, habẽtis utiq; poteſtatẽ & auferre & da/re,nihilq; ab eius gratia differentis. Nam dum quilibet in utrunq; habuerit pote ſtatem,optimum eſt,ut hac in bonis utatur;& poteſtatem quæ in malo eſt,tanq; ſi non ſit,obliuiſcatur:quaſi hoc ſolum conceſſum ſit,ut de ſalute ſit cogitandum. Tu uero omnes nos ſaluabis ignoſcendo fratri,in quibus infeliciter egit: neque e/nim uita nobis eſt hoc punito, quo non licebit ad patrem remeare iam quaſi defuncto. Supplicamus ergo domine, ut ſi decreueris fratrem noſtrum occidi,

nos cum

nos cum eo punias, tanq; delicti participes. Non enim patimur nosipsos, quasi propter mortui tribulationem afficere, sed tanq; similes eius malitiæ existētes, ita debemus interimi. Et quoniam ut iuuenis deliquit, nec dum prudētia roboratus, & humanū est talibus ueniam tribui, hoc tibi relinquo, & ulterius uerba proferre cessabo: ut siquidem nos cōdemnare uolueris, ea quæ dicta non sunt, nō uidebimur nos ad tristiciam deducere: si uero absolueris etiam illa in tuæ benignitatis conscientia reuolue, quia non solūmodo nos saluabis, sed etiam uitā redonabis: propter quod potius iustior apparebis, quando plus à nobisipsis probaris de nostra salute solicitus. Si aūt culpam castigare mauis, me magis pro isto castigans, hunc patri remitte: si uero aliquem tibi retinēdum iudicas seruum, ego utilitatibus tuis minister potior, quanto aptior, sicut uides, ad utraq; passiones existo. Iudas itaq; omnia sustinere pro fratris salute libenter habens, prostrauit semetipsum ante pedes Ioseph, si quo modo eius iram flectere potuisset. Prostrati sunt etiam fratres uniuersi flentes, & semetipsos pro anima Beniamin neci tradentes. Ioseph aūt animi sui passionibus uictus, & nequaq; ualens iræ tolerare figmentū, iussit quidem abire præsentes, ut fratribus se tantūmodo demonstraret. Discedentibus autem omnibus, semetipsum fratribus indicauit, dicens: Virtutem quidem uestram atq; fauorem circa fratrem uestrū ualde collaudo, & meliores q̄ speraram ex his quæ in me cogitastis inuenio. Hæc aūt omnia feci, experiri uolēs amorē uestræ fraternitatis. Naturaliter aūt neq; circa me malignos uos arbitror extitisse, sed dei uoluntate factū est: quo & nūc bonorū adeptio, & in futuro, si propitius deus nobis fuerit, cōferenda sit. Patris ergo salutem inopinatam cognoscēs, talesq; uos circa fratrē inueniens, neq; illorū quæ in me cōmisisse putamini, ulterius recordabor. Cessabo aūt & ab odio malignitatis, quod super his habebā: & tāq; fuerint uoluntate dei cōpleta, & in rebus præsentibus mihi uos eritis occasio, gratiam me habere profiteor: uosq; ipsos uolo illorū obliuionem sumentes, magis delectari in illo, quod tunc inconsiderate fecistis, dum ad huius termini qualitatē causa peruenerit, q̄ confusionem grauiter ferre propter hæc quæ putamini deliquisse. Non ergo uideatur uos cōtristari, quod aduersum me malignā protulistis sententiam, nec pœnitentia uos eius afficiat, quando impleri nō potuerunt quæ fuerant cogitata. Exultantes ergo in his quæ à deo facta sunt, ite hæc nūciantes patri: ne etiam pro uestra cōsumptus solicitudine, splendorem meæ felicitatis obscuret: si antec̄ ad meum ueniens uultum, præsentiumq; rerū potitus, hac luce priuetur. Ipsum ergo, uestrasq; cōiuges, liberos quoq;, & cognationem sumentes, huc migrate. Non enim absentes oportet esse bonorum meorum mihi charissimos, insuper & fame annis adhuc quinq; permansura. Hæc quum dixisset Ioseph, amplexus est fratres. Illi uero in lachrymis & in tristitia cōstituti, super eo quod cogitauerant contra illum, potius uidebatur eis esse suppliciū bona uoluntas fratris. Et tūc quidem erant in epulis. Rex aūt audiens uenisse ad Ioseph fratres, lætatus est eximie: & tanq; in proprijs bonis affectus, præbēda eis & uehicula tritici plena, aurumq; simul & argentū patri portandum decreuit: sumentesq; illi dona regis & ampliora fratris, alia quidem patri ferenda, alia sibi singulis habenda, gaudebant: maioribusq; muneribus donatis Beniamin, exultantes abibant.

Gen. 45.

Rex super fratres Ioseph letatur.

Iacob au-

Iacob audito quia Ioseph uiueret in Aegypto,& clarus haberetur, descendit ad eum cum tota domo sua. Caput VII.

QVum ergo reuertentibus filijs,Iacob de Ioseph agnouisset,quia nõ solum euasisset mortem,pro qua degebat in luctu,sed etiã uiueret clara felicitate, & cum rege totam Aegyptum sua prouidẽtia gubernaret: nihil quidem horum quæ ei fuerant nũciata,incredibile iudicabat, cogitans de maximis operibus dei, & ipsius æquitate. Et licet medio tempore afflictione defecisset, repente tamen
Gen.46. profectus est ad Ioseph.Et quum peruenisset ad puteum iuramenti, sacrificauit ibi deo,metuens ne propter felicitatem Aegypti, filijs amantibus habitationem prouinciæ,nequaquam ad Chananæam soboles eorum reuersa teneret eam, sicut deus promiserat: aut ne præter dei uoluntatem eorum in Aegyptum oriretur aduentus:super hæc autem formidans ne prius à uita recederet,quàm ad Ioseph faciem perueniret.Dumq; has haberet cogitationes,in soporẽ resolutus est:astititq; ei deus,& secundo nomine uocans,respondentiq; quis esset,ait:Non est iustum ignorare te deum,qui semper præsidio tuis maioribus fuit, & post eos etiam tibi.Nam quum te pater primatu priuasset, hunc ego tibi restitui,& meo fauore solus in Mesopotamiã missus,& bonas nuptias adeptus es, & filiorũ multitudinem,pecuniarumq; plenus,ad propria remeasti,permansitq; tibi omne genus prouidentia mea salubre,& Ioseph filium tuũ,quem te perdidisse putabas, ad maiorem bonorũ adeptionem culmenq; perduxi:& Aegypto dominum, ut paululum à rege uideatur differre,constitui.Assum uero nũc,dux tibi futurus in hac uia,uitamq; tuã in manibus Ioseph finiendã esse nunciaturus,longumq; per seculum tuã sobolem in principatu & gloria manendã fore prænuncians,eamq; in terra quam promisi cõstituendam.In hac ergo uisione cõfidens,promptior in Aegyptum cum filijs & eorũ omnibus properabat.Erant ergo omnes septuaginta.Nomina uero eorũ significare mihi nõ uidetur,& præcipue propter difficultatem eorũ.Vt tamen ostendã eis,qui non arbitrantur nos de Mesopotamia esse, sed ex Aegypto:necessariũ iudicaui nominũ quoq; facere mentionem. Iacob
Genealogia filiorum Iacob. quidem filij erant duodecim,quorũ Ioseph iam prius abierat.Eos uero qui post eum profecti sunt,& eorũ sobolem demõstrabo. Ruben itaq; fuerũt quatuor filij,Henoch,Phalech,Ezron,Charmi. Simeon aũt sex habuit: Iemuel,Iamin, Ohad,Iachin,Zohar,Saul. Leui quoq; filij tres fuerũt:Gerson,Caath,Merari. Iudæ aũt filij fuerunt tres:Sela,Pharez,Zarach. Duo aũt nati de Pharez: Hezron, & Hamul. Isachar quatuor habuit: Tholas, Phuua,Iob, Simeon. Tres aũt Zabulõ habuit filios:Sered,Elon,Iaheleel.Hoc ergo genus de Lia descendit,cũ qua etiã ascẽderat & filia eius Dina. Sũt ergo isti omnes triginta tres.

Rachel aũt filij fuerunt duo,quorũ Ioseph quidẽ fuerunt filij:Manasses, & Ephraim. Beniamin aũt decẽ:Bela,Becher, Asbel,Gera,Noëman,Echi,Mupim, Hupim,Ared,Iaros:isti quatuordecim superioribus additi,fiũt numero septẽ & quadraginta:& legitimũ quidem Iacob hoc genus fuit. De Bala uero famula Rachel fuerũt Dan,& Nephthalim:quẽ seqbantur filij quatuor:Iachzeel,Guni, Iezer, & Silam. Dan autem unigenitũ habuit filium Asom.His itaq; additis super illos quos prædiximus, quinquaginta & quatuor numero adimplentur.

Gad au-

Gad autē & Aſer nati ſunt ex Zelpha,quæ fuit famula Liæ:fuerunt́q; filij Gad, ſeptem:Zephion,Hagi,Suni,Ezebon,Eri, & Erodi,Arcli. Aſer fuit filia Sara,& maſculi numero ſex,quorū nomina ſunt: Iemna,Ieſua,Ieſui,Beria,Heber,Melchiel.Iſti quum ſint quindecim, adiectis eis prædictis quinquaginta & quatuor, memoratus numerus completur, reputato cum eis Iacob. Cognoſcēs autem Ioſeph aduenire patrem(nam Iudas præcedens eius aduentum nunciauerat)occurſurus egreſſus eſt:eiq; in ciuitate,quæ Heroum uocatur, apparuit. Ille ex inopinata magnáq; lætitia penè ad defectum mortis uſq; peruenit, ſed eū recreauit Ioſeph:licet nec ſeipſum retinere potuerit,ut propter nimiam lætitiam talia minime ſuſtineret,non tamen qua pater paſſione deuictus eſt. Deinceps illū quidem cum quiete uenire iubens,& ipſe quenq; fratrū ſuorum ſumēs pergebat ad regē, dicturus ei aduenire Iacob cū genere ſuo. Ille uero hoc lætus audiuit, iuſſitq; Ioſeph,ut diceret eis,quam uitā ſe habere delectarentur,ut eos degere ita decerneret. Ille uero optimos paſtores eos eſſe reſpōdit,nihilq; aliud præter hoc ſolūmodo uelle:& ut nō ſeparatim,ſed ut omnes pariter habitarent, atq; prouidentiam facerent patris,quatenus & Aegyptijs gratus eſſet,& nihil quod illorū eſſet,iſtis imponeret. Aegyptijs enim abominabilis erat cōuerſatio paſtoralis. Veniēte uero Iacob ad regē,& ſalutāte pariter,& pro eo orāte,Pharao ſciſcitabatur,quanto tempore iam uixiſſet. Illo uero,centū & triginta annorū ſe eſſe,dicente,longinquitatem uitæ Iacob miratus eſt. Cū uero dixiſſet,quod pauciores annos uixerit q̄ eius maiores,cōceſſit ei ut cū filijs ſuis in Heliopolitana urbe cōuerſaretur. Illic enim paſcua etiā paſtores eius habuerūt. Fames igitur Aegyptijs augebatur, & peſtis eos potius inopes faciebat,quū neq; fluuius terrā irrigaret,nō enim creſcebat (ut mos erat)neq; pluerat deus,quū utiq; per ignorantiā futura prouideri nequiuerint. Ioſeph aūt ad pecunias dante frumenta, quū eis etiā hæc deficerēt, de ſuis opibus & mancipijs triticum cōparabāt: & quibuſcunq; pars eſſet terræ aliqua,hanc pro precio alimenti cedebāt. Sic itaq; rege omniū poſſeſſionum domino facto,alij alibi migrauerūt,quatenus regiones eorū fierēt regi firma poſſeſſio,præter ſolūmodo ſacerdotū. His enim regio ſua ſeruata eſt. Non ſolum ergo eorū corpora ad ſeruitutē peſtis adduxit,ſed etiā mentes,ita ut de cætero ad turpem egeſtatem alimentorū uenire cogerentur. Imminente uero fame, & fluuio terras inundāte,& fructus ea abūdanter referente,Ioſeph ad unam quanq; ciuitatem ueniens,eiuſq; multitudine cōgregata,eandē terram quā ipſis cedentibus rex habere poterat,ſoluſq; frui in toto redonabat,& uelut poſſeſſiōis propriæ laborem eos amare poſcebat,quintam ſolūmodo partem frugū regi ſoluturos pro terra quā illis dabat. Illos ergo inopinatæ terræ dominos cōſtitutos lætitia cōprehēdit,ob quā rē præcepta quoq; ſunt cōſtituta. Hoc ergo modo dignitas Ioſeph apud Aegyptios potior habebat, maiorq; fauor ab eis regi collatus eſt,& ut quotā frugū partē regi pſoluere deberēt. Apud reges etiā poſteros lex iſta permāſit.

Gen.47.

Fames inualeſcit & Ioſeph frumenta uendit.

De morte Iacob, & ſepultura qua ſepultus eſt in Hebron à filijs: de morte quoq; Ioſeph & fratrum eius. Caput VIII.

Gen.47. 48.49.

IAcob autem ſeptem & decem annos in Aegypto cōmoratus eſt: & languore cōfectus præſentibus ſibi filijs,quū optaſſet alijs quidem poſſeſſionem bonorum:&

Iacob langueſcit.

rum:& prædixiſſet eis per prophetiam,quẽadmodum ex eorũ generatione habi turi eſſent poſteri Chananæã,quod etiam multis poſt tẽporibus eſt effectum: & quum Ioſeph magnis præconijs prætuliſſet,quia malorum memoriam circa fratres non habuerit,ſed benignus potius fuerit:& donauerit eos bonis innumeris, quæ nec benefactoribus ſoleant repenſari,præcepit quoq; ſuis filijs,ut Ioſeph natos,Ephraim & Manaſſen in numerum ſuum acciperẽt,diuiſuri cum eis Chananæã,de quibus poſt hæc loquemur: popoſcitq; ſimul,ut ei ſepultura fieret in He-

Iacob moritur. bron, & moritur quum uixiſſet annos ſeptem & quadraginta ſimul & centum, in nullo maiorum ſuorum cultu diuinæ pietatis inferior:retributionemq; prome-

Gen.50. ruit,quam iuſtum erat ita benignum accipere. Ioſeph itaq; concedente ſibimet rege, patris corpus in Hebron reducẽs,multa largitate ſepeliuit. Fratribus autem reuerti cum eo nolentibus,quum terror eos haberet, ne illos patre mortuo caſtigaret,propter nequitiam quam ei fecerant,nec ulterius circa eos mitis exiſteret,ſatisfecit eis,ut nihil metuerent,neq; talium haberent ſuſpicionem: multáque bona quæ ſecum detulerãt,donauit:nihilq; quod circa eos benigne debuiſſet impende-

Ioſeph moritur. re,dereliquit.Mortuus eſt autem & ipſe,cum uixiſſet annos centum & decem,uirtute mirabilis,& omnia ratione diſponens,poteſtatemq; ſuam humiliter agens: quod utiq; huiuſmodi felicitatis cauſa ei fuit apud Aegyptios, & aliunde ſcilicet uenienti,& talem qualem dudum diximus paſſo calumniam. Mortui ſunt etiam eius fratres feliciter in Aegypto cõuiuentes: quorum corpora poſt uitam illorum

Oſſa Ioſeph. reportãtes poſteri eorũ,in Hebron ſepelierũt. Oſſa uero Ioſeph nouiſſime,quando Hebræi egreſſi ſunt ex Aegypto,in Chananæam reportauerunt: ſic enim eos coniurauerat Ioſeph.Horum ergo unuſquiſque qualiter ſe habuerit,quibusq; laboribus obtinuerint Chananæam,ſignificabo:cauſamq; narrabo primitus, pro qua Aegyptum deſeruiſſe uideantur.

De oppreſſione filiorũ Iſraël in Aegypto per Pharaonem: & de natiuitate Moſi quẽ educauit filia Pharaonis,& adoptauit in filium:& de ſacrorum ſcriba, qui uoluit interficere puerũ conculcantem coronam regis,quam puero rex impoſuerat. Caput IX.

Exodi 1. AEgyptijs ſiquidem delicatis, & deſidioſis in laboribus exiſtentibus, & alijs libidinibus ualde ſubiectis:etiam propter amorem lucri contigit, ut peſſime circa Hebræos inuidia eorum felicitatis afficerentur. Videntes enim Iſraëlitarum genus augeri, uirtute & laboris ingenio, atque diuitiarum affluentia ualde nobilitatos, contra ſe eos augeri ſuſpicabantur: oblitiq; bonorum propter longinquitatem temporum, quæ meruerant per Ioſeph, regnóque tranſlato ad aliam domum, crudeliter opprimentes Iſraëlitas, ſtudebant uarias illis inferre miſerias. Fluuium nanque per multas deriuationes eos diuidere, murosq; ciuitatibus ædificare,& foſſata circunducere, ut eas inundare fluuius non ualuiſſet, & pyramidas ædificare præcipiebant, ut noſtrum hoc modo genus attererent. Omnes ergo artes efficientes,& in laboribus aſſueti, quadringentorũ annorum tẽpus in his miſerijs extiterunt:eratque hæc inter eos pugna, ut Aegyptij quidem uellent laboribus Iſraëlitas expendere,illi uero meliores ſemper eorũ ſe præcepti-

Præfagium de Moſe. onibus exhiberent.Dũ uero in his eſſent utriq; rebus,cauſa qua potius ſtuderent in exterminationem generis noſtri ſemper Aegyptij, huiuſmodi fuit: Quidam

ſacrorum

ſacrorũ ſcriba (cum ſint experti de futuris prædicere ueritatem) enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter Iſraëlitas, qui humiliaret quidem Aegypti principatum, augeret autem ſuo cremento Iſraëlitarum genus, uirtutecꝫ tranſcenderet uniuerſos, & gloriam in perpetuum memorabilem poſſideret. Cuius conſilio iuſſit rex, ut omne maſculinum quod ex Iſraëlitis naſceretur, iactantes in fluuio conſumerent. Cuſtodientesꝫ conceptus Hebræarum, & partus earum obſeruare præcipiens Aegyptias obſtetrices. Ab eis enim hoc officium iubebat impendi, quas propter cognationem credebat regis non tranſcendere iuſſionem. Eis autem qui contemnerent hoc præceptum, & ſaluare partus earum occulte præſumerent, perimi cum ſua generatione præcepit. Hanc ergo illi ſuſtinebant crudeliter paſſionem, & non tantum dolentes quod filiis priuarentur, aut quia dum parentes eſſent, ad perditionem filiorum ſibi naſcentium miniſtrarent: ſed etiam ex illa cogitatione qua eorũ deleretur genus, quando nati quidem eorũ necabantur, ipſi uero paulatim redigebantur ad nihilum. Et illi quidem erant in illo malo iacentes: contra uero dei uoluntatem nemo poterat prævalere, nec ſi innumeris hoc artibus exercerent. Puer itaque quem prædixerat ille ſacrorum ſcriba, latenter regia cautela nutritus eſt: & uerax in his quæ per eum facta ſunt, ille qui prædixit, inuentus eſt: quod hoc modo geſtum eſt: Ammiramis unus Hebræorum nobilis, cum metueret pro cuncta gente, ne defectio in nutrienda iuuentute proueniret: & grauiter hoc ferret, ne uxor eius pareret: dumꝫ in hæſitatione conſiſteret, ad dei ſupplicationem conuerſus eſt, rogans, ut aliquam miſerationem hominum haberet, qui in nullo eius religionem contemnere uiderentur: daretꝫ eis rerum libertatem, pro quibus illo in tempore afflígebantur. Deus autem miſericordiam eius habens, & ad ſupplicationem eius aures inclinans, aſtitit ei per ſomniũ, & nequaquam eum deſperare de futuris exhortabatur, pietatisꝫ eorum ſe dicebat habere memoriam. Et propterea retributionem eſſe præbiturum: & dudum quidem eorum maioribus hoc donaſſe: ut ex paucis magna eorum fieret multitudo: Et Abraham quidem ſolum de Meſopotamia in Chanaan ueniſſe, factumꝫ locupletem: & inter alia dum uxor eius ad genus fuiſſet primitus ſterilis, deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta, genuiſſet filiũ: & reliquiſſet Iſmaëli quidem & qui ex eo fuerunt, Arabiam regionem: Cheturæ autem filijs Troglodyten: Iſaac uero Chananæam. Qui dum meo, inquit, pugnaſſet auxilio fortiter, ſemper uicit. Iacob aũt etiã contribulibus ſuis fuit ignotus, qui deinceps magnitudinẽ felicitatis cũ qua uixit, etiam ſuis poſteris dereliquit. Qui cum ſeptuaginta in Aegyptũ uenit, & ultra ſexcenta milia iam eſtis effecti. Nunc autem me utilitatis ueſtræ & tuæ gloriæ ſcito prouidentiam communiter habitum. Is enim puer, cuius generationem Aegyptij metuentes, cuncta perdere decreuerũt, quæ ex Iſraëlitico ſemine generantur, tuus erit, & diſperdet quidem eos qui eius interitum intendebant: nutritusꝫ mirabiliter, Hebræorum quidem genus ab Aegyptiorum neceſſitate liberabit: eritꝫ eius memoria quantiſcunque temporibus permanſerint uniuerſa apud homines, non ſolũ Hebræos, ſed etiam alienigenas gentes, me utiꝫ & alia præbẽte tibi, & his qui de te naſcituri ſunt. Erit autem etiam ei frater huiuſmodi, qui meum habeat ſacerdotiũ, & ipſe & qui de

Præſagiũ de Moſe.

Exodi 1.

eo fuerint cuncto tempore procreati. Dum ergo hæc illi uiſio fuiſſet oſtenſa, ſurgens Ammiramis indicauit hoc Iochobel uxori ſuæ, maiórq; timor eis alloquio huius uiſionis inſtabat. Non enim de filio ſolummodo eis eſſe uidebatur formido, ſed etiam pro magnitudine futuræ felicitatis. His tamẽ quæ prænunciata fuerant à deo, fidem partus præbuit, mulieriſq; cuſtodes latuit per conceptus ſui ſilentium, ex eo quod nõ uehementer ei dolores inſiſterent. Et tribus quidem menſibus apud ſemetipſos occulte nutrierunt infantem. Deinceps autem metuens Ammiramis, ne captus regiæ iræ ſuccumberet, & ipſe cum puero deperiret, & dei prouidentiã excluderet, deliberauit potius hoc modo pueri conſulere ſaluti, prouidentiámque latendi hanc eſſe iudicauit. Nam illud erat incertum, cum periculum immineret non ſolum puero, qui occulte nutriebatur, ſed etiam nutrienti: deúmq; iudicauit omnem habiturum cautelam, quatenus in nullo quæ promiſerat eſſet mendax. Hæc cogitantes, uas rotundũ ex uimine complicitum, uelut alueoli magnitudine præpararunt, quod ſufficeret ut infans ibi ſpatioſe iaceret.

Trium menſium Moſes exponitur.

Deinde unxerunt illud bitumine. Natura nanque bituminis eſt, ut in uiminalibus uaſculis acceſſum aquæ poſſit coërcere. Illic ergo mittentes infantem, & circa fluuiũ ponentes, eius ſalutem domino reliquerunt. Et fluuius quidem eum ſuſcipiens deportabat. Maria uero pueri ſoror, matris iuſſione cuſtodiebat, quò illud uaſculum portaretur intendens. Tunc itaq; deus oſtendit, humanam prouidentiam nihil eſſe: ſed omnia quæcunque uult ipſe fieri, effectum optimum protinus adipiſci: nec prævalere quidem eos, qui pro ſua cautela alios quoſcunque cõdemnare nituntur, interitu multoq; ſtudio quod implere conantur, cum inopinabiliter illi ſaluentur, & penitus ex medio periculorum inueniant ereptionem, dei ſolius uoluntate. Tale ergo aliquid circa hunc infantem geſtũ, aperta uirtute dei probatum eſt.

De Thermut filia Pharaonis.

Thermut igitur erat filia regis, hæc dum luderet circa littus fluminis, portari à fluuio illud uas conſpiciens, præcepit ut ad ſe ille alueus portaretur. Venientibus autem qui ad hoc fuerant deſtinati cum alueolo, uidens infantem ualde gauiſa eſt, propter pulchritudinem & ſpeciem eius. Tanto enim ſtudio deus circa Moſen uſus eſt, ut ab ipſis qui propter eius nativitatem decreuerant interimere omne genus Hebræorum, alimento & cura dignus haberetur. Iuſſitq; mulierem adduci Thermut regis filia, quæ daret infanti mamillam. Quò non accedente ad illius ubera, ſed euitante, & hoc in multis mulieribus faciẽte: Maria his aſſiſtens quæ fiebant, non ut quaſi ex opere uideretur, ſed inter alios aſtare, ait: Fruſtra ò regina has mulieres ad nutrimentũ uocas, quæ nullam ad eum cognationem habent. Si uero aliquam Hebræarum mulierum adduci præceperis, puta tanquam contribuli ſuæ, poterit ubera excipere. Cúmq; putaretur bene dixiſſe, iuſſit hanc abire, ut aliquam quæ lactare eum poſſet adduceret. Illa uero accepta huiuſmodi poteſtate, reuerſa eſt, ducens matrem nulli cognitam, infánsq; grate quodammodo ad eius acceſſit ubera, & ſupplicante regina commiſſum eſt ei cum omni diligentia pueri nutrimentum. Cui ſecundum euentum rerum, nomẽ impoſitũ eſt, eo quod de flumine ſit ſaluatus. Aquam enim Moy Aegyptij uocant, Eſis uero ſaluatus. Componentes itaque hoc ex ambobus, Moſes ei nomen impoſuerunt, id eſt, ex aqua ſaluatus. Et erat indubitanter ſecundum dei proloquium.

cium,prudentiæ magnitudine & laboribus ſapientium Hebræorum nimis in-
duſtrius.Huic igitur Abraham pater ſeptimus erat. Erat enim iſte Ammiramis filius,qui fuit ex patre Chaath,qui natus eſt de Leui:Leui uero de Iacob,qui fuit ex Iſaac filio Abraham.Erat aũt ei ſapientia nõ pro ætate conceſſa,ſed ſua menſura multo ſuperior,& ſeniorem huius rei facultatem in infantia demonſtrabat, maiorémq; ſpem actio eius iam tunc,quàm uiri perfecti gerebat. Et cum trimus fuiſſet effectus,deus mirabiliter eius ſtaturæ eleuauit ſpatium. Nam quantum ad ſpeciem,nullus erat ita ſeuerus, ut Moſen uidens,eius pulchritudinẽ nõ amaret: multiſq; contingebat,dum eum cernerent per plateam ferri, ut conuerterentur quidem ad aſpectum pueri,& ea in quibus uidebantur ſtudium habere, deſererent, delectati potius eius uiſione. Erat enim in eo infantilis multa gratia, & excellenter circa eum ac decenter exiſtens, retinebat inſpicientes. Hunc ergo cum talis eſſet,Thermut ſibi filium adoptauit,cum ſobolem legitimam non haberet.

Moſes ſeptimus ab Abraham.

Pulchritudo Moſi.

Et cum aliquando portaſſet Moſen ad patrem,oſtendebat eum, quaſi de ſucceſſione cogitaret,ſi uoluntate dei proprium filium non haberet,dicebátq; : Nutriui infantem forma diuinum,& prudentia ualde fortiſſimum, mirabilitérq; de fluminis gratia condonatũ,quem meũ quidem decreui filium eſſe, tui uero imperij ſucceſſorem. Hæc dicens,poſuit in manibus patris infantem.Ille uero ſumens eum,& ad pectus applicans per amorem, pro filiæ gratia impoſuit ei diadema: Moſes autem conuoluens illud proiecit in terram, quaſi per infantiam, calcauitq; ſuis pedibus,quod regi ferre uidebatur augurium. Contemplatus autem ille ſacrorum ſcriba, qui eius natiuitatem prædixerat,ita futurum ad humiliationem principatus Aegyptij : impetũ fecit ut eum occideret,& terribiliter damans, ait : Hic eſt ille puer ò rex, quem nobis deus occidendum oſtendit, ut de cætero timore careamus. Teſtimonijs enim oſtenditur,quod tuum inuaſurus eſt principatum.Iſto nanq; perempto,Aegyptijs quidem timor eius tolletur: Hebræis autem ſpes confidentiæ,quam propter eum habere creduntur,auferetur.Quæ cum dixiſſet, uix prævaluit eum abripere Thermut, cum etiam rex ſegnior eſſet ad eius necem, deo eum huiuſmodi propter prouidentiam ſalutis Moſaicæ faciente.Alebatur itaq; multa ſolicitudine, & Hebræis quidem ſpes in eo erat optima circa cuncta,ſuſpicionem uero eius crementum generabat Aegyptijs.Et cum nullus eſſet certus,uel ſi rex occideret infantem,aut cognatum per adoptionem faceret, aut aliorum quilibet, quid amplius Aegypti uerſutiæ uel utilitati prodeſſet, ex quo iam non metuerunt de præſcientia futurorum, abſtinebant omnes ab eius nece.

De diademate Pharaonis.

Poſtquam creuit Moſes,iniunctũ eſt ei bellum Aethiopicũ:ubi bello feliciter geſto, copulata eſt ei filia regis Aethiopum matrimonio. Vnde odiũ & inuidiam magnam contraxit Aegyptiorum. Caput X.

MOſes itaque prædicto modo natus atq; nutritus eſt, & tranſiens ad ætatem perfectam, Aegyptijs formam ſuæ uirtutis oſtendit: & ad humiliationem quidem illorum,augmentum uero Hebræorum factum eſt, ut huiuſmodi occaſio proueniret. Aethiopes cum ſint proximi Aegyptijs, negotia ſua in eorum regionem portabant,& referebant Aegyptiorum.Illi uero irati caſtrametati ſunt,

Exod. 2.

ti ſunt,uindicaturi contemptum: prælióq; commiſſo deuicti,alíj quidem ceciderunt,alíj uero turpiter domum reuertentes euaſerunt. Secuti ſunt autem Aethiopes, & arbitrati illos defeciſſe: præſumptione ſua omnem Aegypti prouinciam obtinere potius exarſerunt: guſtantésq; eorum bona,ab eis ſe non abſtinebant. Cúmque uicinas partes adeuntibus non præſumerent repugnare,acceſſerunt uſque ad Memphim & mare, nulla ſcilicet ciuitate reſiſtere prævalente. His ergo magis obſtricti,ad reſponſa & diuinationes Aegyptíj ſunt cõuerſi:& deo eis præbente conſilium,ut auxiliatore uterentur Hebræo,iuſſit rex filiæ, ut daret Moſen ducem à ſe conſtituendum. Illa uero ſacramentis acceptis, ut nihil ei fieret mali, tradidit Moſen: pro magno quidem beneficio iudicans eius auxilium, & annihilans ſacerdotes,qui eum uelut hoſtem prædixerant occidendum,quaſi neſcientes,eo quod aliquando utile foret eius auxilium. Moſes uero à Thermut exoratus, ſimul & à rege, libenter ſuſcepit hoc opus. Gaudebant ergo ſacri utriuſque gentis ſcribæ: Aegyptiorum quidem, tanquam & hoſtes ſuos illius uirtute deuincerent,& ipſum Moſen dolo comprimerent: Hebræorum autem, tanquam hæc eis occaſio foret,Aegyptios omnino diffugere, quod Moſes eorum dux eſſet. Ille uero antequam hoſtes cognoſcerent eius inuaſionem, ſumens ducebat exercitum,non per fluuium iter faciens,ſed per terram: ubi ſapientiæ quoq; ſuæ mirabile fecit indiciũ. Nam cum terra iter agentibus ualde ſit ſæua, propter reptilium multitudinem,quia illíc omnia hæc naſcuntur: ita,ut etiam quæ apud alios non ſunt,illa ſola nutriat terra,uirtute atque malitia & aſpectu ſolito differentia: quorum ſunt aliqua etiam uolatília,ut cum de terra nocere nequeant,ſuperuolando non prouidentes occidant. Moſes itaque pro cautela exercitus, & itinere eorum innoxio,hoc mirabiliter adinuenit. Plectas enim ex papyro fecit in modum arcarum, eásque complens de ibidibus ſecum portabat. Hoc autem animal ſerpentibus inimicum eſt,fugiunt enim eas aduenientes: & cum ſe celare uoluerint, flatu uelut ceruorum arreptæ deuorantur. Ibides autem ſunt ualde manſuetæ, & generi tantum ſerpentino feroces. Et de his quidem prætereo nunc ſcribere, nõ ignorantibus Græcis quale ſit genus Ibidis. Dum uero ad terram nutricẽ beſtiarum ueniſſent,per eas (ut dixi) naturam ſerpentum expugnabant,eiſque uelut aduerſus hoſtes utebãtur. Hoc ergo modo iter agens,antequã Aethiopes agnoſcerent ſuperuenit: & congreſſus cum eis,pugna deuicit,ſpémq; quam habebant contra Aegyptios & eorum ciuitates abſtulit: ibátque ſubuertens omnia, & terram Aethiopum maxima uirtute uaſtabat. Tunc per felicitatem Moſeos, cum de labore ſuo guſtaſſet Aegyptiorum exercitus,fatigationem minime ſentiebat: tanquam præter eum, ſeruitutem & nouiſſimum ſubuerſionis periculum potuiſſent Aegyptíj ſuſtinere. Poſtea aũt inſequentibus Aegyptíjs,cunctos Aethiopes in Saba ciuitate regia Aethiopiæ, quã poſtea Cambiſes Meroinden nominauit à ſororis ſuæ nomine,obſidebant. Erat enim ualde inexpugnabilis locus ille,cũ & Nilus circundaret eum & circuncluderet: & alia flumina Aſtabus & Aſtaburas,fluctus difficiles obíjcerent eis, qui illíc tranſire tentarent. Ciuitas enim interior exiſtens habitabatur, ut inſula muro circundata ualde fortiſſimo. Et contra hoſtes quidem propoſitos habet fluuios, foſſata uero grandia inter muros &

De natura Ibidum.

flumina

flumina ſunt,quatenus inundari non poſſet ciuitas,aquæ illic uiolentia deportata. Hæc ergo res etiam illa flumina tranſeuntibus difficilem faciebat ciuitatis inuaſionem. Cum ergo grauiter ferret Moſes ſegnitiem exercitus,quando hoſtis nequaquam ad manus uenire præſumeret, tunc tale aliquid prouenit: Tharbis filia regis Aethiopum fuit. Et dum hæc Moſen circa muros exercitum applicantem,fortitérq; pugnantem uideret,eius efficaciam experientiamq; mirata,& deſperantibus iampridem Aegyptijs,libertatis autorem eum fore bono ſuæ felicitatis exiſtimans,Aethiopibus ſcilicet exultantibus in his quæ contra eos geſſerant, eumq; tunc in periculis exiſtentem conſpiciens,in amorem eius eſt lapſa crudeliter: & cum paſſio præualeret,miſit ad eum fideliſſimum ſeruulorum, ut ei de nuptijs loqueretur.Illo uero eius ſermonem ſuſcipiente,ut traderet ciuitatem, præbitisq; fœderibus,ut & uxorem eam duceret:& ciuitatem obtinens,nequaquam pacta tranſcenderet: effectus uerba præuenit: & poſt necem Aethiopum gratias agens deo Moſes nuptias celebrauit,& Aegyptios in propriam terram reduxit. Illi uero ex quibus ſaluabantur à Moſe,ex his odium aduerſus eum habebant, & feruentioribus aduerſus eum conſilijs utebantur,arbitrantes non propter bonos actus eum in Aegypto ita creuiſſe: innotuerúntque regi,quid de facta cæde prouenerit. Ille ſiquidem apud ſe induſtriam uiri continuit: inuidia uero ductus Moſeos, & oppreſſionis ſuæ formidine tractus, compulſusq; à ſacris ſcribis, nitebatur Moſeos nece graſſari.

Moſes cognitis inſidijs regis Aegypti,latenter effugit: & ueniens in Madian,habitauit cum Rahuele ſacerdote,cuius filiam accepit uxorem. Caput XI.

QVi dum cognouiſſet eius inſidias, latenter effugit: & itineribus obſeſſis, per deſertum fugam ſuam expleuit. Dumq; ei ciborum eſſet inopia,uiribus tolerantiæ præualebat: uenienſq; ad ciuitatem Madian,circa mare rubrum poſitam, cognomentum tum habentem ab uno filiorum Abraham de Cetura progenito, ſedens ſuper quendam puteum,ex labore & miſeria quieſcebat exiſtente meridie,non procul à ciuitate. Quò ei actus acceſſit huiuſmodi ex uſu prouincialium,qui cumulum eius uirtutis oſtendit,occaſionem ad meliora præbens. Nam cũ ſint loca inaquoſa,præcedebant paſtores,ne forte è puteis aqua exhauriretur ab alijs,& oues potu neceſſario priuarentur. Aſtiterũt itaq; tunc ad puteũ ſeptem uirgines ſorores, Rahuelis filiæ ſacerdotis, qui multo honore apud prouinciales habebatur. Quæ gregum patris curam agentes,eo quod hoc miniſterium etiam mulieribus regionum ſit Troglodytarum,ſufficientem aquam de puteo leuauerunt, expectantes ut greges ſuos abundanti irrigatione ſatiarent. Superuenientibus uero paſtoribus,& uirgines expellentibus,ut aquam ipſi occuparent,Moſes crudele iudicans puellas deſpicere,iniuſtitiam patientes, uiolentiámque uirorum ſinere potiorem quàm iuſtitiam uirginum: illos quidem prohibuit uiolentos eſſe,uirginibus autem opportunum præbuit adiutorium. Quo beneficio impetrato,uenerunt ad patrem,iniuriamq; paſtorum narrantes, & ſolatium ſibi exhibitum peregrini,rogabant ne eius benefactum illi eſſet uacuum,ne retributione debita priuaretur. Ille autem & filias approbauit,circa benefactorem ita ſtudentes,& Moſen iuſſit ad uultum ſuum adduci, iuſtiſſimæ gratiæ recompenſans præ-

Exodi. 2.

De filiabus Rahuelis.

ſans præmia meritorum. Cumq; ueniſſet, & filiarum teſtimonium ei de ſuo ſolatio dedaraſſet, eius uirtutem admiratus, non fore eius auxiliũ bona ſine recompenſatione dicebat, ſed idoneum ſe ad reddendam gratiam: ita ut magnitudinẽ recompenſationis, menſuram poſſit tranſcendere benefacti. Fecitq; eum quaſi filium, & unam filiarum dedit ei uxorem, gregumq; ſuorum (in quibus omnis erat antiquis barbaris poſſeſſio) eum uoluit habere curam atq; dominium. Et Moſes quidem dum hæc impetraſſet à Gechegleth (hoc enim cognomen erat Rahueli) degebat ibi eius paſcendo greges.

De rubo qui uidebatur Moſi quaſi arderet, qui tamen non comburebatur: ubi audiuit mandatum diuinum, ut reuertens in Aegyptum, liberaret filios Iſrael de oppreſſione Aegyptiorum. Caput XII.

Exod. 5. POſt hæc aũt tempora, dum paſceret gregẽ, in montẽ qui uocatur Sina ducebat oues, qui mons eſt excelſus, & ad paſturas egregius, optimas herbas habens. Hic enim dum eſſet opinio habitare deum, primitus nemo paſcebat: quia paſtores minime illuc ambulare præſumebant, quò tamen prodigium ei mirabile nimis apparuit. Ignis nanq; depaſcens rubi uiriditatem, eiusq; florem, tranſijt innoxius: fructiferosq; ramos nullo incendio diſſipauit. Cumq; utique flamma uehemens & uelociſſima nimis eſſet, ille autem etiam ipſam uiſionem inopinabilem formidatus obſtupuit, & potius dum uocem ignis emitteret, & nomine eum uocaret, uerbáq; facere uideretur: quibus etiam fiduciam eius præſumentis accedere ad loca, ubi nullus hominum primitus ambulaſſet, eo quod diuina eſſent, redarguit: eiq; ſuaſit, ut procul ab igne recederet, & ut ſufficerent ei quæ uiderat, cum eſſet bonus uir, magnorúmq; uirorum proles, nihilq; amplius indagaret: Prædicebátq; futuram ei gloriam & honorem apud homines, deo præſente: iuſſitq; ut cum fiducia abiret in Aegyptum, dux & princeps futurus multitudinis Hebræorum, & cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus. Nam & terram, inquit, habitabunt hanc ualde felicem, quam habitauerat pater ueſter Abraham, omnibusq; adepturi ſunt bonis, ad hæc utiq; eos te tuáque ſapientia deducente: iuſſitq; ut educens Hebræos ex Aegypto, ſacrificium gratiarum actionis ueniẽs ad illa loca celebraret. Hæc ergo ex illo igne diuina uoce prolata ſunt. Moſes autem obſtupeſcens in his quæ uiderat, & multo potius quæ audierat: Virtuti, inquit, tuæ non credere domine, quam & ipſe colo, & maioribus meis apparuiſſe non dubito, ueſaniſſimum ſecundum meam ſapientiam eſſe puto. Verum tamen hæſito, quemadmodũ uir ignarus, & nullius uirtutis idoneus, aut ſuadeam uerbis, quatenus cognati relinquentes terram quam nunc inhabitant, me ſequantur, ad quam ipſe eos deducam: aut uel ſi ipſis ſatisfiat, quomodo potero exigere Pharaonem ut dimittat Hebræos, quorum laboribus & operibus uirtus eius felicitatis augetur. Deus autem eum in omnibus confidere, ſeq; ei adeſſe promittens, & ubi quidem opus eſſet ſuaſione, uerba præbiturum: ubi autem operibus, uirtutem miniſtraturum: iuſſit ut bacculo in terram proiecto fieret Exod. 4. ſerpens, quo ſigno crederet promiſſa ſe percepturum. Hoc dum feciſſet, draco repebat conuolutus ſpiris ingentibus: & tanquam contra perſequentes, ſuum caput

Rubũ ardentem Moſes uidet.

Verba Moſi ad deum.

caput ſæuiſſimum inſurgebat, qui deinceps factus eſt uirga. Poſt hoc uero mittere eum dextram in ſinum præcepit: obediénsque, candidam & uelut niuei coloris eam protulit: poſt quod tamen ad ſolitum eſt reuerſa. Iuſſuſque iterum aquam de proximo ſumere, eámque in terram proiícere, uidit eam colore ſanguineo factam: mirantémque in his confidere præcipiebat deus, & adiutorem ſibimet eum noſſe maximum, & ſignis his ad credendum apud omnes uſurum: dicebátque: Miſſus à me, ſecundum mea mandata facies uniuerſa. Iubeo ergo te in nullo tardantem ad Aegyptũ feſtinare, die noctúq; laborare, ne tua tarditas maius tempus faciat Hebræos in ſeruitute conſiſtere. Moſes autem non diffidens in his quæ promittebat diuinitas, inſpector utique talium iudiciorum, & auditor factus orabat, ut hac uirtute eodem modo experiretur in Aegypto: ſupplicabátque ne nominis ſui deus notitiam ei celaret, ut dum uoce eius particeps fuiſſet pariter & aſpectu, inſuper agnoſceret & uocabulum: quatenus ſacrificans nominatim eum adeſſe hoſtiis ſupplicaret. Et deus quidem ei ſuam ſignificauit appellationem, quam primitus homines nequaquam uidebantur audiſſe, de qua mihi dicere non eſt fas. Moſes itaque illa ſigna non tunc ſolummodo, ſed ſemper & ubicunque contigerat faciebat. Ex quibus omnibus plus maiorem ueritatem ſignis diſtribuens, deúmque propicium & ſuffragatorem habiturum ſe credens, & domeſticos ſe ſaluare ſperabat, & Aegyptios malis afficere.

Moſes regreſſus eſt in Aegyptum ſecundum mandatum domini: ubi faciens ſigna & prodigia maxima, eduxit filios Iſrael de Aegypto in manu ualida. Caput XIII.

AVdiénsq; Aegyptiorum regem Pharaonem eſſe defunctum, ſub quo ipſe diffugerat, petiit Rahuel, ut eius permiſſu pro utilitate cognatorum iret in Aegyptum: ſuménsq; Sephoram quam habebat uxorem filiam Rahuelis, & filios quos habebat ex ea, Gerſum & Eleazarũ, tetendit ad Aegyptum. Nominũ uero horum eſt ſignificatio: Gerſus quippe Hebræa lingua ſignificat, in terra peregrina: Eleazarus autem, qui adiutore patrio deo uſus, Aegyptios effugiſſet. Cũ uero ueniſſet iuxta montem, frater Aaron occurrit ei, deo iubente. Cui Moſes ſignificauit, quæ in monte contigerunt, pariter & diuina mandata. Procedentibus autem eis, occurrerunt nobiles Hebræorũ, eius præſentiam cognoſcentes. Quibus Moſes, quoniam uerbis ſuadere non poterat, ſigna ſibimet oſtenſa monſtrabat. Illi uero ſtupore eorũ quæ inopinabiliter inſpiciebãt, omnino credebãt, & ex omnibus erant in ſpe maxima conſtituti, deo ſcilicet, eorũ prouidente ſecuritatẽ. Exod. 4.

Moſes cũ uxore & filijs tẽdit ad Aegyptum.

Dum uero iam obedientes haberet Hebreos Moſes, promittentes ſecuturos ſe quæ iuberet, libertatémq; reſpicere, uenit ad regem illũ qui nuper ſuſceperat principatum: & in quocunq; iuuerat olim Aegyptios ab Aethiopibus cõpreſſos, cũ fuiſſet eorũ direpta prouincia, declarauit: & quia militia & laboribus magnis uſus tanquam pro ſuis, poſt diuerſa pericula nõ dignam retributionem acceperit, intimauit: pariter etiam quæ illi in monte Sina contigerant, deiq; uoces, & ſigna ſingula ab eo monſtrata propter fidem rerum, decenter expoſuit, rogauitq; Exod. 5.

Exod. 7. ne diſcredens in his,impedimentum dei faceret uoluntati. Deridente uero rege, Moſes opere fecit,ut conſpiceret ſigna,quæ fuerant in monte Sina monſtrata. Ille ergo dedignatus,illum quidem malignisſimum appellauit,& prius Aegyptiorum fugisſe ſeruitium,& nunc pro ſeductione remeaſſe: & prodigiorũ opus, ſtuporemq; factum,magicarum artium appetisſe remedia. Cumq; hæc dixisſet,iuſſit ſacerdotes eaſdem quas ille, facere uiſiones: tanquam Aegyptij etiam in hac diſciplina ſapientes exisſterent,& quaſi non ſolus Moſes peritus esſet rerum,quas ipſe per deum posſet explere:ut quod erat ualde mirabile, ſi etiam ab alio fieret, oſtenderetur,quomodo humana doctrina conſtaret. Et ponentibus illis uirgas, dracones ſunt facti. Moſes autem non expauit,ſed ait: Nec ego quidem ò rex, Aegyptiorum deſpicio ſapientiam:ſed tanto melius à me hæc quàm horum magica arte ſunt facta,quanto conſtat humanis diuina esſe meliora. Oſtendam uero, non artibus magicis,nec errore,ſed ſubſistere ueritate,quæ mihi ſunt dei prouidentia & uirtute patefacta. Cúmque hæc dixisſet,proiecit uirgam in terram, iuſſitq; eam ut in colubrum uerteretur. Illáq; obediens,etiam Aegyptiorum uirgas,quæ uidebantur esſe dracones,deuorauit inſiliens donec conſumeret uniuerſas. Quam in ſuo ſchemate redeuntem,denuo ſumpſit Moſes. Rex autem nihil maius in hoc actu ſe uidisſe ſimulauit,ſed iratus,& in nullo eum dicens præferri Aegyptiorum ſapientiæ atq; integritati,iuſſit ei,qui ſuper Hebræos uidebatur esſe conſtitutus,ut nullam eis præberet requiem, ſed maioribus quàm prius eos malis affligeret. Ille uero cum prius eis paleas præberet ad lateres, nihil dedit ulterius: ſed die quidem operibus eos faciebat affligi, nocte uero paleas congregare. Et cum eis duplex hoc malum exisſteret,& ærumna per illum crudelior inſtitisſet,ille neq; minis regis fatigatus eſt,neq; increpationibus cesſit Hebræorum:ſed animam ſuam conſtituit ad utraq;,ut & laboraret, & libertatem cognatis acquireret: ueniensq; rurſum ad regem,ſuadebat ei, ut dimitteret Hebræos ad montem Sina,ſacrificaturos deo. Hoc enim deum præcepisſe dicebat, & in nullo contradicendum iuſſionibus illius exorabat: deumq; propitium fore cunctis, ſi eos dimitteret egredi: ne prohibendo illos,ſibimet reputaret patiendum, quæcunq; patiuntur,qui dei præceptionibus contradicunt:quando eis qui iram in ſe cõmouerint diuinam,ex omnibus oboriuntur aduerſa. Ex quibus utiq; neq; terra neq; aër ſuauis exisſtit,nec ſoboles eorũ naturali modo progreditur,ſed inimica omnia & aduerſa ſentire Aegyptios edicebat, & Hebræorum populum abire ex eorum prouincia etiam illis nolentibus affirmabat. Rege uero Moſeos deſpiciente ſermones,nullámq; conuerſionem ſui ad talia faciente,paſſiones peſſimæ,quas ſingulas explanabo,Aegyptios inuaſerunt:nec prius flectebantur quàm eorum experimenta perciperent:ſimul & quia uellet deus Moſen in nullo eorum quæ prædixerat monſtrare fallacem: & quia prodeſſet hominibus,ut diſcerent obſeruare & facere ea, in quibus non posſet offendi diuinitas:ne ad iracundiam conuerſus, in eorũ inquitatibus ulciſcatur. Fluuius enim eis ſanguineus dei uoluntate profluxit,& qui bibi non posſet,cum fontem aquarum alium non haberent. Et non colore ſolummodo talis erat, ſed etiam ſe cõtingentibus dolores & amarũ gemitum inferebat: Eratq; talis Aegyptijs, Hæbræis autem dulcis & potabilis exisſtebat, li-

bat,licet naturaliter uideretur eſſe mutatus. In hoc miraculo rex timens atq; hæſitans propter Aegyptios,abire permiſit Hebræos. Exod. 8. Cúmq; malum aliquo modo fuiſſet releuatum,rurſus ſententiam permutauit,nec eos permiſit abire. Deus autem,illo contemnente poſt calamitatis ablationem, & nolente à ſua malitia ſe temperare,aliam Aegyptijs intulit plagam. Plaga ranarũ. Ranarum nanq; infinita multitudo eorum terras late depaſta eſt,plenúsq; erat his etiam fluuius: & polluebatur eorum potus,& animalibus ibi putreſcentibus fœtor cunctis noxius exhalabat ex aqua: erátq; cuncta regio huiuſmodi malo plena,ebullientibus ranis & morientibus: quæ etiam domeſtica eorum habitacula ualde uexabant:dum in cibis eorum & poculis ſæpius inuenirentur: & in cubilibus eorum inhabitantes,fœtórq; crudelis erat & abominabilis,morientibus ranis ac putreſcentibus.Dum his ergó malis Aegyptij premerentur, iuſſit rex Moſen tollentem Hebræos abſcedere. Cúmq; dixiſſet hoc,repente ranarum exterminata eſt multitudo, & terra ſimul & fluuius in ſuam reuerſi ſunt naturam. Pharao uero mox ut paſſionibus terra priuata eſt,oblitus calamitatis illius,rurſus retinuit Hebræos: & tanquam ſi plurimas paſſiones experiri uellet,nequaquam dimiſit Moſen populúmq; diſcedere, quando prius timore potius quàm prudentia eos abire decreuerat. Plaga uermium. Rurſus ergo alterius mali percuſſione,eius fallaciam diuinitas uulnerauit. Pediculorum nanq; innumera multitudo Aegyptijs pullulauit, ex interioribus ebulliens, ex quibus malis male conſumebantur: neq; lauacris,neq; medicamentorum unguentis genus eorum exterminare prævalentes.Ob hanc ergo peſtem rex Aegypti turbatus,metuensq; ſimul peſtem ſui populi,licet fatue uerecundiam ſe deuicti uiri putaret habiturum,cogebatur tamen à malo temperare, & Hebræis conceſſit egreſſionem. Cúmq; hoc iterum leuigaretur,filios & uxores obſides reuerſionis ſuæ eos relinquere ſanciebat. Vnde iritauit potius deum, credens ſe eius quoq; prouidentiam fallere,ſicut etiam Moſen. Sed ipſum latere non potuit Aegyptum punientem propter Hebræos. Beſtiarum paſſio. Beſtijs nanq; multigenis & multimodis, quarum aſpectibus nullus occurrit,eorum primum impleuit regionem,quibus & ipſi conſumebantur,& terra agricolarum cultura nudabatur.Siquis enim primarum paſſionum malis euaderet, hoc languore & interitu hominũ talia ſuſtinentium ſuccumbebat. Exod. 9. Cúmq; Pharao neq; ſic dei iuſſionibus obediret, ſed uxores quidem abire cum uiris diceret, relinquendos uero filios poſtularet: non defuit deo, unde calliditatem eius diuerſis malis & maioribus ſuperuenientibus caſtigaret.Crudeliter nanq; eorum corpora uulnerabantur interius corrupta,& ita paſſim Aegyptiorũ multitudo conſumebatur. Grandinis oppreſſio. Rege uero neq; hac plaga temperante, grando uehemens (cum neque prius in Aegypto aër aliquid tale protulerit, neq; ſimilis apud eos hyemis tempore deſcenderit) maiórq; quàm apud habitatores boreæ partis & ſeptentrióalis aëris rigore defertur,effluxit,& fructus eorum uſquequaq; contriuit. Locuſtarũ uaſtatio. Deinde genus locuſtarum,germen quod nõ fuerat conſumptum grandine,deuorauit:ut eis generaliter ſpes terrenorum fructuum deperiret.Sufficiebat nanque,quemlibet ſine calliditate fatuũ, etiam ea quæ prædicta ſunt mala,ad intellectum & cogitationem utilitatis adducere. Exod. 10. Pharao uero nõ tantum imprudens,quantũ malignus, ſentiens cauſam,deo tamen

contradi-

contradicebat: iuſſitq; Moſen cum uxoribus ſuis Hebræos abducere, facultatem uero eis deſerere, eorúmq; depopulandas domos. Moſe uero non acquieſcente ita dimitti eos, quos oporteret deo ſacrificiū de ſuis rebus offerre, cū propter hanc cauſam multo tempore moraretur, tenebræ profundiſſimæ & partem luminis non habentes, Aegyptijs ſunt diffuſæ: pro quibus & uiſus eorum aëris craſſitudine dauſi ſunt, eóſq; mori miſerabiliter compulerunt. Metuebant enim ne caligine ſimul abſorberentur. Deinde his excuſſis, poſt tres dies totidémq; noctes, dum nullatenus pœnitentiam ageret Pharao, propter egreſſum Hebræorum, accedens ad eum Moſes ait: Quouſq; inobediens eris uoluntati dei? Iube dimitti Hebræos. Non poteris enim aliter ab his malis eripi, niſi hæc uolueris implere. Rex autem iratus in his quæ fuerāt dicta, minatus eſt eius ſe caput auferre, ſi ad eum ob hanc importunitatem denuo remearet. Tunc Moſes, nequaquam ſe de his uerba facturum, dixit, ſed illum ipſum cum proceribus Aegyptiorū deprecaturum fore, ut Hebræi diſcederent. Et ille quidem cum hæc dixiſſet, abſceſſit. Deus autem oſtendens adhuc una plaga feriendos Aegyptios, ut dimitterent Hebræos, iuſſit Moſen præcipere populo, ut ſacrificium paratum haberent: eſſentq; præſtructi decima die Xantici menſis ad quartamdecimam (qui menſis apud Aegyptios quidem Parmuthi, apud Hebræos autem Niſan uocatur, Macedones uero Xanticum eum appellant) & egreſſuros Hebræos, omniáq; portaturos aſſeruit. Et ille quidem præparatos iam habens ad egreſſionem Hebræos, & conſtitutos per tribus, ibidem retinebat. Cum autem inſtaret quartadecima dies, omnes ad egreſſionem tendentes, & immolantes ſanguinem, domus proprias hyſſopi frondibus emundabant. Cúmq; cœnaſſent, reliquias carniū egreſſuri concremabant. Vnde hactenus ſecundum hunc morem ita ſacrificamus. Illámq; feſtiuitatem paſcha uocauerunt, quod ſignificat tranſcenſionem: eo quod illa die deus tranſcendere eos peſtē uoluit, quæ ſcilicet Aegyptios uiſitauit. Mors enim primogenitorum ita Aegyptijs facta eſt, ut plurimi procerum congregati circa regalia, Pharaoni perſuaderent, quatenus Hebræos ſub uelocitate dimitteret. Qui uocatum Moſen abire præcepit: arbitratus ut ſi de prouincia recederent, Aegyptus ab imminenti caſtigatione ceſſaret: muneribúſq; Hebræos honorabant, alij quidem ut citius egrederentur, alij uero propter uicinitatis eorum conſuetudinem. Et illi quidem egrediebantur, flentibus Aegyptijs, & pœnitentiam agentibus, eo quod eis fuerint ſic crudeles: tendebantq; ad ciuitatem nomine Lithus, quæ tunc erat deſerta, ubi Babylon poſtea fabricata eſt: dum Cambiſes Aegyptum deuaſtaſſet: celeritérq; iter agentes ad locum Beelſephon, tertia die ad mare rubrum uenerunt. Et cum propter deſertum nihil de terra poſſent habere ciborum, fermentata farina, azymis panibus, & modico tantummodo tempore coagulatis ueſcebantur: hiſq; triginta ſunt uſi diebus: longiori enim tempore eis non ſuffecerunt quæ tulerant ex Aegypto, cum iam is cibus ſub neceſſitate cuſtodiretur, nec ad ſatietatem eodem uterentur. Vnde & in memoriam illius inopiæ, feſtiuitatem octo dierum agimus, quæ dicitur Azymorum. Omnis itaque multitudo, mulierū pariter & infantum egreſſorū, conſiderantibus innumerabilis erat. Qui uero ætatem habebant aptam ad expeditū, ſexcenta milia erāt:

Tenebrarum caligo.

Exod. 11. & 12.

Denominatio primi menſis.

Paſcha.

relique

reliquerunt́q; Aegyptum menſe Xantico, luna decimaquinta, poſt annos trigin ta & quadringentos, quàm pater noſter Abraham ueniſſet in Chanaam: poſt Iacob autem aduentum in Aegyptum, anno ducenteſimo & quinto. Moſes autem erat quidem anno iam octogeſimo, frater autem eius Aaron tribus an nis maior extabat. Portabant́q; etiam oſſa Ioſeph, dum hæc ille filios ſuos face re præcepiſſet.

Quomodo Aegyptij pœnitentia ducti quod dimiſiſſent filios Iſraël, inſecuti ſunt eos uſq; ad mare rubrũ, quod diuiſum uirga Moſi præcipiente domino, ingreſſi ſunt filij Iſraël, & ſicco ueſtigio tranſierunt illud: Aegyptij autẽ perſequentes ingreſſi ſunt poſt eos, ſed reuertente mari in ſeipſum, ſuffocati ſunt fluctibus. Caput XIIII.

POrrò cum Aegyptios Hebræorum pœniteret egreſſus, dumq; rex grauiter ferret, tanquam ueneficijs Moſeos ſigna facta fuiſſent, deliberauerunt ſuper eos irruere. Et ſumentes arma perſequebantur eos tanquã reuocaturi, ubicunq; comprehendiſſent, nec eos ulterius deo committerent: ſeq; contra eos facillime præualere iudicabant, cum & inermes eſſent illi, & itinere fatigati. Et à ſingulis occurrentibus requirentes quò abirent, perſequi cum ſtudio feſtinabant, licet moleſta ſit illa terra iter agentibus, nõ ſolum expeditis, ſed etiam ſingulariter ambulantibus. Moſes autẽ per ea loca prouide ducebat Hebræos, ut ſiquidem pœniteret Aegyptios, & perſequi uellent Hebræos, ſuppliciũ malitiæ ſuæ, & tranſgreſſionis indubitanter exoluerent. Per Palæſtinam uero grauiter ferebat tranſire, propter antiquam moleſtiam, uolebat́q; quolibet modo latere pergens. Confinis enim eſt hæc Aegyptiorum prouinciæ, & propterea uia quidem ducente ad Palæſtinam, populum non eduxit: per deſertum uero multum agens iter, maláque perpeſſus innumera, ad Chananæam ſtuduit peruenire: inſuper & propter mandata dei, iubentis adduci populum ad montem Sina, illic ſacrificium oblaturos. Exodi 14.

Apprehenſis ergo Hebræis Aegyptij ad prælium parabantur: & multa uirtute perſecuti, concluſerant eos in paruulo quodam loco. Sexcenti enim currus perſequebantur eos, & equites quinquaginta milia, & ducenta milia pariter armatorum. Et itinera quidem dauſerunt quibus Hebræos fugere iudicabant, inter rupes intranſgreſſibiles eos & mare claudentes, ubi terminatur mons ex aſperitate uiarum nimis immenſus, & fugam eis penitus amputantes: à maritima nanq; & montis congreſſione Hebræos militibus obſederunt, os ipſius fugæ claudentes, ut egreſſum illis ad campeſtria denegarent. Ita tolerantes obſeſſionis modum erant Hebræi propter neceſſariorum egeſtatem, neq; fugæ facultatem habentes, armiſq; priuati: qui licet ſi pugnare uellent, eis ſpes rerum omnium uideretur amiſſa, niſi ſemetipſos traderent uoluntati Aegyptiorum. His ita factis, Moſen culpabant in omnibus: oblitiq; ſignorum, quæ eis fuerant à deo pro ſua libertate monſtrata, uſq; ad hoc uenerunt, ut etiam prophetam qui eis ſalutem promiſerat, ſua pro incredulitate lapidibus niterentur obruere, ſeq; tradere cogitarent: eratq; luctus & gemitus mulierũ & infantum, ante oculos habentiũ mortem: montibusq; ſe & mari claudentibus, ſimul & hoſtibus, & fugam nullatenus ex iſtis inuenientibus. Moſes aũt, licet eſſet in eum exaſperata multitudo, ipſe tamẽ nõ ceſſabat circa prouidentiã eorũ: ſed hæc omnia iactabat in deũ, qui

eis etiam

eis etiam iam alia quæ prædixerat, pro eorum libertate contulerat, & neq; in hoc eos relinquendos esse inimicis dicebat, neq; seruituros, neq; perituros, stansq; in medio ait: Nec hominibus quidem bene conuersantibus circa nos iustũ erat nõ credere: de dei uero prouidentia uos desperare opus non est, à quo nobis omnia prouenerunt, quæcunq; per me ad salutem & libertatem seruitutis uestræ, neque sperantibus compromisit: cum in hæsitationem sicut putatis uenientes, oporteret nos dei adiutorium sustinere: cuius opus erit, etiam nunc in tali nos difficultate conclusos, ex desperatione sicut uos creditis habituros salutem, & ex hostibus libertatem, qui fortitudinem utiq; suam circa nos est ostensurus, & prouidentiam facturus. Non enim in paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet accommodare, sed potius in quibus humanam spem ad meliora non uidet accedere. Vnde tanto auxiliatori credentes, cui uirtus est etiam parua grandia facere, & tantarum infirmitatem rerum suo munimine roborare, nolite Aegyptiorum arma metuere: nec quia mare & posteri montes uiam fugæ prohibent, propterea salutis spatia desperare. Fient uobis & hæc quasi campi dei prouidentia, & pelagus conuertetur in terram. Cumq; hæc dixisset, ducebat eos ad mare, Aegyptijs intuentibus. Erant enim è diuerso positi, & labore persecutionis affecti. Ideoq; in crastinum differre prælium utile fore credebant. Dum uero Moses uenisset ad littus, sumens uirgam rogabat deum, & auxiliatorem atq; adiutorem inuocabat, dicens: Neq; tu quidem ignoras, quia effugere nobis mala præsentia nec fortitudine, nec auxilio licet humano: sed tu præbe aliquod salutare exercitui, tua uoluntate Aegyptum reliquenti. Tuum est enim in nos eripere: Quia nunc omni spe & auxilio desolati, ad tua solius subsidia conuolamus: & quicquid ex tua prouidentia nobis accesserit, quod nos ab Aegyptiorũ ira liberare nunc possit, inspiciamus: uelociterq; tuam nobis ostende uirtutem: & populum desperatione ruentem in peius, ad securitatem dignare & ad fiduciam pietatis erigere. Non enim in extraneis sumus, sed tuum quidem est mare, tuus & mons est qui nos circundat: ita ut hic aperiri te præcipiente, & pelagus conuerti possit in terram. Valebimus enim effugere, etiam per desertum: si tuæ placeat uirtuti, hac etiam nos parte saluare. Talia siquidem cum orasset, percussit uirga mare. Quod repente percussione incisum, & in se diuisum, terram reliquit nudam, ut Hebræis uia esset & fuga. Moses autem uidens ad destinationem dei & pelagus eis cessisse, propriam terram primus illic intrauit: & Hebræos, diuino itinere facto, periculum præsentium hostium euadere, & se sequi præcepit. Qui delectabantur in hoc, agebantq; deo gratias propter salutem, quæ per eum ultra modum rationis accesserat: quos iam nequaquam tardantes, sed cum festinatione pergentes, uelut sibi præsente deo, uesanos quidem primitus Aegyptij iudicabãt, & tanquam ad internicionem manifestæ mortis intentos. Cum uero uiderent eos illæsos abire, nullumq; impedimentum eis nec difficultates aliquas obuiare, persequi eos aggressi sunt, tanquam & illis pelagus ita quietum existeret. Præordinantes ergo equos, ingrediebantur in mare. Hebræi uero, illis se armantibus atq; tardantibus, ad terram contrà positam peruenerunt, sine aliqua passione illos effugientes. Quapropter illi audaciores effecti, persequebantur tanquam nec ipsi aliquid

Confidentia Mosi.

Oratio Mosi ad deum.

Diuisio maris rubri.

essent

essent passuri: cum nescirent Hebræis proprie factam, & non esse communem uiam: quæ utiq; pro salute periculum patiētium fuisset ostensa, & non propter eos qui ad perditionem illorum accedere festinabant. Cum uero Aegyptiorum exercitus omnis intrasset mare, rursus effusum est: & descendens uentorum procella, imbresq; simul è cœlo pariter descendentes, & tonitrua ualde grauissima, coruscationesq; labentes & fulmina, omnes comprehenderunt Aegyptios: nihilq; fuit uindictæ rerum eueniētium per iram dei ad perditionem hominum, quod eis minime tunc accessit: noxiosq; caliginose & fluctuose mare apprehendit. Et isti quidem ita sunt perditi, ut nemo ex Aegyptijs relinqueret. Hebræi uero neq; se retinere poterant gaudio inopinabili suæ salutis, & hostiū perditione firmissime liberati: quādo defecerant qui eos seruire coēgerunt, deumq; adiutorem suū inspiciebant. Et illi quidem periculum ita effugiētes, insuper & inimicos punitos sic esse respicientes, ut nulli unq; priorum hominum potuerint reminisci, hymnum tota nocte dixerunt. Moses autem in domini laudem & gratiarum actionē, canticum propitiationis eius hexametro composuit. Ego siquidem ut inueni in sacris libris, ita hæc singula quæq; tradidi. Nullus uero discredat uerbo miraculi: si antiqs hominibus & malitia priuatis, uia salutis liquet per mare facta, siue uoluntate dei, siue sponte reuelata: dum & eis qui cum Alexandro rege Macedoniæ fuerunt, olim & antiquitus à resistentibus Pamphilicum mare diuisum sit: & cū aliud iter non esset, transitum præbuit eis, uolente deo per eum Persarum destruere principatum: & hoc confitentur omnes qui actus Alexandri conscripserūt. De his itaq; sicut placuerit cuilibet existimet. Postea uero armis Aegyptiorū per fluctus & uiolentia uentorū allatis exercitui Hebræorū, Moses & hoc arbitratus dei permissione factū, ut neq; armis egerent, hæc exijt colligens, Hebræosq; his muniens duxit eos per desertū ad moutem, illic immolaturus deo: & pro salute multitudinis Hebræorum, ut dictum erat; munera redditurus in pace. Exo. 15.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER TERTIVS.

Quomodo Moses populum ex Aegypto sumens, duxit ad montem Sina, multo itinere fatigatum. Caput I.

IGITVR inopinabiliter Hebræi tali salute donati, graui iterum contristabantur, dum Sina ducerentur ad montem, essetq; regio ualde deserta, & necessariis alimentis ualde egena, & aqua difficilis: quæ non solum ut præberet hominibus aliquid indigebat, sed etiam nec aliqua ut aleret animalia erat idonea. Est em̄ sterilis, nullusq; nouus fructus ex ea ualet oriri. Per huiusmodi siquidem regionem necessario properabāt: quando unde irent ad aliam non habebant. Portabatur autem aqua ex locis iam transactis duce iubente, & ex ea expensa ad effodiendos puteos, cum labore propter terræ duritiam accedebāt: & cum inueniretur, erat impotabilis: sed amara simul & praua.

Hoc itaq; modo facientes iter circa meridiana, uespere uenerunt ad locum, quem propter aquæ malitiam Mar nominauerunt: Amaritudo enim Hebraica lingua sic dicitur. Ibiq; fatigati itineris uiolentia, in indigentia ciborum, qui eis defecerant, omnino manserunt. Erat enim illic puteus ualde dirus, qui nec sufficere quidem tanto exercitui poterat, paruam tamen eis consolationem præbuerat, quod in illis locis fuisset inuentus. Audierant enim ab exploratoribus, quia nihil ambulantes ulterius inuenirēt. Illa siquidem aqua amara grauiter non solum hominibus, sed etiam subiugalibus existebat. Videns itaq; Moses populum in angustia constitutū, & simul causam cui consultari nō poterat, neq; enim inimicus erat hostis, quatenus uim inferēti de necessitate, potuisset & sua fortitudine resistere. Sed dū isto modo eorum deficeret uirtus, infantumq; & mulierū multitudo debilior, nihilq; prodesset doctrina uerborū, calamitatem omniū suam Moses propriam faciebat. In unū denicq; concurrebant eiq; cūcti instabāt: mulieres quidē pro paruulis, uiri aūt pro semetipsis, ne eorū utilitatem spemeret, sed eorū saluti, quocunque ordine prouideret. Ad hoc ergo conuersus est, ut deo solummodo supplicaret, ut aquam ex malitia præsenti conuerteret, eamq; illis potabilem condonaret. Et concedente deo tantam gratiam, sumens summitatem uirgæ, quam in præsenti gerebat, diuisit per medium: & in longitudine ipsam incisionem faciens, deinceps iactauit in puteum: satisfaciens Hebræis, eo quod deus eius orationes audisset, & promisisset aquam se eis qualem concupiscerent præbiturum: si tamen iussis eius non segniter, sed prōptissime ministrarent. Illis uero dicentibus quid uelit se facturos, si aqua conuerteretur in melius: iussit eos qui iuuentute ualebāt haurire aquam, dicens: eo quod prius effusa plurima, quæ ad ultimum remanet aqua, eis esset potabilis. Illi siquidē laudauerunt dictū, aqua uero frequētibus contusionibus exercitata & purgata, facta est potabilis. Hinc itaq; castrametati, uenerūt in Helim, quæ procul quidem bona uidebatur aspectu. Habebat em̄ palmarum arbores. De proximo autem maligna comprobabatur. Nam palmæ illic septuaginta non amplius erant, increscibiles, nec multum eminentes à terra, propter aquæ inopiā: quia dū esset locus omnis arenosus, neq; eis ex duodecim fontibus humectatio quædam, aut ad rigandū spes utilis habebatur: sed dū germinare non possent, steriles erant indubitanter & paucæ. Cumq; per arenam discurrerent, nihil eis penitus occurrebat: uel si manibus paucum aquæ sumerent, inueniebant inutile atque cœnosum. Fructum uero ferre erāt illæ arbores nimis inualidæ, propter aquæ ut dixi sterilitatem. Pro hac ergo causa culpabant Mosen ducem: clamabantq́ue ei suam miseriam, experimētumq́ue malorum per eū se pati dicebant, triginta dierum ambulantes uiam. Quæcunque enim portabāt penitus consumpserant: & nihil inuenientes, erant in desperatione rerum cunctarum. In præsenti nanque malo habentes animum, & non recordantes quanta eis fuissent à deo & Moseos uirtute sapientiáque collata, irascebantur aduersus ducem, & lapidare eum simul aggressi sunt, quasi ipse causa tantæ calamitatis existeret. Ille uero ita multitudine prouocante, & contra eū amare commota, de deo confidens, & conscientia pura prouidentiæ suæ, quam gerebat contra contribules suos, semetipsum dedit in medium: & conclamātibus, atq; ad lapides manus habentibus,

bentibus,cum eſſet ille aſpectu gratiſſimus,& ad alloquendum multitudinẽ ſuã ſibilis,mitigare cœpit iras eorum.Neq; eos malorũ præſentium recordantes,obliuionẽ priorum beneficiorum habere poſcebat:nec quia tunc laborarẽt,ideo deberent perpetua dei munera donáq; proijcere,quorum iam magna & inopinabilia meruiſſent.Sed ſperare potius,etiam de præſenti anxietate ſe dei prouidentia liberandos,qui eorum uirtutem probare uellet,ſi haberẽt tolerantiam,& animo bono præcedẽtia retinerent.Quia ſi non ad illa bona propter præſentia malà reſpicerent: exercerentur in malis,& arguerẽtur non eſſe boni,neq; circa patientiam,neq; circa beneficiorum priſcorum memoriam:cum ita deum eiuſq; uoluntatem contemnerẽt,per quam Aegyptum reliquiſſent,& ita circa eundẽ miniſtrũ eius affecti eſſe uiderentur:cum eis utiq; in nullo fuiſſet mẽtitus,de quibus dicendum aut faciẽdum dei mandato haberet.Enumerabat igitur omnia,quẽadmodum perempti fuiſſent Aegyptij,qui eos contra domini compreſſerant uoluntatem:& quemadmodum idem fluuius illis quidẽ ſanguineus eſſet,ipſis uero potàbilis atq; dulcis:& quomodo per mare nec longius fugiẽtes,nouam uiam aggreſſi,ipſi quidem ex illo ſaluati ſint,inimici autẽ eorum prorſus abſorpti:& quia dũ arma non haberẽt,etiam hoc eis deus abunde præbuerit: & alia quæcũq; ad perdendos inimicos,& iſtos ſaluandos neceſſaria fuiſſent,eis ultra ſpem uirtutis ſuæ more contulerit. Non ergo debetis,inquit, etiam in præſenti de eius prouidẽtia deſperare,ſed ſine iracundia ſuſtinere:& cogitare,eius auxilium non quidem tardum eſſe,ſed ideo nunc differri,ut uos hac difficultate probet,utrum credatis deum nõ per defectum eſſe ſegnem,ſed pro experimẽto uirtutis ueſtræ & deſiderio libertatis:ut cognoſcat utrum & ciborum inopiam,& ſterilitatẽ aquæ pro eo fortiter ferre poſſitis:an ſeruire potius eligatis,ſicut iumẽta dominantibus ſibi,& eis qui propter miniſterium ſuum hæc pinguiſſime nutrire conſueuerunt: Adijciens ſuper hæc dicebat,non ſe tantum de ſua ſalute metuere, quando utiq; nihil mali pateretur,ſi moreretur iniuſte:ſed potius ꝓ illis cogitare,ne per lapides quos mitterent ſuper eum,deum condemnare iudicarentur. Sic itaq; mitigauit illos,& ab impetu quidem lapidationis abſterruit, ad pœnitẽtiam uero ab ſceleris actione conuertit:dicẽs eos non hoc rationabiliter,ſed neceſſitate feciſſe:cogitauitq; quod oporteret,ut ad diuinam ſupplicationem precesq; ueniret.Et aſcendens in quendam ſcopulum, depoſcebat,ut quæſtũ aliquem deus populo tribueret,& eos ab inopia liberaret:in ipſo em̃ eſſe ſalutẽ ſuam, & in alio nullo:utq; cõcederet ueniã his,quæ in præſenti fuerant neceſſitate populi geſta:cum generi hominum res importune prouenientes,& difficile placeant, & eis accuſatio ſit amica. Deus autẽ & prouiſurum ſe compromiſit, & occaſionẽ eorum deſiderijs præbiturum. Moſes uero à deo hæc audiens,deſcẽdit ad plebem. Illi uero cum uiderent eum promiſſionibus lætum, à mœſtitia ad hilaritatem conuerſi ſunt: ſtetitq; ille in medio,ueniſſe ſe dicens à deo,portans eis pro hæſitationibus præſentibus libertatẽ. Et poſt paululum ortygiarum multitudo,quas præcipue nutrit ſinus Arabicus, traſcẽſo medio mari peruolauit:& poſt laborem uolatus, quaſi ad terrenam requiem deſcendit inter Hebræos.Illi ergo tanq; alimẽtum ſibi à deo collatũ,comprehẽderunt eas.Tunc Moſes ad orationes dei repente conuerſus eſt,qui promiſ

Aduentus ôr / tygiarum.

sionis suæ compleuit auxilium. Mox autem post occasionem cibi prioris, etiam secundum eis deus emisit. Extendente nanq; Mose manus ad orationem, ros descendit ex aëre. Cumq; fuisset eius manibus illinitus, Moses arbitratus est etiã hoc ad cibum eorum à deo fuisse collatum, gustauitq;, & lætus effectus est ignorante multitudine: & imbrem esse credente, & temporis esse pluuiarum, quod agebatur, ille docebat eos, quia non secundum opinionem illorum ros è cœlo descenderet: sed ad salutem eorũ cibumq; uenisset. Et cum gustaret, fidem credẽdi præbebat eis. Illi uero imitantes ducem, delectabantur in cibo, mellis em̃ dulcedinẽ, & delectationem habebat ualde suauem. Simile aũt erat aromatibus præcipuis: & magnitudo eius seminis coriandri, festinabantqúe singuli colligere uehementer. Quibus præcipiebatur, ut omnes ex æquo per dies singulos assarij mensurã colligerent, nec esset relinquendus ille cibus in crastinum: hocq; fiebat, ne debilibus colligendi difficultas existeret, uirtute ualentiũ, & ex hoc ad neces accederent. Qui tamen plus à præcepta mensura collegissent, nihil amplius nisi labores habebant, cum maius nihil illic q̃ assarium inuenirent, & quod remaneret in crastinum, nulli utilitati proficeret, quando uermes illud & amaritudo cõsumeret. Sic ergo erat cibus ille diuinus & inopinabilis, & huiusmodi ultio fiebat ipsarum rerũ priuationes seruantibus. Hactenus autem sic rigatur imbribus locus ille, sicut etiam tunc à Mose præstandum diuinitus misit hunc cibũ. Vocant autẽ Hebræi hunc cibum manna. Manna itaq; interrogatio est in nostra lingua, dicẽtis, quid est hoc? Illi siquidem gaudium in his quæ illis fuerant cœlitus missa, celebrabant: Quo cibo quadraginta annis usi, sunt quanto tempore in deserto fuerunt. Cũ uero inde migrassent, uenerũt in Raphidim, passi nouissimas pro intolerabili siti miserias. Nam cũ præcedentibus diebus paucã aquæ difficultatem habuissent, tunc omnino comperientes terram inaquosam, in malis erãt: rursusq; irascebantur in ducem. Ille uero paululũ multitudinis impetum deuitans, ad dei preces cõuertebatur, rogans ut sicut cibũ eis indigentibus præbuit, sic etiam potum daret: cum periret apud eos etiam cibi gratia, non existente potu. Qui donum non diu distulit: sed præbiturum se Mosi tantam aquæ multitudinem, unde non posset sperare, promisit: iussitq; ut uirga percuteret petram, quæ ibidem erat apposita, & ex ea sumeret abundantiam rerum quibus egerent. Curabat enim ut neq; cum labore potus eis adesset. Hæc ergo Moses à deo sumens, ueniebat ad populum sustinentem, & in eũ conspicientem: uiderant nanq; iam eum de monte descendere. Cum uenisset, liberaturum eos etiam de hac necessitate dicebat deum, donatamq; salutem non speratã, & de petra eis fluuium manare promissum. Quibus obstupescentibus hunc auditũ, si eis siti & itinere fatigatis necessitas ad hæc fieret, ut petram incideret, Moses uirga percussit petram, eaq; scissa, aqua manauit copiosa & ualde perspicua. Illi uero inopinabile factum mirati sunt. Quod cum uiderent, iam eis etiam sitis ipsa cupiditas ablata est: bibentibusq; cunctis dulcis & suauissimus erat potus, & quale donum esse donante deo uideretur. Tunc ergo Mosen mirati sunt, qui à deo sic fuerat honoratus: & sacrificia pro dei prouidentia collata sibimet impendebant. Declarat autem scriptura in templo reposita, eo quod deus prædixerit Mosi, aquam hoc modo de petra manaturam.

Quid sit manna.

Exo. 17.

Qomodo

Quomodo pugnantes cum Hebræis Amalechitæ, & qui cum eis erant, deuicti ſunt: & filij Iſraël prædam hoſtium perceperunt. Caput II.

CVm uero Hebræorum nomen iam ualde ubiq; diuulgaretur,& de his ſermo creſceret, in timore non paruo prouinciales erant, & mittentes legatos, adinuicem ſolatia depoſcebant, ut ſimul uiros illos interimere niterentur. Erant autem in hoc inſtantes quicunque Goboth & Petram inhabitant,qui uocantur quidem Amalechitæ, pugnatores autē maximi illarum gentium tunc exiſtebāt. Quorum quinq; reges inuicem ſemetipſos, & circumhabitantes ad bellum cōtra Hebræos rogabant :dicentes exercitum alienigenarum & Aegyptiorum ſeruitia fugientem,ſibi inuaſiones inferre:nec bonum ſibi fore,ſi factum tale deſpicerent; ſed ut antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet poteſtatem, & ipſi pugnare magis inciperēt, confidentes,eo quod illis nullus reſiſteret,deſtruēdos eos eſſe,cautiſſimum atq; ſapientiſſimū edicebant.Et pœnas etiam de deſerto,& actibus quos illic geſſerant exigendas:quod non ita poſſet euenire,cum ciuitabus atque bonis eorum manus inijcerent.Illi autem inchoātem inimicorum uirtutem, mollire & deijcere optimū eſſe,magis q̄ iam proficientē prohibere credebāt.Alij uero hoc ſuperfluum putabāt.Alij nullam eis occaſionem aduerſum ſe fieri permittebant.Hæc & his ſimilia per multas prouincias adinuicem legationibus agitantes ,deliberauerunt aduerſum Hebræos bella ſuſcipere. Moſes itaq; cum nihil belli ſperaret,hæſitationem & turbam habuit repente prouincialiū, & ad congreſſionem iam præparatam,ſubitáq; pericula Hebræorum multitudinem perturbabant:quia licet omnium rerum haberent inopiam,potiorem tamen neceſſitatem pugnandi cum hominibus, qui eſſent rebus omnibus bene conditi, putabant. Moſes autem conſolari cœpit, eosq; confidere depoſcebat, decretoq; dei credere, quo ſæpe fuerant liberati. Et quod debellarent eos etiam qui eorum hoſtes exiſterēt: arbitrari autem exercitum quidem multum,& omnibus armis inſtructum, pecunias, alimenta, aliasq; res in quibus ſolent homines confiſi pugnare, in auxilio diuino conſiſtere,& ſibi per deum omnia hæc adeſſe, Inimicorum uero manum paruam,inermem,debilem: tāq; nō frueretur eis quæ iſtos habere conſtaret,deo uolente facile ſuperari.Scire autem eos oportere dicebat,qualis eorum auxiliator fuiſſet in multis iam experimentis & grauioribus.Et quia in præſenti quidem bello haberent laborem aduerſus homines: cum uero fuerit eis ſitis,& famis inopia,& in montibus atq; mari periculum, ubi fugam inuenire nō poterant,hæc omnia diuino ſolatio deuiciſſent. Ergo rogabat eos promptiores eſſe,tanq; omnium rerum facultas eis eſſet,ita ut hoſtibus præualerent.Et Moſes quidem populum huiuſmodi uerbis exacuebat ad prælium,conuocans tribuum principes,& poſtea ſingulos adinuicē. Iuuenes quidem exorabat ſenioribus obedire:illos uero ut uerba ducis audirent.Erant autem eorum animæ in periculo cōſtitutæ,& ad præſentia præparatæ,ſperabantq; aliquando à malis huiuſmodi liberari.Iubebantq; Moſen,ut ad bella præiret,neq; tardaret,ne dilatio eorum fiduciam impediret.Ille uero ex multitudine pugnacem eligēs iuuenem, ſuper eos inſtituit, Ieſum Naue filium, de tribu Ephraim,ualde robuſtū,& labores tolerare fortiſſimum ,ad cogitandum ſimul & loquendum nimis idoneum, qui noſſet

Exo.17.

Amalechitas dicit pugnatores fortiſſimos.

Bellum contra Iſraëlitas.

Ieſus Naue.

decenter deum & Moſen doctorem colere pietate,eſſetq; apud Hebræos aptus. Paucos uero circa aquam conſtituit.Plurimos autem totius exercitus circa infantem mulierumq; cuſtodiam:& tota quidem nocte erant præparati,quæcunq; fecerant arma ſumentes, & duces proprios intendentes, tanq; prælium aggreſſuri dū eis præciperent.Inuigilabat autem & Moſes Ieſum docendo,quemadmodū exercitum collocaret.Incipiente uero die iā pandi,rurſus poſcebat Ieſum, ne minus inueniretur in opere,q; circa eum ſpes eſſet uniuerſorū,gloriam præſentis militiæ in futuris nationibus poſſeſſurus. Hebræorū uero nobiliſſimos ſeorſum rogabat,cunctamq; pariter multitudinem exhortabatur armatam. Et ille quidem cum ita conſtituiſſet exercitum ſermonibus & operum præparationibus,diſceſſit ad montem,deoq; ſimul & Ieſu credidit expeditum.Miſcebantur itaq; hoſtes,& in manibus erat bellū,fiduciaq; & uiribus utebātur in inuicem.Donec itaq; Moſes manus extenderet ad cœlum,Hebræi comprimebant Amalechitas.Cūq; laborem ex defectu manuum ferre non poſſet:quia quotiens eas deponebat,totiens Hebræos perdere contingebat:iuſſit fratrem Aaron,& ſororis Mariæ uirum nomine Vrion ſibi aſſiſtere,eiusq; manus ex utroq; latere continere,ut adiuuantes eum non permitterēt laborare. Quo facto Hebræi Amalechitas fortiter deuincebant:& omnes interiſſent utiq;,niſi nocte ſuperueniente populus receſſiſſet à cæde.Victoriamq; optimā atq; perfectam noſtri habuere maiores,inferēteſq; bellū uicerunt:& circūhabitantes perterruerunt,abūdantiaq; potiti ſunt magnorum clarorumq; bonorum,quæ ſuis laboribus habuerunt. Deuincentes nanque exercitum hoſtium,maximas diuitias & publice & priuatim poſſederūt omnes, cū primitus etiam alimentis neceſſarijs indigerent. Fuit autem eis non ſolum in præſenti,ſed etiā in futuro bonorum cauſa huius,quā prædiximus,pugnæ perfectio. Non tantummodo enim corpora hoſtium ſeruitio ſubdiderunt,ſed etiam mentes: & cunctis circūhabitantibus poſt illorum deuictionem fuere terribiles, eisq; diuitiarum maximum culmen adiectum eſt. Nā fugientes inimici,magnā copiam argenti ſimul & auri reliquerunt in caſtris,& uaſa ærea quibus ad ueſcendum utebantur, multamq; & inſignem abundantiā utrarumq; rerum, id eſt,ornamentorum textilium pariter & armorum,& aliorum quæ parabantur ad prælium,diuerſaq; iumenta, & quæcunq; moris eſt ſequi iter agentem exercitū:prudentiáque repleti ſunt Hebræi & opere fortitudinis; multum deſiderium uirtutis erat in eis.Semper enim laboribus inſiſtebant,omnia ſe capere iudicātes.Huius ergo belli hic extitit finis. Poſtea uero Moſes exuebat mortuos hoſtium,& arma fugientium colligebat,& hæc pugnatoribus exhibebat:ducēque militiæ Ieſum præconijs attollebat,exercitu teſtificante cūcta quæ geſſerat.Nemo ergo Hebræorum mortuus eſt:hoſtium uero tanti,quantos neq; numero cōprehēdi poſſibile eſt.Pro gratiarū uero actione Moſes ſacrificans,altare conſtituit, quod dei uictoriam nominauit:prophetauitq; omnes fore perituros Amalechitas,nihilq; eorum in futuro relinquendum:eo quod contra Hebræos in ſolitudine dimicaſſent,& nequaquam poſitis in calamitatibus pepercisſent. Tunc exercitū feſſum, conuiuiorū opulentia reparauit.Hoc ergo bello cōtra hoſtes ſuos poſt egreſſum ex Aegypto,primitus ita pugnauerunt. Cum uero pacificas poſt uictoriam Moſes

ſes hoſtias obtuliſſet, feciſſetq; non paucis diebus Hebræos ceſſare poſt pugnã. produxit ordinatum exercitum: multa nanq; eis iam copia erat armorũ. Et procedens pauliſper, tribus menſibus poſtquam mouit ex Aegypto, uenit ad montem Sina: ubi ei circa rubrum multas uiſiones factas eſſe prædiximus.

Quomodo ſocerum ſuum Rahuel, alias Ietro, Moſes ad ſe uenientem ad montem Sina libenter excepit. Caput III.

CVi Rahuel ſocer, audiens eius felicitatem, libenter occurrit. Et Moſes excipiens cum eo Sephoram uxorem ſuam & filios ſuos, delectatus eſt in aduentu eius, & facto ſacrificio epulas copioſiſſimas populo miniſtrabat iuxta rubum, qui flammam ignis euaſerat, & multitudo quidem per cognationes epulis ueſcebatur. Aaron autem ſumens Rahuel & qui cum eo erant, hymnos canebant in deum, qui eius ſalutis & libertatis & egreſſionis autor extiterat. Simulq́ue laudabant ducem, quaſi eius uirtute cuncta eis proſpera contigiſſent. Et Rahuel quidẽ præconia multa plebis apud Moſen de eorum fortitudine dixit, quia pro cũctorum ſalute ſic laborauerint uniuerſi. Exo. 18.

Quomodo perſuaſit ei, ut diſtribueret per millenarios & centenarios, qui prius inordinatus erat. Caput IIII.

DEinde uidẽs Rahuel Moſen in rerum multitudine conſtitutum, cũctis aduntibus eum ut lites diſcerneret poſtulantium: & tantummodo ſe iuſtitiam impetrare credentium, ſi ille eis arbiter iudicaret: eis nanq; qui uincebantur, leuius eſſe perdere uidebatur per iuſtitiam Moſeos, q̃ uictoris ſententiam cuiuſlibet auaritia ſuſtinere: tunc equidem tacuit, nolens impedire uolentibus uti ducis uirtute. Cum uero quieuiſſet à turba, ſumens eũ ſolum ſeorſum, docebat quæ eũ oporteret facere: conſiliumq; dabat, quatenus minorum quidem rerũ curam aliis committeret: de maioribus aũt & ſalute plebis ipſe tãtummodo prouideret. Nam ad iudicandum etiam alios Hebræorum dignos inueniri dicebat: cogitare uero pro ſalute tantorũ, non quenquam alium niſi Moſen poſſe ſolum. Modo ſcies, inqt, uirtutem tuam, & qualis fueris in miniſterio dei ad ſaluandum populũ, rerum arbitrium committe aliis examinandũ. Tu uero ad ſolũ dei miniſterium retine temetipſum cogitando & requirendo, quemadmodũ populum ab hac poſſis inopia liberare. Meis ergo conſilijs utere de rebus humanis, & exercitum perfecte diſpone per dena milia uiros, deinde per mille, ita poſt hæc diuides eos per quingẽtos, & rurſus in centum, deinde in quinquagenos: & iudices cõſtitues ſuper eos. Qui per triginta rurſus diuiſi, & per uicenos & denos habebunt proprios iudices, eorum negocia finientes. Sit autem aliquis ſuper iſtos unus, uocabulũ à principio numeri ſumens. Et hi quidem ſint approbati ex omni plebe, boni & iuſti, qui de diuerſis rebus iudicent eos: & ſi quid eſt maius, ad potiores ueniat dignitates: quod uero etiam apud eos difficile fuerit, hoc deducatur ad te. Sic enim fiet utrunq;, quatenus & Hebræi iuſtitiam impetrare mereantur, & tu miniſtrãdo ſoli deo facias eum exercitui propitium. *Verba Ietro ad Moſen.*

Quomodo hæc ſingula fecit Moſes ſocero monente. Caput V.

HAec enim monente Rahuel, Moſes libenter excepit, & ſecundum eiuſmodi dictum fecit: non cælãs conſiliũ eius, nec ſuam faciens illius ſuaſionem, ſed

inuentorem eius rei omni populo manifestans. Nam & in libris suis Rahuel conscripsit inuentorem prædictæ rei: optimum esse credens, ut omnibus notam faceret ueritatem: licet ei soli potuissent præbere gloriam, quæ ab alio sunt inuenta. Factum est itaq; quatenus uirtus Mosi potuisset etiam ex hac uoluntate cognosci. Sed de his quidem opportune in scriptura alia declarabimus. Moses autem conuocata multitudine, ipse quidem ad mõtem Sina iturum se esse dicebat, tanquã cum deo mansurus, & aliquid ab eo utile percipiẽs, ad eos sit remeaturus: illos uero præcepit iuxta montem tabernacula sua ponere, & uicinitatem dei tenere.

Quomodo Moses ascendit in Sina montem, acceptasq; à deo leges Hebræis dedit. Caput VI.

Exo. 19. HAec cũ dixisset, ascendit in mõtem Sina, qui excellẽtissimus est in illis regionibus: & propter altitudinem magnitudinis suæ & scopulorum procerita-tẽ, non solum hominibus inaccessibilis, sed etiam qui uideri sine aspectus labore nõ possit. Et cum sermo esset circa eũ deum habitare, terribilis omnibus, & inadibilis erat uniuersis Hebræis. Siquidem secundũ Mosi mãdata tabernacula mutauerunt, & radicem montis apprehenderũt: eleuantes manus suas ad deũ, tanquam cũ promissione bonorum, quã eis promiserat, Moses reuerteretur à deo: & festiuitatem celebrantes sustinebant ducem, purgantes semetipsos alia purgatione: nec nõ & à coitu mulierum tribus diebus, sicut eis ipse prædixerat, abstinentes: rogantesq; deũ ut placide susciperet Mosen: & dona præpararet, quibus bene uiuendo de cætero uti possent. Vtebant' ergo conuiuijs opulenter, & ornamentis decenter cũ coniugibus & filijs abstinebãt: & duobus quidẽ diebus erãt in epulis constituti. Tertia uero die antequam sol oriretur, nubes operuit cunctũ Hebræorum exercitum, & locum ubi tabernacula fixerant omnem circũdedit: & fulgura facta sunt, uentiq; uehementes pluuiam nimiã concitantes undiq; ferebantur: & coruscationes erant uidẽtibus ualde terribiles: & fulmina crebro demissa, dei præsentiam omnibus indicabant. Et de his quidẽ unusquisq; legentium sapiat ut uoluerit, mihi uero necessitas est hæc referre, sicut in sacris libris scripta sunt. Hebræos itaq; ea quæ uisa fuerãt, & dangor auribus redditus ualde terrebat, & etiam sermo ferebatur, quod deus habitaret in monte: retinebantq; semetipsos in tabernaculis suis afflicti. Sed & Mosen ira dei periisse putabant, & de seipsis similia sustinebant. Cum uero ita consisterent, apparuit Moses lætus & nimis exultans, qui & formidinem eis abstulit, & de futuro meliora promisit: serenusq; repẽte & purus aër, qui ante paululũ fuerat conturbatus, Mose adueniente reuersus est. Igitur inter hæc conuocabat populum in ecclesia, ut audirent quæ illis dixisset deus. Quibus collectis, stans in excelsiori loco, unde eum omnes audirent, ait ad Hebræos: Deus equidem sicut & prius propitius me suscepit: uitamq; uobis felicem promittens, & cõuersationis ornatũ, etiam ipse nunc assistet in exercitu. Eũ siquidem, & opera quæ per illũ nobis facta sunt considerantes, non despiciatis ea quæ nunc dicuntur, in me qui hæc dico respicientes: nec quod per me lingua humana deus uobis loquitur attendatis, sed uirtutem eius considerate, & magnitudinem quoq; illius excellentiæ cognoscite, & quomodo pro utilitate cunctorum ad me loqui dignatus est. Non enim me respiciatis Mosen filiũ Ammiramis & Tochabel,

bel,ſed eum qui Nilum pro uobis conuerti fecit in ſanguinem,uariſq; plagis domuit Aegyptiorum aſtutiam,qui per mare iter nobis oſtēdit,quiq; cibum de cœlo fecit hæſitantibus aduenire,qui potum de petra æſtuantibus manare conceſſit; per quem Adam de fructibus terræ mariſq; comedit, per quē Noē ex imbribus creptus eſt,per quem Abraham progenitor noſter obtinuit terram Chananæā, per quem Iſaac de ſenioribus parētibus eſt æditus, per quem Iacob duodecim filiorum uirtutibus eſt exornatus,per quem Ioſeph poteſtatis Aegyptiorum dominus eſt effectus,ille uobis me interprete hæc dignaē uerba proferre.Fiant itaq; uobis amabiliora,q̄ filij uel uxores.Felicem nanq; uitam habebitis iſta ſeruātes, terraq; eritis potituri fructifera & ſine fluctibus maris,& prole filiorum natura liter naſciturorum,eritis etiam hoſtibus ualde terribiles. Ad dei nāq; ego ueniēs uultum,incorruptæ uocis auditor effectus ſum:ille enim pro ueſtro genere ſemper eius eſt æternitate ſolicitus.Cumq; hæc dixiſſet,eduxit populum cum mulieribus & infantibus,ut deum ipſum ſibi loquentem de rebus agendis audirent,ne uilior uideretur dictorum uirtus, ad aures eorum humana lingua peruenies. Omnesq; uocem audiebant ex alto uenientem ad uniuerſos, ita ut nullum effugeret.Et uerba quidem quæ Moſes in duabus tabulis dereliquit, fas nobis nō eſt ſecundum unumquenq; ſermonem aperte depromere:uirtutes autem eorum inſinuabimus. Docet itaq; nos primus ſermo, quod deus eſt unus,& hic ſolum modo eſt colendus.Secundus autem iubet,nullius animalis factam imaginē penitus adorandam. Tertius uero,ut per deum in nulla re aliquis debeat fruſtra iurare. Quartus,ſeruādas ſeptimanas,cum ab omni forent opere ceſſaturi.Quintus uero, parentes honorandos. Sextus,abſtinendum à cæde. Septimus uero,non adulterandū. Octauus autem, furtum non faciendum. Nonus,falſum teſtimonium non dicendum. Decimus autem,nullius alienæ rei habendam eſſe concupiſcētiam. Et plebs quidem cum audiſſet præcipientem ipſum de rebus, quibus Moſes fuerat locutus,gaudens in his quæ prædicta ſunt,à congregatiōe diſceſſit.Succedentibus uero diebus aduenientes ad tabernaculum,poſcebant ab eo etiam leges ſibi à deo debere proferri. Ille uero & iſtas poſuit,& de omnibus quocunq; modo gerenda forēt,reliquis temporibus deſignauit:quarum memoriam opportuno tempore ero facturus. Plurimas autem leges in alia ſcriptura diſponam,ſeorſum de ipſis expoſiturus.Igitur dum circa eos ita res agerētur,Moſes iterum in montem Sina conſcendit,prædicens Hebræis,eisq; uidētibus aſcendebat.Cumq; illic tardaret(quoniam quadraginta diebus ab eis abfuerat)timor inuaſit Hebræos,ne Moſes aliqd pertuliſſet:& inter mala diuerſa nihil eos ſic affligebat,q̄ quod putarent ſe perdidiſſe ducē.Erat enim tumultus inter homines: aliis quidem dicentibus eum periſſe in beſtias incidētem:& maxime illi hæc dicebant,qui circa eum odium habere uidebantur:alij uero ad deū eum receſſiſſe narrabant.Prudētes aūt nihil horum quæ dicebantur à populo,pro ſua delectatione ſuſcipiētes: ſed & beſtijs incidentem periſſe humanū putantes,aut certe à deo tranſlatum propter uirtutem propriam ueriſimile iudicantes, mitius quidem ferre hæc ratio faciebat: ſed præſule ſe deſolatos arbitrati atque tutore,qualem alium habere non poſſent, uehementer affligebantur: & neque opinari poterāt in

Decem præcepta legis. Exo.20.

tanta

tanta mora illius,quod uiro boni quid accidisset :neq; sine tristitia aut deiectione degere prævalebant: exercitum uero nequaquam promouere confidebant,cum Moses prædixisset eos ibidem sustinere. Cumq; iam quadraginta transissent dies,totidemq; noctes,Moses astitit,nullo cibo hominibus consueto participatus: & gaudio apparens,totum compleuit exercitum :prouidentiámq; dei quam circa eos haberet exposuit,simul & ordinem,secundum quem uiuentes essent habituri felicitatem: dicens ostensum sibi per hos dies & tabernaculum,quale sibi deus uellet fieri,in quo descendēs ad eos ipse ueniret:ut etiam migrantes exinde, id portarent,& nequaquam ad montem Sina egerent ascēdere:quando ad eos ipse descenderet deus,ut eorum adesset orationibus. Fiat,inquit,tabernaculum,mensuris & operibus quæ ipse mōstrauit,uobis utiq; ad hoc opus insegniter accedēti-

Duæ tabulæ Mosi. bus. Et cum hoc dixisset,duas tabulas ostendit eis,habentes scripta illa decē uerba,in utraq; quina. Erat in ea scriptio manus dei. Illi ergo gaudentes in his,

Exo 35. quæ uidebant & audiebant à principe,quo possent eum laudare studij sui munificentia non cessabant:sed deferebant argentum simul & aurum:& æs,lignáque, & magnam ualde materiam,quæ nequaquam potuisset putredine uiolari:caprarumque pilos,& ouium pelles,alias quidem hyacintho, alias uero coccino,alias purpureo flore tinctas,alias uero alium colorem præbentes: lanásque prædictis fucatas coloribus,& linum byssinū,lapidesque insertos auro,quibus homines ornamenti gratia solent uti,pecudumque multitudinem pariter offerebant. Ex ta-

Tabernaculū quomodo sit fabricatum. li nanque materia tabernaculum fabricatum est, quod migratum,& per loca diuersa deuectum, nihil à templo differebat. His itaque à singulis cum magno studio oblatis, supra modum uniuscuiusque uirtutis, atque donatis, architecti mandato dei in his constituuntur operibus,quos populus elegerat sibi potestate collata: quorum nomina hæc sunt,quæ in sacris libris conscripta inueniuntur:

Exo.31. Beseleel Vri filius de tribu Iuda, & Mariæ sororis Moseos, & Ooliab Achisa-

Exo.36. mach filius de tribu Dan. Et populus siquidem tanto studio in cunctis rebus obediebat,ut etiam Moses eos suspenderet,dicens sufficere ea quæ data fuissent. Hoc enim etiam artifices iam prædixerant abūdare. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendum:& Moses eos singulam quanq; mensuram secundum ostensionem dei, simul & magnitudinem,quantáque oporteret fieri uasa,sacrificiis ministratura diuinis,edocebat.Mulieres autem largitatem suam circa sacra uelamina,& circa alia quæcunq; huiusmodi operibus erant necessaria,propter deū in ornamēto & pretiosis lapidibus offerebant. Omnibus itaq; in præparatione iam constitutis,auro,& argento,& ære,& textilibus rebus,prædicens festiuitatem Moses, & sacrificia pro uniuscuiusque uirtute faciēda,ad instituendum opus tabernaculi accessit,& atrium prius mensus est ita:

De tabernaculo quod fecit Moses in deserto ad honorem dei, ut templum esse uideretur. Caput VII.

Ex.38.et.16. LAtitudinem quidē quinquaginta cubitorum,centū uero longitudinē. Tabulasq; instar columnarū statuit æreas,quinq; cubitorū habētes altitudinem: in utroq; latere tabernaculi uiginti per longū,per latū uero decem. Anuli aūt singulis

gulis tabulis inerãt,& capita columnarũ argẽtea. Baſes autẽ deauratæ, & cælatæ per circuitum & in terrã confixæ:pertingebãtq; funes ab anulis ducti uſq; ad capita dauorũ æneorũ,qui erant magnitudine cubiti unius:& per ſingulas tabulas in terram ualide poſiti, ut ex uiolẽtia uentorũ tabernaculũ immobile cuſtodirẽt. *De anulis & baſibus.*

Cortina uero molliſſima ex byſſo per omnes undiq; pendebat, à capite tabularum deſcendens, baſim uſq; diffuſa:& concludens omnem per circuitum locũ, ut nihil à pariete differre uideretur. Sic itaq; habuerunt tria latera atrij per circuitum: quartum uero latus fuit quinquaginta cubitorum, quod frons erat totius operis: ubi uiginti quidem cubiti erant aperti,quatuor habentes tabulas in modum portarum: omnes opere argenti factas, præter baſes:erant enim æneæ. Ex utroq; enim latere portarum, ternæ erant tabulæ conſtitutæ:& propter portarũ fortitudinem incaſtratæ, & per eas cortina byſſina circumibat. *De cortinis.*

Et cum eſſent portæ uiginti cubitorum longitudine, altitudine uero quinq;, uelum in eis erat ex purpura,cocco, hyacintho,& byſſo factum, ex multis floribus, & uarijs exceptis animalium figuris ornatum. Intra ianuas autem aſperſorium erat æneum, ſimilem habens baſim, ex quo ſacerdotibus manus diluere,& pedes perfundere moris erat. Et ambitus quidem atrij erat ornatus hoc modo. *De portis.*

Tabernaculũ autem ſtatuit in medio eius loco, conuerſum ad orientem: ut mox cum ſol oriretur, in eum radios ſuos emitteret. Cuius longitudo quidem triginta cubitorum erat, latitudo uero decem cubitorum habebat ſpatium. Et alter quidem paries erat auſtralis,alter uero cõuerſus ad aquilonem,poſt tergum uero eius relinquebatur occaſus: cuius altitudinem tantam oportebat aſcendere, quantam latitudinem eſſe conſtabat.Erantq; tabulæ de ligno, ex utroq; latere uiginti,ſchemate quadrangulo factæ: latitudine quidem unius & dimidij cubiti, altitudine uero quatuor digitorum. Laminæ autem factæ ex auro erant per interiorem & exteriorem partem, quibus ſingulis tabulis erant cardines bini immiſſi per duas baſes,quæ erant argenteæ,& in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant. Parietis uero occidentalis tabulæ quidem ſex erant,alterutrim omnes perfectiſſime copulatæ,ut aptiſſime bis compaginatis,unus paries eſſe uideretur,intrinſecus & extrinſecus deauratæ.Ex lateribus autem tabulæ erant numero uiginti,quarum latitudo habebat menſuram unius & dimidij cubiti, altitudo tertiam partem palmæ,& ita triginta cubitos adimplebant.Poſterioris uero parietis nouem cubitos ſex tabulæ faciebant,quibus cõiunctæ ſunt aliæ duæ tabulæ,ex medio cubito ſectæ,quas angulares poſuerunt ad inſtar maiorum tabularum.Singulæ uero tabulæ anulos habebãt aureos,per exteriores frontes eminẽtes, uelut quibuſdam radicibus confixos per ordinem, adinuicem per circuitum reſpicientes: & per eos deaurati uectes immiſſi, unoquoq; habente magnitudinem cubitorum quinq;,erantq; ad coniũctiones tabularum: intrabatq; caput uectis unius cuiuſq; in alio uectis capite,ueluti in modum conchæ:& poſt tergum parietum in lõgitudine poſitorum unus erat ordo,per tabulas omnes uadens, quo per uncinos utriuſq; parietis latera continebãtur,incaſtrationibus factis & immiſſis adinuicem. Quod propterea ſic exquiſitum eſt, ut neque à uentis moueretur,neq; alia cauſa tabernaculum conturbaretur, ſed immobile ſecura quiete ſeruaretur. *De laminis aureis.*

Intrin

Intrinſecus autem longitudinem eius tripartite diuiſit,id eſt,decẽ cubitos ad interiorem partem profuturos diſtribuit. Quibus dimenſis,in medio quatuor tabulas ſimiliter operatas ſtatuit,paululum abinuicem diſiunctas alterutrim,quæ ſepararent decem cubitos à reliquis uiginti: & quod interius erat eorum aditus uocabatur, reliquum uero tabernaculum ſacerdotum erat. Hancitaque tabernaculi dimenſionem ad inſtar rerum naturæ conſtituit. Tertia ſiquidem pars eius, quæ erat intra quatuor tabulas,quæ ſacerdotibus in trãſgreſſibilis uidebatur, uelut cœlum dei erat: reliqui uero uiginti cubiti,ſicut mare & terra greſſibilis eſt hominibus,ita ſolis ſacerdotibus adiacebant. Per frõtem uero, unde ingreſſus erat factus,columnæ ex auro factæ erant,& æneis baſibus ſuperpoſitæ, numero quinque. Tegebatur autem tabernaculum cortina ex byſſino & purpureo,& hiacintino,& coccineo colore facta. Et prima cortina quidem cubitorum erat decem,& undique eas tabulas obtegebat,quæ diuidentes templum adytum habebant interius,& hoc erat quod faciebat ut à nullo uideretur. Et omne quidẽ tẽplum ſanctum uocabatur. Quod uero erat interius & inacceſſibile ultra quatuor tabulas,ſanctum ſanctorum. Cortina autem erat ſpecioſa, quaſi floribus uniuerſis de terra germinantibus uariata: aliiſque omnibus intexta, & quæcunque præter animalium formas poterant exornare pictores. Alia uero huic & magnitudine & textu & colore uicina,quinque columnas in ingreſſo poſitas obtegebat: ab angulo ſummitatis uniuſcuiuſque columnæ cortinam anulis continentibus,uſq; ad medietatem columnæ depoſitam. Reliquum uero ingreſſus erat ſacerdotibus accedentibus, ſuper quam linea erat alia cortina eiuſdem magnitudinis,funibus eam per angulos ducentibus ac retrahentibus:ut tegeret omnia,& impediret aſpectum ſacrificia contuendi,& maxime in diebus feſtis. Nam & in reliquis diebus,præcipue quando uideretur nubilum,textus eius tegminis fortis erat,& laborem facile ſuſtinebat. Vnde permanebat iſta conſuetudo etiam nobis ædificantibus templum: quatenus uelum huiuſmodi in ingreſſibus appendatur. Decẽ uero aliæ cortinæ erant ſingulæ latitudine cubitorum quatuor, longitudine uero octo: & uiginti aureos habentes uncinos, ad copulandum alterutris uncinis & anulis: ut coniunctæ ſimul, unam uiderentur efficere. Quæ extenſæ, templum & quod erat deſuper obtegebant, & parietes à lateribus & à tergo ſtantes,à terra uno pede ſuſpenſæ. Eiuſdem uero latitudinis & aliæ cortinæ una plus numero:id eſt,undecim erant:longitudine tamen excellentes. Erant enim iſtæ triginta pedum:textæ uero de pellibus,ſicut illæ de lana:ſimiles omnes ſigillata uarietate contextæ,erãtq; uſque ad terram tegmine ſuo diffuſæ, ad inſtar thalami culmen uelaminis exhibentes,una cortina ante frontem pẽdente. Vndecima nanq; cortina ad hoc erat aſſumpta: aliæ uero ſuper has ex pellibus factæ,pro tegmine & adiutorio deſuper erãt impoſitæ,propter æſtum,aut imbrium certe diffuſionem. Multos itaq; ſtupor habebat aſpicientes à longe: nam colorem eius in nullo differre putabant cœlo. Hæ uero ex pilis & pellibus factæ pendebant,ſicut illud uelum portarum,& æſtuum pariter & imbrium iniurijs repugnantes. Hoc ergo modo tabernaculum conſtitutum eſt.

Sanctum ſanctorum.

Exo.36.

De

De arca qualis ſit, in qua tabulas legis collocauit Moſes. Caput VIII.

FActa eſt autem & arca deo ex lignis natura fortiſſimis, & quæ nequaquam putredinem ſuſtinerent, quæ Hebraica lingua uocantur heron. Cuius conſtructio erat huiuſmodi: longitudinis quidem quinque palmorum: latitudinis trium, ex auro puriſſimo. Intrinſecus autem & extrinſecus ſic tegebatur, ut eius ligna cælarentur, & aureis cardinibus tegmen compaginatum habuit ualde mirabile, & undiq; ſimul æquale, nullaq; pars eius compaginationem potuit uiolare. Per utrunque uero latus longitudinis eius, anuli erant aurei bini, totum lignũ penetrantes, & per eos uectes deaurati, immiſſibiles per utrunq; latus, ut quoties opus eſſet, per eos arca moueretur. Non enim in uehiculo, ſed à ſacerdotibus portabatur. Super tegmen uero eius erant figurationes duæ, quas Hebræi Cherubim appellant. Sunt enim animalia uolatilem habentia figuram: quæ à nullo hominum eſt inſpecta. Hæc dixit Moſes in dei ſe conſpexiſſe ſede figurata. In hac ergo arca duas tabulas recondidit, in quibus fuerant decem uerba cõſcripta: quina quidem per ſingulas tabulas binas, ſemis autem per unam quanque paginulam: & has in adyto collocauit. Exo. 37. De arca.

De menſa propoſitionis, in qua omni ſeptimana duodecim panes azymi ponebantur. Caput IX.

IN templo uero menſam poſuit proxime uelut Delphicam: longitudine quidem habente duos cubitos: latitudine uero unum: & altitudine trium palmorum. Erant autem pedes eius ex medietate inferioris partis, facti per circuitum rotundi & tornatiles: quod uero ad ſuperiora tendebat, quadranguli operis erat: habebátque per circuitum uniuſcuiuſque lateris labium exornatum, uelut quatuor digitis, alto ligno circumeunte ſuperiorem & inferiorẽ eius corporis partem: & per ſingulos eius pedes ſuperius labio erant anuli, per quos uectes deaurati mittebantur in ligno quod eminebat. Sinum enim habebat, ubi anuli erant commiſſi: & his per uiam portabatur. Ponebatur enim in templo ad aquilonem conuerſa, non longe ab adyto: & duodecim panes azymos in ea ponebant, ſenos per partem mundos ualde, ex farina duorum aſſariorum: quæ menſura Hebraica ſeptem cotilas Atticas habet. Super panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ thure plenæ. Poſt dies autem ſeptem iterum panes alij portabantur, die qui à nobis ſabbatum appellatur. Septimanam ſiquidem noſtri ſabbata uocant. Cauſam uero huius rei in alijs edicemus. De menſa. De panibus duodecim.

De candelabro aureo, & altari interiori & exteriori. Caput X.

COntra faciem uero menſæ reſpicientis ad parietem meridianum, conſtitutum erat candelabrum ex auro factum fuſile, pondus habens minas centũ, quod Hebræi dicunt Cinthares: Græca lingua interpretatum, talentum nuncupatur. Fecit autem & ſphærulas, & lilia, cum calamis, & ſcyphis: erantq; omnia ſeptuaginta, ex quibus in una baſe compoſitum erat omne candelabrum in altitudine: & in tantas conſtitutum partes, in quantas diſtribuunt planetas & ſolem. Conſumebatúrq; in ſeptem capita alterutra per ordinem conſtituta, in quibus lucernæ imponuntur ſeptem, imitantes ſingulas planetarum, quæ reſpiciunt ad orientem & meridiem, candelabro oblique poſito. Inter quod candelabrũ & meſa De candelabro aureo.

ſam interiorem,ut dixi,thuribulum erat & altare,de ligno quidem unde & ptiora ſunt fabricata, imputribili & forti: ex unoquoque autem latere cubitum latitudinis habens,altitudinem uero duplicem: erátq; craticula aurea in ea facta,habebátq; per ſingulos angulos coronas ex auro puriſſimo ſex: & anuli & uectes inerant,quibus per itinera à ſacerdotibus portabatur. Erat autem & altare ante tabernaculum conſtitutum,& ipſum quoq; de ligno, menſura uniuſcuiuſque lateris quinque cubitorum,altitudine uero trium: ſimiliter exornatum,& ex laminis æris adopertum: cui ſuberat craticula in modum retium facta.Suſcipiebat enim terra ignem,qui de craticula ferebatur,quia baſes non erant eis ſubiectæ. Diuerſæ autem ponebantur fuſcinulæ,& phialæ, forcipes & ſcyphi: & quæcunque alia uaſa ad ſacrificium fuerant facta, omnia erant ænea. Et tabernaculum quidem erat huiuſmodi,necnon & eius uaſa.

Quæ ſunt ueſtimenta ſacerdotum & pontificis. Caput XI.

Exod. 39. FActæ ſunt etiam ſacerdotibus ueſtes omnibúsq; alijs,quos* Chananæos uocant,pariter & principi ſacerdotum,quem Arabarchin uocant, quod ſignificat principem ſacerdotum: ut quoties ſacrificia ſacerdos adiret, purificaretur. Lex enim purificationem fieri iuſſit. Et aliorum quidem ſacerdotũ ueſtes erant huiuſmodi:Primum quidem induebatur manachaſim, quod conſtrictoriũ poterat dici. Eſt autem cinctorium circa fœmora ſubtile,ex byſſo cõtorto contextũ, ingredientibus per eum pedibus uelut*deuaſtrapis.Scinditur autem ultra medietatem deorſum: & ſuper lumbos aſtringitur. Super hoc autem lineo indumento duplicis ſindonis byſſino ueſtitur: quod chetomene quidem uocatur Hebraica lingua: ſignificat autem lineum: nos enim lineum cheton appellamus.Eſt autem hæc ueſtis,tunica uſque ad talos,corpus omne complectens, & manicis brachia ualde conſtringens: accinguntur circa pectus modice,ſuper illud zonam circunducentes latam, quaſi digitis quatuor,uarie ita contextam, ut uideatur pellis eſſe uiperea: in qua flores intexti ſunt coccinei & purpurei,cum hyacintho & byſſo commixti. Stamen autem eius zonæ eſt ſolummodo byſſus: & ſumens initium cincturæ à pectore, & circundans reducitur iterum ante pectus, & uſque ad crura demittitur,donec ſacerdos in his operiatur. Pro decore nanq; uidentiũ eſt ita compoſita. Cum uero ad ſtudia ſacrificiorum & miniſteriorum præparatur, ne impediatur opus, in læuo humero eam portat. Quod Moſes quidem Arabanech uocauit: nos autem à Babylonijs diſcentes,Hemſaneam uocamus: ſic enim apud eos hæc tunica nuncupatur. Sinũ uero nuſquã habet hæc ueſtis, ſed larga eſt ad collũ eius apertura:&*naſtalæ ex utraq; parte oram eiuſdẽ ueſtimenti à parte pectoris & ſcapularum aſtringunt: hoc etiam Meſſabazan uocatur. Super caput autem geſtat pileum,in modum paruuli calamaci, aut caſſidis, quod extenditur ſupra ſummitatem capitis,& modice uerticis medietatem excedit: uocatúrq; Maſnaemphthis:& tale eſt ut uideatur ex lini textura confectum: habens uittas quæ inuolutæ ſæpius connectuntur, ne facile dilabatur. Deinde aliud unum uelamen deſuper circundatur, deſcendens uſq; ad inferiora barbæ, celans pili illius ligaturas,& totam capitis ſuperficiem: aptatúrq; perfecte, ne laborante ſacerdote circa ſacrificia,corruat. Quales nanque ſint cæterorum ſa-

De zona.

De mitra.

cerdotum

cerdotum ueſtes declarabimus. Princeps uero ſacerdotum ornatur quidem & iſtis, nihil ex prædictis ueſtibus relinquens: ſuperinduitur autem tunica de hyacintho facta, quæ & ipſa talaris eſt: uocaturq; Methir ſecundum linguam noſtram, quæ zona conſtringitur: coloribus prædictis & floribus exornata, auroq; contexto uariata: ornatusq; in fimbrijs eius ineſt, uelut malogranatorum, & tintinnabulorum aureorum multo decore factorum: ita ut inter duo tintinnabula malum granatum habeatur, item inter duo malogranata tintinnabulum. Eſt autem hæc tunica ex duabus inciſionibus, ut ſuta ſit ſuper humeros, & per latera: ſed uno uelo in longum undique circumtexta, ad collum habens tantummodo ſectionem, non è latere: ſed in longum fiſſam à pectore ad medias ſcapulas. Vitta autem ei conſuta eſt, ne poſſit eius apertio turpiter apparere. Similiter & unde manus egrediuntur, apertum eſt. Ad hæc autem tertio induitur ueſtimento, quod dicitur Ephot, ſimile eſt autem ſuperhumerali Græcorum. Fit enim hoc modo, ut ſit textus eius magnitudine cubiti, de cunctis coloribus, auróque uariatus, amplectens omnem pectoris locum, & ad manus efficiendas apertum eſt, & omni ſchemate tunicæ ſimile eſt. Huic ueſtimento locus uacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur, ubi inſeritur Eſſin, quod Græca lingua Logion, Latina rationale ſignificat: & complet totum Ephot: hoc eſt, illum locum quem texentes propterea reliquerant uacuum: unitúrque Ephot cum rationali anulis aureis per circulos ſingulos ſub æqualitate cõmiſſis per uittam hyacinthinam, quæ immittitur per ligaturam, & conſertionibus alterutris anulorum. Ne autem uacua eſſet medietas anulorum, & rationalis, filis hyacinthinis adinuentum eſt, ut ea loca conſuerent. Superhumerale uero duo Sardonychi lapides infibulant per ſingulos humeros auro clauſi: habentes per extremitates circellos aureos, in quibus ſuſcipiunt rationalis ligaturas. His lapidibus inſcripta ſunt nomina filiorum Iacob, prouincialibus literis lingua noſtra, ſena per lapidem: ſeniores autem in humero dextro ſunt. Inſerti ſunt autem in Eſſin, id eſt in rationali duodecim lapides, magnitudine & decore præcipui. Hoc ornamentum propter eminentiam eius honoris ab omnibus poſſideri non poteſt. Siquidem lapides per quatuor ordines terni, per ſingulos ordines conſtituti ſunt, habentes aureas per circuitum coronas, quibus incluſi conſertiq; ſunt, ne poſſit quocunq; modo textura corrupta defluere. Et in primo quidem ordine tres lapides, ſardonychem, topazium, ſmaragdum habet: in ſecundo autem carbunculum, iaſpidem, & ſapphirum. In tertio inchoat ligurius, deinde amethiſtus, achates eſt tertius, qui & poſt alios eſt nonus. In quarto ordine tenet chryſolithus principatũ. poſt quem onyx, deinde berillus, qui eſt ultimus omnium. Literæ autem in omnibus iſtis ſculptæ ſunt nominum filiorum Iacob, quos tribuum principes arbitramur, ſingulis utique lapidibus eorum nomina referentibus ſecundum ordinem, quo nati eſſe noſcuntur. Cum ergo per ſe illi quos diximus anuli ſint infirmi, nec poſſint pondus lapidum ſuſtinere, alij duo maiores in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum eminentes, ipſam texturam faciunt, qui ſuſcipiant catenas aureas opere plectili, uenientes per fiſtulas quaſdam ad extremitates humerorum: quarum catenarum ſummitas aſcendens adducitur poſt tergum: & in circulo qui eſt

De malogra-natis & tintinnabulis.

De Ephot.

De rationali.

De ſuperhumerali.

Duodecim lapides.

ad dorſum in ſuperhumerali cõſeritur: & hoc eſt rationalis munimen eximium, ne poſſit aliqua parte diſrumpi. Zona uero rationalis cõſuitur de coloribus præ/dictis auro conſerta: quæ ex utroq; latere circunducta, & iterum reuoluta, ante pectus ex ambabus ſummitatibus pendere dimittitur, & habet quaſdam fimbri as ex aureis fiſtulis miro decore cõpoſitas, in utraq; zonæ ſummitate pendentes. Pileum autem priori ſimilitudine operatum habet pontifex, ſicut reliqui ſacerdo tes, & alium conſutum ex hyacintho uariatum. Circundatur autem ei & aurea corona, tribus ordinibus facta: ſupra quam ſurgit in media fronte quaſi calycu/lus quidam aureus, ſimilis herbæ, quæ apud nos achoro nuncupatur, quam Græ ci hyoſcyamon dicunt. Ne quis autem, cum non uiderit hanc herbam, per igno/rantiam naturam eius ignoret, aut uocabulum ſciens ipſam ignoret: ſignifico hu iuſmodi hominibus eius modum: Hæc herba frequenter ultra tres palmos ob/oritur: radicem uero rotundam habet, & quaſi rapæ ſimilem: folia uero men/tæ propinqua ſunt. De ramis autem eius oriuntur calyculi rotundi, & in circuitu habet oculos, unde fructus egreditur. Calycem uero quem diximus ſupra co/ronam auream poſitum, habet magnitudinem digiti minoris, cuius cauatio ro/tunda eſt, quaſi crateris, quem tamen latius cõdiſcipulis explanabo. Eſt enim qua ſi ſphæra diuiſa, & circa fundum aliam habet inciſionem à radice rotundatam. Deinde paulatim cauatura colligitur, & ad ſuperiora decenter denuo aperitur: & in labio ita colligitur, ut proprie uideatur hemiſphæriũ mira rotunditate tor/natum. Super hunc iterum oriuntur inciſiones, quaſi extremitates malogranato/rum ſpinoſæ: & in acutiſſimum deficientes cacumen, ſemperq; ſeruat fructum huius calyculi ſuperpoſitio ſeminis ſideritis uicinum. Habet autem flores ſimi/les plantagini, & per circuitum tota corona his floribus eſt cælata, ab occipitio uſ que ad utrunque tempus. A fronte uero hoc quidem non habet, ſed lamina eſt aurea, quæ ſacris literis dei nomen habet inſcriptum. Hoc ergo eſt pontificis or/namentum. Mirari ſiquidem quilibet poterit odium hominum, quod circa nos habere non deſiſtunt: quaſi nobis hoc modo diuinitatem deridentibus, quam ipſi colere non quieſcunt. Siquis enim tabernaculi poſitionem conſideret, & ſa/cerdotalem inſpiciat ueſtem, & uaſa quibus utimur ad ſacrificia celebranda, & le/giſlatorem uirum ſacrum agnoſcet, & fruſtra nos ab alijs blaſphemari percipiet. Nam ſingula quæque eorum, ad ſimilitudinem & formam rerum facta reperiet, ſi abſque inuidia uelit hæc conſiderare. Tabernaculum nanque triginta cubi/torum trine diuiſum, in quo duas partes ſacerdotibus cunctis diſtribuit, quaſi profanum quendam communemq; locum, terram & mare ſignificat. Hæc utiq; greſſibilia cunctis ſunt. Tertiam uero partem ſoli dicant deo, eo quod cœlum in/greſſibile ſit hominibus. Super menſam uero duodecim panes poſiti, ſignificant annum menſium quantitate tanta diuiſum. Per candelabrum uero, per partes ſe/ptuaginta compoſitum, ſeptem planetarũ memoriam tetigit. Et ſuper id ſeptem lucernis planetarum curſum oſtendit. Tot nanq; ſunt numero. Cortinæ ex qua/tuor coloribus contextæ, elementorum deſignant naturam. Byſſus enim terram declarat, eo quod linum oriatur ex ea: purpura uero mare, eo quod piſcium ſan/guine coloretur. Aërem uoluit ſignificari per hyacinthũ. Coccus uero eſt ignis in/dicium.

De corona pontificis.

Tabernaculi inſtrumenta.

dicium. Significat autem & pontificis linea tunica totam terram: hyacinthina uero ueſtis polum: quæ per malogranata coruſcationes, per tintinnabulorũ ſoni tum tonitrua indicare dignoſcitur. Superhumerale etiam ad ſimilitudinem totius naturæ eſt, quando deo placuit ut quatuor coloribus fieret auro contextis, propter ſplendorem reor, qui mundo diffunditur. Rationale uero in medio ſuperhumerali, in modum terræ conſtituit. Hæc nanq; undique medium tenet locum. Zonæ circulus ſignificat oceanum, quod utique cuncta ſuo limbo circundat. Indicat autem ſolem & lunam utercq; ſardonyx, quos pontifex portat in humeris. Duodecim uero lapides, ſeu menſes quis intelligere poterit. ſeu numerum ſtellarum, quem zodiacum circulum Græci uocant. Pileum uero uidetur mihi cœlum imitari, cum ſit ex hyncintho: non enim aliter poterat ſuperponi ei nomen dei: & in corona ſcilicet deſignatũ, & in lamina aurea, propter ſplendorem quo diuinitas præcipue gaudet. Et hæc quidem tantum modo declarata ſufficiant, cũ ſæpius & in multis uirtus legiſlatoris opportune poſſit exponi.

Quomodo Aaron eligitur in ſacerdotem: & quomodo Moſes purificauerit tabernaculum & ſacerdotes: & quemadmodũ de feſtiuitatibus & ſingulis diebus fuerit conſtitutum. Caput XII.

IGitur dum prædictarum rerum terminus eueniſſet, nondum miniſtris ſactis muneribus dedicatis, aſtitit deus Moſi, & ſacerdotium Aaron fratri eius eum dare præcepit, qui propter uirtutis opus omnibus honore iuſtior haberetur. Tũ ille colligens in eccleſia multitudinem, uirtutem eius & ſtudium edicebat, propter eos paſſurum eſſe pericula. Cumq; in omnibus ei populus teſtaretur, & eius ſtudium ualde laudaret, Moſes ait: Viri Iſraëlitæ, fabrica quidem iam perfecta eſt, ſicut ipſi deo gratum fuit, nobisq; poſſibile. Quia uero oportet tabernaculũ iam dicare, decet primum futurum ſacerdotem miniſtraturumq; ſacrificijs, & factum pro nobis orationes agnoſcere. Et ego quidem hac deliberatione mihi conceſſa, meipſum dignum hoc honore iudicabam, eo quod natura omnes ſui generis potius amatores exiſtant: & maxime, quia multum mihi ſum conſcius pro ueſtra ſalute laboraſſe. Nunc autem ipſe deus Aaron dignum hoc eſſe honore decreuit, & hunc ſacerdotem nobis credidit iuſtiorem, ſciens quod dignus induetur ſtola deo deuota: & curam habebit altaris: ad hoſtias offerendas & orationes faciendas pro nobis libenter auditurus, qui curam habet generis noſtri, uirũ quem ipſe magis elegiſſe cognoſcitur. Hebræis itaque placuere quæ dicta ſunt: & ordinationi dei præbuere cõſenſum. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & uirtutem, fratribus honore hoc dignior uniuerſis: habebatq; filios illo in tempore quatuor: Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar. Quæcunque uero ad fabricã tabernaculi præparata ſuperauerant, hæc iuſſit ad tegmen cortinæ ipſius tabernaculi, & lucernæ, & thuribuli, aliorumq; uaſorum expendi: quatenus hæc pariter neque pluuia neque puluere uexarentur: & populum denuo colligens, ſingulos ad oblationem iuſſit offerre dimidium ſicli. Sidus autem Hebræorum numiſma qnatuor drachmas Atticas habet. Illi uero libenter implebant quæ iuſſerat Moſes (eratq; offerentium multitudo ſexcentorum quinque milium & quingentorum quinquaginta) offerebantq; argenti libram à uiginti annorũ ætate uſque ad quinquaginta conſtituti: oblatu mq; circa tabernaculi opus expendeba-

Exod. 28. 29. 30. 40.

Oblationũ de uotio.

Siclus.

tur. Purificauit autem & tabernaculum & ſacerdotes hoc modo. Myrrhæ electæ ſidos quingentos,& totidem cinnamomi, & calami (eſt autem & hæc ſpecies ſuauis odoris, prioris menſuræ tenens medietatem) hæc iuſſit contuſa miſceri:oleiq; oliuarum pondus menſuræ prouinciæ quæ dicitur hin, duas coas Atticas capiens. Quibus permixtis & coctis,facta eſt arte unguentariorũ unctio ſuauiſſima. Deinde ſumens hos ipſos ſacerdotes & omne tabernaculũ unguens purificauit, offerens hoſtias multas & uarias in tabernaculo:deinde aureum thuribulum, quod magni erat honoris: & reliqua de quibus prætermittimus enarrare naturam,ne multiloquium fiat legentibus. Secundo autem die,id eſt,ante ſolis ortum & ad occaſum,incenſum fieri oportebat omnino: oleumq; purgantes, ad luminaria conſeruabant. Quorum tres quidem lucernæ ſuper ſacrũ candelabrũ deo tota die lucebant,reliquæ uero accendebantur ad ueſperam. Omnium uero quæ facta ſunt,optimi opifices Beſeleel & Heliab fuerunt. Nam & prioribus artificibus ipſi præpoſiti erant, ad meliorem operationem iugiter exercendam,& ad intelligentiam rerũ,quarũ inſtructionem primitus ignorabant. Horum itaq; Beſeleel meliorem contigit iudicari. Igitur omne tempus ad opus faciendum tranſijt in menſem ſeptimum:& poſt hoc,ex quo Aegyptum reliquerant,primus eis annus impletus eſt. Inchoante autem anno ſecundo, menſe xantico ſecundum Macedones, niſan uero ſecundum Hebræos,in nouo menſe tabernaculum conſecrarunt,& omnia uaſa eius,quæ iam declarata ſunt. Oſtendit autem ſe deus gauiſum in operibus Hebræorum,& non fruſtra eos laboraſſe in pulchritudine illius ædificij,ſed acceſſit & habitauit in eo templo. Præſentiã nanq; ſuam hoc modo fecit: Cœlũ ſiquidem mundũ erat,ſuper tabernaculũ uero ſolummodo caligo facta eſt, nõ alta nube, ſatis autem denſa circundãs illud, ut putaretur tempeſtas eſſe: neq; rurſus ita ſubtilis fuit,ut ualeret per eam aſpectus aliquid contueri: gratúsque ros exinde defluebat: pandebátq; præſentiam dei his qui hoc uolebant pariter & credebant. Moſes autem cum artifices, qui talia fuerant operati, dignis muneribus honoraſſet, ſacrificauit in tabernaculi ueſtibulo ſecundum mandatum dei taurum, & arietem, & hœdum pro peccatis. Dicturus enim de his quæ ad ſacrificia pertinent, de his etiam quæ circa ſacrificia celebrantur indicaturus ſum, ſimul & de quibus iuſſit holocauſta fieri, & quæ comedenda tanquam cibos laxauit. Mactatis igitur animalibus quæ prædixi, ex eorum ſanguine ueſtem Aaron ipſumq; cum filijs aſpergebat:purgans eos fontium aquis & unguento, ut dei fierent ſacerdotes. Septem itaq; diebus hoc modo ipſos & eorum ueſtes curabat, tabernaculum ſimul & eius uaſa ex oleo prælibato,ſicut iam dixi, & ſanguine hircorum & taurorum immolatorum per ſingulos dies, id eſt, unoquoq; ſecundum genus. Octauam uero feſtiuitatem denunciauit populo, & quenque ſecundum uirtutem immolare præcepit. Illi uero alterutros æmulati,& ſuperantes ſacrificijs ſemetipſos,ſinguli feſtinantes dictis obediebant. Impoſitis autẽ hoſtijs ſuper altare,repente ex eis ſpontaneus ignis accenſus eſt, & ſimilis flamma fulgori coruſcationis emicuit, & omnia quæ erant ſuper altare conſumpſit. Contigit autem poſt hæc & Aaron calamitas quædam,ut tanquam homo ſimul & pater de ea cogitaret,quam tamen fortiter tolerauit,

Exod. 40.

Leui. 8.

De ratione ſacrificiorum.

Leuit. 9.

tolerauit, quoniam & circa caſus animo fortis erat, & hoc dei uoluntate proue- *Leuit. 10.*
niſſe iudicabat. Ex quatuor nanque eius filijs, quos iam dixi, duo ſeniores, Na-
dab & Abiu, portantes ſuper aram hoſtias, non quas prædixerat Moſes, ſed qui- *Interitus Nadab & Abiu.*
bus primitus utebantur, ſubito concremati ſunt, igne ſuper eos magno impetu
ueniente, & pectora faciesque eorum inflammante, ita ut nullus eorum ualuiſ-
ſet extinguere: & illi quidem ita defuncti ſunt. Moſes autem iuſſit patrem eorũ
& fratres portantes corpora, extra caſtra deducentes, honore congruo ſepelire:
luxitq; eos plebs nimis amare, propter mortem quæ ſic eis inopinabiliter accidiſ-
ſet. Solos autem fratres eorum & patrem non cogitare ex hac tribulatione Mo-
ſes exorauit: cum deberent dei honorem præponere ſuæ triſtitiæ. Iam enim Aa-
ron & ſacerdotij ſtola uidebatur indutus. Itaque Moſes omnem honorem reſpu
ens, quem ſibi omnem multitudinem uidebat offerre, ſolum deo miniſterium
celebrabat: & aliquando quidem ad montem Sina ibat, aliquando uero in ta-
bernaculum ingrediens reſponſa poſcebat, de quibus ſeorſum rogabat deum: &
ſtola priuatus, alijs cunctis ſe publicum demonſtrabat, & in nullo ab alijs differ-
re ſtudebat: niſi tantum ut eorum ſaluti prouidere uideretur. Inſuper & conuer-
ſationem eorum ſcribebat in leges ſecundum quas deo grati uiuerent, & in nullo
alterutros accuſarent, quas tamen dei præcepto conſtituit. Nunc igitur de con
uerſatione & legibus exponam. Quod autem de ueſte pontificis prætermiſi, uo-
lo proferre. Nullo modo enim malignitatibus profanorum reliqui occaſionem:
Si qui tamen tales ſunt, ut dignitatem dei temnent cognoſcere, omnipotentem
deum negligentes ſcire derelinquunt, ſiue ad ſacra ueniant, ſiue adeſſe nolint: &
hoc non ſolum Hebræis uoluit deus eſſe manifeſtum, ſed etiam peregrinis iſta
legentibus. Lapides autem, quos ferre ſuper humerum prædixi pontificem, *Nota rem mirandam.*
erant ſardonyces. Eorum puto naturam amplius omnium ad humanam noti-
tiam uenientium effulgere. Deus ergo & ſacrificijs dum adeſſet, alter qui in de-
xtro humero portabatur micabat: & ex eo ſplendor ita exiliebat, ut etiam pro-
cul poſitis appareret, cum prius hoc lapidi non ineſſet. Et hoc utiq; mirabile eſt,
his tamen qui ſapientiam non adiectione diuinorum operum nanciſcuntur.

Quod uero mirabilius eſt dicam. Per duodecim enim lapides, quos ſupra pe-
ctus pontifex in Eſſin ſutos, id eſt, rationali portat, uictoriam pugnaturis deus
prænunciabat. Tantus enim ſplendor fulgebat in eis, cum nondum exercitus
moueretur, ut omni fieret multitudini manifeſtum, eorum auxilijs adeſſe deum.
Vnde Græci qui noſtras ſolennitates honorant, eo quod nihil in his contradice-
re ualeant, Eſſin rationale uocant. Ceſſauit itaq; & Eſſin & ſardonyx ſplendeſce-
re annis ducentis antequam hæc ego conſcriberẽ, cum deus moleſte ferret tranſ-
greſſiones legũ, de quibus ſub opportunitate dicemus. Nunc autem ad conſe-
quentia uerba conuertar. Tabernaculo ſcilicet iam dicato & ornatis ſacerdotũ re-
bus, populus deũ apud ſe eſſe cum tabernaculo iudicauit, & ad ſacrificia ſimul &
requiẽ eſt cõuerſus, quaſi omnẽ iam moleſtiã reſpuiſſet: & de futuris meliora de-
ſiderãtes, munera deo alia quidẽ cõmuniter, alia uero ſeorſum de ſingulis tribus
offerebant. Principes enim tribuũ bini & bini cõuenientes, uehiculũ & duos bo-
ues offerebãt: erãtq; uehicula ſex: & ita tabernaculũ in itinere deuehebãt. Ad hæc

autem unuſquiſque eorum phialam thuribulúmque portabat,& capſam capien tem daricos decem,plenam thymiamatibus. Thuribula uero & phiala argentea erant: utraq; ſidos ducentos appendentia. In phiala tamen ſeptuaginta ſolum modo ſunt expenſi.Hæc erant plena farina,oleo conſperſa,quibus utuntur ad ſa crificia. Super illas autem oblationes uitulum & arietem cum agno anniculo ad holocauſtum,id eſt,totum incendendũ: & cum his hircum pro oblatione pecca torũ offerebant ſinguli principũ. Sed & alia ſacrificia quæ ſalutares appellaban tur,per ſingulos dies boues duos, & arietes quinq;, cũ agnis anniculis & hœdis. Iſti enim ſacrificabant per duodecim dies,unus in tota die.Moſes autem nequa quam aſcendebat in montem Sina, ſed ingrediens tabernaculũ cõſulebat deum de actuum legumq; diſpoſitione,quas humanam ſapientiam præcellentes,opor teret firmiſſime omni tempore cuſtodire,& donũ dei eſſe cunctis oſtendi:taleſq; fore,ut eas Hebræi nec in pace per epulas,nec in bellica neceſſitate tranſcenderẽt. Sed de his quidem legibus dicere ſuperpono, aliam conſcriptionem facturus.

De generibus & legibus ſacrificiorum & purgationum,& ritu immolandi, deq; his quæ immunda ſunt. Caput XIII.

Leuit. 1.

Duo genera ſacrificiorũ.

NVnc tamen quarundam paucarum memorabo,de purgatione & ſacrificijs poſitarũ.Etenim ſermo mihi de ſacrificijs faciendus eſt. Duo enim ſunt ſacrificia,quorum aliud quidem ab unoquoque priore,aliud uero celebratur à ple be: & hæc quidem duobus modis efficiuntur,aliud quidem quando totũ quod immolatur incenditur,& propterea etiam nomen holocautomatis habet, id eſt, totum incenſum: aliud uero quod pro gratiarum actione perſoluitur,& ad epu las immolationum exhibetur. De priori nanq; narrabo. Vir priuatus holo cauſtum faciens, immolat quidem bouem,& agnum, & hœdum: hæc quidem annicula. Boues autem permittuntur immolari etiam iam maiores. Sed hæc omnia maſculini generis holocauſta fiunt.His autem cæſis,limbum altaris ſan guine perfundunt ſacerdotes:deinde purgantes ea mẽbratim incidunt,& omnia ſuper altare imponunt,lignis inſtructum,& ſubiecto igne inflammatum.Pedes autem cum iecore purgantes, & inter pinguedinem unà cum alijs offerunt: pel les autem ſacerdotes accipiunt.Et holocautomatis quidem modus eſt iſte. Pro gratiarum uero actione hoſtias celebrantes, hæc animalia ſacrificant, matura quidem & anniculis grandiora,maſcula tamen fœminis combinata: immolan teſq; hæc, fundunt quidem ſanguinem ſuper aram: renes autem & adipes, & omnem pinguedinem cum reticulis iecorum, & cum his caudam agni ſuperpo nunt aræ.Pectora autẽ & crura dextra ſacerdotibus præbent, & duobus diebus de reliquis carnibus epulantur.Quæcunq; uero remanſerint, concremantur. Si militer autem prædicto modo ſacrificij etiam pro peccatis hoſtia celebratur.Qui uero ſacrificia maiora non habent, offerunt columbas aut turtures duas: quarũ alia quidem fit in holocauſtum deo, alia ſacerdotibus datur ad cibum. Certius autem de ſacrificijs horum animalium in ſacrificiorum ſermone dicemus. Qui enim per ignorantiam in peccatum inciderit, agnam & hœdum fœminam eo rundem annorum offert: & ſanguinem quidem fundit ſacerdos in aram non ſi cut prius: ſed angulorum tangit extremitates: & renes aliamq; adipem cum re ticulo iecoris ſuper altare imponunt. Sacerdotes autem tollunt & pelles: & car

Leuit. 3.

Leuit. 5.

nes ea

nes ea die consumendas in templo: lex enim in cras relinqui non sinit. Qui uero peccat quidem, sibiq; conscius est, & nullum habet qui eum possit arguere, arietem immolat lege præcipiente: cuius carnes in templo sacerdotes similiter comedunt ea die. Principes autem in quibus peccant sacrificantes, ea quidem offerunt quæ priuati: placant autem deum offerendo ad sacrificia taurum & hœdum masculos. Lex autem præcipit in publicis priuatisq; sacrificijs etiam farinam mundissimam adijci: in agno quidem assarij mensuram, in ariete uero duorum, in tauro trium: & hoc sanctificant super altare oleo mixtum. Nam & oleū offertur ab immolantibus: in boue quidem Hin medietatem, in ariete autem huius mensuræ tertiam partem, & quartam in agno. Hin autem mensura Hebræorum antiqua choas Atticas recipit duas: secundū quam mensuram olcū offerebant. Siquis autem sacrificiū nō celebrans, pro uoto simile primitias offerat, unam drachmā mittit super aram: reliquam uero ad uescendū sacerdotes accipiunt aut ad coquendū. Nam & oleo fermentatur. Aut certe ad faciendos panes sacerdoti tolenti quodcunq; ex ea ad holocaustū necessariū est. Prohibet autem lex immolari alia die natū unà cum genitrice: sed nec aliter immolari permittit, nisi cū octaua dies nati transierit. Fiunt autem & alia sacrificia pro languoribus euadendis, aut pro alijs causis, & æqualia libamina cum hostijs expenduntur: quorū in crastinum aliquid remanere lex prohibet, sacerdotibus scilicet propriam sumentibus partem. Ex publico autē sumptu lex agnū anniculū singulis diebus iubet occidi, inchoante die & terminante. Septima uero die quæ sabbatū nuncupatur, duos occidunt, eodē sacrificantes modo. In initio mensis & quotidiana sacrificia, & duos boues cū agnis anniculis septem, & arietē mactant, hœdū uero pro dedicatione peccatorū, si forte per casum obliuionis eueniāt. Septimo uero mense quem Macedones Hyperueretheū uocant: adijciēt his quæ prædicta sunt taurū & arietem, & septem agnas immolant: & hœdū pro peccatis. Offerunt autē super hæc duos hœdos, quorū alter quidē uiuus ultra terminos deserti dimittitur, futurus pro toto populo expiatio & declinatio peccatorū: alterū uero in suburbanis in locū purissimū deducentes, cum ipsa pelle totū incendūt, nihil omnino purgantes. Concrematur autem simul & taurus nō oblatus à populo, sed ex proprio sumptu pontificis præparatus. Quo interfecto & oblato in templū, eius sanguine simul & hirci aspergit digito contra mensam septies. Eodem autem numero & pauimentum, totiesq; templum & auream aram, & reliquū quod est circa maius uestibulum purgans: Super hæc extremitates & renes, & adipem cum reticulo ieoris superimponunt altari. Præbet autem & arietem deo pontifex ad holocaustum. Quinta uero eiusdem mensis & decima, tempore ad hyemem uergente, tabernacula figere iussit singulos per familias, metuentes frigus, pro anni custodia. Dumq; in patriam peruenirent, in illa ciuitate quam propter templum metropolim haberent, festiuitatem eos octo diebus agere, & holocausta facere, & sacrificare deo, & pacificas hostias offerre præcepit: utq; in manibus portarent ramos myrrhæ & salicis, summitatesq; palmarum, & uirgulas maliperfici: Prima itaq; dierū fit holocaustū hostiarū, ex tribus & decem bobus, & agno uno aut pluribus, & arietibus duobus, adiecto hirco pro declinatione peccatorū. Sex autem

Leuit. 6.

Leuit. 4.9.

Leuit. 2.

Ratio septimi mensis.

Leuit. 23.

De solennitate tabernaculorū

autem diebus ipſe quidem numerus agnorum & arietum cum hirco ſacrificatur ſubtrahitur autem ſingulis diebus unus bos, donec ad ſeptimum ueniatur: & ab omni opere die octouo requieſcunt, & deo (ſicut prædiximus) uitulum immolant & arietem, & agnas ſeptem, & hircum pro declinatione peccatorum. Hæc quidem Hebræis tabernacula figentibus celebrare patrij moris eſt. Menſe uero Xantico, qui apud nos Niſan appellatur, id eſt anni principium, quartadecima luna, ſole oppoſito in ariete, quo menſe liberati ſumus à ſeruitute Aegyptiorũ, ſacrificium quod tunc egredientes ex Aegypto fecerunt, immolare nos annis ſingulis (quod paſcha dicitur) celebrareq; ſanciuit. Et utiq; celebramus illud per tribus noſtras, nihil immolatorum in craſtinum reſeruantes. Quintadecima autem ſuccedit feſtiuitas azymorum, quæ ſeptem diebus celebratur, in qua azymis ueſcuntur, & ſingulis diebus tauri occiduntur duo, & aries quidem unus, agnæ uero ſeptem: & hæc holocauſta fiunt: & hircus quoque pro peccato adijcitur per dies ſingulos ad epulas ſacerdotum. Secunda uero azymorum die, quæ eſt decimaſexta, frugum primitias, quas metunt, antequam ex eis ueſcantur, deum iudicantes iuſtum eſſe primitijs honorari, quo ſint hac ubertate completi, offerunt iſto modo: Siccantes ſpicarum manipulum, & contundentes, & munda ad coquendum hordea facientes, aræ dei aſſarium offerunt: & unam dragmam ex eo mittentes, reliquum ſacerdotũ uſui derelinquunt: & tunc iam licebit omnibus pro ſua metere uoluntate. Immolant autem in principijs frugum agnum in holocauſtum deo. Septima uero ſeptimana tranſacta poſt hoc ſacrificiũ, quarum ſeptem hebdomadarũ dies ſunt quadraginta & nouem, pentecoſte celebratur: quam Hebræi Aſarcha uocant, quod ſignificat pentecoſten, id eſt, quinquageſimam. In qua offerunt deo panes de alphita ſiccata factos, cum fermento aſſariorum duorum, & ad mactandum agnas duas. Hæc quidem duo offeruntur ſolummodo. Nam cœna ſacerdotibus præparatur, nihilq; ex his in craſtinum relinqui permittitur. Immolant autem ad holocauſtũ uitulos tres, & arietes duos, & agnas quatuordecim, duosq; pro peccato hircos. Nulla uero feſtiuitas eſt in qua holocauſtũ nõ faciant, aut in qua ex operibus laborũ requiem nõ habeant: ſed in omnibus & legitimæ immolationis ſpecies, & uacationis certus eſt modus, & eorum quæ ad epulandũ immolantur: ex cõmuni tamen ſimila cocta fermento carens datur aſſariorũ uigintiquatuor, & ad panes faciendos expendũtur. Coquuntur enim duo, & duo diuiſi ante ſabbatũ, & ſabbato mane oblati ſuper ſacram menſam ponuntur, ſibi ad alterutros cõuerſi, duabus pateris aureis ſuperpoſitis, thure plenis, quæ permanent uſq; ad aliud ſabbatũ: & tunc pro illis alij deportantur: Illi uero ſacerdotibus exhibentur: & thure incenſo in igne ſacro, in quo omnia holocauſta fiunt, aliud thus ſuper alios panes adijcitur. Immolat aũt ſacerdos de proprijs expenſis ſecũdo per diẽ farinã oleo mixtã, & modica coctione duratã, quo ſit menſura unius aſſarij: cuius medietatẽ quidẽ mane, aliã uero medietatẽ meridie igni ſolẽt offerre. De his itaq; integriorẽ denuo declarabo ſermonẽ, ſufficienter aũt mihi etiã nũc de his uideor enarraſſe. Moſes aũt tribũ Leui à cõmuniõe populi ſegregãs, ſacrã utiq; futurã ſanctificauit fontiũ aqs ualde puriſſimis: & ſacrificia p talibus legitima præbens deo, tabernaculũ eis ſacrataq; uaſa, & reliqua

De ſacrificijs Paſchæ.

Feſtiuitas azymorum.

De primitijs frugum.

Leuit. 2.

Leuit. 23.

De ſacrificio Pentecoſtes.

Num. 3.

& reliqua quæcunque ad tegmen tabernaculi uidebantur feciſſe contradidit: qua tenus præſidentibus & dicatis iam deo ſacerdotibus miniſtrarent. Et de animali bus diſcreuit ſingula quæ comederent, & à quibus ſe penitus abſtinerent. De qui bus cum nobis occaſio huius ſcripturæ prouenerit, dicemus, adiícientes & cau ſas, pro quibus motus, alia quidem nobis ad cibum eſſe præcepit, ab alijs autem abſtinere imperauit. Sanguinis autẽ totius uſum ad ueſcendum modis omni bus interdixit, animam illum & ſpiritũ eſſe putans. Sed & carnes ſponte mor tui animalis ab eſu omnino prohibuit: & ab adipe & reticulo caprino & ouino, & bubulo abſtinendũ eſſe prædixit. Expulit autem etiam à ciuitate leproſo corpo re maculatos, & ſemine defluentes. Sed & mulieres quibus fit purgatio natu ralis, remoueri iuſſit uſque ad ſeptimam diem: poſt quam diem quaſi purgatas remeare permiſit. Similiter autem & mortuo facientes exequias, poſt totidem dies legitimũ eſt redire. Eos autem qui ſuper numerum horum dierum in pollu tione conſiſtunt, ſacrificare legitimum eſt agnas duas: quarum alteram quidem ſanctificare conuenit, alteram uero ſacerdotes accipiunt. Similiter autem & im molant pro eo cuius defluit ſemen, quoties hoc per ſomnium patitur, deſcenden te eo prius in aquam frigidam. Idem facit & qui cum legitima uxore concumbit.

Leuit. 17. *De his quæ immũda ſunt.*

Ibid. 13.

Ibid. 15.

Leproſos autem omnino expulit à ciuitate, cum nullo penitus conuiuentes, & nihil à mortuis differentes. Si uero quilibet ſupplicando deo hac ægritudine libe retur, ſanumq; colorem aliquando recipiat, diuerſa deo ſacrificia compenſat, de quibus poſt hæc dicemus. Vnde etiam quilibet irridebit eos, qui dicunt Moſen le pra fatigatum, & propter hanc cauſam ſimilium proiectorum ducem factum, in Chananæam ueniſſe cum eis. Si enim hoc fuiſſet uerum, nequaquam Moſes in iuria ſua hæc ſanxiſſet, cum magis rationabiliter etiam alijs hoc introducentibus contradicere præualeret, quando & apud gentes multas leproſi ſint, & fruantur honore præcipuo: & non ſolum iniuria & expulſione priuentur, ſed etiam militi as mereantur inſignes, & ciuilia eis ſingula committantur: & in ſacris, & in tem plis ingrediendi habeant poteſtatem. Quapropter in nullo prohibebatur Mo ſes, ſi aliqua huiuſmodi paſſione circa colorem ipſe aut multitudo, quæ cum eo erat, uexaretur de iſtis meliora ſancire nullumq; detrimentum huiuſmodi paſſio nibus cogebatur inferre. Sed palàm eſt, quomodo hæc de nobis inuidia concita ti loquuntur. Moſes autem ab his mundus exiſtens, etiam mundis cõtribulibus conſtitutis, de lauguentibus hoc modo ſanciuit, & hoc pro dei honore decreuit. Sed de his equidem unuſquiſque cogitet ut uoluerit.

Leges mulieris puerperæ, eiusq; mũdationes: deq; uxore adulterij ſuſpecta, & prohi bito cõcubitu: de cõiugio ſacerdotũ, & anno iubileo. Caput XIIII.

MVlieres uero quando pariunt, intrare in templũ prohibuit, ſacrificiaq; con tingere non permiſit uſque ad quadrageſimum diẽ, ſi maſculus ſit qui pa riatur: duplicibusq; diebus, ſi fœminam generari contigerit. Ingredientes autem poſt prædictæ dilationis tempus ſacrificia celebrant, quæ ſacerdotes ſolenniter deo diſtribuunt. Si quis adulteratam ſuam ſuſpicatur uxorem, offert farinæ hordeaceæ aſſarium: & unum pugillum ex ea mittens in altare, reliquum dat ſacerdotibus ad edendum. Mulierem uero conſtituit aliquis ſacerdotum ad

Leuit. 12.

Lex mulierũ parientium.

Probatio zelotypiæ.

Num. 5.

ianuas,

ſanuas, quæ ſunt conuerſæ ad templum: & uelamen capitis eius detrahens, ſuperſcribit quidem in membrana dei uocabulum, iubétque iurare nihil eam nocuiſſe uiro ſuo, nec pudicitiæ uinculum diſrupiſſe: quod ſi commiſit, ut fœmore dextro diſiuncto, uteróque putrefacto moriatur: ſi uero amore nimio & huius rei zelo petulanter maritus hac ſuſpicione mouetur, ut menſe decimo ei puer maſculus generetur: perfectóq; iureiurando, dei nomen diluens è membrana, in phialam exprimit: ſumensq; terram de templo circa parietes iacentem, & ſuperaſpergens, mulieri dat ad bibendum. Illa uero ſiquidem iniuſte accuſata eſt, concipit, & partus eius nutritur in utero: ſi autem de toro maritali mentitur etiam deo, cum cõfuſione uitam reliquam ſuſtinebit. Nam & fœmur eius putreſcit, & uterus uertitur ad hydropem. Et de ſacrificijs quidem & purgationibus eorũ,

De adulterio. Moſes contribulibus ſuis ita proſpexit. Leges autem eis tales expoſuit. Adulterium quidem omnino prohibuit: feliciſſimum eſſe credens, uiros circa torum eſ-

Leui. 18. ſe ſecuros: & ciuitatibus ſimul & domibus expedire, filios eſſe ueraces. Sed & matribus miſceri, tanquam malum maximum lex negauit. Similiter uxori paternæ, & nutricibus, & ſororibus pro uxoribus coire quempiam filiorum, tanquam

Ibid. 20. prauam iniuſtitiam nimis odiuit. Prohibuit autem & mulieri naturaliter pollutæ miſceri, & iumentis, & maſculis, eo quod hæc libido nequiſſima uideatur: & aduerſus eos qui hæc præſumunt, mortis ſupplicium prouenire decreuit. Sacerdo-

Ibid. 21. tum uero duplicem fecit purgationem. Nam & ab iſtis ſimiliter eos abſtinuit: &

De ſacerdotũ uxoribus. ſuper hæc neque meretrices neque concubinas eos habere permiſit, neque ancillam, neque captiuam eis nubere uoluit. Sed & eas quæ de cauponationibus & pandochijs uitam agunt: & quæ prius maritos habentes, pro cauſis quibuſcunq; dimiſſæ ſunt, ab eorum coniunctione prohibuit. Summum uero pontificem neque mortui uiri habere permiſit uxorem: licet hoc alijs conceſſiſſet, huic ſoli dedit ducere uirginem, eamq; ſeruare. Vnde neque ad mortuum ſummus ſacerdos accedit, cum reliqui nõ prohibeantur fratribus & parentibus & omnibus ſuis ſolennia mortuis exhibere: quos eſſe oportet ſimplices omnium ſimplicitate uera.

De ſacerdotibus. Qui inter ſacerdotes integer non eſt, paſci quidẽ ait de oblationibus ſacerdotis, aſcendere autem ad altare & in templum introire prohibuit. Hos itaq; non ſolũ ad ſacrificia mundos, ſed etiam circa conuiuia & cultum ſuum ſtudioſos & inculpabiles eſſe præcepit. Ob quam cauſam ſtola ſacerdotali ueſtiti & immaculati &

Leuit. 10. circa omnia mundi ſunt, & ſapientes exiſtunt. Bibere uinum donec ſtola ueſtiti

Ibid. 25. ſunt prohibentur: inſuper & oues integras immolant, & in nullo polutas. Hæc igitur etiam in tempore uitæ ſuæ geſta tradidit Moſes, quorũ quædam & in de-

Lex ſeptimi anni. ſerto degens adinuenit, quatenus dum terram Chananæam perciperent, hæc ſeruarent: id eſt, anno ſeptimo requiem terræ præbeant ab aratro & plantationibus, ſicut & ipſos ſeptima die ab operibus ceſſare ſanciuit: & ut quæ ſponte oriuntur de terra, eſſent uolentibus in uſu communia, & contribulibus & extraneis, ni-

Lex iubilei. hilq; ex eis ſeruarent. Hoc autem poſt ſeptimam annorum ſeptimanam fieri iuſſit, qui ſunt anni quidem quinquaginta: uocatúrq; ab Hebræis hic annus quinquageſimus iubileus, in quo & debitores à credito relaxantur, & ſerui liberi dimittuntur: quos cum eſſent contribules, pro quadam tranſgreſſione legum ſeruitij ſche-

uitij schemate castigauit, mortemq; sustinere prohibuit. Instante siquidem iubileo, quod nomen significat libertatem, restituunt etiam agros antiquis dominis isto modo: Conueniũt uenditor agri simul & emptor, & reputãtes fructus & expensas in agro factas, fructibus exuberasse compertas, uenditor recipit agrum. Cum uero expensæ transcendunt, hoc quod deest recipiens emptor, à possessiõe discedit, connumeratis scilicet ex æquo fructibus & expensis, prioribus possessoribus reddit agrum. Eandem legem uoluit etiam in domibus obtinere, quæ per uicos quosq; uenduntur. Nam de his quæ in ciuitatibus uẽduntur, aliter definiuit. Siquidem antequam compleatur annus recipiat pecunias, reddere domum cogit emptorem: si uero completus annus fuerit, possessionem confirmat emptori. Hanc igitur legem constitutionem Moses, dum sub monte Sina moraretur exercitus, à deo cognouit, & Hebræis scriptam contradidit.

Leges instruendi exercitus, & numerus Israelitarum aptorum bello, decq; tubis argenteis. Caput XV.

CVm uero circa legislationem iam putaret ista sufficere, ad exercitij militaris iura cõuersus est, habens in animo bellicas causas attingere: præcepitq; principibus tribuum præter tribum Leui, ut numerum pugnare ualẽtium perfecte cognoscerent. Leuitæ enim sacrati erant, & ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaq; facta, inuenta sunt milia sexcenta & tria, & sexcenti quinquaginta, qui potuissent arma producere, à uigesimo anno usq; ad quinquagesimum. Pro Leui tamen elegit inter principes tribuum Manasse filium Ioseph, & Ephraim, pro ipso Ioseph. Hæc autem fuit supplicatio Iacob à Ioseph, dum fecisset filios eius sibi præberi sicut prædixi. Figentes autem castra tabernaculum in medio statuebant, & ternæ tribus per latera singula tabernaculi commanebãt, & plateas per medium habebant: eratq; ornatus quasi fori rerumq; uenalium, singulis in ordine cõstitutis, & opifices artium singularum in stationibus erant: nulliq; alij loco, q; ciuitati competenter ædificatæ & collocatæ similis erat. Ea siquidem quæ circa tabernaculum erant, sacerdotes tenebant, deinde cuncti Leuitæ. Exquisiti enim sunt Leuitæ masculi, qui ultra triginta annorum essent, inuentiq; sunt uigintiduo milia, octingentioctoginta. Quotiẽs uero supra tabernaculum stare nebulam contingebat, tanquam deo ibidem commorante quiescebãt, cum uero conuerteretur, procedebant. Adinuenit autem & modum tubæ ex argento factæ, quæ est huiusmodi, longitudinem quidem habens penè cubiti. Est autem angusta fistula cantatoria, calamo capacior, præbens latitudinẽ quæ conueniat ori ad susceptionem spiritus, & dassico sono uicina est, quæ Hebraica lingua uocatur Asosra. Factæ sunt tales duæ, & una quidem utebantur ad iussionem & collectionem populi in ecclesijs celebrandam: altera uero, cum oporteret ad cogitandum de rebus necessarijs principes conuenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Cumq; tabernaculũ moueretur hæc fiebant, insonante priore, ij qui habitabant ad orientalem tabernaculi partem surgebant: cum uero secunda sonuisset, qui ad austrum residebant apparabantur. Et ita in thecam inuoluta tabernaculi medietas, præcedentibus sex tribubus portabat, & alia media sequentibus sex: Leuitæ uero omnes circa tabernaculum erant. Tertia uero so-

Numer. 26. Bellicosos Mosi recensuit.

Exo. 40.

Numer. 10. De duabus tubis argenteis.

nante, pars quæ conuersa erat ad occidẽtem ferebatur: & quarta, quæ circa septentrionem. Vtebantur autem his tubis etiam in sacrificijs hostias offerentes, & sabbatis, & cæteris quoque diebus. Sacrificauit autem tunc prius post excessum de Aegypto, quod pascha dicitur, in deserto.

Orta seditione rursum contra Mosen ob inopiam cibi, coturnicibus locus est repletus, sumpsitq; deus supplicium de seditiosis. Caput XVI.

Num. 11. ET post paululum procedens à monte Sina, & loca quædam cõmutans, de quibus dicemus, ad locum qui dicitur Eserimoth uenit. Vbi multitudo rursus seditionẽ fecit, accusando Mosen, & necessitates profectus sui dicendo, & quod de terra bona eis suasisset exire: & cũ illam perdiderint, pro felicitate quã eis se promiserat præbiturum, diuersis miserijs tenerentur astricti, & aqua priuati: & si contingeret, ut etiam manna deficeret, essent sine consolatione perituri. Cũque multa sæuiora in illum uirum edicerent, unus quidem monebat eos, ut neque Moseos neque laborum eius exhibitorum pro cunctorum salute immemores esse deberent, neque de dei adiutorio desperarent. Plebs autem ad hoc potius est commota, & contra Mosen maior turba consurgebat. Moses itaque confortans eos tali desperatione deiectos, licet turpiter ab eis fuisset contumeliã passus, tamen promisit eis carnium multitudinem præbiturũ, non una die sed plurimis. Illis autem hoc non credentibus: & dicente quodam, unde posset hæc tantis milibus quæ prædixerat ministrare? Deus, inquit, & ego, licet mala audientes à uobis, non tamen recedimus operantes pro uobis, & istud non tarde proueniet. Cumq; hæc dixisset, coturnicibus repletus est omnis exercitus, colligebãtq; eas circumastantes. Deus autem non tarde hanc reddidit Hebræis iniuriam, & maledictum in se commissum. Non parua siquidem multitudo eorum mortua est. Et hactenus locus ipse cognominatur Cabrothalia, quod interpretari potest, desiderij sepultura.

Quomodo Moses Hebræos ad Chananæorum fines duxit, mittens in Chananæam duodecim exploratores, qui reuersi metũ & terrorem populo incusserunt, uolenti ob id Mose & Aaron interfectis, Aegyptum repetere. Caput XVII.

Num. 31. DEducẽs autem eos inde Moses in terram quæ uocatur conuallis, iuxta Chananæorum terminos existentem, & ad habitandum difficilem, populum in ecclesia congregauit, eisque in concione locutus est, dicens: Cum deus nobis duo bona promiserit, libertatem & felicis terræ possessionem, aliud deo dante iam possidetis, aliud estis percepturi celeriter. In finibus nanque sedemus Chananæorum: arcebitque nos de cætero procedentes neque rex, neque ciuitas, sed neq; omnes eorũ gentes. Exercitum ergo præparemus ad bellum. Non enim sine labore nobis hæc terra conceditur, sed maximis eam prælijs obtinebimus. Mittamus autem exploratores, qui huius terræ bona considerent, & quæ uirtus in ea sit habitantium. Ante omnia uero unanimes simus: & deum, qui est in omnibus nobis adiutor, & pugnandi socius, honoremus. Hæc itaque cum dixisset Moses, multitudo ei honorem exhibuit: elegitque exploratores duodecim

cim notiſſimos uiros, unum de unaquaque tribu. Qui circumeuntes omnem terram Chananæorum, à partibus circa Aegyptum iacentibus uſque ad ciuitatem Emathin, ad montem Libanum peruenerunt: naturamque terræ & incolarũ hominum cõſiderantes ualidam, reuerſi ſunt, quadraginta diebus omne hoc opus explentes: inſuper & fructus quos proferebat illa terra portantes, eorumq; abundantiam & multitudinem bonorum, quam terram illam habere narrabant, & à uoluntate bellandi populũ ſuſpendebant, metuentes etiam ſuæ paupertatis inopiam, dicentesque flumina impoſſibilia trãſituros, & eſſe montes inſuperabiles iter agentibus, & ciuitates muris ualde fortiſſimas, & ambitus earum grandi munimine roboratos. In Hebron autem & gigantum prolem ſe inueniſſe dicebant. Num. 9.
Et exploratores quidem uidentes, quod cunctis quos ab Aegypto egredientes inſpexerant, maiores eſſent Chananæi, & ipſi tabuerunt, & multitudinem hoc credere compulerunt. Illi autem ex his quæ audierant, poſſeſſionem terræ illius Num. 14.
difficilem ſibi iudicabant: ſolutoq; concilio, cum uxoribus & filijs lugentes degebant, tanquam deus nihil eis opere, ſed tantũ uerbo promitteret. Rurſumq; Moſen increpabant, & inclamabãt ei, eiusq; fratri atque pontifici, & peſſimam quidem, licet cum illorum blaſphemijs, habuerunt noctem. Mane uero concurrerunt ad eccleſiam, deliberationem habentes, ut interfecto Moſe & Aaron, ad Aegyptum denuo remearent. Vnus autem exploratorum, Ieſus filius Naue de tribu Ephrem, & Caleph de tribu Iuda, metuentes in medium proceſſerunt, te- De Ieſu et Caleph.
nebantque multitudinem, confidere ſupplicantes, & neque deum falſitatis arguere, neque credere his quæ pro terrore, non uere de Chananæis dicta uidebantur: ſed ſibi potius, qui ad felicitatem & poſſeſſionem bonorum eos decentius inuitaret, quando neque montium magnitudo, neque altitudo fluuiorum uirtutem colentibus effectum poterit impedire: maxime cum deus ſecuritatem præbeat, & eorum propugnator exiſtat. Pergamus ergo dicebant ſimul ad hoſtes, nullam timoris habentes ſuſpicionem, ſed duci credite deo: nosq; ſequimini quò uocamus. Et illi quidem dicẽtes hæc, nitebantur iram populi mitigare. Moſes uero & Aaron in terram proſtrati, rogabant deũ non pro ſalute ſua, ſed ut quieſcere faceret ignorantem plebem, eorumq; ſedaret animos, præſentis hæſitationis paſſione turbatos. Aſtitit autẽ & nubes, & inſtans ſupra tabernaculum ſignificauit dei præſentiam.

Deus iratus prædicit per Moſen, neminem eorum terram promiſſam ingreſſurum, niſi filios eorum, poſt. 40. demum annos. Caput XVIII.

MOſes autem confidens, in media aſtitit multitudine; deumq; permotum Num. 14.
pro eorum pandebat iniuria: percepturosque fore ſupplicium, non quidem delicto dignum, ſed quale patres pro correptione inferunt filijs. Cumq; tranſiſſet in tabernaculũ, coram deo pro futura eorum perditione deflebat: commemorabatq; populum quæ paſſi ab eo, & quantis beneficijs participati ingrati circa eum exiſterent, quando etiam nunc exploratorum terrore decepti, ſermones illorum potius, quàm promiſſiones dei iudicauerint ueriores: & ob hanc cauſam non equidem exterminaret eos, neque perderet genus eorum, quod omni-

bus hominibus haberet apud ſe potius honoratum: uerum terra Chananæorum non eos eſſe potituros, neque eius promiſſa felicitate lætaturos, ſed etiam ſine domibus & ciuitatibus in deſerto quadraginta annos eſſe uicturos, & hanc pœnam eos pro iniquitate ſoluturos: filijs autem ueſtris, dicebat, deus terram daturum ſe compromiſit: illorum participaturos bonis, & dominos eorum fore quæ uoſipſi uobis inuidiſtis accipere. Cum hæc itaque populo Moſes dixiſſet dei uoluntate, in triſtitiã & ærumnam conuerſa eſt multitudo, rogabantq; Moſen, ut propitium eis faceret deum, & à deſerto liberatis præberet urbes. Ille autem dicebat deum huiuſmodi non habere conſilium, neque ſecundum leuitatem humanam ductum circa indignationem eorum, ſed habita deliberatione in eos ſententiam protuliſſe. Non itaque iudicandum eſt oportere hæc diſcredi, ſi Moſes cum uir unus eſſet, tanta milia hominum iraſcentium potuit mitigare, & ad manſuetudinis uota reducere. Deus enim aſſiſtens ei, multitudinem populorum uinci ſermonibus ſuis præparauit: quippe cum ſæpius inobdientes, inutilem ſibimet obediẽtiam fuiſſe cognouiſſent, utiq; in calamitatibus incidẽtes.

Mirabilis itaque uirtute & fortitudine fuit uir ille, ad credendum ſibi de quibuſcunque populus audiret, & hoc non ſolum tempore quo uixit, ſed etiam nũc. Nullus enim eſt Hebræorum qui non tanquam præſente eo & caſtigante, ſi forte ſit moribus incompoſitus, obediat ſanctionibus eius, licet alios latere poſſit. Et alia quidem indicia ultra humanam uirtutem eius exiſtunt. Olim enim quidam trans Euphraten habitantium, quatuor menſium itinere uenientes propter honorem noſtri ſacrificij, cum multis periculis ſimul & ſumptibus, ſacrificantes nõ ualuerunt immolatione participari: interdicente hoc Moſe quibuſlibet, qui non ſint noſtris legibus eruditi, neque nobis ex paterna traditione coniuncti. Et alij quidem neque ſacrificantes, alij uero ſemiplena ſacrificia relinquentes, alij autem neq; initium ingrediendi in templum facere ualentes diſceſſerunt: obedire Moſeos præceptis potius quàm ſuam uoluntatem facere præponentes: & cum prohibentem ſe de talibus non metuerent, ſolam tamen conſcientiam formidantes. Sic legiſlatio quæ uidebatur dei, fecit illum uirum meliorem ſua natura putari.

De fame facta ſub Claudio.

Sed etiam ante tempus modicum huius belli Claudio Romanis imperante, Ieroſolymæle apud nos exiſtente pontifice, cum fames talis noſtram regionem obtinuiſſet, ut quatuor drachmis uenderetur aſſarium: allata farina ad feſtiuitatem azymorum in coros ſeptuaginta, qui medimni quidem ſinguli ſunt unus & triginta. Attici autem quadraginta & unus, nullus ſacerdotum præſumpſit comedere, cũ ſcilicet terram inopia tanta detineret: quippe cum metuerent legem & iram, quã etiam ſuper iniquitates hominibus occultas ſolet inferre diuinitas. Igit' nõ oportet ammirari de his quæ tunc geſta ſunt, quando etiam nunc literæ à Moſe derelictæ tantam uirtutem habent, ut etiã inimici noſtri fateantur. Quia is qui conſtituit Rempublicam noſtram per Moſen eiusq; uirtutem, deus eſt. Sed de his quidem, ut placuerit unicuiq; conſideret.

FLAVII IOSEPHI ANTI
QVITATIS IVDAICAE LIBER QVARTVS:

Bellum Hebræorum absq; notitia Mosi, contra Chananæos gestum, sed infeliciter.

CAPVT PRIMVM.

EBRAEOS itaq; deserti molestia ātq; difficultas coge- Num.14.
bat, etiam prohibēte deo, ad Chananæos accedere. Non enim Mosi sermonibus acquiescebant obedire, sed etiā præter illius uoluntatem superare se hostes existimantes, illum equidem accusabant, suspicionem habentes, eò quod eorum negotiaretur inopiam, & ut semper eius uiderentur egere solatio. Præliari uero cōtra Chananæos egressi sunt, dicentes deum non propter Mosen eis auxiliari, sed communiter genti suæ ferre solatium propter maiores eorum suamq; uirtutem, quorū semper prouidentiam habuisse uidebatur: & quomodo qui prius libertatem præbuisset, etiā tunc laborare uolentibus ferre solatia non tardaret: dicebantq; etiā solos se posse hostibus præualere, licet uellet Moses deum ab eis alienare: omnibusque hoc expedire, ut ipsi sui rectores essent, & non ab Aegyptiorum iniuria digressi, Moseos tyrannidem denuo sustinerent, & secundum eius uoluntatem uiuerent: nec deciperentur quasi diuinitas ei soli utilia pro eius deuotione prædiceret, tanq; non omnes essent de genere Abrahæ: sed unus esset his autor omnium, cui deus omnia nosse futura præberet: qui uiderentur sapere, si eius superbiam contemnentes & deo credentes, obtinerent terram quam eis uolentibus compromiserat, & non propter prædictam causam sub dei nomine respicerent prohibentem. Ergo cogitantes inopiam atque desertum, propter quæ ad hæc potius urgebantur, ad Chananæorum bella profecti sunt, deum ducem existimantes, & non à legislatore solatium sustinentes, donec sibi meliora fore decernerent. Quo pacto hostes aggressi sunt. Illi siquidem eorum non obstupescentes inuasionem seu multitudinem, eos fortiter exceperunt, & Hebræorum multi quidem sunt interempti. Reliqua uero militia cohortis eorum soluta est, sectatiq; turpiter in tabernaculum confugerunt: & eo quòd præter spem tanta calamitate occubuissent, omnino deiecti sunt, & nihil utile de cætero sperabant, cogitantes quod hæc per dei iracundiam proueniissent, accedentibus ad bellum contra eius uoluntatem. Moses autem uidens suos perditione compressos, & metuens ne uictoria confidentes inimici, & appetētes maiora super eos accederent, iudicauit exercitum in desertum procul à Chananæis educere. Cumq; ita multitudo ei consentiret, quæ utique cognouerat, quod absque præceptionibus eius prouidentiæ præualere non posset, eleuato exercitu abiit in eremum, faciens eos ibi quiescere: nec prius Chananæos adire, donec ad hoc opportunum tempus à deo acciperet. Igitur, quod in magno contingit exercitu, & præcipue apud eos, qui in ærumnis calumniatores & inobedientes existunt, hoc etiam Iudæis euenit. Nam dum essent sexcenta milia, & forte præ multitudine consilijs

melioribus ſe minime ſubijcerent, inopia potius & ærumnis iraſcebãtur, & aduerſus alterutros & contra ducem. Seditionanq; tunc eos, qualem nec apud Græcos nec apud barbaros factam nouimus, apprehendit, pro qua omnes deſerendos à deo, atque perditionis periculum ſuſcepturos eripuit Moſes, oblitus malorum, licet paulominus ab eis fuiſſet occiſus. Pro cuius precibus deus nihil mali eos ſuſtinere permiſit, licet legiſlatorem ſuum contumelijs affeciſſent, & mandata, quæ per Moſen ipſe deus dederat, deſpexiſſent: eripuit tamen eos, quando eis pro ſeditione ſua, mala prouenire potuerunt, niſi ipſe eorum periculo proſpexiſſet. Seditionem uero, & quemadmodum poſt eam Moſes conuerſatus eſt, narrabo: prædicens cauſam, propter quam talia ſunt commiſſa.

Seditio Core & plebis contra Moſen & fratrem eius de ſacerdotio. Caput II.

Num.16. COre Hebræorum & genere nobilis, & abundans diuitijs, & lingua facilis, & ad perſuadendum plebi nimis idoneus, uidens Moſen in honore maximo conſtitutum, per inuidiam grauiter hoc ferebat. Nam cum eſſet ex ea tribu, erat eius pariter & cognatus: & mordebatur quaſi iuſtius eſſet, ut eam gloriam ipſe potius obtineret: qui & ditior illo, & genere apud Leuitas nõ uideretur eſſe deterior: clamabatq; dicens eſſe crudelẽ Moſen, gloriam ſibimet aucupatũ, & hanc per calliditatem acquiſiſſe ſub occaſione, quaſi uideret deum, & contra leges Aaron fratri ſacerdotium dederit, non communi placito plebis ſed ſuo iudicio: & ſuper hæc modo tyrannico honores quibus uellet, impenderet. Sæuius autem eſſe dicebat, & ultra uiolentiam, quia læſionem latenter uideretur inferre: quando nõ ſolum nolentibus, ſed neque intelligentibus inſidias eius, honores auferre contenderet: quia cum ſcierint, inquit, homines non ſe poſſe uiolentia præualere, hanc quidem uolentes boni uideri non inferunt, doloſa tamen arte machinantur, quatenus deſideratum perueniant ad effectum. His & ſimilibus ſuadebat plebi, quia utile foret, ut dũ adhuc huiuſmodi latere ſe crederent, punirẽtur: nec ſinerẽtur ad potiorem accedere cumulum, ne manifeſti fierent inimici. Adijciebatq; dicẽs: Quam rationem reddere poterit Moſes, ut Aaron & eius filijs crederet ſacerdotium? Si enim ex tribu Leui deus honorem alicui præbendum eſſe decreuit, ego hunc iuſtior ſum accipere, genere quidem ipſo conſiſtens quo Moſes, diuitijs autem & forma potentior. Si uero maior tribus quæritur, dignum eſt ut Ruben tribus potius honoretur, & hunc accipiant Datan & Abirom & Balas. Iſti enim ſeniores erant in illa tribu, & potentes facultate pecuniarũ. Hæc itaque Core dicens, uolebat uideri quidẽ communi utilitati prodeſſe, opere uero agebat, ut honorem hunc in ſe populi ſuffragatione tranſferret. Et ille quidem hæc maliuolæ plebi cum doloſo dicebat eloquio. Procedente uero ſermone paulatim ad multos, & creſcentibus auditoribus, contra derogationem Aaron omnis exercitus eſt agitatus. Erant enim concordantes cum Core ducenti & quinquaginta priores uiri, ſtudentes quatenus fratrem Moſeos ſacerdotij iure priuarent, & per hoc eum exhonorarent. Tunc itaque populus, ut etiam Moſen lapidaret aggreſſus eſt, & in eccleſiam inordinate & turbulenter conueniebant, & ante tabernaculum dei clamabant omnes: Exeat tyrannus, & populus ab eius ſeruitio liberetur,

Inuidia Core.

qui

qui ſub occaſione dei uiolenta mandata præcepit. Dicebant enim: Quia ſi deus ipſe ſacerdotem futurum eligeret, digniſſimum ad hunc honorem proueheret, & non cum multis inferiori daret: & ſi decreuiſſet hunc Aaron dari, coram populo faceret, & non in fratris hoc poteſtate relinqueret. Moſes autem cũ derogationem Core iam ex multo præſciret, etiam iritatum populum non expauit: ſed cõfidens rebus, quas fideli deuotione tractabat, & ſciens fratrem dei uoluntate ſacerdotium, & non ſuo munere meruiſſe, ad concilium uenit, & multitudini quidẽ nihil omnino locutus eſt: ad Core autem damans, cum eſſet dexter etiam in aliis, & ad loquendum populis nimis ingenioſus: Mihi, inquit, ò Core & tu, & unuſquiſq; horum (oſtendebat autem ducentos & quinquaginta uiros) honore dignum eſſe uidemini, & totum exercitum huiuſmodi honore non priuo: licet non habeã quæ nobis ex diuitijs & culmine altæ dignitatis exiſtũt. Igitur ſacerdotiũ Aaron nõ eo quod diuitijs præcellat, cum tu ambos nos pecuniatum uidearis magnitudine ſuperare: neq; propter genus, quando commune nobis hoc fecit deus, eundẽ progenitorem dans nobis, neq; propter fraternũ amorem, quod iuſtius alter habere potuiſſet, ego hoc contuli fratri. Nam ſi non cogitarem de dei legibus, hunc honorem mihi potius præbuiſſem, quando plus mihi ego ſum uicinus quàm alter, & mihi magis cõq; alteri familiaris exiſto. Nam neq; ſapiens conſilium erat memet periculis ſubdere, & alij ex tali cauſa felicitatis dona cõferre. Sed à malitia ego ſum remotus: deus autem ſe cõtemni non deſpexit, neq; uos ignorare uoluit, qd' hoc faciẽtes ei præſtatis, & ipſe eligens ſacerdotem ſibi futurum, à querela nos huiuſmodi liberabit. Nõ enim Aaron gratia mea hoc, & non iudicio diuino ſortitus eſt. Vnde ponet hoc deus in medio quaſi ad diſceptandum, ut nunc qui dignus ad hoc inuenitur, accedat. Quod eñ dedit deus nõ derelinquimus, ſi uolentes accepiſſe iudicamur: cum ſit impiũ, honorem quem ille præbet nõ adire: & nimis irrationabile, uniuerſo tempore ſecuritatem promittente deo cõtemnere. Sed & nunc iterũ probari uult eum, qui pro nobis ei debeat hoſtias immolare, & præſul pietatis exiſtere. Incongruum nanq; eſt ò Core, ut quilibet appetens honorẽ deo hũc præbendi cui uoluerit auferat poteſtatẽ. Igitur à ſeditione & huiuſmodi turba quieſcite. Mane uero omnes qui ſacerdotium quæritis, thuribulum ſinguli portantes à ueſtris domibus, cum thymiamate & igne uenite. Sed & tu Core cede deo iudiciũ, & in his eius expecta ſententiam, & nõ temetipſum deo uelis facere meliorem: ſed potius adeſto, de hoc honore taliter iudicandus. Necnõ & Aaron arbitror intereſſe iudicandum, cũ & eiuſdem ſit generis, & in nullo poſſit de rebus ſacerdotij iuſte culpari. Conuenientesq; pariter coram omni populo incenſum facite: & cuiuſcunq; ueſtrũ ſacrificium ſuaue iudicauerit deus, hic uobis ordinabitur ſacerdos: & ita derogatione fraterna, tãq; ei honorem ſacerdotij ego donauerim, liberabor. Hæc Moſe dicente, & à turba & ab eius ſuſpicione multitudo ceſſauit, & laudauerunt cuncti quæ dicta ſunt. Erat enim uir optimus, & loq utilia uidebatur. Tũc ſiquidem concilium eſt ſolutũ. Altera uero die cuncti congregati ſunt in eccleſia, ut adeſſent ſacrificio & electioni de ſacerdotio concertantium. Eratq; populus conturbatus, cũ eſſet multitudo ſuſpenſa ſpe futuro tũ: & alij delectarentur, ſi Moſes malignus oſtenderetur: ſapientes uero ſi huiuſmodi ſedi-

Moſes ad Core.

tione liberarentur. Metuebant enim, ne procedente turba ordinator eorũ diſcipli-
næ deperiret. Omne ſiquidem uulgus cũ naturaliter queri congaudeat de eis qui
in poteſtate ſunt cõſtituti, ad ea quæ forte placuerint ſententiã tumultus efficit.
Moſes autem miſſis ad Datan & Abirom miniſtris, eos ſecundum conſtitutum
uenire iuſſit & ſacerdotiũ expectare. Cum uero nec obedire eos nũcij retuliſſent,
nec uelle dicerẽt Moſi quaſi contra omnem populum malignitate creſcente ſuc-
cumbere, audiens hæc ab eis Moſes, ſequi ſe maiores natu præcipiẽs, ibat ad Da-
tan & Abirom, nec indignũ eſſe putabat ad ſuperbos accedere. Illi uero nihil con-
tradicẽtes ſecuti ſunt. Datan autẽ & qui cum eo erant, cognoſcẽtes Moſen cum
nobilibus populi ad ſe uenire, accedẽtes cum uxoribus & filijs ante tabernaculũ,
reſpiciebant quid Moſes eſſet acturus: erantq; circa eos cõſtituti famuli, ut ſi uel-
let aliquã uiolentiam Moſes facere, uindicarent. Ille uero cum ueniſſet in proxi-
mũ, manus ad cœlos tendẽs, multumq; clamans, ita ut populus cunctus audiret,
Oratio Moſi. ait: Domine cœli & terræ & maris, tu em̃ mihi meorum actuũ fideliſſimus teſtis
exiſtis, quoniam omnia tua uolũtate feci, tu fugientibus præbuiſti uiam, miſeri-
cordiam in omnibus faciẽs neceſſitatibus Hebræorum, eſto meus & in his uerbis
auditor. Tibi nanq; nec quod agitur nec quod cogitatur abſconſum eſt: & ideo
neq; comprimis ueritatem, ut horum contra me uelis defenſare ingratitudinem.
Antiquitatem ſcilicet meæ generationis ipſe noſti certiſſime, non auditu cogno-
ſcens, ſed uiſu his quæ facta ſunt tunc aſſiſtens. In his ergo quæ de me, licet ueri-
tatẽ aperte ſcientes, iniuſte ſuſpicantur, te teſtem mihi precor aſſiſtere. Ego nanq;
uitam ſimplicem habens, mea quidem uirtute, tua uero uoluntate, hanc mihi Ra-
huele ſocero meo relinquente, bonorum illorum adeptionem deſerens, meipſum
tradidi pro iſtorum ærumnis: & primum quidem pro libertate eorum, nunc uero
pro ſalute maximos labores toleraui, omniq; periculo me prone ſubieci. Nunc
ergo quoniam uelut malignus in ſuſpicione ſum uiris, quorum uita meo labore
ſubſiſtit, tu qui mihi locutus es in mõte Sina, & tuæ tunc uocis auditorem eſſe uo-
luiſti, & inſpectorem prodigiorũ quæ in illo loco feciſti, & iuſſiſti ad Aegyptum
properare, & tuam uoluntatem his innoteſcere, qui Aegyptiorum remouiſti feli-
citatẽ, & à ſeruitute his præbuiſti refugium, mihiq; poteſtatem Pharaonis par-
uulam quidem demonſtraſti, & in terram pelagus neſcientibus nobis itinera con
uertiſti, & permixtum mare Aegyptiorum necibus conturbaſti, qui nudis armo-
rum munimina contuliſti, qui corruptos fontes nimis hæſitantibus potabiles
feciſti, potumq; nobis ex lapidibus præbuiſti, qui à terrenis cibis inopes ma-
ritimis ſatiaſti, qui etiam cibum cœleſtem præbuiſti primitus non inſpectũ, qui
legum modũ dediſti & ordinẽ noſtræ Reipublicæ demonſtraſti, ueni dñe omniũ
iudex, & teſtis eſto meus, quem ſuffragia ulla nõ redimunt: tu noſti quia nullum
munus ego contra iuſtitiam ab Hebræis accepi, nec condemnaui propter diuitias
paupertatẽ, nec contra uniuerſitatis læſionem cõuerſatus ſum: qui nunc in extra-
neas meorum ſtudiorum ſuſpiciones incurri, tãquam te nõ iubente, ſed mea po-
tius uoluntate ſacerdotium Aaron dederim: oſtende pariter nũc, quia omnia tua
prouidẽtia gubernãtur: & nihil fortuitu, ſed tuæ uoluntatis interpoſitione peruc-
niunt ad effectum: & quoniam geris ſolicitudinem generis Hebræorum, uindica

in

in Datan & Abirom,qui te de inſenſibilitate cõdemnãt, quaſi mea nideãtur arte compreſſi.Fac itaq; ſuper eos apertum iudicium prouenire,ita ut contra tuã glo/riam ſæuientes,non eos communi modo facias tranſire de uita,neq; humana le/ge morientes de ſeculo præſenti recedere:ſed deglutiat eos ſimul & generationem & ſubſtantiam eorum terra quam calcant. Hæc enim erit tuæ uirtutis oſtenſio, atq; doctrina cunctorum.Sic enim caſtigabis eos,qui talia de te non bene ſuſpi/cantur,ſic ego miniſter præceptorum tuorum fidelis omnibus apparebo. Si au/tem uere contra me derogaſſe noſcuntur,illos quidem innoxios ab omni læſione ſeruato: necem uero quam illis optaui,facito meam:& pœnas ab eo exige,qui tu/am uoluit nocere plebẽ, ut de cætero pax concordiáq; ſuccedat.Sana multitudi/nem tuis præceptis obedientem, illæſam cuſtodiens eã.& à pœna peccati huius exortem. Tu ſiquidem noſti,quoniam iuſtum non eſt,pro eorum malitia ſuppli cium ſuſtinere communiter cunctos Iſraẽlitas. Hæc eo dicente ſimul & flente, repente quidem terra cõmota eſt,& ueluti uiolentia uenti turbatis fluctibus agi/tata. Populus autem cunctus expauit, grauiq; & duriſſimo ſtrepitu per illorum tabernacula concitato, terra ſciſſa eſt, & abſorbuit Datan & Abirom :& omnia quæcunque erant illis gratiſſima, in ea ſunt prorſus abſorpta. Quibus ſic ex/terminatis,ut non occurrerent quidem illud agnoſcere: mox apertio terræ ſuper eos reducta eſt,& ita redintegrata,quaſi nihil horũ quæ prædicta ſunt,factũ eſſe uideretur inſpicientibus.Et illi quidem ita perierũt. Probatione uero diuinæ uir/tutis effecta,cognati quidem illorum dolebant non ſolum calamitatem,quæ di/gna gemitu quidem uideretur,ſed etiam proximitatis affectu.Sapientes autem, quos euidenter uoluntas latebat,illorum euentus iudicij certos fecit:& determen/tes,quia ueluti erratici deperiſſent,qui fuerant cum Datan, de eis neq; contriſta/bantur. Igitur Moſes euocauit eos qui de ſacerdotio contendebant propter ſa/cerdotum probationem:quatenus ſcirent, cuius ſacrificium deus ſuſciperet, illum conſtitui ſacerdotem. Conuenientibus autem ducentis quinquaginta uiris, qui & propter patrum uirtutem honorabantur à populo,& propter ſuam illos etiam tranſcenderant: proceſſerunt quoq; & Aaron & Core, & ante tabernaculum o/mnes ſanctificauit in thuribulis quæ ferebant. Ignis uero repente tantus effulſit, quantum nullus opifex uidit,nec de terra prolatus,uel concurſione fluctuum,aut uiolentia ſpirituum,uel materia adinuicem percuſſa, ſponte aliquando uiſus eſt exilire:ſed qualis potuit dei uoluntate ſuccendi,& clarus & flammeus:quo ueni/ente ſuper eos,cuncti ducenti & quinquaginta & Core ſimul extincti ſunt, ita ut neq; etiam corpora eorum alicubi uiderentur.Solus autem liberatus eſt Aaron, nihil ex igne læſus,qui uticq; à deo uidebatur electus. Moſes igitur his pereunti/bus,uolens pœnam eorũ memoriæ reſeruare,eamq; futuros agnoſcere,iuſſit Ele/azarum filium Aaron thuribula eorum circa altare æneũ collocare,ut in memo/riã eſſent futuro generi,quæ illi ſunt paſſi,qui putabant uirtutem dei ſe poſſe de/ludere. Et Aaron quidem iam nõ munere Moſeos pontificatũ ſe habere cre/debat:ſed dei iudicio patefacto,cũ filijs firme ipſo honore fruebatur. Seditio ta/men neq; ita ceſſauit,ſed multo magis augebatur,& crudelius accreſcebat.Eratq; tumultus ualde deterior,& nunquã hoc malum finiri putabatur,ſed longo tẽpo/

Core cũ ducẽtis & quinquaginta exuſtus eſt.

re permanere. Homines nanq; credentes iam nihil præter dei prouidẽtiam geri, & absque dei gratia hæc circa Mosen gesta minime iudicantes, culpabãt Mosen: eo quod tanta ira dei nõ tam propter iniustitiam punitorũ, quàm propter fauorem Mosi prouenerit. Illos enim perisse dicebant, nihil delinquentes, nisi quod circa dei religionem studium habuissent: Mosen uero interitu talium uirorũ, & optimorum omniũ populum deleuisse, insuper & fratri sacerdotiũ dedisse quod auferri nequiret, nullumq; alium ad hoc ulterius promouendum, cum priores uiderent ita perisse. Super hæc etiam & à cognatis extinctorum supplicatio multa fiebat ad populum, ut gloria Moseos minueretur: hoc enim ad suã cautelam accedere iudicabant. Moses autem diu populum in tumultu constitutum patienter audiebat, & metuens ne quid iterum seditionis emergeret, & magnum malum aliquod proueniret, in ecclesiam multitudinem congregauit, & sustinens audiebat: nec ad satisfactionem ueniebat, ne magis uulgus exacueretur auditu. Hoc autem solum principibus tribuum prædixit, ut nomina tribuum suis uirgis inscripta portarent. Illum enim sacerdotium habiturum, in cuius uirga deus indicium gloriæ designasset. Portauerunt ergo omnes alij uirgas, & Aaron scribẽs in uirga sua tribum Leui, easq; Moses in dei tabernaculo collocauit. Altera uero die protulit uirgas, erant enim cognitæ. Cum eas tunc singuli uiri signassent, & coram multitudine deportassent, & alias quidẽ uirgas in quo schemate Moses accepit, in eo permansisse uidebant: de Aaron autem uirga germen & ramos ortos, & fructum speciosum amygdalæ ex eo ligno processisse mirabantur. Tunc obstupescentes huiusmodi uisionem: & licet aliquod fuisset odium circa Mosen & Aaron, hoc continuo relinquentes, mirari cœperunt in illis dei iudicium: & de cætero placito diuino fauentes, sinebant Aaron habere pontificatum. Ille siquidem tertio iam eum ordinante deo, hunc honorem firmissime possidebat. Hebræorũ itaq; seditio licet multo tempore uiguerit, hoc tamen modo quieuit.

Iterum seditio orta.

Num. 17.

Virga Aaron fronduit.

Quemadmodum Moses instituit decimas dare Leuitis, & sacerdotibus: & de morte Mariæ & Aaron primi sacerdotis domini: cui successit Eleazarus filius ipsius. Caput III.

Num. 18.

IGitur Moses Leuitarum tribum seruituram deo, à præliis & militia segregauit: ne propter inopiam aut quæstum necessariorum ad uitam præsentem, essent circa sacrificia negligentes: iussit ut dum secundum dei uoluntatem Chananæam obtinerent Hebræi, Leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & præcipuas distribuerent: sed & terram ante muros duorum milium cubitorũ ad eos pertinere descripsit. Super hæc autem & populum constituit annuorum fructuum decimas ipsis Leuitis sacerdotibusq; præbere. Hæc enim sunt quæ accepit hæc tribus à populo. Necessarium autem iudicaui, ipsorũ sacerdotum quæ sint propria declarare. Quadraginta octo quidem ciuitatum tredecim ex eis Leuitis cedere præcepit, & decimarum quas à populo per annum accipiunt decimas eius diuidi: insuper etiam primitias omniũ frugum, de terra nascentium, deo populũ offerre iustũ esse sanciuit. Quadrupedũ uero quæ sacrificijs offeruntur quod primitus nascit, si masculinũ sit immolandum præberi sacerdotibus iussit, & ut ipsi cũ domo tota epularent in ciuitate. Sacratorũ uero, quæ comedi nõ possunt ab eis

eis ſecundū patrias leges, dominus ſiclum & dimidium eis præberi ſanciuit. Pro homine uero primogenito quinq; ſicles. Sūt autem apud eos primitiæ etiā tonſionis ouium & meſſium, unde panes facti ei ſolenniter miniſtrantur. Si qui uero eorum ſemetipſos uouerint, quos Nazaræos appellant, comam nutrire, & uino non uti, iſti dū capillos ſuos dedicant, propter ſacrificia uenientes ad ſacerdotes, Corban offerūt deo, quod ſignificat munus: mulier quidem triginta ſicles, uir autem quinquaginta. De his uero quicunq; ſunt egeni pecunijs, licet ſacerdotibus ut uoluerint iudicare: ſed etiam his qui domibus immolāt, epulationis cauſa non religionis, neceſſe eſt offerre ſacerdotibus pectus & dextrum brachiū pecoris. Et ſacerdotibus quidem Moſes ex his, quæ pro peccatis populo ſacrificans præbet, ſicut in præcedenti libro ſignificauimus, hoc dari conſtituit. Omniū uero quæ ſacerdotibus offeruntur, participari conſtituit, & ſeruos, & filios, & mulieres, abſq; hoſtijs quæ offeruntur pro peccatis. Illas enim in templo ſoli maſculi ſacerdotes ea die conſumunt. Cum hæc Moſes conſtituiſſet, ſurgens cum omni exercitu, ad terminos Idumææ uenit, & legatos ad regem Idumæorum miſit, poſcens uiam ſibi concedi, quā ſe confidebat accipere, & illum cum nihil læderetur ſine dubitatione præbere. Neceſſaria nanque exercitui ſe miniſtrare dicebat, & aquæ pretium eos iubebat accipere. Ille uero his, quæ à Moſe petebātur, non conſentiens, neque uiam cedens, ſed caſtrametatus occurrit, prohibiturus eos ſi uiolenter tranſire præſumerent. Moſes autem dum deus fieri pugnæ initium non iuſſiſſet, recedebat, per deſertum faciens iter. Tunc itaque ſororem eius Mariam finis uitæ accepit, cū quadrageſimum compleſſet annum ex quo Aegyptū dereliquit, xantici menſis initio ſecunda luna: ſepelieruntq́ue eam publice nimis ſplendide, ſupra montem quendam qui uocatur Hor, & poſt triginta dies à fletu populum Moſes hoc modo purgauit: Vitulam fœminam aratro & cultura expertem, totámque rubeam paululū, ab exercitu procul eductam, in locò mundiſſimo pontifex immolauit: & eius ſanguine ſepties digito aſperſit tabernaculum dei: deinde incenſa, ut erat tota uitula cum pelle atque uiſceribus, lignum cedrinum in medium ignem miſerunt, & hyſopum & lanam coccineam: colligenſque omnem cinerem uitulæ uir mundus, poſuit in locum puriſſimum. Hi ergo qui morte polluti erant, paululum cineris in fontem mittentes, & hyſopum baptizantes, & hoc cinere ſpargentes tertia & ſeptima dierum, erant in reliquo mundi. Hoc etiam ad promiſſam ſortem uenturos ſeruare præcepit. Poſtquam uero propter luctum ſororis in exercitu huiuſmodi purgatio facta eſt, duxit populum per deſertum & per Arabiam: uenitq́ue ad locum quem Arabes Metropolim ſuam putant, primo quidem Archim nominatum, qui nunc Petra uocitatur. Hic itaque cum eſſet excelſus mons, aſcendens in eum Aaron, Moſe ſibi manifeſtante quia moriturus eſſet, uidente cuncto exercitu, erat enim è diuerſo locus ubi erat populus conſtitutus, exutus pontificali ſtola, tradens eam Eleazaro filio, ad quem propter ætatem pontificatus aduenit, mortuus eſt populo eum uidente: ipſo quidem anno quo ſorot uidebatur eſſe defuncta, cum uixiſſet annis tribus, & uiginti, & centum. Defunctus eſt autem ſecunda luna initio menſis qui apud Athenienſes quidem* ἑκατομβαιῶνα: apud Macedones autem

De Nazaræis

Corban offerunt deo.

Maria ſoror Moſi moritur

* μαιμακτηριῶνα.

tem Lochos,apud Hebræos uero Sedebath, apud Romanos nuncupatur Augustus. Cumq; luctus populi super eũ diebus triginta fuisset expletus,post hæc cessauit.

Quemadmodum Seon & Og reges Amorræorum, bello uicit Moses & filij Israël. Caput IIII.

Num. 21. SVmens igitur Moses inde exercitum,uenit ad fluuium Arnon,qui de mõtibus Arabiæ descendens,& per totum desertum fluens,in stagnum Asphaltiten erumpit,diuidens Moabitidem & Ammonitida. Hæc autem terra est fructifera,& hominum multitudinem bonis ibi nascentium alere copiosa. Ad Seon itaque regem eius regionis Moses misit,populo uiam petens, ut fœderibus quibus uellet ille credere factis,in nullo læderentur, neq; terra, neq; qui sub eo constituti esse uidebantur: sed etiam uenalia populo sub pretio fore uendenda, sicut illorũ procuraret utilitas,& aquam peregrinis ut uellent eos uenundare,deposcens. Seon autem hæc negans, proprium armauit exercitum, ut Hebræis Arnon fluuiũ transire prohiberet. Tunc Moses uidens hostiliter Amorræum insistere,nõ passus ut Hebræis per inertiam proueniret inopia,primitus accessit ad eos:& cum esset difficile ut prævaleret contra Seon,consuluit deum,si eum pugnare permitteret. Cumque deus uictoriam promisisset,fidutialiter ipse ad certamen aduenit,& exercitum totum exacuit:dicens eos bellandi nunc desiderio potituros,quo diuinitas uti iubebat. Illi uero ut desiderabant potestate percepta, sumentes arma ad prælium repente profecti sunt. Amorræus itaq; insistentibus populis cũ iam non esset æqualis,ipse quidem Hebræos obstupuit:exercitus autẽ eius,fortem se non opere,sed timore respondit. Prima ergo congressione non tolerantes resistere & sustinere Hebræos, in fugam uersi sunt: hoc sibi potius pro salute,q; pugnare utile iudicantes. Confidebant enim in ciuitatibus ualde munitis,in quibus cũ reduси fuissent,nihil profuit eis. Hebræi nanq; dum eos fuga declinare respicerent, insistebant: & irrumpentes eorum aciem,eos insecutione perterruerunt. Illi siquidem disrupti fugiebant ad ciuitates, Hebræi uero persequentes nequaquam fatigabantur: quando & ad labores præparati,& uti fundibulis exerciti, & in omnibus iaculis propter facilitatem armorum ad persequendum uidebantur aptissimi:ita ut cum hostes longius essent, fundibulis & iaculis sternerentur ut proximi. Multa ergo cædes effecta tunc noscitur,quando etiam fugientes uulneribus uexabantur:laborabantq; potius propter sitim, quàm propter fugam. Erat em̃ tempus æstatis. Et cum hostes desiderio sitis,plurimi ad fluuium concurrerent fugientes,circundantes eos Hebræi percutiebant,omnesque illos iaculatos sagittatosq; peremerunt:ita ut etiam Seon eorum rex simul extingueretur. Hebræi uero mortuos spoliabant,prædamq; sumebant,multámq; copiam habuerunt ex illa terra,cum esset adhuc plena fructibus. Tunc igitur exercitus sine terrore iam captis hostibus egrediebatur ad epulas. Nullum enim eis erat impedimentum pugnæ,cum omnes præter paucos deperissent. Amorræos siquidẽ huiusmodi peremptio comprehendit,qui nec prudentia uidebantur astuti,nec opere necessario boni,quorum Hebræi terram late ceperunt. Est autem hic locus inter tria flumina posi-

Seon cõcidit.

na positus,quasi naturam insulæ tenens. Quem locũ Arnos quidem à meridiana parte circundat,Iaboch autem septentrionis circuit latus,qui in Iordanem fluuium descendens,illi etiam nomen tradidit. Occidentalem uero partem eius regionis,Iordanis ripa concludit. Cum ergo res illæ ita consisterent, Israëlitis instabat Og Galadinæ & Galanitidis rex, ducens exercitum copiosum, & festinans quidem tanquam solatiũ amico Seon præbiturus. Cum uero eum iam cognouisset extinctũ,etiam tunc deliberauit congredi cum Hebræis,putans se præualere, eorumq; uirtutem experimento cognoscere. Cumq; fuisset spe sua deceptus,& ipse bello mortuus,& omnis eius exercitus est peremptus, Moses autem Iaboch fluuium transiens,regnum Og regis perambulabat, ciuitates destruens, & omnes inhabitatores eius occidens:qui & diuitijs omnibus in illa terra, & uiribus & opulentiæ multitudine præcellebant. Og autem regis magnitudo & pulchritudo fuit uehemens, qualis est paucorum. Erat enim manu uir fortis, ut operibus uirtutis magnitudo & pulchritudo corporis uideretur æqualis.Fortitudinis uero eius & magnitudinis sunt experti,qui lectum eius uiderunt in ciuitate Rabatha regni Ammonitidum,factum quidem ex ferro,quatuor uero cubitorũ latitudinem habentem, longitudinem uero duplicem, & uno cubito fortiorem. Hoc igitur cadente non ad præsens solummodo Hebræis rerum fiducia est concessa,sed etiam in futuro causa eis bonorum moriens est effectus. Nam sexaginta urbes clare nimis munitas illicq; subditas tenuerunt: prædámq; copiosam, & seorsum singuli, & cõmuniter omnes adepti sunt.

Og rex cum exercitu perimitur.

Al. quadrag.

De Balach Moabitarum rege:de Balam propheta,cuius asina humana loquela usa est,qui post benedictiones quibus benedixit filijs Israël,consilium dedit Balach, quo modo seduceret populum per mulieres Madianitas:& de ultione quæ secuta est, & seductos Hebræos, & seductores Madianitas: & ubi Moses Iosue successorem sibi constituit. Caput V.

MOses itaq; castrametatus deduxit exercitũ ad Iordanem circa magna campestria, contra Hiericho ciuitatem opulentissimam,& palmas atq; balsamum ferre copiosam. Cœperunt autem proni esse Israëlitæ, & desiderium habere bellandi. Porrò Moses cum paucis diebus deo pacificas hostias immolasset, populúmq; epulari fecisset, partem quandam armatorum misit, qui & terram Madianitarum explorarent,& eorum patrias obsiderent. Causa uero bellandi aduersus eos huiusmodi fuit: Balach Moabitarum rex dum amicitias paternas haberet,atq; societatem circa Madianitas,& Israëlitas uideret tanto cremento proficere,etiam de rebus suis in formidine nimis erat constitutus.Denique nõ credebat terram aliam Hebræos quærere nisi suam,cum promisisset utique deus Chananæam illos fore possessuros: uelocitérq; studuit amicos de hac re suis tentare sermonibus: & pugnare quidem ipse in felicitate cõstitutus, contra illos qui obstringerentur ærumnis non iudicauit: sed prohibere magis eos,ne potiores efficerentur: deliberauitq; legationem pro eis ad Madianitas protinus destinare. At illi dum esset quidam ab Euphrate propheta præclarus illorum temporum, eisq; nimis amicus,miserunt ad eum cum legatis Balach uiros de suis fide dignissimos, rogantes ut ueniret ille propheta, quatenus pro perditione Israëlitarum maledictiones faceret.Qui uenientes legatos susceptit,& largitatem eis hospitali-

De Balach rege Madianitarum.

Num. 22.

tatis exhibuit. Cumq; cœnaſſet, dei uoluntatem conſuluit, quid foret, & pro quibus Madianitæ rogarent. Cúmq; deus impedimentum eorum uoluntati feciſſet, ad legatos rediit: deſiderium quidem ſuum & ſtudium eis oſtendens circa ea quæ ab eo requirerent, ſed deũ reſiſtere ſuæ uoluntati dicens, qui eum ad tantam gloriam propter ueritatis eloquium perduxiſſet: exercitúmq; pro quo maledicendo eum uenire rogarent, eſſe nimis deo amabilem: ſuadebátque ſimul, ut propter hanc cauſam inimicitias ſuas ab Iſraëlitarum gente ſuſpenderent. Cúmque hæc dixiſſet, legatos dimiſit. Madianitæ uero, Balach uehementer inſiſtente, & preces maximas offerente, miſerunt iterum ad Balaam. Tunc ille ſtudens aliquid uiris illis præſtare, deum denuo conſuluit. Qui uolens eam rem experimento probare, iuſſit ne legatis in aliquo contradiceret, ſed cum eis iret. Qui arbitratus deum hæc ei non pro deceptione iuſſiſſe, cum legatis mox ibat. Angelo autem ſancto occurrente ei per uiam in quodam anguſtiſſimo loco, qui erat accinctus gladio bis acuto. Aſina autem in qua Balaam ſedebat, intelligens diuinum eius ſpiritum, declinauit cum Balaam ad unam maceriam, non ſentiens plagas quas ei Balaam inferebat, dum percuſſa ad maceriã uexaretur. Cum uero inſiſteret angelus, aſina percuſſa, uoluntate dei uocem loquentis emiſit, Balaam accuſans uelut iniuſtum, quod dum prioribus miniſterijs nihil quod de ea quereretur haberet, tunc ei plagas inferret: nõ intelligens, quoniam uoluntate dei prohiberetur ab his quæ feſtinaret implere. Cúmque Balaam, aſina humane loquente, perturbaretur, palàm etiam angelus apparuit, eumq; increpare de plagis aſinæ cœpit, tanquam non eſſet hæc culpa iumenti, ſed quod eius iter contra dei uoluntatẽ fieri prohiberetur. Metuens autem Balaam, ſtuduit remeare, ſed deus eum confortauit ut iret præcipiens, ut quicquid eius in mentem poneret, hoc ille manifeſtaret. Et ille quidem, cum hæc dixiſſet deus, uenit ad Balach. Rege uero decenter eum ualde ſuſcipiente, petebat ut ductus ad quendam montium, conſideraret quemadmodum Hebræorum exercitus eſſet conſtitutus. Balach autem ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio in montem, qui ſupra eorũ caput uidebatur exiſtere: Aberat enim ab Hebræorum exercitu ſtadijs ſexaginta. Videnſq; eos ille, præcepit, ut ſeptem aras rex conſtitueret, & totidem tauros & arietes adduci iuberet. Cumq; rex celerrime miniſtraſſet, ille hæc immolauit holocauſta. Quo facto, cœpit è diuerſo benedicere, dicens: Hic populus felix, cui dabit deus multorum poſſeſſionem bonorũ, eritq; eius auxiliator in omnibus, & præſulem prouidentia ſua ei concedet: ita ut nullum hominum genus ſit, quod non uirtutem eius & ſtudia iudicet optima, & ab omni malitia ſegregata. Hæc itaq; & uos habebitis, & melioribus filijs relinquetis. Deo quippe uos ſolos homines intendente, & ubicunq; fueritis in omni terra ſub ſole poſita feliciores habente: terram uero in quam uos ipſe miſit obtinebitis, ſeruituram ſemper filijs ueſtris, quorúmque gloria complebitur omnis terra ſimul & mare: & ſic abundabitis in orbe terrarum, ut omni terræ habitatores ex ueſtro genere præbeatis. O admirandum te atque beatum exercitum, qui tantus ex uno patre creatus es. Sed nunc quidem uos adhuc paucos Chananæorum terra ſuſcipiet, ſcituri orbem terrarum ueſtrum fore habitaculum in æternum. Nam multitudo ueſtra ita

Aſina plane loquitur.

Num. 23.

Num. 2.

Diuinatio Balaam de populo Iſraël

& in

& in insulas dilatabitur,& in omnes terras, sicuti nec cœli numerus est astrorum. Et cum tanti fueritis,nec ubertatem uobis negabit deus,in pace omnia bona ministrando, & uictoriam atque potentiam in bello largietur, & filios inimicorum qui contra uos aliqua præsumptione contenderint,subiugabit. Non enim ultra reuertetur aduersarius uester uictor,qui filios suos lætari faciat aut uxores. Tanta uobis fortitudo prouidentia dei præstabitur,cui grandia minuere uirtus est, & latius augere quæ parua sunt. Talia siquidem ille sua sacratione præferebat:cū non esset in semetipso,sed potius spiritu dei uinceretur. Balach autem contristato & proclamante,eo quod pactum transcenderet,qui fuisset à suis amicis magnis muneribus inuitatus: & cum uenisset pro maledictione hostium, laudaret eos,& cunctorum beatiores ostenderet:ait ad eum Balaam: O Balach, de cunctis rebus cogitas, & putas in nobis esse de talibus quicquam dicere seu tacere, quando dum nos spiritus dei præceperit, uoces & uerba quæ ipse uult nihil scientibus nobis emittit.Ego uero recordor, quomodo tu & Madianitæ supplicantes me huc desiderabiliter adduxistis,& propterea ueni: fuitq; mihi uotiuum in nullo tuum desiderium uiolare.Sed melior est deus horum,quàm quæ ego tibi præstare credebar.Nimis enim insani sunt, qui præsentiam humanarū rerum apud semetipsos ita suscipiunt,quatenus nō ea quæ diuinitas dictat edicant, sed quod magis illius uiolentiam faciant uoluntati.Ego siquidem hunc exercitum neq; laudare proposui, nec in quibus bonis genus eorum deus habiturus sit aperire: sed deus propicius eis existens, & festinans eis felicem uitam gloriámque præbere perpetuam, hæc mihi uerba promissionum talium ministrauit. Nunc autem quoniam mihi uotum est tibi præstare & Madianitibus, quorū preces me repellere indecens est nimis,ueni rursus aras alias erigamus, & sacrificia proxima prioribus celebremus: si forte flectere potuero deum, ut me permittat hos homines maledictionibus obligare.Cumq; Balach fieri permisisset,& secundo sacrificanti nequaquam diuinitas ut Israëlitas malediceret annuisset: cadens pronus in terram, prædicebat passiones regibus affuturas, & quæcunque ciuitatibus eximijs erant euentura: quarum aliquas quidem nec habitari contingeret.Quæ etiam facta sunt: dum hæc temporibus priscis per terram siue per mare usq; ad memoriam meam hominibus euenissent. Et cum hæc omnia talem terminū exceperint, qualem ille prædixit: quilibet conijcere potest,quomodo & in futuro sic erit,quēadmodum præfatus est ille. Balach autem indignatus, eo quod maledicti nō erant Israëlitæ: remisit Balaam nullo honore muneratum. Ille uero iam discedens & circa transitū Euphratem ueniens: & Balach principibusq; Madianitarū uale dicens,ait:O Balach & Madianitæ præsentes,oportet me & præter uoluntatem dei uobis præstare consilium.Hebræorum quippe genus nulla pestis apprehendit: nec bella,nec aliqua necessitas, nec sterilitas fructuum terrenorū,nec alia quælibet eos causa corrumpit. Est enim cura deo, liberare eos ab omni malo: nullamq; permittere super eos uenire huiusmodi passionem, quatenus omnes deperire debeant.Euenient autem eis pauca, & ad modicum tempus, ex quibus humiliari uidebuntur.Sed deinde intelligent,quia pro tumore eis fuerit illa uexatio. Vos autem quandam uictoriam ad breue tempus aduersus eos lucrari desi-

Verba Balaã ad Balach.

Consiliū Bala am aduersus Israēl.

deratis,quod impetrabitis,si hæc quæ moneo feceritis: Filiarum uestrarum speciosas præcipue uirgines, quibus subdi & deludi castitas possit inspicientium propter pulchritudinis honestatem,circa eorum exercitum proxime destinate:& supplicantibus eorum iuuenibus, ut earum amplexibus misceantur, præcipite, quatenus dum eos concupiscentia uiderint obligatos, deserant: rogantibúsque manere eas, non primitus annuant, quàm eos patrias leges relinquere iubeant, simul & honorem dei qui eas posuit eis, & Madianitarum atque Moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur deus. Cum hæc ille dixisset,abscessit. Madianitæ uero dum misissent filias suas,sicut ille monuerat,Hebræorum iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarum: & ad earum colloquia uenientes,rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur,nec cõsuetudinis proximitate recederent.At illæ libenter hæc uerba audientes, consenserunt eis,obligantes eos amore suo.Quibus dum concupiscentia creuisset, eos illæ cœpere deserere. Dumq; illos angustia de mulierũ discessione crudeliter inuasisset, uberrimis fletibus exorabant, ne eos illæ desererent, sed futuras uxores & dominas omnium substantiarum suarum manere poscebant. Hæc autem cum iurisiurandi religione firmabant, deumq; mediatorem in promissione faciebant, flentes, & undique semetipsos misericordia dignos mulieribus ostendentes: Illæ uero dum eos seruitute iam captos esse cognoscerent, & omni uinculo fidei consuetudinis obligatos, eis talia cœperunt edicere: Nobis quidem ò fortissimi iuuenes domus paternæ sunt, & bonorum magna possessio,parentumq; & domesticorum fauor atque dilectio, nihilq; horum egentes uenimus ad uestrum alloquium, nec quæstum speciosi corporis requirentes,uestram nobilitatem adiuimus: sed uiros bonos & iustos existimantes, honorare uos xenijs quibus indigeatis aduenimus. Nunc uero quando dicitis circa nos habere dilectionem, & nostro contristari discessu,neque nos uestras preces abijcimus, sed tantummodo fidem uolumus fauoris uestri percipere: per quam nos credere digniſſimũ iudicamus, ut uestram conuersationem diligentes, uxores esse possimus. Formidamus etenim,nedum fueritis satietate nostræ consuetudinis adimpleti,deinceps contumelijs affectas ad parentes nos proprios remittatis. Rogantibus autem illis, & ut uellent fidem daturos se pollicentibus,& ob amorem in nullo contradicentibus, dixerunt illæ: Quoniam hæc quidem uobis placent, moribus autem & uita utimini omnibus aliena: ita ut etiam cibos proprios habeatis, & pocula cum nullo communia: necesse erit uolentibus uobis habitare nobiscum,etiam & deos colere nostros: nec erit indiciũ aliud circa nos uestri fauoris,nisi eosdem deos quos nos,adoretis: nullusq; culpabit uos,si terræ ad quam ueneritis, eius colatis & numina: utq; dum dij nostri sint communes omnibus, uester uero in nullo sit talis. Dicebantq; eis, ut aut quæ essent omnium ea facerent: aut aliam quærerent terram, in qua possent legibus proprijs conuersari. Illi autem amore earum deuincti, optima illas dicere iudicantes, & semetipsos tradentes uoluptatibus earum,patria iura transgressi sunt: deosque plurimos iam putantes, & immolare eis lege prouinciæ proponentes, cibis etiam extraneis congaudebant: & omnes ad libidinem mulierum cõtra leges proprias insurgebant, ita ut iam per omnem

Num. 25.

Patria iura Hebræi transgressi sunt.

exercitum

exercitum iuuenes agerent contra legem, & ſeditio priore multo peior incideret, cum omnino ſolennitates iam propriæ deperirent. Nam dum ſemel iuuenes mores attigiſſent extraneos, eos uberius appetebant. Sed & ſiqui priorum uirorum propter uirtutes patrum nobiles erant, cum eis uitio ſubiacebant. Denique Samarias princeps tribus Symeon: dum haberet Chorami Madianitidem mulierem, ducis cuiuſdam filiam, uiri inter illos ualde potentis, uxore iubente ante ſolennitates Moſaicas, quod illam magis delectaret, effecit, non immolando legę patria, ſed alienigenæ nuptias eligendo. Et dum hæc ita gererentur, Moſes metuens, ne quid peius accideret, congregans populum in eccleſia, nullum equidem nominatim culpauit, nolens quenquam deſperatiõe deijcere: quia dum laterent, poterant pœnitere. Dicebat autem, quomodo non agerent digna ſe, aut ſuis patribus opportuna, dum libidinem deo præponerent, & ei placentia uiolarent: oportere tamen, ut dum adhuc bene eis eſſet, reuerterentur ad fortitudinem: arbitrantes non ad uim inferendam leges eſſe poſitas, ſed ad concupiſcentiam repellendam. Super hæc autem adijciebat non eſſe rationabile, ut qui caſti fuiſſent in eremo, nunc conſtituti inter bona tanta peccarent: & res quas adepti fuerant per indigentiam, tempore ubertatis amitterent. Et ille quidem hæc dicens, conabatur emendare iuuenculos, & ad pœnitentiam eorum quæ geſſerant reuocare. Poſt quem ſurgens Samarias, ait: Tu quidem ò Moſes utere legibus, quas ipſe poſuiſti, ex ipſa conſuetudine eis firmitatem attribuens: & quoniam iam frequenter caſtigaſti Hebræos, qui nõ bene ſeducuntur, me in his quæ tyrannice imperas nõ habebis obnoxiũ. Non enim aliud quicq̃ hactenus ſub figmento legum & dei, quàm iugum ſeruitutis nobis inferre machinaris, & tibimet defendere principatum: auferendo nobis deſiderium, & proprium uiuendi arbitrium, quod eſt liberorum & dominum non habentium. Crudelior itaque circa Hebræos tu ſolus eris Aegyptijs, caſtigare nos uolens, & ſecundum leges tibi placitas ſingulorum uoluntates aſtringere. Sed multo iuſtius eſt, ut tu potius puniatis: quando ea quæ omnibus indubitanter bene ſe habere uidentur, ſolus exterminare contendis, & contra omnium placita tuam ualere ſententiam. Mulierem itaque peregrinam, ſicut ais, duxiſſe me fateor. A me enim audies meos actus ſicut à libero. Non enim latere propoſui, nec pro me alter delator erit. Et ſacrificaui dijs, quibus ſacrificandum non iudicatis: iuſtum exiſtimans per multos me debere acquirere ueritatem, & non uelut ſub tyranno uiuere, & omnem ſpem ſemper ex unius conſeruatione pendere. Dum hæc autem Samarias de his quæ & ipſe & alij male geſſerant edixiſſet, populus quidem quieſcebat formidine futurorum, legiſlatorem intendens, nolentem illius ſuperbiam ex aduerſo litigio prouocare. Metuebat enim, ne multi propter luxuriam uerborum eius imitatores facti, multitudinem perturbarent: & in his quidem dimiſere conuentum, ſed cauſa mali potius augebatur. Cúmque Samarias ex tali cauſa motus non fuiſſet, Phinees uir, & in alijs quidem rebũs melior exiſtens multorum iuuenum, & dignitate patris tranſcendens coætaneos uniuerſos, Eleazari ſacerdotis filius & fratris Moſi nepos, dolens in his quæ geſſerat Samarias, & antequam

per licentiam fortior efficeretur iniuria, opere uolens ultionem inferre, & iniquitatem ne creſceret amplius prohibere: dum adhuc qui hæc arripuerant minime punirentur, animi ſimul & corporis ſic audacia confortatus eſt, ut non prius decerta re quieſceret, quam uictoriam in eo facto perciperet. Tunc ad tabernaculum Samariæ ueniens, ipſum euaginato gladio & Cozabi ſimul extinxit. Iuuenes autem omnes quibus erat uirtutis amor, & Phinees imitatores eſſe uidebantur, perimebant eos qui in culpa Samariæ ſimiles exiſtebant. Multi ſiquidem inique gerentium, horum uirtute perempti ſunt, omnésq; peſtilentia perierunt, deo illis poſt hæc immittente languorem. Nam & quicunq; eorum conati fuerant, & cum prohibere debuerint, magis ad iniuriam dei eos exacuerant, pariter ſunt extincti. Perempti ſunt itaque ex eorum cœtibus, non minus quatuordecim milia uirorum. Hac itaq; cauſa exaggeratus Moſes, ad interitum Madianitarum miſit exercitum: de quorum prælio poſt paululum edicemus, narrantes primitus quod reliquimus. Iuſtum nanque eſt, legiſlatoris uoluntatem nequaquam in hoc ſine laude tranſire. Balaam enim (qui petitus fuerat à Madianitis, ut malediceret Hebræis, & hoc quidem complere diuina prouidentia non ualuit: ſed conſilium dedit, quo hoſtes utentes, Hebræorum populum penè conſumerent) Moſes magnifice nimis honorauit, eius diuinationis uerba probans: cum poſſet huius gloriam propriam facere, quando nullus qui mendacium argueret teſtis extaret. Illi nanque teſtimonium reddidit, & eum memoria dignum fecit. Et hæc quidem ſicut uoluerint, quicunque conſiderent. Moſes itaq; pro quibus rebus prædixi, ad terram Madianitarum miſit exercitum, ex unaquaque tribu duodecim milia uirorum eligens, quorũ ducem ſtatuit Phinees, cuius fecimus paulo ante mentiam: qui leges cuſtodiuit Hebræorum, & Samariam tranſgredientem eas ipſe percuſſit. Madianitæ uero uidentes exercitum contra ſe uenire, & quantus nunquam aduerſus eos acceſſerat: congregantes prouinciæ multitudinem, expectabant hoſtes, & undique muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis, congreſſione facta, Madianitarum cecidit multitudo quæ computari nõ poſſet, numerumq; tranſcenderet. Sed & reges eorum quinq; pariter ſunt perempti, quorum nomina erant Eui, & Zur: Rebe, & Vr: Quintus uero rex eſt Recem: de cuius cognomine ciuitas in terra Arabum conſtituta, hactenus ab omnibus de nomine regis ædificantis, Arecen uocatur, quæ apud Græcos dicitur Petra. Hoſtibus itaq; effugatis, Hebræi eorum tenuere prouinciam: multamq; ſumentes prædam, & poſſeſſores cum mulieribus perimentes, ſolas uirgines reliquerunt. Hoc enim Moſes duci Phinees iuſſerat. Qui reuerſus incolumem reduxit exercitum, & prædam ualde copioſam, id eſt, boues quinquaginta duo milia ſexaginta ſeptem, aſinos autẽ ſexaginta milia, auri uero & argenti uaſa innumeræ multitudinis, quibus utebantur in domo. Nam per longam felicitatem ornatu erant ualde locupletes. Deductæ ſunt autẽ & uirgines, quaſi triginta & duo milia. Moſes itaq; diuiſa in duas partes præda, alterius quidem quinquageſimam partem Eleazaro dedit & ſacerdotibus: Leuitis autem alterius quinquageſimam: reliquã uero uniuerſo populo diſtribuit. Viuebantq; de cætero ualde feliciter: eratq; eis per

Zelo legis Phinees Samariã interficit.

Num. 31.

eis per uirtutem omnium bonorum copia, nullaq; triſtitia eorum uoluptates impediebat. Moſes igitur cum eſſet ſenex, Ieſum ſucceſſorem ſibi cõſtituit ad prophetias, & ad militiæ principatum, ſicubi neceſſarium foret, iubente deo, ut rerũ teneret imperium. Ioſue autem omni doctrina legum, diuinisq; miniſterijs Moſe docente erat inſtructus. Inter hæc etenim duæ tribus, Gad, & Ruben, & Manaſſe dimidia, quadrupedum multitudine & omnibus alijs ualde diuites, habentes commune conſilium, rogabant Moſen, ut eis præcipue Amorræam concederet, quæ paſcuis opima uidebatur. Ille uero exiſtimans eos timuiſſe Chananæorum pugnam, & honeſtam occaſionem quaſi pro paſcuarum diligentia quæſiſſe, malignos eos appellabat, & turpem occaſionem timoris adinueniſſe: ipſosq; uelle ſine labore deliciari, dum omnes adhuc in arumnis conſiſterent: & terram ideo quam peterent obtinere uellent, ne de cætero cum eis laborarent, quibus terram ſe traditurum deus promiſerat trans Iordanem, & aduerſas gentes interempturum. Illi uero conſpicientes iratum ducem, & contra ſe iuſtiſſime prouocatũ, reſpondentes ſatisfaciebant, non pro timore periculorum, neque propter laboris defectum hoc petere: ſed ut prædam in opportunis conſtituentes locis, expediti ad certamen & ad bella uenire poſſent: dicebantq; ſe præparatos, ut dum poſſiderent ciuitates, ad cuſtodiam filiorum & uxorum & facultatis ſuæ, ubiq; cum exercitu properarent. Porrò Moſes, cũ iſte ſermo placuiſſet, uocans Eleazarũ ſacerdotem & Ieſum, & ad ultimum uniuerſos, conceſſit eis Amorræam, ita ut auxilia conferrent cognatis ſuis, donec omnia complerentur. Accipientes itaq; iſtæ conditione prouinciam, & ciuitates fortiſſimas poſſidentes, filios & coniuges, & alia quæcunque poterant circumeuntibus impedimentum facere, in eis apte conſtituerunt. Ædificauit autem & Moſes decem ciuitates, quæ in numero quadraginta octo forent: quarum tres diſtribuit, ut ad eas qui nolentes facerent homicidium, confugerent: & tempus fugæ conſtituit, habentibus ſcilicet poteſtatem cognati perempti occidere homicidam, ſi eum extra terminos ciuitatis ad quam fugerat inuenirent, quod nulli alij permiſſum eſt perpetrare. Hæ ſiquidem ciuitates fugacibus diſtributæ ſunt, Boſor quidem in Arabiæ finibus: Arimnam autem in terra Galaadinorum: Gaulalim uero in Bataltide regiõe. Cumq; etiam Chananæorum terram obtinerent, tres alias ciuitates inter urbes Leuitarum Moſes fabricandas ad habitaculum fugacium delegauit. Moſes autem adeuntibus eum maioribus natu tribus Manaſſe: & dicentibus uirum inſignem tribuum fuiſſe defunctum nomine Orophatim: & filios quidem maſculos non reliquiſſe ſed filias: & conſulentibus ſi earum fuiſſet hæreditas, aut ſiquidem aliquos de tribu ſua ducerent, cum hæreditate ad eos irent: ſi uero ex alia tribu alicui nuberent: hæreditatem in paterna tribu relinquerent: & tunc manere uniuſcuiuſque hæreditatem in propria tribu conſtituit.

Num. 27.

Moſes Ioſue ſucceſſorem facit.

Num. 32.

Num. 35.

Deu. 4.

De ciuitatibus fugitiuorum

Moſes hæreditatẽ filiæ defuncti fratris conſtituit.

Moſes prædicans ſe moriturum, ſtatuit populo uarias leges. Tandem ab hominibus & eorũ conſpectu clara circundatus nube ſublatus eſt. Caput VI.

CVm uero iam quadraginta anni minus triginta diebus implerẽtur, Moſes eccleſiã cõgregans ad Iordanẽ, ubi nunc ciuitas eſt Abila: locuſq; palmarũ, cõueniente uniuerſo populo, ita locutus eſt: O uiri cõmilitões, & ſicut deo placuit,

Deu. 4.

Oratio Moſi ad populum Iſraël ante mortem.

calamitatis longe participes, centum uiginti annis ſenectute confectum oportet me ab hac uita diſcedere. In his uero quæ gerēda ſunt trans Iordanē, iam nō ero ueſter adiutor, neq; pugnabo uobiſcum, à deo prohibitus. Iuſtum tamen credidi, neq; nunc meam deponere pro ueſtra felicitate curam, ſed propriam indicare ueſtræ ubertatis adeptionem, & memoriam meam in abundantia bonorum referre ueſtrorum. Nunc igitur explanans, quemadmodū uos felices eritis, ueſtris filijs bonorum ueſtrorum relicturi poſſeſſionem, ab hac uita diſcedo: dignúsque ſum, ut mihi fides habeatur, & propter priſtinas uirtutes, & eo quod animæ ad uitæ huius terminum uenientes, cum omni loquantur integritate. O filij Iſraël, cunctis hominibus cauſa bonæ poſſeſſionis propicius deus eſt. Hic enim ſolus dignis hoc tribuere, & auferre in ſe delinquentibus poteſt: cui uos exhibere, quales uos ipſe uult eſſe, ſimul & ego uoluntatem eius ſciens, aperte uos moneo. Nō enim eritis beatiſſimi, & in omnibus imitabiles aut felices, ſi aliquando ex illius mādatis ceſſaueritis. Poſſeſſio nanq; bonorū, quam nūc tenetis, firma manebit: & præſentium rerum celerrimam ſecuritatem habebitis, ſi ſolummodo quæ uos deus uult ſequi his obediatis: & neque legum alienarum ordinem præponatis: neq; pietatem, quam nunc circa deum geritis ſpernentes, ad modum alienū conuertamini. Hæc autem agentes, fortiſſimi cunctorū eritis bella ferre, & inimicorum nulli ſuccumbere. Deo enim uobis auxiliatore præſente, cunctos uos poſtponere rationis eſt: præmia ſiquidem magna uirtutis uobis ſunt poſita, quæ omni uita poſſideatis. Virtus etenim primitus bonarum cauſarum eſt præmiū, deinceps etiam aliarum rerum præſtat augmentum: ita, ut dum inter uos ea uſi fueritis, magnam uobis conferat uitam, & inter alienigenas glorioſos efficiat, & apud poſteros eminentes oſtendat. Hæc itaq; poteritis adipiſci, ſi legibus quas dictante mihi deo conſtitui obediatis, eásque cuſtodiatis, & earum ſapientiam meditemini. Ego autem diſcedo gaudens in ueſtris bonis, cōmendans uos caſtitati legis & bonæ conuerſationis ornatui, uirtutibúsque ducum, qui prouidentiam ueſtræ utilitatis exhibebunt. Deus autem qui hactenus ueſtri præſul extitit, pro cuius uoluntate & ego uobis utilis fui, non uſque ad præſens ſtare faciet prouidentiam ſuam: ſed quanto tempore ipſi uolueritis cum habere patrocinantem, in uirtutis ſtudijs permanētes, tanto præſidium eius habebitis. Conſilia nanque uobis præbebunt optima, quæ ſequentes, felices eritis, pontifex Eleazarus & Ieſus, necnon & ſeniores, & principes tribuum, quos audire uos conuenit: ſcientes, quoniam omnes qui bene ſub principe conſiſtunt, & principatum tenere, & libertati præeſſe poſſunt: nec indignemini in his quæ uos agere duces ueſtri popoſcerint. Non etenim, ut benefacientibus iniuriam faciatis, in hoc fiduciam ponetis: quod de cætero declinantes, meliores cauſas habebitis: nec huiuſmodi iram aliquando ſumatis, quali circa me uti ſæpius præſumpſiſtis. Noſtis enim quia frequenter peiora à uobis, quàm ab hoſtibus mortis pericula ſuſtinui. Et hæc, non improperia ferens, uobis edico (non enim in exitu uitæ dolentes contra me relinquere uolens, hæc ad memoriam reuoco) quando nec tempore quo hæc patiebar, iratus agnoſcor, ſed ut de futuro à talibus temperetis, & in nullo ueſtris præſulibus iniuriam propter diuitias faciatis: quæ uobis Iordanem

danem tranſeuntibus & Chananæam obtinentibus, affluenter aduenient. Nam ſi per eas fueritis contemptores effecti, & uirtutem deuotionémque perdideritis, quam circa deum geritis, cum primitus habebitis inimicum: & terram quam armis obtinuiſtis, iterum cum magnis oppropriis amittetis: totúmque diſperſi per orbem, ueſtro ſeruitio omnem terram & mare complebitis: eritq; uobis, dum horum omnium experti fueritis, inutilis iam pœnitentia & memoria legum non ſeruatarum. Vnde ſi uultis hæc apud uos permanere, dum hoſtibus prævalueritis, nullum relinquatis ex eis, ſed omnes perire decernite: ne uiuentibus eis illorum ſtudia deguſtantes, à conuerſatione paterna recedatis. Sed & aras & lucos & templa quæcunque habuerint, deſtruenda commoneo, & genus & memoriam eorum igne conſumi. Sic etenim bonorum ueſtrorum uobis erit firma ſecuritas. Ne uero per ignorantiam melioris rei natura ueſtra ad peiora declinet, & leges uobis dictante mihi deo compoſui, & ordinem bonæ conuerſationis inſtitui, cuius ſeruantes ornatum feliciſſimi critis omnium rerum. Hæc dicens, dedit eis in libro leges, & conuerſationis modum ibi conſcriptum. Illi uero flebant, & multum querebantur ducem, memoriam periculorum eius habentes, & quanta pro eorum ſalute geſſiſſet: deſperantes etiam de futuris, quaſi nullus eis princeps ſimilis foret, minusque iam deum ſui prouidere credentes, eo quod Moſes eum potius exoraſſet. Tunc illi quæ in deſerto ei cum ira locuti fuerant, pœnitentiam agentes ingemiſcebant: ita ut omnis populus in lachrymas prorumperet: & plus quàm ſermone dici poteſt, gemitus cum dolore proferret. Moſes autem conſolabatur eos: & licet dignus multis eſſe lachrymis uideretur, tamen amouebat eos à fletu, utq; magna uterentur conuerſatione poſcebat. Tunc ergo conuentus ita dimiſſus eſt. Volo autem conuerſationem primitus dicere Moſeos, eiúsque dignitatis uirtutes exponere, ut per hæc legentes agnoſcant, qualia initia noſtri habuere maiores, & ſic ad aliarum rerum uenire narrationem. Scripta ſunt autem hæc omnia ſicut ille reliquit, nihil nobis adiicientibus ad ornatum, quod à Moſe relictum non eſt. Hoc tantum placuit nobis modo nouitatis inducere, ut ſecundum genus nobis ſingula diſponantur: diſperſa nanque ab illo in ſcriptis relicta ſunt, quemadmodum deum in ſingulis quibuſq; conſuluit. Propterea nanque neceſſarium iudicaui hæc prædicere, ne qua nobis à cõtribulibus hanc ſcripturam legentibus quæſtio generetur. Hic autem eſt ordo legum in noſtra conuerſatione competentium. Quas autem nobis communiter ad alterutros dereliquit, has de moribus & cauſis explanare & referre diſtuli: quod adiuuante deo poſt nobis inſinuare propoſitum eſt.

Deu. 7. & 11.

Legẽ ſcriptã dedit Moſes populo.

Ait enim: Dum Chananæorũ terram poſſederitis, & ad uſum bonorũ uacaueritis, & ciuitates iam ædificare cœperitis, ea facientes quæ deo placita ſunt, firmiſſimum pignus felicitatis habebitis: ſit una uobis ciuitas ſacra in terra Chananæorum in loco optimo, & uirtute præclaro, quancunq; deus ſibi per prophetam elegerit: & templum in ea ſit unum, & altare unum ex lapidibus non manu dolatis, ſed paſſim iacentibus, qui dealbati erunt, & ad decorem, & ad uidendum ualde puriſſimi: aſcenſus autem ad eum ſit non per gradus. In alia uero ciuitate nec

Vt una ciuitas ſacra fieret, et unũ templum.

altare,

altare,nec templum ſit.Deus enim unus,& genus Hebræorum eſt unum.Qui ue
ro blaſphemauerit deum, lapidatus ſuſpendatur per diem,& ſine honore,turpi
Deu. 16. terq; ſepeliatur. Conueniant autem in ciuitatem,in qua templum conſtituunt,
ter in anno,à finibus terræ quam Hebræi tenuerint, quatenus deo & pro his quæ
poſſident gratias referant,& de futuris preces effundant,& conuenientes ad inui
cem tunc epulantes amici ſint.Bonum eſt enim, ut ſemetipſos alterutrũ contribu
les non ignorent, ſed ſua ſtudia ſibi cõmunicent. Hoc autem eis ex hac ſocietate
proueniet,ut & aſpectu & loquela memoriam ſui ſemper obtineant. Si enim al/
Deu. 18. terutris impermixti ſint,extranei ſibimet putabuntur. Sit autem & decima ex/
ceptio frugum uobis,præter eam,quam diſtribuit dominus ſacerdotibus & Leui
tis dari: quæ uendatur quidẽ per prouincias,& ad epulas miniſtretur,& hoſtias,
quæ in ſacra urbe ſunt celebrandæ.Iuſtũ eſt enim ex his quæ de terra naſcuntur,
quam deus poſſidere uobis conceſſerit,ut ad honorem eius qui hæc tribuit,per/
De mercede mulieris forni caria. fruantur. Ex mercede mulieris fornicariæ nõ ſunt ſacrificia celebranda. Nunq;
enim ex his quæ de contumelia procedunt,diuinitas delectatur:nihil enim confu
ſione corporum peius eſt. Similiter autem ſiquis pro coitu canis,aut uenaticij,
aut cuſtodis gregũ mercedem acceperit,nunq; exinde deo ſacrificandũ eſt. Nul
lus blaſphemet eos,quos aliæ ciuitatis eſſe putant. Sacra peregrina non eſſe fu/
randa,neq; æs denominatum alicui deo,ſumendũ. Nullus ueſtrũ texta ex lana
Deu. 22. & lino tunica ueſtiatur.Hæc enim ſolummodo ſacerdotibus eſt conceſſa. Con
ueniente uero multitudine in urbe ſacra ad immolandũ, poſt ſeptem annos in/
ſtante feſtiuitate quæ uocatur ſcenopegia, id eſt, tabernaculorum defixio,ſum/
mus ſacerdos ſtans in excelſo tribunali,unde poſſit audiri,leges omnibus legat,&
Deu. 11. neque uxor,neque filij audire prohibeantur,ſed neque ſerui.Bonum eſt enim,ut
animabus inſcriptæ leges, etiam memoria conſeruentur, qua nunquam deleri
poſſint. Sic ergo neque peccabunt, non ualentes dicere, eo quod decreta legum
ignorare uideantur. Leges enim multam habebunt contra peccantes audaciam,
utique prædicentes eis,quæ ſint paſſuri delinquentes, & animabus eorum inſcri/
Pueri primũ diſcant legẽ. bentes,quæ præcipiunt per auditũ, quatenus omnino in interioribus eorũ conſi/
ſtat uoluntas legũ:in qua cum deficiunt,autores ipſi ſuæ læſionis exiſtunt. Di/
Deu. 6. ſcant etiam pueri primum legem,quæ eſt doctrina optima,& cauſa felicitatis exi/
mia. Secundo autem per ſingulos dies, mane & ueſpere teſtificanda ſunt dona
dei,quæ liberatis de terra Aegyptiaca conceſſit. Iuſta eſt enim naturaliter gratia/
rum actio,quæ refertur & pro compenſatione rerum iam factarum, & pro inui/
tatione futurarum.Inſcribenda uero & in ianuis ea, in quibus eis deus benefece/
rit, & brachijs ſingula quæque declaranda, quæ uirtutem dei ualeant deſignare,
& fauorem eius circa eos oſtendere, quatenus undique circa eos illuceat dei fa/
Septẽ principes. uor. Principes autem ſint in unaquaque ciuitate uiri ſeptem, qui & uirtute,
& iuſtitiæ ſtudio ſint exempti: unicuique uero principatui duo uiri miniſtri præ/
beantur ex tribu Leuitarum. In omni autem honore qui in urbibus iudica/
re conſtituti fuerint habeantur, ita ut illis præſentibus neque blaſpemare, neq;
aſpere agere liceat aliquibus:ſic utique reſpicientibus pudorem dignorum homi/
num, tanquam ſi deum in illis contemnere uidcantur. Iudices autem puri po/

teſtatem

teſtatem habeant pronunciandi, quodcunque uidetur eis, niſi forte pecunias eos quilibet accepiſſe pro iudicij diuerſitate demonſtret, aut aliam cauſam proferat, per quam eos non bene iudicaſſe conuincat. Non enim lucrum attendentes aut dignitatem, conuenit iudicare, ſed iuſtitiam rebus omnibus præponentes. Nam hoc non agens, deum quilibet contemnere putatur, eúmque infirmiorem credere quàm illos, quibus contra iuſtitiam timore poteſtatis ſententia propria præſtare contendit. Dei enim uirtus, iuſtitia eſt. Quiſquis enim præſtat eis, qui aut nõ iuſte quærunt aliquid, aut nõ iuſte in dignitate ſunt conſtituti, illos potius deo potiores facit. Si uero iudices nõ intelligunt de rebus ſibi creditis iudicare, quando multa talia ſolent hominibus prouenire, integram cauſam in urbem ſacram remittant: & conueniens pontifex & propheta & ſeniores, quæ eis uidentur iuſta, pronuncient. Vni teſti non credatur, ſed tribus, aut ad ultimum duobus: quorum teſtimonium uerum faciat uita prior.

Vni teſti non credendum.

Mulierum teſtimonium nequaquam recipiendum propter leuitatem, & procacitatem generis earum. Sed neque ſerui teſtimonium perhibeant propter ignobilitatem animi: quos aut propter lucrum, aut propter timorem ueriſimile poteſt credi non poſſe uere teſtari. Siquis autem falſe teſtatus eſt, conuictus ea patiatur, quæ paſſurus eſſet is, contra quem teſtimonium dixit.

Serui nõ ſint teſtes. *Deu. 19.*

Falſus teſtis puniendus.

Si homicidio facto in aliqua urbe non inueniatur is qui fecit, ne in ſuſpicione ſit aliquis, quaſi hoc per odium perpetrauit, quæratur quidem homicida cum multo ſtudio: quinetiam de eo nunciando proponantur edicta. Cum uero nullus eum nunciauerit, principes ciuitatum uicinarum regionis illius, in qua cædes facta eſt, & ſeniores conuenientes metiantur à loco, ubi iacet mortuus, regionem: & pars quæ fuerit uicinior ciuitati populi huius, ementes uitulam, & deferentes ad uallem, & ad locum inutilem aratro & plantationibus. incidant ceruicem bouis: & ſumentes aquam lauent manus ſuas ſuper caput bouis ſacerdotes, ſimul & Leuitæ & ſeniores illius ciuitatis, & exclament ab homicidio mundas ſe manus habere: & neque geſſiſſe, neque factori communicare: & inuocent deum ſibi propitium fore, & nunquam tam malam paſſionem in illa terra contingere. Optima eſt, inquit, huiuſmodi diſpoſitio, & conuerſatio talis: nec uobis alterius reipublicæ ſit affectus, ſed hanc diligite, dominas leges habentes, & ſecundum eas omnia facientes. Satis enim eſt, ut deus ſit ueſter princeps. Si autem fuerit uobis regis amor, ſit equidem iſte contribulis, ſitq; ei iuſtitiæ prouidentia ſemper, & uirtutis alterius magnitudo. Sciat autem is legibus atque deo plurimũ ineſſe ſapientiam, nihilq; gerat præter pontificis ſeniorumq; ſententiam: nec multas nuptias uſurpet: neque abundantiam ſectetur pecuniarum, nec ornatus equorum: quibus rebus ſibi collatis, ultra leges ſuperbus erit. Prohibeatur autem etiam ſiquis horum ſtudium habuerit, fieri ultra modũ ueſtræ utilitatis potentior.

De homicidio facto. *Deu. 21.*

Deu. 17.

De rege eligendo.

Terminos terræ moueri non liceat, nec propriæ nec alienæ, per quos uobis ſeruabitur pax: ſed habeantur firmi in æternũ poſiti, ſicut diuina ſententia, tanquã prælijs & ſeditionibus ex hoc oriundis, dum accedere ultra terminos auari uoluerint. Nam neq; procul eſt, ut tranſcendat leges, qui terminos uoluerit permutare.

Deu. 19.

Qui in terra plantauerit, ſi ante quartũ annũ folia fructũq; attulerit, neq; deo

Leu. 25.

ex hoc

ex hoc primitias offerat,nec ipſe comedat.Non enim ſecundum tempus hoc illa tum eſt, dum naturæ præter tempus uim feciſſe uideatur. Vnde hoc neque deo, neque proprio domino competit ad edendum.Quarto uero anno uindemiam, & omne quod naſcitur(tunc enim maturum eſt) colligens, ad ſacram deportet urbem : & cum decimis aliarum frugum expendat, cum amicis proprijs epulando,& cum pupillis & uiduis.Quinto autem anno ſit domini, ut quæ fuerint nata fructificentur. Qui terram uineis plantat, non ſeminet eam : ſat enim eſt hoc, hanc enutrire germen, & laboribus aratri eſſe priuatam. Bobus terra aranda eſt, & nulla cum eis altera animalia iungenda ſunt : ſed proprium hoc genus ſit ad arandum. Semina uero ſint munda,& impermixta : & non duobus aut tribus generibus ſeminetur. Non enim communione diſſimilium natura lætatur. Neq; iumenta permiſceantur, quæcunque cognata non ſunt. Metuebat enim tunc legiſlator,ne per hoc iniuria tranſiret ad homines,initiũ à minoribus & turpibus primo ſumens. Nihil enim huiuſmodi debet eſſe licitũ, ex quo per ſimilitudinem conuerſio quædam in cõmunibus rebus habere poſſit acceſſum. Quapropter de rebus uilibus leges negligentiam non habuerunt, ſcientes omnibus prouidere,ne in aliquo uiderentur eſſe culpabiles. Metentes,inquit,& manipulos colligentes,non omnem decet meſſem excutere : ſed relinquere aliquos manipulos, qui ſint egentibus alimentum. Similiter autem & de uineis racemuſculos pauperibus relinquendos,& oliuarum quendam fructum reſeruandum colligentibus,& eſcam propriam nõ habentibus. Non enim tanta abundantia ex nimia colligendi diligentia dominis utilis erit, quanta gratia ex indigentium ſatietate proueniet.Tunc diuinitas terram ad illationem fructuum proniorem efficiet,eorum qui non ſuæ tantummodo utilitati proſpiciunt, ſed etiam pro aliorum cibo cogitare noſcuntur. Sed neq; boum ora dum ſpicas terunt in area, ſunt liganda.Non enim iuſtum eſt, ut qui ſimul laborauerunt in fructu, & circa natiuitatem eius fatigati ſunt, participare prohibeantur. Neq; poma matura contingere iter agentes arcendi ſunt,ſed tanquam de proprijs eos debent permittere ſatiari, ſiue prouinciales ſint, ſiue peregrini : & cum gaudio præbendum eſt eis ad comedendum,portare uero nihil liceat. Neq; uindemiantes ex his quæ ad torcular portantur, guſtare prohibeant ſibimet occurrentes. Iniuſtum eſt enim bona quæ dei uoluntate ad uiuendum data ſunt, inuidere deſiderantibus ea comedere : dum pomum ſit in maturitate ſicut deo placuit, & mox abire feſtinet. Et licet aliqui per uerecundiam contingere non præſumant, rogantes eos, cum ſint quidem Iſraëlitæ tanquam ſocij, & propter cognationem pariter domini ;& ex alio loco uenientes,& ut munera ſuſcipiant deprecandi ſunt,quæ deus eos uidere conceſſit.Damna ſiquidẽ iudicanda non ſunt,quæcunq; per benignitatẽ tranſeuntibus conferuntur:quando deus ubertatẽ bonorũ præſtat hominibus:nõ ut utantur ſoli,ſed etiam alijs largiantur : uolens hoc modo fauorẽ ſuum circa Iſraëliticum populum,& felicitatis eorum adminiſtrationem alijs apparere,cum eos ſuam abundantiam alijs participare præcepit. Qui uero præter hæc fecerit,quadraginta minus una plagas habena publica accipere uoluit, & liberum pœnam hanc turpiſſimam ſuſtinere: quia dum lucro ſeruit,fecit iniuriam dignitati.Bene, inquit.

De plantanda uinea.

Bobus terram arandã,nec diuerſo genere ſeminandam.

Deu. 22.

Deu. 24.

Remanentes ſpicas nõ colligendas.

Deu. 25.

inquit,uobis erit expertis ærumnarum Aegyptiarum atq; deſerti,ſi habeatis cu
ram eorum,qui nunc in ſimilibus cõſtituti ſunt:& adepti diuitias ex miſericordia
& prouidentia dei,eaſdem ſimiliter egẽtibus diuidatis. Super decimas autem du/
as quas annis ſingulis prædixi celebrandas, aliam quidem Leuitis,alteram uero
ad epulationes,tertiam quoq; per annum tertium expedit fieri ad diſtributionẽ
inopum, mulierumq; uiduarum & infantum pupillorum. Germina quoque Deu.26.
quæcunq; prius naſci contingit,ad templum perferant: & pro terra hæc profere
re,quam eis præſtitit poſſidere,deum benedicentes,ſacrificiaq; quæ leges eos of/
ferre iubent celebrantes,horum primitias ſacerdotibus templi diſtribuant. Cum
uero hæc quilibet impleuerit, & omnes decimas unà cum primitijs,quas Leuitis
ad epulandũ dari mos eſt,obtulerit,diſceſſurus domum ſtans è diuerſo tẽpli grà
tias quidem agat deo,qui eos ab Aegyptiorum iniuria liberauit: terraq; eis ma/
gna frui multaq; conceſſit: teſtimoniumq; perhibeat quia & decimas ſecũdum le
ges Moſi obtulit:exoretq; deum ſibi propitium & placidum ſemper eſſe,& com/
muniter cũ Hebræis omnibus permanere, atq; ſeruet bona quæ dedit eis, & ad/
dat quæcunq; donare poteſt. Vxores autem ducant nubili iam tempore uirgi/ *De uxoribus ducendis.*
nes liberas,bonis parẽtibus procreatas. Qui uero uirginem ducturus non eſt, ei
nõ iungatur quam diſcedere ſuaſit ab alio,neq; contriſtet priorem maritum eius.
Ancillas liberi nõ ducant uxores,nec ſi per amorem ad hoc aliqui compellantur. *Liberi non du/cant ancillas.*
Concupiſcentiam nanq; retinere decorum eſt,& congruum liberæ dignitati. Sed
neq; fornicariæ ſequendæ ſunt nuptiæ,pro quibus corporis iniurijs nuptiales ho/
ſtias non ſuſcipit ſumma diuinitas. Sic itaq; prudentia filiorum erit libera, & ad
rectitudinis uirtutem præparata,ſi non fuerint de turpibus nuptijs,neq; de con/
cupiſcentia non legitime conuenientium procreati. Si quis uelut uirginem de/ Deu.24.
ſponderit, deinde non eam talem inueniat, cauſam dicturus, ipſe quidem accu/
ſet utens ad probationem documentis ſuis:reſpondeat autem puellæ pater aut
frater, uel quicunque poſt eos genere uicinior eſſe monſtratur: & dum iudica/
tum fuerit puellam non eſſe culpabilem, cum accuſatore permaneat,nullam ha/
bente uiro ulterius poteſtatem dimittendi eam, niſi magnæ cauſæ præceſſerint.
& contra quas nec reſpondere poſſit. Is uero qui audacter aut petulanter cauſam
puellæ uitij & derogationis intulerit,multa condẽnetur quadraginta minus una
plagarum, & quinquaginta ſiclos patri dare cogatur. Si uero conuicerit puellam
fuiſſe corruptam,ſiquidẽ popularis ſit,eo quod caſte uirginitatem uſq; ad legiti/
mas nuptias non ſeruauerit, lapidetur: ſi uero de ſacerdote ſit nata,uiua proti/
nus cõcremetur. Si quis duas uxores habuerit,& alia quidem in honore magno Deu.21.
fuerit & fauore, aut propter pulchritudinem & amorem, aut ob aliam cauſam,
altera uero in minori apud eum parte conſiſtat: ſi ex dilecta filius,cum ſit iunior
ab illo qui ex alia procreatus eſt, petat propter patris fauorem quem circa matrẽ
habet,priuilegia ſenioris: quatenus duplicem ſubſtantiæ paternæ partem accipi/
at,ſicut in legibus diffinitum eſt,non ei concedatur. Iniuſtũ nanq; eſt,ut qui na/
tiuitate ſenior eſt,eo quod minus mater eius à patre diligatur, debita parte frau/
detur. Qui puellam corruperit ab alio deſponſatam,ſiquidem ſuadẽs ei,& ad Deu.22.
corruptionẽ ſibi conſentientem habuerit,cũ ea moriatur. Maligni enim ſunt utri/

que:ille quidem,eo quod turpitudinem puellam uoluntarie ſuſtinere ſuaſerit, & nuptijs liberis hæc mala præferre coëgerit:illa uero, quod ſemetipſam propter libidinem propriam, aut propter lucrum ad contumeliam perſuaſa præbuerit. Si uero alicubi eam ſolam inueniẽs nullo adiutore præſente compreſſerit, ſolus ipſe moriatur. Qui uirginem corruperit nondum alicui deſponſatam, ipſe eam ducat uxorẽ. Si uero patri puellæ nõ placeat ut ducat eam, quinquaginta ſiclos pretiũ ſoluat iniuriæ. Ab uxore copulata ſibi uolens quicunq; diſiungi propter quaſcunq; cauſas, quæ multis modis hominibus prouenire noſcuntur, ex ſcripto, eo quod nunquã cũ ea conueniat, cõpromittat. Sic enim habebit poteſtatem aliæ copulari: nã prius illa alteri iungi nõ poteſt. Si aũt & illo moriente uoluerit eã prior uir recipere, non ei liceat. Quæ ſi ſine filijs fuerit à marito derelicta, frater illius eã accipiat: & natũ filium mortui nomine uocans, hæreditatis ſuæ nutriat ſucceſſorẽ. Hoc enim & publicis utilitatibus proderit, domibus minime deſtitutis, & cognatis poſſunt ſubſtantiæ cõſeruari, & mulieribus releuatio calamitatis auferri: quando priorum maritorum proximis coniunguntur. Si uero noluerit eam ducere frater, ueniens mulier illa apud ſeniores teſtimonium huius rei perhibeat: quia uolentem eam domi manere, & filium ex eo habere non ſuſcipit, iniuriam faciẽs fratris defuncti memoriæ. Requirẽtibus uero ſenioribus, pro qua cauſa nuptijs eius abſtineat, ſiue maximam cauſam ſiue paruam dixerit, ad hoc ueniendum eſt, ut ſoluens uxor fratris caligulas illius uiri, & expuens in faciem eius dicat, hoc dignũ eſſe ab ea pati, iniuriam defuncti memoriæ faciẽti. Et ille quidem à ſenioribus abſcedat, hoc obprobrium habens omni tempore uitæ ſuæ: illa uero ſi uoluerit, alij cuilibet ſe petentium nubat. Si quis captiuam ceperit uirginem, ſiue iam nuptã uolens ei copulari, non primitus liceat eius cubile communionemq; contingere, anteq; illa radens caput ſuũ & lugubre ſchema percipiens, parentes defleat & amicos, quos in bello perdiderit: quatenus de eorũ triſticia ſatiata, ſic deinceps ad epulas cõuertatur & nuptias. Bonũ eſt enim & iuſtum accepturo, de qua filiũ habiturus eſt, ut eius ſatiſfaciat uolũtati: & non tantũmodo libidinem ſequens propriam, quod uxori futuræ charũ poſſit eſſe cõtemnat. Triginta uero in luctu diebus expletis (ſufficiũt enim iſti dies ſapiẽtibus ad lachrymas amatorum) tũc procedat ad nuptias. Si uero cupiditate plenus, habere eam contemnat uxorẽ, ad ſeruitium eam deducere nõ habeat poteſtatẽ: ſed ubicunq; uoluerit mulier ire, diſcedat, hanc libertatem habens. Quicunq; uero iuuenum contemnunt parentes ſuos, & eis honorem non præbent, aut propter uerecundiam, aut propter inſipientiam iniuriam facientes eis, primũ quidem ſermonibus eos moneant ipſi parentes (ſufficiunt enim ad hæc huiuſmodi iudices) dicẽtes non ſe propter delectationem fuiſſe coitu naturali permixtos, neq; pro augmento pecuniarum, dum eſſent facultates parenti utriq; communes: ſed ut ipſi filios haberent, qui eos in ſenectute gubernarent, & quibus egerent per eos haberẽt: quod dũ cum gratia fiet, deo præcipue charũ eſt. Adijciant etiam hæc uerba, dicentes, fouentes ſtudio magno nutriuimus, nulliq; rei pepercimus, quæ ad ſalutem tuam tenderet, & utilitatem optimæ tibi eruditionis afferret: nunc autem quoniam decet ueniam tribui iuuenũ delictis, monemus te: reſipiſce in quocunq; pro noſtra exhonoratione minor

Diuortiũ uxoris.

Vt fratris defuncti ſine filijs uxorem quis accipiat.

Deu. 22.

Luctus triginta dierum pro mortuis.

De parentum contemptoribus.

inuentus

inuentus es,& ad modum temperamenti conuertere: ſciens etiam deum ea quæ contra parentes præſumuntur, nimis ingrate ferre:quoniam & ipſe totius humani generis pater eſt,& unà cũ illis exhonorari uidetur,qui eandem appellationem habere noſcuntur.Indignum ergo eſt à filijs ſuis hæc ſuſtinere,cum & lex taliũ ſit ultrix ineuitabilis,cuius te fili experimentum ſumere non optamus. Et ſi in his uerbis iuuenum temperetur audacia,ab obprobrijs liberantur, quæ ex ignorãtia proueniunt. Sic enim & legiſlator bonus inuenietur, & patres felices erunt,non uidentes nec filium puniri,nec filiam. Cui uero parentum ſermones atq; doctrina propter intemperantiam ſuam pro nihilo eſſe uidebũtur,ſine pacis fœdere inimicas ſibi faciet leges, cum frequentibus contra parentes præſumptionibus incitatur.Is enim,inquit,eiectus extra urbem,ſequẽte multitudine,lignoq; ſuſpenſus, & permanens tota die ad uiſionem cũctorũ,nocte ſepeliatur:ſicut & alij,qui quocunq; modo perimi legibus decernuntur. Sepeliantur autẽ & hoſtes,& nullus mortuus expers iaceat ſepulturæ,ſoluẽs pœnam ultra iuſtitiam. Nulli uero Hebræorũ ad uſuras liceat fœnerari,neq; cibum, neq; potũ.Non enim iuſtum eſt à cõtribule redditus ſuſtinere,ſed ſolatium utilitatis eius lucrũ eſſe decernere:& gratiarum actionem,& recompenſationem à deo referendam pro benignitate ſufficere. Qui uero acceperint ſiue pecunias,ſiue quoſcunq; fructus ſiccos uel humidos,reminiſcentes deum,hæc cum dilectione reſtituãt,tanq; reponentes in proprijs loculis,& iterum cum opus fuerit,hæc tollentes. Qui uero circa redditionem impudentes extiterint,non in domos eorum eſt introẽundum,pignuſq; ſumendum,anteq; ex hoc cauſa dicatur. Pignus enim à foris ſumendum eſt:& ei debitor per ſe portare debet,nihil reſiſtens ei, qui cum auxilio legis ad eum uenit. Si quidem idoneus ſit cui pignus ablatum eſt,teneat illud creditor,quoadu ſq; reſtituat quod debetur:ſi uero pauper eſt,reſtituat anteq; ſol occumbat,& maxime ſi ueſtis ſit in pignore conſtituta,ita ut eam habeat ad ſoporem:quando naturaliter pauperũ deus miſereatur.Mola uero & uaſa ei cõgrua non ſunt accipiẽda pro pignore,ne inſtrumentis neceſſarijs ad ciborum alimenta priuentur,& pro egeſtate peſſimum aliquid patiantur. In furto hominis,pœna ſit mortis:qui uero aurum aut argentum abſtulerit,condemnetur in duplum.Qui iumentum rapuerit, damno quadrupli condemnetur, præter bouem purum: hoc enim quincuplum ſoluat.Qui uero ad ſoluenda multa fuerit inops,ſit ſeruus eorum,quibus eſt condemnatus. Siquis fuerit contribuli uenditus,ſex annis ſeruiat:ſeptimo aũt liber abſcedat.Si uero filio ei ex ancilla nato apud emptorem, propter affectum eius ex familiaritatis dilectione ſeruire uoluerit,inſtante ãno iubileo,qui eſt quinquageſimus, liber efficiatur cum uxore ſimul & filijs. Si quis aũt aurum uel argentum per uiam inuenerit, quærat eum qui perdidit, præconemq; mittens, in quo eum loco inuenit,reſtituat:& ex alieno damno non bonam utilitatem eſſe decernat. Similiter autem & de pecudibus,quæcunq; in deſerto errare compererit, nõ inuento repente domino,apud ſe reſeruet:teſtem habens deum in his,quod noluit aliena lucrari. Nulli liceat pertranſire, cum iumentum alicuius tempeſtate fatigatum in luto uiderit cecidiſſe:ſed alleuet illud,& proprio adiuuando labore, ei adiutor exiſtat. Vias autem ignorantibus demonſtrandas,& non riſum acti-

Etiã hoſtes ſepeliẽdos eſſe. Deu.23.

Deu.24.

De furto.

Deu.22.

tãtes de eorũ errore alienis utilitatibus liceat impedire. Nemo blaſphemet abſen
Lex percuſſorum. tẽ. Percuſſus in lite quis, ubi non eſt ferrum, repente mactetur: idem patiente eo qui percuſſit, quod fecit. Si uero portatus ad domum propriam qui percuſſus eſt, ægrotet diebus multis, deinde moriatur, ſit innocens qui percuſſit. Sanato autẽ il lo, & multas expenſas in ægritudine faciẽte, reſtituat uniuerſa percuſſor, quæcun que in uulneris ſanandi tempus expendit, & quæcunq; medicis erogauit. Qui mulierem prægnantem calce percuſſerit, ſiquidem abortiuum fecerit mulier, pecu niis à iudicibus condemnetur, tancp̃ per corruptionẽ uentris augmentum plebis faciens detrimẽtum. Dentur autem & uiro mulieris ab eo pecuniæ. Moriente au tem ea ex ea plaga, & ipſe moriatur: animamcp̃ pro anima cenſente lege ponen dam. Venenum neq; mortiferum, neq; quod ad alias ſit utile læſiones, ullus Il raëlitarum habeat. Si uero inueniatur quiſquam hoc poſſidere, moriatur: hoc pa tiens, quod erant toleraturi illi, contra quos uenenum probatur eſſe confectum. Qui excæcauerit quencp̃, ſimilia patiatur: priuetur, quo priuauerit alios: niſi fortè pecunias accipere uoluerit qui excæcatus eſt. Leges etiam illi dant licentiam, qui paſſus eſt, æſtimare caſum paſſionis ſuæ: & concedẽtes ſunt, ſi ſeuerior eſſe uolue rit. Bouem cornu percutientem dominus interficiat. Si uero aliquem interficiat
De Boue cornupeta. percutiens taurus, ipſe quidem lapidatus moriatur, & neq; ad cibum utilis habea tur. Si uero culpabilis etiã approbetur dominus, præſcius eius naturæ, nec cauẽs, & ipſe moriatur: tanquam ipſe eius qui à boue peremptus eſt, autor mortis exti terit. Si uero ſeruum uel ancillam bos perimat, ipſe quidem lapidetur: triginta ue ro ſidos eius domino, lapidati dominus dare damnetur. Bos autẽ ſi à boue per cuſſus mortuus fuerit, uẽdatur & qui mortuus eſt, & qui percuſſit: & pretium am borum eorũ domini ſibi diſtribuant. Qui puteum, ſiue lacũ effodiũt, diligenti am habeant, ut tabularum illic faciant tegumentum: non ut aliqui haurire prohi
Exo. 21. beantur, ſed ut nullum ſit ibi cadendi periculum. Et ſi in huiuſmodi profunditatẽ non clauſam incidens iumentum alicuius moriatur, eius pretiũ domino proprio ſoluendũ. Circundanda eſt quoq; maceria in puteis, ſiue lacubus, quæ pro muro
Deu. 24. ſit, quatenus non ſinat illic deuolutos extingui. Depoſitum ſi quis acceperit, tan quàm rem ſacram, aut diuinã ita cuſtodiat: nullusq; fraudare creditorem ſtudeat, neq; uir, neq; mulier, nec ſi immenſam auri lucraturus ſit quantitatem: ſpernens quaſi nullus ſit, qui eũ poſſit arguere. Generaliter itaq; conuenit, unumquenq; ſu am conſcientiã ſcientem bene agere: & teſtimonio ſuo ſibi ſufficientẽ uniuerſa ge rere, quæ ab alijs poſſint laudis præmia cõdonare, & maxime reſpicientem ad de um, quẽ nullus malignorum latere poteſt. Si uero nihil agens doloſe perdiderit, cui creditũ eſt depoſitum, ueniẽs ad ſeptem iudices, iuret deũ, quod neq; eius con ſilio uel malitia perijt, neq; aliqua rei pditæ parte ſit uſus: & inculpabilis tũc abſce dat. Si uero uel in aliqua parte uſus fuerit, rem ſibi creditam ipſe perdat: etiã uni uerſa & quæcunq; accepit, reddere condemnetur. Sicut autem de rebus depoſi tis ſancitum eſt, ita & ſi quis mercedẽ fraudet operantium corporibus ſuis, habea tur odibilis. Vnde non eſt fraudanda uiri pauperis merces: ſcientibus uniuerſis, quod pro terra ali cp̃ poſſeſſionibus ei deus hoc præbuit. Sed neq; differenda ſo lutio eſt, ſed ſub die præbenda: tanquam nolente deo fraudari quenquam uſu laboris

laboris ſui. Pro iniuſtitia patrum non debere filios puniri, ſed propter ſuam potius uirtutem eis miſericordia præbenda eſt, non læſio, quod filij peſſimorum fuere patrum: neq; odio habendi ſunt ab iniquis nati. Sed neq; patribus filiorũ ſunt repenſanda peccata, cum multa iuuenes extra noſtram doctrinam ſibimet arrogent per ſuperbiam, nolentes quæ ſunt utilia doceri, & coitum fugere: per quem unà ſecum & maſculi uirtutem, & fructũ filiorum procreationis ammittũt, quem nobis hominibus ad augmentum generis præbuit deus: quando hoc uelut in nece futurorũ filiorum agitur, & per hoc eorum exterminatur initium. Nam ſicut animæ illorum debilitantur, ita & quæ ſunt corporis permutantur. Similiter autem quicquid putatur eſſe uidentibus mõſtruoſum, non liceat fieri neq; de hominibus, neq; de cæteris animalibus. Hæc ſiquidem uobis legum ueſtræ reipublicæ ſit pacifica conſtitutio: & deus propitius eius decorem inuiolabilem conſeruabit: nullumq; fiat tẽpus, quod in aliquo aliquis hæc innouet, & in cõtrarium mutet. Quia uero neceſſe eſt humanum genus inconſiderata pericula, aut uoluntarias turbas incidere, etiã de his breuia proloquamur, quatenus præſcientes quæ uos conueniat facere, minus inſtructi tẽporibus ſuccũbatis. Terrã quam uobis ſine laboribus præbuit deus, & ſine uirtutum exercitatione conceſſit, præſtitit quidem ut ea ſine bello fruamini: neq; alijs in ea contra uos bellãtibus, neq; inteſtina ſeditione concuſſis: per quam contraria ueſtris patribus gerentes, quæ ab illis cuſtodita ſunt perdatis: ſed utentes bonis legibus quas uobis deus præbuit, perſiſtatis. Si uero caſus belli aut nunc uobis, aut ueſtris filijs poſtea forte prouenerit, extra terminum hoc agatur. Belli uero legationes & precones mittite ad uoluntarios hoſtes. Ante arma nanque bonum eſt apud eos uti ſermonibus declarantibus, quoniam & militiam copioſam habentes, & equos, & arma, & ante hæc propitium deum, & uobiſcum pariter dimicantem: tamen petite, ut nequaquam cum eis pugnare debeatis, ne res eorum auferre cogamini. Et ſiquidem conſentiunt, bonum uobis eſt ſeruare pacem: ſi uero confidentes in ſe, quaſi uirtute præcellant, & uos uexare conantur, exercitum ſuper eos inducite, principe quidem utentes omnipotente deo: ſub principe uero conſtituite unũ, qui cunctos uirtute præcellat. Multorum nanq; principatus, his qui agere quicquam celeriter compelluntur, impedimentum eſt, & potius nouit nocere quàm iuuare. Exercitus autem ducatur mundus, & inter omnes corporis robore, & animi audacia præpoſitus: timidi uero diſcernendi ſunt: nè dum circa congreſſionem belli cõuertuntur ad fugam, hoſtibus magis uires adijciant. Eos qui nuper ædificauerunt domus, quibus tempus annale non fuit ad fruendum, & qui plantauerunt, & nec dum participati ſunt fructibus in prouincia dimittendos, ſed etiam eos qui ſponſi ſunt, & qui nuper uxores duxerunt: ne deſiderio earum parcentes uitæ, & ſeruantes ſemet ipſos, ut illis fruantur, arma tractare contemnant. Cum uero caſtra, inquit, ducitis, prouidete ne quid mali geratis. Obſidentes uero ciuitates & lignis egentes ad machinationis opus, non incidatis arbores terræ fructiferas, ſed parcite, ſcientes eas à deo pro utilitate hominum eſſe productas: quæ ſi uocem haberent, iurgium uobis inferrent: quia cũ non ſit in eis cauſa bellorum, inique ſectionis præiudicia patiantur: & ſi uirtus eis foret, etiam demigrarent, & in aliam terram de-

Filij pro patrẽtibus non ſunt puniẽdi.

Leges belloꝝ rum.

Deu. 20.

Arbores fructiferas nõ incidendas.

cederent. Vincentes autem in pugna, rebelles occidite: alios uero ad tributa reddenda ſeruate, abſque gente ſcilicet Chananæa. Hos enim cum omni domo cunctos oportet exterminare. Cuſtodite autem in bello præcipue, ut neque mulier utatur inſtrumento uirili, neque uir tunica muliebri. Huiuſmodi ſiquidem Moſes Hebræorum rempublicam dereliquit. Leges autem prius quadrageſimo anno conſcriptas tradidit, de quibus in alia ſum conſcriptione dicturus. Reliquis uero diebus frequenter eis benedictiones per eccleſias dedit: & ſuper eos qui nō legitime uiuerent, ſed quæ in eis ſunt definita tranſcenderent, maledictiones impoſuit: deinde hexametrum eis carmen effecit, quod in libro dereliquit in ſacrario conſeruandum, eloquium continens futurorum, ſecundum quod omnia facta ſunt atque fient, nullāque ueritate priuatur. Hos igitur libros ſimul & arcam, in qua & decem uerba duabus tabulis conſcripta recondidit, & tabernaculum tradidit ſacerdotibus: & populum adhortatus eſt, ut dum obtinerent terram, & collocarentur in ea, Amelechitarum non obliuiſcerentur iniuriam: & caſtrametati ſuper eos, pœnam de eis ſumerēt, eo quod eos in deſerto afflixiſſent. Capta uero terra Chananæorum, omnem eius multitudinem perimi iuſſit, & altare erigendum, quod ad ſolis reſpiceret ortum: non longe ab urbe Sichimorū inter duos montes: Garizeo quidem à dextris poſito, à leuo autem eo qui Hebal nuncupatur: diuiſoque exercitu per ſex tribus in duobus, & cum eis Leuitis & ſacerdotibus, primum quidem eos qui in monte Garizeo eſſent orare ſanciuit, bona ſuper eos accedere, qui circa religionem dei legumque cuſtodiam ſtudium haberent, ne offenderent in his quæ Moſes imperauit, & his fauere alias tribus: rurſumque his orantibus, ſex alias reſpondere benedicentes: deinde tranſgreſſoribus ponere maledicta, & in eorum confirmatione ſibi tribus adinuicem conſonare. Conſcripſit autem benedictiones & maledictiones eorum, ut nequaquā longo tempore hæc doctrina deficeret. Quas etiam moriens in altaris latere utroque conſcripſit, ſtante populo, & ſecū ſacrificia & holocauſta celebrante, quod nequaquam ulterius fecit. Hæc ergo conſtituit Moſes, & Hebræorum gens hæc mandata ſequendo conſiſtit. Alteta uero die populum cū mulieribus & infantibus in eccleſiam conuocauit, ita ut etiam famuli adeſſent, & ei iuſiurādum pro legum cuſtodia celebrarent, ut de deo perfecte cogitantes, neque cognatis fauentes, neque terrore permoti, neque aliam quamlibet fortiorem cauſam quàm legum cuſtodiam arbitrantes, earum præcepta tranſcenderent: ſed ſiue quiſquam eorum conſanguineus tentaret huius conuerſationis iura confundere, ſiue ciuitas foret, in eis ulciſcerentur & ſingulariter & communiter: & cum eis præualerent, etiam fundamenta ſubuerterent, ut neque pauimentum contemnētium, ſi eſſet poſſibile, remaneret: ſi uero nequirent ferre tormentum, hoc ipſum offenderent, quia non ſua uoluntate feciſſent. Et in his quidem multitudo iurabat. Docuit autem eos quemadmodum ſacrificia præcipue deo placerent, & quomodo præliantes digni fierent utentes coniectura lapidum, de quibus primitus deraui. Prophetauit autem & Ieſus præſente Moſe. Igitur Moſes cuncta quæ forent pro populi ſalute facienda: in bellis ſimulque in pace tractans, legibuſq; compoſitis, & diſtributis reipublicæ pariter ornamentis, ait, quia ei diuinitas indica-

Deu. 27.

Deu. 31. 32. 33.

Deu. 27. & 28.

Eccleſiā Moſes conuocat.

Ieſus prophetat.

Prophetia Moſis.

dicauerit,ſi tranſgrederentur eius religionem Hebræi,experirentur aduerſa:ita ut eorũ terra armis hoſtium compleretur,& urbes deſtruerentur, & templũ concremaretur,& uiri uenditi ſeruituri forent,nullo eorũ calamitatibus miſerante:eoſq; cum talia ſuſtinerent,fruſtra eſſe poenis uſuros.Deus tamen,inquit,qui uos creauit,& ciuitates ciuibus ueſtris templumq; reſtituet,eritq; harum rerum calamitas non ſemel ſed ſæpius affutura. His dictis, exhortatus eſt Ieſum ad Chananæos exercitũ ducere,tanq; deo cooperante in his quæcunq; tentarẽt: & omni multitudini benedicens,quoniã ego,inquit, ad noſtros pergo maiores,& deus hodie me ad illos ire decreuit,gratias quidem ei adhuc uiuens uobisq; præſens refero,propter prouidentiam eius,quam non propter libertatem ſolummodo ueſtram gerens, ſed etiam pro muneribus optimis ſemper exhibuit: laborantiq́ue mihi, & omnem ſollicitudinem adhibenti pro meliori ueſtra conuerſatione, ſua ſolatia non negauit,& in omnibus placidum nobis præbuit ſemetipſum: magis autem ipſe fuit,qui etiam bonam cogitationem dedit,finem cõceſſit,me utens ſub principe pariter & miniſtro,in quo ueſtrum populum uoluit adiuuare.Pro quibus omnibus benedicere uirtuti dei, cui cura erit & in futuro cogitare pro uobis, moriens optimum iudicaui,& ipſe utiq; hoc debitum deo reſtituens,& uobis ad memoriam derelinquens: quia colere uos ſemper hunc oportet, & honorare: & leges rerum omnium quas præſtitit,placidusq; permanens adhuc præbebit,tanquam optima dona ſeruare: quia peſſimus inimicus eſt & homo nequiſſimus, qui legiſlatori facit iniuriam, & leges ipſas fruſtra poſitas arbitratur. Deum uero non prouocetis ad iracundiam legibus neglectis,quas ipſe deliberauit uobis. Hæc autem Moſe ad finem uitæ dicente, & cum benedictione ſingulis tribubus futura prophetante,populus ceſſit cunctus ad lachrymas: ut etiam mulieres tundentes ſua pectora,demonſtrarent in eius morte lugubrem paſſionem. Sed & paruuli flentes, cum adhuc magis ad retinendam triſtitiam inualidi forent,declarabant, quoniam & ipſi uirtutem eius & magnitudinem ultra ipſam infantiam ſentiebant. Erat itaque iuuenibus ac ſenioribus ærumna magna & triſtitia.Alijq; nanq; ſcientes quali autore priuarẽtur, de futuro lugebãt:alijs uero maximus ob hoc inerat luctus,quoniam cũ nondum bene eius uiderẽtur deguſtare uirtutẽ,tali principe fraudabãtur.Nimietatẽ uero gemitus populi atq; dolorũ,cõſiſcere poterit unuſquiſq; ex eo,quod tũc ipſi legiſlatori proueniſſe dinoſcitur. Nam dum omni tẽpore ſuaderet,non oportere quenquã pro futura deiſci morte, tanq; hoc uolũtate & legis natura ferente: in his tñ quæ gerebantur à populo,uictus eſt ut defleret.Igitur properantẽ quò erat auferendus,cuncti cũ lachrymis ſequebãtur. Et Moſes alios quidẽ,manu ſilentium faciens, procul quietos manere præcepit: proximos autẽ ſuis conſolabatur ſermonibus,ne ſequentes lugubrem ei facerent finem. Illi uero etiam hoc præſtandum iudicantes,ut propria uoluntate diſcederet,ſemetipſos in alijs locis retinuere flentes,& abeuntem lachrymis currentibus intuentes:quẽ ſolummodo ſeniores deduxerunt,& pontifex Eleazarus, & princeps Ieſus. Cumq; ueniſſet ad montem qui uocatur Abarim,qui eſt excelſus,& Deut. 34.
è diuerſo poſitus Hiericho,terram optimam Chananæorum & amplam intuentibus ad uidendum præbẽs,ſeniores dimiſit.Et dũ ſalutaret Eleazarum & Ieſum,

eisq; adhuc loqueretur, nube subito super eum astante, in quadam conualle sublatus est. Scriptum est autem in sacris libris, cum fuisse mortuum propter metum, ne propter excellentiam uirtutis quæ erat circa eum, ad diuinitatem abisse putaretur. Vixit autem omne tempus annorum uiginti & centum, ex quibus à parte tertia princeps fuit, minus uno mense. Defunctus est autem ultimo mense anni, qui à Macedonibus uocatur distrus, apud nos autem adar mensis initiũ est: sapientia cunctos homines qui fuerunt quocunq; tempore superans, & optime his quæ intelligebat utens: ad dicendum uero & ad loquendum populo laudegratissimus, & alia multa bona possidendo nimis idoneus, sic quoq; cunctis abstinens passionibus, ut neq; esse in eius anima putarentur, sed solummodo earum nomina sciret, & in aliis potius, quàm in se esse conspiceret. Et dux quidem inter paucos illi similis fuit, propheta uero qualis ille, alter nullus, ita ut quicqd eũ contigisset loqui, deus putaretur audiri. Luxit hunc populus triginta diebus: & nunquam Hebræos tristitiæ magnitudo tanta detinuit, quanta fuit in transitu Mosi. Diligebant etenim eum non solum qui fuerunt experti, sed etiam qui eius legebant leges, questionesq; uehementissimas faciebant, & eius uirtutem ita considerabant. Finis itaque Moseos declaratus à nobis hoc modo sufficiat.

Anni uitæ Mosi centum & uiginti.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER QVINTVS.

Iesus Mose mortuo ductor exercitus transito Iordane euertit Hiericho, seruata tantum Raab. Achar ob furtum occiditur, dum ob eius maleficium, multi Israëlitæ cecidissent, ultore deo, decq; ciuitate Ain expugnata, prædaq; inde direpta.

CAPVT PRIMVM.

Ios. 2.

Mose itaque prædicto modo ab hominibus abeunte, Iesus iam in eo omnibus legitimis finem habentibus, & luctu quiescente, præcepit ut populus esset præparatus ad expeditum: misitq́ue exploratores ad Hiericho, qui & uirtutem eorum, & quam ipsi uoluntatem habere uiderentur, agnoscerent. Ipse uero disponebat exercitum, tanquàm Iordanem opportuno tempore transiturus: & conuocans principes tribuum Ruben & Gad, & præsules Manasse (nam & huius tribus mediam partem in Amorræa ascripserat habitare) quæ est Chananæorum terræ pars septima, commemorabat eis quæcunque Mosi promisissent: atq; poscebat, ut præsto essent illius prouidentiæ, qui neque dum moreretur circa eos defecisset: & utilitati communi semetipsos ad ea quæ præcipiebat pronis mentibus exhiberent: & sequẽtibus quinquaginta milibus armatorum à loco qui dicitur Abela, ad Iordanem accessit in stadijs sexaginta. Cumq́ue fuisset illic castrametatus, repente exploratores aduenerunt, nihil horum quæ agebantur apud Chananæos ignorantes. Latenter enim prius omnem urbem eorũ licenter considerauerunt, simul & muros, quicunque fortes,

Iosue exploratores mittit.

&

& qui non ita cauti eſſe uiderentur: ſed & portas, quæ dum eſſent fragiles, oppor
tunum præberent inuaſuris introitum. Non autem curabant ciues, quicunq; ui
debant eos iſta conſiderare, putantes uiſionis gratia peregrinos aptiſſima eos ci
uitatis loca ſingula perſcrutari, non uoluntate tamen hoſtili. Cumq; ueſpere fa
ctum fuiſſet, & deſcendentes in habitaculum quoddam muro uicinum ueniſſent,
in quo etiam cœnaturi erant, eſſetq́ue eis iam diſcedendi cura, nunciatum eſt regi
cœnanti, quod exploratores quidam ciuitatis ex Hebræorum exercitu uenientes
eſſent in Raab habitaculo, cum multa latendi prouidentia conſtituti. Ille uero re
pente eos præcepit comprehenſos adduci, ut eos torquens agnoſceret, quid age
re uolentes adeſſent. Cumq; inuaſionem eorum Raab agnoſceret (nam ſupra
murum ſtipulam lini ſiccabat) exploratores quidem illic abſcondit. His autẽ qui
miſſi fuerant à rege dicebat, quod peregrini quidam ignoti fuerint ante paululũ
q; ſol occumberet apud eam, & cœnantes abſceſſerint. Quos ſi timorem ciuitati,
& regi periculum ferentes ueniſſe putarent, ſine labore eos comprehenderẽt perſe
quentes. Illi uero muliere ita loquente, nullum eius arbitrati dolum diſceſſerunt,
neq; perſcrutantes habitaculum eius. Cumq; perrexiſſent per uias per quas eos
præcipue ire credebant, & quæ ducerent ad uada Iordanis, & nullum ſignũ agno
ſcerent, à labore quieuerunt. Tumultu autem ſedato, Raab deducẽs uiros, & pe
riculum pro eorum ſalute faciens ſuum, quæ ſi capi in eorum occultatione potuiſ
ſet, nequaq; ſupplicia regis euaſiſſet, ſed cum omni domo peſſime deperiſſet, ro
gabat ut haberent ſui memoriam: & dum Chananæorum terram obtinerẽt, hu
ius ſalutis repenſationem eos ſibi conferre poſcebat. Quo facto, dimiſit abire eos
ad propria: iurantes, ut eam liberarent, & qui cũ ea forent, dum uenientes in ciui
tatem uaſtarent eã, & omnes habitatores eius ſecundũ ſententiam apud ſe præ
finitã unà perimerent. Hæc em̃ illa ſe ſcire dicebat, ſignis dei uirtute mõſtratis. At
illi & de præſentibus gratias referẽtes, & de futuris iurabãt opere ſe repenſaturos
fore: & ſuadebant, ut dũ ſentiret capiendam ciuitatem, omnem poſſeſſionem ſu
am atq; domeſticos in illo habitaculo reconderet, & ante ianuas coccineum funẽ
appẽderet, quatenus ſciens domũ princeps, ne quid ei mali fieret, cuſtodiret. Adſ
tiebant enim: Nũciabimus ei, quia tuo fuerimus ſolatio liberati. Si quis uero pu
gnando ceciderit tuorum aut tu, nequaq; nobis hoc aſcribas, quia propter deum
quem iurauimus, nũc tibi proponimus, ut in nullo debeas quaſi de iuriſiurando
tranſgreſſione dubitare. Et illi quidẽ hæc promittẽtes abibant dimiſſi per murũ:
& ad ſuos peruenientes, nũciauerunt quæcunq; in urbe geſſiſſent. Ieſus autẽ pon
tifici Eleazaro & ſenioribus dixit quæ fuerãt ab exploratoribus iurata Raab, qui
iuſiurandũ ſua quoq; ſententia firmauerunt. Metuente uero duce tranſitũ flu
minis, cũ eſſet grandis eius impetus, & neq; pontibus tranſiretur: nam primitus
non erat uinctus: qui etiam ſi uellet ei pontem facere, nequaquam ſe arbitrabatur
propter hoſtes habere permiſſionem, inter hæc deus tranſibilem fluuium fieri ei
compromiſit, magnitudinem eius imminuens: Et duobus tranſactis diebus, Ie
ſus tranſpoſuit cunctum exercitum, totamq́ue multitudinem, tali modo: Præ
cedebant quidem ſacerdotes habentes arcam, deinde Leuitæ, tabernaculum &
uaſa quæ ad ſacrificiorum miniſteria ſunt neceſſaria deferentes. Seque

Exploratores Hierico.

Raab meretri cis beneficen tia.

Ioſ. 3.

batur

batur autem Leuitas per tribus ſuas omnis exercitus, habens in medio infantes atque mulieres. Metuebant enim propter eos, ne uim paterentur in flumine. Cumque ſacerdotibus primis introëuntibus meabilis iam fluuius uideretur, altitudine quidem eius imminuta, alueo uero (eo quod non multus eſſet fluctus) quaſi ad ſicci pauimenti inſtar expoſito, omnes iam confidenter fluuium tranſmeabãt: & qualem eum deus futurum eſſe prædixerat, talem eſſe conſpiciebãt. Steterunt autem in medio ſacerdotes, donec turba tranſiret, & ſecuritatem attingeret. Omnibus itaq; tranſeuntibus, egreſſi ſunt ſacerdotes, liberum iam fluuiũ relinquentes, ut more ſuo diſcurreret. Et fluuius quidem egreſſis Hebræis denuo creuit, & magnitudinem ſuam recepit. Illis uero quinquaginta ſtadijs præcedentibus, exercitus uſq; ad decem ſtadia Hiericontis acceſſit. Ieſus aũt altare ex lapidibus, quos ſinguli principes tribuum tulerãt de profundo Iordanis, iubẽte propheta cõſtituens, pro futuro ſigno interrupti fluminis, ſuper eum ſacrificauit deo: & feſtiuitatem Paſchæ in illo loco cunctus populus celebrauit: & omniũ quæ eis deerant primitus, facillime tunc abundabant. Nam & meſſem iam maturã Chananæorum metebant, & cætera opulentiſſima poſſidebant. Tunc etenim eis etiã cibus mannæ defecit: quo aliti quadraginta fuerant annis. Cũ hæc uero Iſraëlitæ facerẽt, & Chananæi nequaquam contra eos exirent, ſed clauſi muro quieſcerẽt, Ieſus eos obſidere deliberauit. Et prima die feſtiuitatis ferebant arcã ſacerdotes, & circa eam undiq; pars erat armatorum cuſtodientium. Alijq; ſacerdotes præcedebant ſeptẽ buccinis ſuis tubas mittentes: rogabantq; ſimul exercitũ, ut uiriliter circuirẽt murum, ſenioribus ſuis ſequentibus, & tubas mittẽtibus ſolummodo ſacerdotibus. Quo geſto, ea die nihil amplius facientes, ad caſtra reuerſi ſunt. Cũq; hoc ſex diebus feciſſent, ſeptimo die omnẽ populum colligens armatorũ Ieſus, captiuitatem urbis annunciauit: & quia eis illa die deus eã ſine labore contraderet, muris eius ſponte proſtratis, omnia tamen occidẽda quæcunq; animum potuiſſent habere præcepit, & nullo labore ad hoſtiũ nece quieſcendũ: & ut neq; miſericordia cedendi, neq; circa prædam uacandam fugiẽtes contemnerẽt inimicos, ſed animantia cuncta perimerẽt, & nihil ad uſum propriæ uoluptatis auferrẽt: aurum uero uel argentũ quodcunq; inueniretur, iuſſit auferri, ut deo præcipuæ geſtorũ primitiæ ſeruarentur, quæ primũ fuiſſent ciuitate ſubacta perceptæ: ſolã uero Raab liberandã decreuerunt, & generationẽ eius, eo quod exploratores ei præbuerant iuſiurãdũ. Hæc dicens Ieſus, atq; diſponẽs exercitum, deduxit ad ciuitatẽ. Circuibant autem iterũ urbem arca præcedente, & ſacerdotibus ad opus populũ commonẽtibus. Cumq; ſepties circuiſſent, & paulatim quieuiſſent, repente cecidit murus: neq; machina, neq; alia uiolẽtia muro ab Hebræis illata. Illi uero ingrediẽtes urbem Hiericho omnes in ea peremerunt, inopinabilem muri ruinam obſtupeſcentes, mentibus utique eorum ad defenſionem ſuam inutilibus ſubito conſtitutis. Necabantur autem per itinera conſtipati, & in domibus apprehenſi, nullicq; penitus parcebatur: ſed omnes pariter occidebant, uſq; ad mulieres etiam & infantes: eratq́ue ciuitas plena mortuorum corporibus, & nullus eſt fugit necis incurſum. Ciuitatem uero cunctam incenderunt, ſimul & regionem. Raab uero ad illud cœnaculum cum ſuis confugientem, exploratores eri

puerũt.

Iof. 4.

Iof. 5.

Obſidio urbis Hiericõ.

Iof. 6.

puerunt. Quam dum ad ſe Ieſus uenire feciſſet, gratias egit pro exploratorum ſalute, & pro tali beneficio dixit non ſe retributionibus fore minorē: donauitq́ue eam repente multis agris, & rebus maximis honorauit. Si quem uero locum ciuitatis pertranſibat, ignis eum deſtruebat, & ſuper habitatores eius decidebat. Sed & ſi quis uaſtatam poſtea uellet inſtruere, maledixit: quatenus qui fundamenta murorum iaceret, priore filio careret: qui uero perficeret, & nouiſſimum ſimul amitteret. Hoc uero maledictum non neglexit diuinitas, ſed in poſteris dicturus ſum paſſionem, quæ propterea facta aduenerit. Congregata eſt innumera multitudo argenti ſimul & auri, necnon & æris, cum nulli placuerit aliquid exinde ſuſtuliſſe, nec ad utilitatem propriam eam diripuiſſe. Et hæc quidem Ieſus ſacerdotibus theſaurorum recondenda contradidit. Hoc ergo modo periit Hiericho. Achar uero quidam Zebedæi filius ex tribu Iuda dum inueniſſet chlamydem regiam totam auro contextam, habentem auri mazam, hoc eſt ſidorū pondo ducenta: crudele iudicans, ſi is qui periculum habuerat, lucrum inueniens quod in ſua utilitate conferret, daret hoc deo, & non magis egenti: foueam faciens ualde profundam in ſuo tabernaculo, ſuffodit eam: latere ſe iudicans deū, ſicut potuit latere commilitones. Vocatus eſt autem locus in quo caſtrametatus eſt Ieſus, Galgala, quod nomen ſignificat libertatem. Tranſeuntes enim fluuium, iam ſemetipſos ab Aegyptijs, & ab ærumnis deſerti, confidebant eſſe ſecuros. Poſt paucos uero dies uaſtationis Hiericho, miſit Ieſus triginta milia armatorum in ciuitatem Ain poſitam ſuper Hiericho, quatenus dimicarēt. Et congreſſis hoſtibus, ceciderunt Hebræorum uiri ſex & triginta. Cumque hoc nunciatum fuiſſet Iſraëlitis, magnam triſtitiam & crudelem anguſtiam protinus habuerunt: & non tantum propter cognatos amiſſos, licet omnes uiri boni & nimis exercitati periſſent, quantum propter deſperationem ſuam. Credentes enim iā ſe terram obtinuiſſe, & à prælijs iam exercitum uacare, hoc deo taliter permittente, potiores inopinabiliter uidebant hoſtes: & ſaccos ſuperinduentes ſtolis ſuis, tota die erant in luctu & lachrymis conſtituti: nulli requirentes cibum: caſu ſiquidem qui cōtigerat grauiſſime uidebantur afflicti. Videns autem Ieſus exercitum ita percuſſum, & ex omnibus iam rebus peſſima deſperatione deiectū, audacter acceſſit ad eum, & ait: Non noſtra petulantia uenimus ut hāc terram armis ſubijceremus, ſed Moſe famulo tuo ad hoc nos adhortante proceſſimus, dum multis ſignis poſſeſſionem huius terræ præbiturum te nobis eſſe promiſeris: & exercitum armis hoſtium facere meliorem. Quæ ſunt hæc quæ nobis repente uenerunt? Nunc autem præter ſpem decepti uidemur, & tanquam non firma ſint tua promiſſa quæ Moſes prædixit afficimur, & deteriot nunc de futuris metus nos deſpetabiles habet, primo experimento talia ſuſtinentes. Sed tu domine quoniam tibi uirtus eſt malis his adhibere medicinam, & præſenti noſtræ triſtitiæ præbere uictoriam, etiam de futura deſperatione tuo fauore nos libera. Sic equidem Ieſus pronus in terra iacens, deprecabatur deum. Cui reſponſio à deo data eſt, ut ſurgeret & exercitum à ſua pollutione purgaret: propter furtum enim rerum ei dicatarum hanc deuictionem nunc ſuper eos euenire dicebat: ſorte uero requireretur qui fecerat: ac cum puniretur, uictoria eis ſem-

Ioſue 7.

per

per de hoſtibus proueniret. Hæc ergo populo Ieſus enarrabat, & uocans Eleazarum pontificem, & principes tribuum, ſortem per eos mittebat. Cumque hoc delictum in tribu Iuda factum eſſe declararetur, rurſum per genus ſortem miſit, & ueritas huius iniquitatis circa cognationē Achar illuxit. Tūc denuo per unumquēq; uirum inquiſitione facta, apprehenſus eſt Achar. Ille uero cum non potuiſſet negare deo, dum eum ita conſtrinxiſſe probabatur, furtum confeſſus eſt, & protulit in medium ueſtem. Et ille quidem repente peremptus, turpem pœnam & incunctanter congruam ſuæ præſumptioni meruit ſepulturam. Ieſus autem purgatum exercitum deduxit ad Ain urbem: & nocte circa ciuitatem inſidijs conſtitutis, diluculo cū hoſtibus eſt cōgreſſus. Illis autem cum fiducia propter priorē uictoriam ſuper eos euntibus, ſimulando ſe recedere populus Hebræorum, hoc modo longius eos quaſi perſequentes traxit: quia illi de ciuitate, & tāquam de uictoria erant confidentes. Dum uero reſtitiſſet exercitus contra faciem eorum, dediſſetq; ſigna quæ conſtituerat eis quos in inſidijs collocauerat, eosq; excitaſſet ad pugnam, tunc illi ciuitatem ingreſſi ſunt. Dum eſſent circa muros ciues intenti, aliqui uero & circa aſpectum eorum qui egreſſi fuerant mentibus occupati, illi quidem ciuitatem ceperunt, & omnes occurrentes ſibimet extinxerunt. Ieſus autem procedentibus illis ad prælium occurrens, omnes conuertit in fugam. Cumq; refugerent quaſi ad integram ciuitatem, cum & ipſam captam inſpicerēt, & incēſam cum mulieribus & filijs agnouiſſent, per agros diſperſi ſunt, defendere ſemetipſos ſolitudine non ualentes. Cum talis ſiquidem calamitas hoſtes apprehendiſſet, infantium turba atq; mulierum capta eſt, & rerum aliorumq; uaſorum innumera multitudo, necnon greges pecudum Hebræi ceperunt, multasque pecunias. Erat enim locus idoneus. Et hæc omnia Ieſus in Galgalis poſitis militibus partitus eſt.

Ioſue 8.

Quomodo Gabaonitæ aliorum caſu territi, fœdus cum Hebræis ſe inituros ſimulauerūt: ſed dolo eorum deprehenſo, publicæ ſeruituti mancipati ſunt: quos Ieſus poſtea à quinq; regum obſidione liberauit, omnibus occiſis, & uniuerſa eorum terra depopulata, prolato ad hoc in immenſum die. Caput II.

GAbaonitæ uero habitantes iuxta Hieroſolymam, uidentes paſſiones quæ prouenerant Hiericho & Ainitis, & ad ſemetipſos trāſire hanc uaſtationem exiſtimantes, Ieſum quidem aperte rogare noluerunt: neq; enim hoc impetrare ſe quaſi aliquid mediocre putabant, dum in interitu totius Chananæorum gentis eum pugnare agnoſcerent. Cheferitas autem & Chiatemeritas, qui uicini eis erant, ad auxilium popoſcerunt: dicentes neq; illos periculū declinare, ſi iſtos Iſraëlitæ deuincerent, coadunati uero poſſent magnitudinē eorum uirtutis euadere. Et dum hæc uerba placuiſſent, miſerunt legatos ad Ieſum, amicitiā poſtulātes: quos præcipue iudicabant idoneos ut agerent quæ omnibus expediret. Illi uero cōfiteri ſe Chananæos incautum exiſtimantes: fugere ſe huiuſmodi periculū crediderunt, ſi dicerent nihil ſibi cum Chananæis quolibet modo competere, ſed longiſſime ab his habitare, & ueniſſe ſe pro fide uirtutis eorū, ambulātes itinere multo: & pro cōiectura ſermonis huius ueſtimēta monſtrabāt. Veſtes enim cū nouæ eſſent

Ioſue 9.

eſſent quando egrediebantur, longo tempore itineris attritas ſibimet aſſerebant: Cilicinis enim, ut eorũ uerbis crederetur, ueſtibus utebantur. Stantes ergo in medio, dicebant ſe miſſos à Gabaonitis, & uicinis ciuitatibus multum ab ea terra remotis, facturos cũ eis pacem more fœderis patriæ ſuæ: agnoſcentes enim dei gratia atq; dono Chananæorum terram eis poſſidere cõceſſam, his tributa ferre gratulari, & ciues eorum fieri promereri. Hæc itaq; illi dicẽte, & indicia itineris oſtendentes, rogabant Hebræos ad pactas amicitias q; deſcendere. Ieſus autem dictis eorum credens, quod nõ eſſent de gente Chananæorum, amicitias fecit cum eis. Et Eleazar Pontifex cum ſenioribus præbuit iuſiurãdum habituros amicos & ſocios, nihilq; cogitari aduerſus eos iniuſtũ, populo ſcilicet in iureiurando unà conſentiente. Et illi quidẽ quæ uoluerant callido conſilio promerentes, ad ſemetipſos abibant. Ieſus autem caſtrametatus contra Chananæos in confinio Gabaonitarum, & cognoſcens non procul ab Hieroſolymis Gabaonitas inhabitare, & Chananæorũ generis eſſe, euocatos eorum principes, de falſitate culpabat. Illis autem non aliam præter hanc ſalutis occaſionem ſe habuiſſe dicentibus, & propterea ad hæc ex neceſſitate ueniſſe, conuocabat Põtificem Eleazarum & ſeniores: eisq; cenſentibus, publicos eos famulos, ne iuſiurandum trãſgrederetur, eſſe decretum eſt. Et illi quidem pro calamitate quæ comprehenderat eos, hanc ſui cautelam atque cuſtodiam inuenerunt. Quum uero rex Hieroſolymorum grauiter ferret, eo quod Gabaonitæ cum Ieſu pacta feciſſent, uicinarum gentium reges contra eos pugnaturos ad ſolatia rogauit. Quibus ei præſentibus (quatuor enim erant) & cum eo caſtrametantibus circa quendam fontem non procul à ciuitate, dum iam pararent obſeſſionem, Gabaonitæ auxiliatorem aduocauerunt Ieſum. Ad hoc enim uentum erat, ut à ſuis quidem perimi ſe putarent: & ab eis qui ad interitum Chananæorum gentis caſtrametabantur, ſaluari ſe propter factas amicitias exiſtimarent. Ieſus autem cum omni exercitu ad eorũ ſolatia properare feſtinans, & die noctúq; perambulans, diluculo uenit ad hoſtes, & fugientes ſequebatur per agros in deſcenſu Bethura. Ibi etiã dei quoq; cooperationem cognouit ſignificatam ſibi tonitruis & fulminibus, & grandinis demiſſione maiore q; ſolitũ eſt: inſuper etiam die creſcente, ne nox ſuccedens Hebræorum impetum refrenaret. Ieſus autem reges in quadam ſpelunca celatos circa Mathiten inuenit, omnésque puniuit. Quod uero longitudine tũc dies extenſus eſt, & plus ſolito creuit, palàm eſt per ſcripturas, quæ ſunt in templo repoſitæ. Sic igitur exterminatis regibus, qui eduxerant contra Gabaonitas exercitum, reuerſus eſt rurſum ad Chananææ montana Ieſus: & multa cæde in ea facta, ſumens prædam, uenit ad exercitum Galgalis conſtitutũ. Et quum de Hebræorum uirtute per circuitũ habitantes ſermo diſcurreret, ſtupor habebat omnes audientes multitudinem peremptorum. Caſtra autem metati ſunt ſuper eos reges Chananæi, qui circa mõtem Libanum habitabant, & Chananæi qui in campeſtribus erant, Palæſtinos ſecum ducentes, uenerunt ad ciuitatem Berothi Galilææ ſuperioris, & de Seſecha, qui locus non procul à Galilæis eſt. Totius autem exercitus armatorum erant tercentum milia, & decem milia equitum, & duo milia curruum. Turbabat itaq; hæc multitudo & ipſum Ieſum & Iſraëlitas, & ſperare meliora propter timoris excellẽtiam dubitabant.

Fœdus amicitiæ Ieſu cum Gabaonitis.

Ioſue 10.

Stetit ſol.

bant. Deo autem arguente timorem eorũ, & ſi magis ſolatium ab eo quærerent, promittente ut deuincerent inimicos, & iubẽte equos hoſtium ſubneruari, currus incendi, dux in promiſſionibus dei factus fidens perrexit ad inimicos: & quinta die ueniens circa eos, congreſſus eſt, pugnáque fortis effecta eſt, & cædes potior, quàm credi poterit uel audiri. Perſequens autem eos, multũ perambulauit, & omnem exercitum hoſtiũ præter paucos extinxit, regesq; ceciderunt uniuerſi. Deficientibus autem hominibus ad interficiendos equos, Ieſus eos occidit, & currus incendit. Quo facto, prouinciam licentius poſſidebat, nullo præſumente bellum eis inferre: ſed & ciuitates obſeſſione capiebat, & quicquid potuiſſet ſumere, deuaſtabat. Quintus iam annus tranſierat, & nullus remanſerat Chananæorum, niſi
Ioſue 24. quidam qui in munitione murorum fugerãt. Ieſus autem de Galgalis denuo caſtrametatus, ſacrũ tabernaculũ conſtituit circa ciuitatem Silon. Locus enim opportunus pulchritudine uidebatur, donec ædificari templum quietis cauſa permitteret. Et inde procedens ad Sichimam cũ omni populo, altare conſtituit deo, ubi Moſes quoq; prædixit: & diſtribuens exercitum, in monte quidem Garizi conſtituit medium, & in Ebal dimidiũ: in quo & altare ædificauit: nec non & Leuitas ſacerdotesq; diuiſit. Sacrificantes autem & maledicta facientes, & ea conſcripta in ara relinquentes, ad Siloam denuo ſunt reuerſi.

Ieſus ſenio iam confectus, conuocato populo ad terram promiſſam æſtimari iubet: deinde ea tribubus ſorte diuiſa, monens nulli Chananæo parcendum eſſe, gratiasq; deo agens, ad concordiam & dei obedientiam hortatur. Caput III.

Ioſ. 13. 14. & 18. IEſus autem quum eſſet ſenex, & Chananæorum ciuitates non facile capi uideret, tam propter locorũ munitionem in quibus erant, q̃ propter fortitudinem murorum, quos pro naturali ciuitatum cuſtodia circunduxerant, & credebant hoſtes deſperatione captionis ab obſidione recedere: nam propter ſuum interitum Chananæi cognoſcentes Iſraëlitas egreſſuros ab Aegypto, omni illo tempore erant ad faciendas ciuitates fortiſſimas occupati. Congregari tunc populum in eccleſiam Siloë præcepit. Quibus cum ſummo ſtudio concurrentibus, commemorans eis, & quibus fuerant iam potiti, & actus quos geſſerant, quàm eſſent optimi, & deo præbente digni: & quod uirtute legum quas ſequebantur, triginta & unum reges præſumentes eis bellum inferre deuicerãt: & omnem exercitum quicunq; ſperauerat contra eorum ſe fortitudinem dimicare, ita necauerant, ut neq; eorum generatio relinqueretur: quum ciuitates aliæ quidem iam captæ uiderentur, apud alias autem longo tempore & lõga oppreſſione adhuc opus eſſet, propter murorum munitionem, & habitantiũ in eis audaciam: petebat eos qui trans Iordanem erant, ut laborantes cum eis, & in periculo adiuuantes fratres ſuos, ſortibus propriis fruerentur, grates utiq; eis pro labore reſtituentes. Tunc etiam ſingulos ait per tribus de quibus teſtimoniũ daretur, eo quod uirtute præcellerẽt, dirigendos, qui terram metientes fideliter, & in nullo malignantes, eius magnitudinem ſine dolo renunciarent. Et Ieſus quidem hæc uerba faciens, populum ſibi habuit fauentem: & uiros qui terram eorum deberẽt metiri direxit, dans eis aliquos terræ menſores doctos, quos propter artem ueritas non lateret: mandans eis ut in ea menſuras æſtimarent, & felicem terram, & quæ minus eſſet idonea. Naturæ

nanq;

nanq; terræ Chananæorũ huiuſmodi eſt,& ut planiciem magnã habeat,& fructus ferre ſit copioſa. Quæ cõparata quidem aliæ terræ,creditur eſſe felix: cum lo cis aũt Hierichuntis & Hieroſolymitarũ æſtimata,putatur ualde uiliſſima. Licet omnino hæc ſpatia parua,& eorum multa montana ſint, magnitudine uero fructuum,& ad cibos aptorũ,& pulchritudine,alia ſimilis non eſt:& propterea æſtimandas potius q̃ metiendas decreuit has ſorte, dum ſæpius unũ iugerum pro mille ſit dignum. Viri autem qui miſſi fuerãt,quum eſſent decem, circũeuntes & æſtimantes terram,ſeptimo menſe ad eum reuerſi ſunt, ad ciuitatem Silon: ubi tabernaculum cõſtituerant. Tunc Ieſus Eleazarũ & ſeniores cum principibus tribuum ſumens, diuiſit hæc nouem tribubus & dimidiæ Manaſſe,ſecundum magnitudinem ſingularũ tribuum menſurã efficiens. Quumq; miſiſſet ſortem,Iudæ quidem tribus ſorte cadẽte,elegit ſuperiorem Idumæam. Quæ in longũ quidem extenditur uſq; ad Hieroſolymam,latitudine uero uſq; ad paludem Sodomæ conſtituta eſt. In hac aũt ſorte ciuitates erant Aſcalon & Gaza. Simeoni uero in ſecũda ſorte prouenit Idumæa,quæ circa Aegyptũ eſt & Arabiæ montem. Beniamitæ uero ſortiti ſunt à Iordane quidem flumine uſq; ad mare longitudinem,latitudinẽ uero quæ Hieroſolymis Bethelisq; terminatur. Hæc aũt ſors anguſtiſſima fuit propter terræ felicitatẽ: Hierichon enim & Hieroſolymitarũ tulerũt urbes. Ephraim aũt tribus à Iordane flumine uſq; ad Gazaram lõgitudinem habuit: latitudinem uero quæcunq; à Bethelis uſq; ad campũ maximum terminatur. Manaſſe uero medietas à Iordane quidem uſq; ad ciuitatem Doron,latitudinem uero ad Bithiſanos,quæ nũc Scythopolis appellatur. Poſt hos aũt Iſachar Carmelum montem,& fluuiũ in longitudine habuit: Taburium uero montem in latitudine. Zabulonitæ uero uſq; Geneſar deſcendentẽ circa Carmelũ & mare,ſortiti ſunt:& conuallem quæ à Carmelo nũcupatur: eo quod etiam huiuſmodi ſit. Aſeritæ uero omnem terrã quæ ad Sidonem cõuerſa eſt, habuerunt. Ciuitas autem Arche in eorũ parte fuit,quæ etiam Actipos nuncupatur. Partes uero ad orientem cõuerſas uſq; ad Damaſcum ciuitatem, & Galilæam ſuperiorem Neptalitæ ſumpſerũt uſq; ad montem Libanũ,fonteſq; Iordanis quorum fluctus de montibus eſt collectus. Danitæ aũt loca conuallis ad occaſum ſolis poſita tenuerunt,Azoto & Doris, determinationemq; Iamniam ſimul & Geth ab Eteron uſq; ad montem, ex quo tribus Iuda pendebat. Sic itaq; diuiſit Ieſus terram,& nouem atq; dimidiæ tribui eã tradidit poſſidendã. Nam Amorræã, quæ & ipſa ab uno Chananæi filio ſic uocata eſt, Moſes dudũ capiens,tribubus duabus & dimidiæ diſtribuit. Hoc aũt & primitus indicaui. Loca uero circa Sidonem & Archeos,& Amatheos,& Aritheos,inculta tũc erant. Ieſus autem quum eum iam ſenectus impediret, ne poſſet ea quæ cogitabat efficere: & dũ qui poſt eum erant principatũ ſumpturi, negligenter in cõmuni utilitate conuerſarentur: præcepit ſingulis tribubus,ut nullum de Chananæorũ genere in terra quam ſunt ſortitæ,relinquerent. Hanc enim cautelam eis atq; cuſtodiam paternarũ ſolennitatum fore,hanc etiam Moſen prædixiſſe cõmemorans,& in hoc ei eſſe credendum dicebat: ſed & Leuitis octo & triginta ciuitates eſſe reſtituẽdas,qui iam prius acceperant in Amorræa decem. Quarũ tres diſtribuit fugacibus habitandas,

De natura terræ Chanaan.

Ioſue 15.

Ioſue 16.

Ioſue 18.

Ioſue 16.

Ioſue 17.

Ioſue 19.

id eſt,de tribu Iuda Hebron:Sichem uero ex Ephraim : & Cades de Neptalim. Eſt autem hic locus ſupra Galilæam. Diuiſit autem & cunctas prædæ reliquias. Erat nanque terra ampla.Et magnas diuitias obtinebant.Abundabant enim & communiter omnes & ſeorſum ſinguli auro & ueſtibus,& alijs uaſis, & quadru-
Ioſue 23. pedum copia,quorum numerus cõprehendi non poterat. Poſt hæc aũt exercitũ in eccleſiam cõuocato,eis qui ſuper Iordanem in Amorræa conſtituti erant,quorum exercitus quinquaginta milium armatorum eſſe uidebatur,ita loquutus eſt: Quoniam deus pater & dominus generis Hebræorũ hanc terram poſſidere conceſſit,& poſſeſſam ſemper ſe nobis ſeruare promiſit,pro cuius mandato cognatis indigentibus,promptiſſime uos obtuliſtis ad omnia:iuſtũ eſt,nulla uos difficultate ulterius detinente quiete iam frui,ſecuris utiq; nobis de uolũtate ueſtra,quia ſi rurſus opus fuerit ad neceſſaria,eam inſegniter offeretis,neq; poſt hos labores eritis aliquãdo tardiores. Gratias ergo uobis pro periculis in quibus iuuiſtis,non modo ſolũ,ſed etiam ſemper acturi ſumus:& quia quũ ſitis boni,amicorum memoriam habebitis omniũ,& mente retinebitis quæcũq; per uos prouenerũt nobis,& quomodo uſum bonorũ ueſtrorum propter nos diſtuliſtis, & laborantes primitus in quibus nũc dei fauore conſiſtimus,poſtea ueſtra ſorte frui utile iudicaſtis. Acceſſerunt autẽ ſuper noſtra bona ex laboribus,quos nobiſcũ habuiſtis, multæ diuitiæ,prædam precioſam augẽtes,& aurum & argentũ , & ſuper hæc omnia quod maius eſt,fauor ueſter. Ob quã rem ita nos ad quodcũq; uolueritis in repenſatione paratos habebitis : quia nequaq; horum quæ Moſes prædixit, eſtis obliti,illo etiã ab hominibus abeunte:nec eſt quicq;,in quo uobis gratiarum debita nõ ſoluamus.Gaudentes ergo uos ad ſortes ueſtras dimittimus,& rogamus,ut nullum eſſe terminũ noſtræ cognationis exiſtimetis , nec quod inter nos iſte fluuius eſt;alteros nos,& nõ Hebræos eſſe credatis. Omnes enim ſumus ex Abrahã,qui hic & illic habitamus,unusq; deus qui & noſtros maiores & ueſtros ad illorũ perduxit uitam:cuius religionis habete curã & conuerſationis , quã per Moſen ſemper cõſtituit. Perdurantes enim in iſtis,fauorẽ dei & eius ſolatiũ ſemper habebitis:cõuerſis uero uobis ad imitationem gentiũ externarum, auerſabitur ueſtrum genus.Hæc quũ dixiſſet,ſingulos maiorum,& cõmuiter eorum mul-
Ioſue.22. titudinem ſalutans,ipſe quidem reſtitit.Deduxit autem eos populus , nõ tamen ſine lachrymis,& uix ſemetipſos abinuicem dimiſerunt.

Quomodo Ieſus duxit Hebræorum exercitum : & dum pugnaſſet contra Chananæos,& deuiciſſet terram eorum,per ſortes funiculorum eſt partitus: & de morte ipſius Ioſue,& Pontificis Eleazari. Caput IIII.

TRanſiens autem fluuium tribus Ruben & Gad,& quicũq; de Manaſſe pariter ſequebantur,altare ſuper ripam collocare Iordanis decreuerunt:ut memorabile ſignum generationis futuræ cognationis eorũ,qui intra Iordanem habitare uidebantur , exiſteret. Audientes autem qui intra Iordanem habitabant,
Altare à Rubenitis collocatum. eo quod dimiſſi ab eis altare conſtituiſſent:& neſcientes qua hoc uoluntate feciſſent,pro nouitate tamen culturæ deorum peregrinorum hoc celebratum credentes,& ſacræ religioni derogatum,ueriſimile iudicantes, erant armati ad ultionem eorum qui collocauerant altare,fluuium tranſituri,& puniturí eos, quaſi pro paternarum

ternarum deſtructione ſolennitatum. Non enim uidebatur eis iuſtum, ut cognationem reſpicerent, aut dignitatem eorum, qui autores fuerāt harum rerum: ſed dei complectebantur mandata, & quomodo honorari cōgaudeat. Et illi quidem armati ſunt per furorem: retinuit autem eos Ieſus & Pontifex Eleazarus, & pariter ſeniores, ſermonibus ſuadentes, ut prius experimenta eorum uoluntatis acciperent: deinde ſi malæ uoluntatis agnoſcerent eorum mentes, tunc armis ſuper eos incederent. Miſerunt itaq; legatos ad eos, Phinees filium Eleazari, & decem alios apud Hebræos honoratos, cognituros ſapiēter, ut quid altare, tranſeuntes, ſuper ripam fluminis ſtatuiſſent. Quumq; illis tranſcuntibus & ad eos uenientibus, fuiſſet eccleſia congregata, ſtans Phinees hæc dicebat: Magis quidem deliquiſtis, cōq; poſſitis correpti de futuro ſermonibus emendari: ueruntamen non ſecundum magnitudinem iniquitatis nos reddituri uobis, ad arma repente ultionemq; deſcendimus. Cognati nanq; prius uerbis corripere uolētes, hanc celebrarunt cōgregationem: quatenus agnoſcerēt cauſam pro qua acceſſiſtis ut altare fabricaretis, ne petulanter uideremur armis adire uos: utrū uoluntate bona feciſtis hoc, an reuera culpa conuincitur, unde in uobis iuſtius ulciſcamur. Non enim credimus uos ipſo experimento dei uoluntatem ſæpius agnoſcentes, & auditores legum, quas ipſe uobis cōtulit, exiſtentes diuiſos à nobis, & in propriam ſortem uenientes, quā dei gratia & ipſius circa uos prouidentia meruiſtis, obliuionem eius habere: & tabernaculum arcamq; deferentes, & ſuper altare quod uobis eſt proprīū, peregrinos introducere deos, Chananæorū mala ſectātes. Sed nihil inique feciſſe optamus, agentes pœnitētiam, & nequaq; uereri timētes ulterius, legumq; paternarū pudorem memoriāq; ſumentes. Si uero in delicto conſiſtitis, nequaq; laborem pro legibus refutamus: ſed tranſeūtes Iordanem defendemus eas, & ante omnia deū, nihil uos à Chananæis differre credētes: ſed ſicut ipſos, uos quoq; ſimiliter perimentes. Non enim putetis, quod quia tranſiſtis fluuium, etiam à dei uirtute eſtis extranei. Vbiq; enim in his quæ ſunt ipſius eſtis, & effugere poteſtatē eius atq; iudiciū nullo modo poteritis. Si uero creditis hūc locū, ubi nunc eſtis poſiti, impedimentum eſſe correptionis, nihil prohibet denuo terram diuidere, eamq; ad pecudum paſcua deputare. Sed agite temperāter, & à nouo delicto recedite. Rogamus ergo uos per filios & uxores, ne nobis faciatis neceſſitatem huius defenſiōis, quod nec ueſtræ nec ipſorū ſaluti, aut cauſæ expedit ſic cogitare, ut non uerbis uinci potius, cōq; experimentum uelitis ſuſtinere præliorum. Hæc Phinees dicente, præſules eccleſiæ & omnis multitudo cœperūt de querimonijs ſatisfacere: & profiteri, neq; ab eorū ſe cognatione receſſiſſe, neq; pro nouitate altare cōdidiſſe: ſed & deū unum noſſe, qui Hebræis eſt omnibus cōmunis, & illud altare poſitum ad ſacrificia facienda. Hoc autem altare, propter quod & ſuſpecti eſtis facti, dicebant nō pro religione collocatum, ſed ut ſignum foret, & indicium in futuro ueſtræ familiaritatis. Et neceſſe eſt nobis temperare, & in patrijs legibus permanere: non autem tranſgreſſionis initium ſicut ſuſpicatū eſt facere. Teſtis aūt nobis ſit deus, quod iſtud altare non pro tali cauſa cōſtruximus. Vnde meliorem de his habentes opinionem, nihil culpetis ulterius: neq; nos extra ſortem iudicandos eſſe credatis: nec eorum ſimiles, qui quum generis Abraham ſint, ad nouas

ſolennitates accedunt. Hæc dicentes laudans Phinees,reuerſus eſt ad Ieſum,& eorum uerba populo nunciabat. Ille uero gaudens, quia neque ulla pugnandi foret neceſſitas,ne ad ſanguinem bellumq; deducerentur contra cognatos,pacificas deo pro his hoſtias immolauit: & dimittens poſt hæc multitudinem in proprias ſortes Ieſus,ipſe in Sichem cõmoratus eſt. Poſt hæc autem anno uiceſimo ſenior iam exiſtẽs, cõuocabat honoratos maxime ciuitatũ, & principes & ſeniores,& multitudinem quantãcunq; erat congregari poſſibile.Quibus in unum conuenientibus,cuncta beneficia dei cõmemorabat. Erant autem multa,per quæ ab humili forma ad hanc gloriam & ſubſtantiam peruenisſent: & ſeruari dei uoluntatem,quæ talis circa eos eſſet,orabat. Et pie cũctos poſcebat agere,per quod ſolum eis grata diuinitas permaneret.Hoc enim bene ſe habere dicebat,ut tranſiturus à uita,huiuſmodi eis monita derelinqueret: poſcebátq; ab illis,ut quæ ille diceret,memoria retinerent.Et ille quidem talia præſentibus loquẽs, defunctus eſt, quum uixiſſet annis centum & decem:quorum cum Moſe quidem pro doctrina utilium rerum cõmoratus eſt quadraginta: dux aũt poſt illius mortem ſex & uiginti fuit annis,uir nec ſapientia indigus,nec eorũ quæ cogitabat ut multa ſapienter edicetet inexpertus: ſed ubiq; ſummus, & ad opera periculaq; magnanimus, audáxq; bella diſponere,& in pace dexter, & in omni tempore præcipua uirtute conueniens.Sepultus eſt aũt in ciuitate Thanna,in tribu Ephraim. Eodem uero tempore mortuus eſt & Eleazarus Pontifex,Phinees filio ſacerdotiũ relinquens, cuius ſepultura eſt facta in Gabatha ciuitate.

Quomodo mortuo duce,filij Iſraël feliciter aliquanto tempore pugnauerunt contra Chananæos,principatu dato tribui Iuda:de capto Adonibezecho:deq; Hieroſolyma Beniamitis tributaria facta. Caput v.

Iudi. 1. POſt horum itaq; tranſitum Phinees prophetauit ſecũdum dei uoluntatem, ad delendum Chananæorum genus,tribui Iudæ præbendum eſſe principatum.Erat enim ſtudium populo cognoſcere,quid etiam placeret deo. Tũc aſſumpta eſt etiam tribus Simeon ad pugnãdum,quatenus exterminatis hoſtibus,ſub ditione etiam eos qui in ipſa ſorte conſiſtebant efficerent.Chananæi autẽ uiuentibus apud ſe illo tempore regibus,cum magno exercitu eos in Bezechin expectabant, regi Bezechinorũ Adonibezecho principatum credentes: quod nomen ſignificat dominus Bezechinorum:Adonai enim Hebræa lingua dominus indicatur.Sperabant enim uincere Iſraëlitas mortuo Ieſu.Congreſſi uero Iſraëlitæ duabus tribubus, quas prædixi, magnifice pugnauerunt: & occiderunt quidem eorum decem milia: fugantes autem reliquos, & inſequentes, Adonibezechum quoque cœperunt: cuius dum manuum ac pedum ſummitates abſciderent, ait: Non ſemper potui latere deum, illa patiens, quæ contra uos, & ſeptuaginta reges prius facere non erubui. Et uiuum quidem hunc tulerunt uſque ad Hieroſolymam,mortuum uero ſepelierunt. Et egrediebantur uaſtantes ciuitates, & plurimas capientes. Inter hæc obſederunt & Hieroſolymam: ſed hanc quidem longo poſt tempore capientes, omnes in ea habitantes interemerunt. Erat enim eis ualde grauis deſuper munitio murorum, & loci natura reſiſtendo. Vnde caſtrametati ſunt in Hebron,& hanc capientes omnes interfecerũt.Relinquebatur

adhuc

adhuc genus Gigantum, qui propter corporum magnitudines atque formas in nullo alijs hominibus proximas, ultra modum admirabiles, hactenus per eorum ossa monstrantur, in nullo his de quibus fides habetur æqualia: quorum genus Leuitis præcipue dederunt munus: etiam cum duobus milibus cubitis: terram quoque Caleph dono dederunt nato Mosi: hic enim fuit unus exploratorum, quos misit Moses in Chananæam. Dederunt autem & filijs Iethrim Madianitæ qui fuit gener Mosi terram ad possidendum. Nam patriam relinquentes secuti sunt eos, & fuerũt in deserto cum eis. Tribus itaque Iuda & Simeon ciuitates quidem Chananæas in montana ceperunt, in campestribus autem & ad mare positas, Ascalona & Azotum. Euasit autem Gaza & Accaron. Nam dum essent in campestribus, & copiosam haberent curruum abundantiam, irruentes sibimet affligebant. Et istæ quidem tribus maxime bellando locupletatæ, ad ciuitates proprias recesserũt, & arma deposuerunt. Beniamitæ uero, quorũ erat Hierosolyma, habitatores suos concesserũt tributa persoluere: & ita quiescentes, omnes alij quidẽ interficere, alij uero pericula sustinere, ad se terrarũ tradidere cultura. Hoc aũt & reliquæ tribus imitantes Beniamitas faciebant, & eorum tributa percipientes, permittebant Chananæos sine prælijs esse. Tribus autem Ephrem cũ obsedisset Bethelam, finem dignum tempore, & magna laborum obsessione inuenire non potuit: quando illi licet affecti in obsidione omni modo perdurabant. Deinde Ephramitæ capientes quendam in ciuitatem euntem, necessaria deferentem, fidẽ dederunt ei, ut si ciuitatem traderet, saluarent eum, & cognatos eius eriperent. Et ille in his iurabat ciuitatem se traditurum. Qui tradens urbem, cum suis hoc modo saluatus est. Illi autem interimentes cunctos inhabitantes ibi, tenuerunt de cætero ciuitatem.

HISTORIA LIBRI IVDICVM.

Quemadmodum denuo Palæstini pugnantes deuicti sunt ab Hebræis. Cap. VI.

Igitur post hæc circa hostes quidem molliores erant Israëlitæ, circa terram uero & eius operam diligentiam potius exhibebant. Qui ad diuitias se tradentes, per epulas & libidinem iam uirtute deficiebant: & in conuersatione legum integri Hebræi, & circa ea quæ dei sunt non erant: in his indignata diuinitas suscitabat quidem primum, ut ita dicam, sua uoluntate Chananæos, qui postea secundum eorũ actus multa cõtra eos crudelitate sunt usi. Hebræi nãq; & circa ea quæ dei sunt negligentes erant, & circa bella difficilles, cum multa Chananæis abstulerint: & ad labores iam essent propter epulas dissoluti, agebaturq; ut eorum optima iam conuersatio deperiret, & seniores non audiebant, nec aliorum præceptũ, nec priorũ ulla solẽnia conseruabãt. Erant autẽ magis libidine lucrorũ intenti, & multa requie seditio eos crudelis iterũ comprehendit: & ad hoc usque perducti sunt, ut ad inuicẽ huiusmodi causa pugnarẽt. Vir Leuita de populo, q erat sortis Ephraim, & ibidẽ habitabat, de Bethlehem duxit uxorẽ. Hic aũt locus est tribus Iudæ. Cùmq; uehemẽter amaret cõiugẽ, & eius pulchritudine uictus afficeretur, quando ab illa nõ similiter amabatur, & ille propterea passione amoris eius potius ureret, lites frequẽter inter eos eueniebãt. Ad ultimũ uero mulier his grauata relinquẽs uirũ, abijt ad parentes mẽse quarto. Vehemẽter aũt ferues uir per

Causa pro qua tribus Beniamin deleta est.

per amorem uenit ad ſoceros,ſolutiſq; litibus placatus eſt circa eam. Et quatuor quidem diebus ibidem commoratus, præbentibus ei hoſpitalitatem puellæ parentibus:quinta die placuit ut abirent,& circa meridiē ſunt egreſſi. Tardius enim dimittebant parentes filiam,& diei iam tarditas accedebat. Vnus autem eos famulus ſequebatur,& aſinus erat eis,in quo mulier uehebatur. Quumq; ueniſſent circa Hieroſolymā,ambulātibus ſtadijs triginta perſuaſit famulus ut manerent, ne & propter noctem ambulantes difficultas aliqua comprehenderet, dum nec procul hoſtes exiſterent, & tempus frequenter incautum faciat ſuſpecta, etiam quæ putantur eſſe tutiſſima. Illis autem non placuit apud alienigenas uiros ſuccedere. Erátq; ciuitas Chananæorum. Sed accedentes uiginti adhuc ſtadijs, optabant ad propriam deſcendere ciuitatem. Quumq; hæc ſententia ualuiſſet, uenit in Gabaa tribus Beniamin,iam ueſpere. Et quum nullus ciuiū eum in manſione ſuſciperet,ſenior quidam ex agro deſcendens,qui de tribu quidem erat Ephrem, in Gabaa uero commorabatur,uidens eum, quis eſſet interrogabat, & propter quas cauſas,mittens quum iam eſſent tenebræ,neceſſaria cænæ requireret. Ille uero Leuitam quidem ſe eſſe dixit,mulierem autē à parentibus reducere,& ad propria remeare:habitationem uero ſignificabat habere ſe in ſorte Ephrem. Quem ſenior & pro cognatione,& eo quod eandem poſſideret tribum, & propter colloquium,ad ſuum duxit hoſpitiū. Quidam uero iuuenculi Gabaonitarum mulierem in platea uidentes,& pulchritudinem eius ſtupeſcētes,dum apud illum ſenem eam ſucceſſiſſe cognoſcerent,contemnentes eorum infirmitatem & paucitatem,uenerunt ad ianuas eius. Et quum eis ſenior ut abſcederent ſupplicaret,& ut nec uiolentiam inferrent hoſpiti,nec iniuriam:illi petebant,ut data ſibi muliere,à rerum inuaſione recederent. Seniore uero dicente, quod & cognata eſſet Leuitis, & per libidinem in leges inique delinquerent, deficientes circa iuſtitiam: deridebant minabanturq; ſe eū interficere, eo quod eorum cōcupiſcentiam impediret. Quumq; in neceſſitatem ueniſſet,nolens hoſpites in cōtumelia magna relinquere,ſuam eis filiā conceſſit:dicens eis,minus eſſe peccati,ſi cōcupiſcentiam ſuam in ea complerent,q; ſi iniuriam peregrinis inferrent:& iniuſtitiam nō perferre quos ſuſceperat,hoc modo putabat. Quū uero illi nequaq; à ſuo feruore pro peregrina recederent,ſed imminerent ut eam acciperent,ille quidem ſupplicabat ut nihil inique præſumerent. At illi rapientes,& adijciētes pro libidine uiolentiam, ad ſemetipſos mulierem deduxerunt, & per totam noctem uſque ad principium diei in eius corporis ludibria ſunt extēti. Illa uero defecta in his quæ prouenerant,ad hoſpitem redijt:& contriſtata in his quæ pertulerat, per uerecundiam ad faciem mariti minime præſumebat accedere, eumque circa ſe pro his quæ contigerant
Iud.29. incurabilem reputabat, lectulo decumbens, animam reliquit. Vir autem eius arbitratus ſopore graui mulierem detineri, nihil mali metuens,excitare eam tentabat, & conſolari: quaſi raptorum non ſpontanea uoluntate ſe præbuiſſet iniurijs. Quum uero recte defunctam cognouiſſet, ad malorum magnitudinem, imponens iumento mortuam, ad ſe portabat uxorem: & diuidens eam per membra in partes duodecim, per tribus ſingulas deſtinabat, mandatum dans portantibus, ut proderent autores mortis eius, & eiuſmodi

crudelitatem

crudelitatem cunctis tribubus indicarent. Illi autem & aſpectu & auditu grauiſſi
morum malorum affecti, nullũ primitus huiuſmodi ſumentes exemplum, ira in/
temperata concitati, in Silo ſunt ante tabernacula cõgregati, & in arma procede/
re repente tentabant: & inſilire Gabaonitis ut hoſtibus. Retinuerunt autem eos Iud. 20.
ſeniores, ſuadentes non oportere ſic cito contribulibus inferre bellum, anteq; uer
bis agerent de criminibus, quãdo lex nec circa extraneos permitteret præter lega/
tionem Iſraëlitas bella tractare: ſi forte pœnitentiam agerent, qui iniuſte aliquid
aſſumpſiſſent: bonum ergo eſſe, ut legi obedientes, ad Gabaonitas mitterent, &
mali autores expeterent: quibus præbitis, eos punirent, contemnentes aũt armis
adirent. Miſerunt ergo ad Gabaonitas accuſantes iuuenes de muliere, & eos da/
ri ad ſupplicia depoſcentes, qui legitime non egiſſent: quaſi eſſet iuſtum, ut pro
omnibus illi potius morerentur. Gabaonitæ uero neq; iuuenes tradiderũt, & cru/
dele iudicauerunt timore belli, alienis obedire præceptis, in nullo ſe putantes eſſe
minores armis, neq; multitudine, nec bellandi præſumptione. Erant enim nimis
inſtructi, & ſuper alias tribus induſtrij: deſpexerunt q; illos, & indignati ſunt è di
uerſo tanquam compreſſuri, uiolentiam facientes. Quum q; talia fuiſſent Iſraëli/
tis enunciata, iuſiurandum fecerũt, nullam ſuarum uiro Beniamitæ dare nuptijs
filiã: ſed armari ſuper eos, & amplius eis q; aduerſus Chananæos exiſtere, quos
Hebræi ſæpius expugnaſſent. Repente ergo eduxerunt ſuper eos exercitum qua/
dringenta milia uirorum. Beniamitæ uero habuerunt uiginti ſex milia armato/
rum, & aliorum ſeptingentos, qui ſiniſtris manibus ad fundibulas uidebãtur ex/
perti. Et commiſſo prælio circa Gabaa, fugauerunt Iſraëlitas Beniamitæ uiri, ceci
derunt q; ex eis uiginti duo milia: fuiſſent q; plurimi forte necati, niſi nox eos reti
nuiſſet, & pugnam ſoluiſſet. At Beniamitæ gaudentes, abibãt in ciuitatem: Iſraë/
litæ uero obſtupeſcentes ſe ita deuictos, ad exercitum remeabãt. Altera uero die
rurſum congreſſi, Beniamitæ uicerunt, & mortui ſunt decem & octo milia Iſraë/
litarum, metuentes q; exercitum reliquerunt. Venientes autem in ciuitatem Si/
lo proxime conſtitutam, & ieiunantes altera die, deprecabantur deum per Phi/
nees ſacerdotem, ut eius ira quieſceret, ei q; in duabus eorum deuictionibus ſatiſ/
fieret, darétque potentiam contra hoſtes atque uictoriam. Deus autem hæc fie/
ri Phinees prophetante promiſit. Duabus ita q; partibus diuidentes exercitum,
mediam quidem partem in inſidijs circa urbem nocte collocauerant, medij uero
Beniamitis cõgreſſi, paulatim eis imminentibus recedebant: & Beniamitæ perſe/
quebantur, Hebræis paulatim refugiẽtibus, & omnino uolentibus omnes eos ab
urbe protrahere: quos quaſi fugientes inſequebantur, ita ut etiã ſeniores & iunio/
res in ciuitate propter infirmitatem relicti diſcurrerent, adire uolentes hoſtes.
Quum uero multũ à ciuitate receſſiſſent, fugere quidem Hebræi ceſſauerunt: con
uerſi autem ſteterunt ad pugnam, & illis qui in inſidijs erant, dederunt ſignum.
Qui ſurgentes cum clamore, hoſtes aggreſſi ſunt. Illi uero ut ſenſere ſe eſſe dece/
ptos, in anguſtia conſtituti, in quadam ualle coacti & concauo loco collecti ſunt,
& ibi iaculis ſauciati, ita ut omnes interirent, præter ſexcentos uiros. Hi nam/
que conuerſi & conſtipati, & per medios hoſtes tranſeuntes, fugerunt ad uici/
nos montes: quos tenentes ibidem commorati ſunt. Illi uero circa uiginti &

quinq;

quinq; milia ſunt extincti. Igitur Iſraëlitæ & Gabaa ciuitatem igne concremauerunt, & mulieres & infantes maſculos peremerũt, alijs Beniamitarum ciuitatibus ſimilia facientes: ſicq; erant contra eos infeſti, ut etiam Iabitas qui erant Galaaditidis regionis, eo quod eis auxilium non præbuiſſent cõtra Beniamitas, mittentes duodecim milia de ſuis armatis, iuberent eos interimi: occiderũtq; hi qui fuerant miſſi, omnes pugnaces ciuitatis cum filijs & uxoribus, præter quadringentas uirgines. Tanta ira ſuccenſi ſunt propter paſſionem corruptæ mulieris, & armorum
Iud.21. ab eis electa cõditione. Poſt hæc aũt Iſraëlitæ pro calamitate Beniamitarum pœnitentia ducti ſunt, & ſuper hoc ieiunare propoſuerunt, licet iuſta paſſi eſſent, eo quod in legem peccauerint: tunc ſexcentos uiros qui fugerant, euocauere legationibus. Erant enim ſuper quandam petram, quæ Roas appellatur. Legati uero non illis tantũmodo calamitatem proueniſſe, ſed etiam ſibi cognatis pereũtibus ingemiſcentes, ſuadebant eis, ut patienter ferrent, & ad illorum cœtum concurrerent, ne omnino quantum ad ſe Beniamitarũ tribum exterminari decernerent: dicebantq;, ſimul cedimus uobis terram ad prædam quantamcũq; tollere potueritis. Illi uero his cõtra ſe dei decreto geſtis, quando ſuam iniquitatem ſcientes pugnauerant, ad tribum patriam obedientes uocantibus, aduenerunt. Iſraëlitæ uero uxores eis quadringentas uirgines Iabitidas dederunt, & de ducentis reliquis cogitabant, quomodo & illi haberent uxores, ut filios procrearent: quum utiq; iuraſſent ante bellum, ut ſuas filias nulli Beniamitæ cõiungerent. Et alij quidem ſuadebant illud iuſiurandũ non debere ſeruari, quod per iram & nõ uoluntate nec iudicio proueniſſet: nihilq; foret deo, moleſtum, ſi tribum perituram ſaluare poſſent: adijcientes periuriũ, non quando neceſſitate fit eſſe peſſimum, ſed quando fuerit malignitate cõmiſſum. Quũq; ſeniores periurij nomen ualde metuerẽt, quidam ait: Hoc cõſilio & iſti uxores habebũt, & religio iuriſiurãdi ſeruabitur. Ter in anno in Silo ad mercimoniũ fit cõuentus, ſequũturq; mulieres & uirgines chorum. Si nãtur ergo Beniamitæ, ut raptu ducãt uxores quaſcũq; potuerint, nobis neq; inuitantibus, neq; prohibẽtibus. Et dum patres earũ queſti fuerint, uindictãq; poſcerint, dicemus eos potius eſſe culpabiles, qui cuſtodiã non habuerint filiarũ. Oportet em̃ Beniamitis irã cedere, qua iam circa eos uſi ſumus immẽſa. His itaq; conſentiẽtes, decreuerũt Beniamitas raptu nuptias celebrare. Inſtãte uero feſtiuitate, illi quidẽ ducenti uiri determinãtes ciuitatẽ per uineas & loca, in quibus ſe latere credebãt poſiti, inſidiabãtur uirginibus ueniẽtibus. Illæ aũt cum luſu, nihilq; metuentes, ſine cuſtodia properabãt. Tunc illi ſurgẽtes, tenuere diſperſas. Et hoc modo ducẽtes uxores, ad opera ſe terræ dederunt, ſtudentes ut ad ſecũdam felicitatem denuo remearent. Hoc itaq; modo tribus Beniamin quũ penè tota periſſet, Iſraëlitarũ ſapientia reparata eſt. Floruit itaq; repente & opulẽtiæ magnitudine, alijſq; rebus ditata eſt. Hoc itaq; bellum ita ſedatum eſſe dinoſcitur.

Quomodo poſt afflictionem, Iſraëlitæ rurſus impie agentes, opprimũtur à Chananæis, & à Cuſardo rege Aſſyriorum, cui ſeruierunt annis octo, ſed poſtea libertas eis reſtituta eſt per Cenez, principantem annis quadraginta. Caput VII.

Iud.1.2.3. HOrum uero ſimilia etiam tribum Dan ex huiuſmodi cauſa contigit ſuſtinere. Quum Iſraëlitæ bellorum iam ſtudium reliquiſſent, & ad opera ſe terræ

terræ dediſſent, Chananæi cõtemnentes eos, nec aliquid ſe ab eis pati credentes, ſuum collegerunt exercitum, firmam habentes ſpem, quaſi Hebræos affligerent, & de cætero ciuitates licenter inhabitarent: currúsque faciebant, exercebantur armis, & urbes ad inuicem ſibi cõſentiebant. Et de tribu quidem Iuda Aſcalonam ciuitatem, & Accaron abſtulerunt, & alias multas in campeſtribus conſtitutas, & ipſos Danitas in montana fugere compulerunt, nec paululum eis locum in campeſtribus relinquentes. Et dum illi nec ad bellandum eſſent idonei, nec terram ſibi iam ſufficientem haberent, miſerunt de ſuis quinque uiros ad loca mediterranea, qui terram inſpicerent, in qua habitare de cætero poſſent. Illi autem non procul à monte Libano, & iuxta Iordanis fontes, circa maximum campum Sidonis ciuitatis uiam trium dierum perambulantes, contemplantesq; terram bonam & nimis uberrimam, ſignificauerunt eis. Quò cum exercitu procedentes, ædificauerunt illic urbem, Dan cognominatam ab uno filiorum Iacob, ex quo ipſa tribus appellata uidebatur. Iſraëlitis, & quum iam eſſent in labore difficiles, & quod in diuinitatis cultu deficerent, aduerſa proueniebant. Nam dũ fuiſſent à ſua conuerſatione tranſgreſſi, ferebantur ad libidinem, ut pro ſua uiuerent uoluntate: ita ut imminentibus Chananæis, malis omnibus implerentur. Iratus eſt eis igitur deus, & felicitatem, quã innumeris laboribus acquiſierant, propter epulas amiſerunt. Caſtra ſiquidem contra eos agente Cuſardo rege Aſſyriorum, multi pugnantes perierũt, & obſeſſi fortiter capti ſunt: quidã uerò propter timorem ſponte ſe illi contradiderũt, & maiora quàm poſſent tributa impoſita ſibimet exoluebant, & diuerſas iniurias perferebant per annos octo, poſt quos hoc modo liberati ſunt. Cenez quidam de tribu Iuda, uir induſtrius, prudẽtiaq; fortiſſimus, reſponſo ſibi dato, ne deſpiceret Hebræos in neceſſitate huiuſmodi conſtitutos, ſed potius reducere eos ad libertatem auderet, paucos quoſdam in his laboribus præceptis diuinis adhibens ſibi, quibus tunc in illis rebus poſitis aut pudor eſſet, aut quos ſpes confidentiæ nimis acueret. Primum quidem Cuſardi caſtra diſrupit. Quumq; plurimi Hebræorum ad certamen accederẽt, eo quod bene eis prior confidentia proceſſiſſet, cum Aſſyrijs congreſſi ſunt: eosq; ualde perſequuti, Euphraten tranſmeare coëgerunt. Cenez autem quum ipſo opere fortitudinis ſuæ præbuiſſet effectum, principatus accepit honorem, ut populum iudicaret, in quo ſcilicet quadraginta annis conuerſatus eſt.

Ciuitas Dan conditur.

Cuſardus rex Aſſyriorũ caſtra ponit contra Hebræos.

Quomodo rurſus populus Iſraël annis decẽ & octo ſeruiuit Moabitis, & à quodam Aoth nomine, à ſeruitute liberatus eſt, eo principatũ annis octoginta tenẽte. Cap. VIII.

HOc aũt moriente, denuo res Iſraëlitarum ſine principe uexabantur. Et dum honorem deo non ferrent, nec legibus obedirent, magis ac magis afflictionibus ſubiacebant, ita ut Eglon rex Moabitarum deſpiciens inhoneſtam cõuerſationem eorum, bellum eis inferre præſumeret, & multis eos prælijs obtineret ac ſubderet, & omnem poteſtatem eorum prorſus humiliaret, eosq; iuberet tributa perſoluere. Conſtituens autem ſibimet regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo nõ impoſuit: eosq; ad inopiã uſq; perduxit annis decem & octo. Miſertus aũt deus in his quæ patiebantur, & eorum ſupplicationibus inclinatus, ab iniuria Moabitarum hoc modo eos eripuit. Quidam iuuenculus nomine Aoth, *Iudicum 3.*

De quodam iuuenculo Aoth nomine.

mine Aoth,de tribu Beniamin,ex patre Gera,audaciáq; fortiſſimus, & corpore ad opera exercēda robuſtus,in læua manu maximā fortitudinem habēs, quum in Hiericho habitaret,Eglon regi factus eſt notus,muneribus eum placās, ita ut per hæc etiam cæteris qui erant circa regem charus exiſteret. Aliquando autem cum duobus famulis munera regi ferens,latenter gladio in dextro fœmore ligato introibat ad eū.Erat autem æſtatis tempus. Quumq; iam dies medius eſſet, regiæ quieſcebant cuſtodiæ,& propter æſtū,& cunctis ad prandia recedentibus. Quum ergo iuuenculus Egloni munera præbuiſſet,commoranti in quodam loco caloris temporibus opportuno,eius ſecretum petijt.Aderāt autem ſoli famuli regis.Quumq; rex famulos abire iuſſiſſet,& quum Aoth loqueretur,& ſederet ſuper ſolium ſuum,& Aoth terror ingreſſus fuiſſet, ne eum fortiſſime percutere nō ualeret,relaturum ſe ei ex dei præcepto ſomniū dixit. Quumq; ille lætus pro ſomnij recitatione de ſolio ſurrexiſſet, Aoth eum in corde percuſſit: & gladium derelinquens,egreſſus eſt, & dauſam ianuam dereliquit. Miniſtri uero quieſcebant,credentes regem in ſoporē conuerſum: Aoth uero Hierichuntinis latenter hoc indicans,exhortabatur eos, ut ſuam defenderent libertatem.At illi gratiſſime hoc audientes,tubis utebantur.Mos enim patrius eſt,his populum conuocari.Miniſtri itaq; Eglon diu quæ ei contigerant,ignorantes, quum iam adueſperaſceret,metuentes,ne quid ei inopinabiliter accidiſſet,in eius cubiculum ſunt ingreſſi:eumq; mortuum comperientes,in ſtuporem cōuerſi ſunt:& antequàm ſua caſtra colligerent,Iſraëlitarum ſuper eos irruit multitudo. Et alij quidem repente perempti ſunt,alij in fugam uerſi, tanquam in terra Moabitide liberandi. Erant autem peremptorum ultra decem milia. Viri autem Iſraëlitæ præoccupantes Iordanis tranſitum,eorum multos interfecerunt:& nullus eorū manus euaſit. Et Hebræi quidem hoc modo ab iſtorum ſeruitute liberati ſunt.Aoth autem ob hanc cauſam principatu honoratus à plebe, defunctus eſt:dum hanc poteſtatem per tempus octoginta tenuiſſet annorum,uirtutūq; etiam præter hanc cauſam maxima laude dignus exiſtens.Et poſt hunc Sanagar filius Anath electus ad principatum,primo anno uitam expleuit.

Eglon confunditur.

Quomodo Chananæis eos in ſeruitutem redigētibus,per annos uiginti,liberati ſunt per Barachum & Deboram prophetiſſam,qui eorum principes fuerunt. Caput IX.

Iudicū 4.

IGitur Iſraëlitæ calamitates quas paſſi fuerant, nō colendo deum,nec legibus eius obediendo,correptionem non aſſignantes dei,antequàm à Moabitarum ſeruitio reſpirarent,à rege Chananæorum Iabin nomine,ſubiugati ſunt. Hic autem ortus quidem uidebatur de ciuitate Aroſath, quæ poſita eſt ſuper paludem Samachonitidem:habebatq; armatorum tercentum milia, equitum decem milia,curruum tria milia poſſidebat. In hac itaque militia dux erat Siſara,apud regem honore primus. Qui conueniens ad Iſraëlitas,uehementer afflixit,ita ut tributa eis imponeret. Qui uiginti quidem annis hæc ſoluere paſſi ſunt, quum nec ipſi per infelicitatem ſuam ſaperent,& deus maiori tempore eos dominari uellet propter eorū iniurias & ingratitudines nimis multas. De cætero autem temperantes à malis ſuis,& agnoſcentes has calamitates ſibi pro legum contemptu uenire:quādam prophetiſſam nomine Deboram, quod nomen Hebraica lingua

ſignificat

ſignificat apem,rogauerunt,ut deprecaretur deum, quatenus miſericordiam haberet eorum,nec deſpiceret eos à Chananæis oppreſſos. Deus autem annuit eorum ſaluti,& ducem elegit de tribu Neptalim Barachum: quod nomen coruſcationem Hebræa lingua ſignificat. Euocans igitur Debora Barachum, iuſſit eum eligere decem milia,& ad hoſtes procedere:præſumebat enim prædicente deo,& uictoriam promittente. Quumq; Barachus dixiſſet, nõ ſe exercitum fore ducturum,niſi & illa quoq; unà procederet,irata dixit: Tu quidem cedis mulieri dignitatem quam deus tibi contulit,ego uero non refutabo. Et cõgregantes decem milia uirorum,caſtrametati ſunt apud Thabor mõtem. Quibus Siſara,rege præcipiente,obuiam uenit:& non procul ab eis caſtra fixit. Quumq; Iſraëlitæ & Barachus obſtupeſcentes multitudinem hoſtium de fuga iam cogitarent,Debora retinebat eos,& ipſa die dimicare præcipiebat, uictoresq; eos deo auxiliante polliceba tur. Cõgreſſis ergo atq; permixtis,eis imber magnus influxit. Et aqua nimia ſimul & grando,& pluuia in faciem Chananæorum uerſa,& uentus eorum aſpectibus imminebat,ita ut arcus eorũ & fundibulæ inutiles fierent,& armati præ frigore uti gladijs non ualerẽt. Iſraëlitas uero tempeſtas immiſſa poſt terga, minus nocebat:quia auxilio dei ſumebant ualde fiduciam: & hoſtes in medium circundantes,multos eorum interfecerunt. Et alij quidẽ ab Iſraëlitis exterriti ſunt,alij uero equis excuſſi proprijs,ceciderunt:ita ut etiam multi eorum conculcati curribus, morerentur. Siſara uero exiliens de curru, quum uideret fugam exercitus ſui factam,fugiensq; uenit ad mulierem quandam Cenæitarũ,nomine Iahel. Quem rogantem ut cælaret eum,ſuſcepit:& petenti poculum lactis,dedit. Erat enim fatigatus. Et quum nimis bibiſſet,conuerſus in ſomnum eſt. Illa uero dormienti ferreum clauum per tempus immiſit:& cum malleo percuſſum ad terram uſq; depoſuit:& hominibus Barachi poſt paululũ uenientibus,eũ oſtendit terra cõfoſſum. Sic ergo uictoria conſtitit ſecundũ ea quæ à Debora dicta ſunt,ut per mulierem hic triumphus accideret. Barachus autem agens exercitum ſuper Aſar,& obuiam uenientem interemit Iabin:& cadente principe, ciuitatem uſque ad fundamenta deijciens,princeps fuit Hebræorum per quadraginta annos.

Quomodo pugnantes Amalechitæ contra Iſraëlitas uicerunt:eorumq; prouinciam afflixerunt annis ſeptem:quos liberauit dominus per Gedeon,qui ſuper populum annis fuit quadraginta. Caput X.

EOdem itaq; tempore,moriente Baracho, & Debora, poſt hæc Madianitæ rogantes Amalechitas & Arabes,caſtrametati ſunt ſuper Iſraëlitas: & congreſſos ſibimet uiri pugnaces interemerunt:eosq; manibus alligantes,cuncta deprædabantur. Hoc autem facientibus illis per annos ſeptem,Iſraëlitarum populus per montana collectus eſt,& cãpeſtria dereliquit, foueas quaſdam & ſpeluncas facientes,in quibus fugientes ab illis poſſent quodãmodo liberari. Nam Madianitæ æſtatis tempore agentes exercitum,per hyemem Iſraëlitas colere terram permittebant,ut laborantes comprimere facillime poſſent. Erat igitur fames,& ciborum maxima difficultas. Tunc ergo conuerſi ad dei preces Hebræi, ut eos eriperet,exorabant. Gedeon autem Iaſi filius de tribu Manaſſe,paucos manipulos ſpicarum ferens,latenter eos terebat in torculari, quum metueret hoc publice in area

Iudicum 6.

Quomodo populum ab Amalechitis liberauerit Gedeon.

in area facere propter hoſtes. Tunc uiſio apparuit ei in forma iuuenculi, dixitq; eum felicem & charum deo: & hoc eſſe maximum eius propitiationis indicium, eo quod tunc uteretur pro area torculari. Quumq; præciperet eum fiduciam habere, & feſtinare, quatenus defenderet libertatem, ille hoc impoſſibile ſibi eſſe dicebat, quando & tribus ex qua eſſet, multitudine priuaretur, & puer eſſet ad tantarum rerum opus infirmior. Deus autem quod deerat, ſe impleturum eſſe dicebat, eóq; duce Iſraëlitis ſe uictoriam præbiturum. Et quum hoc Gedeon quibuſdam iuuenibus enarraſſet, creditumq; fuiſſet ei, & repẽte ad certamina decem milia uirorum uideretur præparatus exercitus, aſtitit Gedeoni per ſomnium deus, & imbellem naturam hominum ſibi placere declarauit: & quod eſſet fortitudine præcipua, recitauit, ut uictoriam non ſibi, ſed deo proprie reputarent, & tanquam
Iud. 7. ſi multo digno q; hoc gereretur exercitu: & crederẽt certo, quia eius auxilio uictoriæ opus fuiſſet impletum: præcepitq;, ut circa medium diem in ſolis ardore ad fluuium uenire faceret exercitum: & eos quidem qui indinati biberent, magnanimos æſtimaret: qui uero cum feſtinatione turbaq; biberẽt, eos crederet hoſtium formidine detineri. Et quum Gedeon ſecundum iuſſionem dei hoc adimpleſſet,
Trecenti ex quam manibus biberũt trecenti uiri reperti ſunt, qui aquam manibus cum timore & turba lamberent. Dixitq; deus, ut iſtos ducens, hoſtes adiret. Poſuerũt itaq; caſtra ſuper Iordanem, die altera tranſituri. Et quum Gedeon cum timore conſiſteret die quo ei prædictum fuerat, ut nocte hoſtes inuaderet, uolens eum deus à formidine reuocare, præcepit, ut ſumẽs unum militem iuxta tabernacula Madianitarum accederet, ab eis conſilium belli confidentiamq; ſumpturus. Obediẽs autem & ſumens proprium famulum nomine Phara, accedensq; ad quoddam tabernaculum, inuenit uigilantes in eo, & iuuenculum aliquem ſuo commilitoni ſomnium recitantem, ita ut Gedeon audiret. Erat enim huiuſmodi uiſio quam dicebat, quaſi uidiſſet panem hordeaceum, qui pro utilitate ſua incomeſtibilis eſſet hominibus, per exercitum reuolutum, regis apprehendiſſe tabernaculum, nec non & cætera deiciſſe. Ille uero uiſionem interitum exercitus ſignificare prænunciauit, dicens unde etiam ei hoc uideretur: Omne, inquit, ſemen quod uocatur hordeaceum, conſtat eſſe uiliſſimum, & inter omnem populum Iſraëlitæ uidentur abiecti uelut genus hordei, & apud Iſraëlitas nunc Gedeon exultat, & eius exercitus. Quod uero panem te uidere dixiſti, qui tabernacula noſtra uaſtauit, metuo ne deus contra nos Gedeoni uictoriam condonarit. Gedeon autem ſomnium audiens, ſpem magnam habuit, pariter & fiduciam: iuſſitq; ſuos armari, narrãs eis etiam hoſtium uiſionem. Illi uero in his quæ dicta fuerant præparati ſunt, & circa primam uigiliam Gedeon ſuum deducebat exercitum in tres diuiſum: portabantq; cuncti uacuas pharetras & lampades ardẽtes, quatenus grauis hoſtibus uideretur uiſio: & in dextra manu cornua ferebant, quibus pro tubis utebantur. Multum itaque locum hoſtium tenebat exercitus, habebatq; multitudinem camelorum, & ſecundum gentium morem paſcentes, in uno circuitu erant omnes. Hebræis aũt prædictum fuerat, ut dum ueniſſent circa hoſtium caſtra: ſigno dato, tubis canerent: pharetrasq; concutientes cum lampadibus, impetum facerent, cum laudibus iubilantes, quod uictoriam deus Gedeoni conferret. Quod quum feciſſent, turba

compre-

comprehendit homines adhuc dormientes (erat enim nox) & hoc deus fieri ita præceperat: sunt que perempti pauci quidem ab hostibus, plurimi uero à semetipsis, eo quod linguis proprijs discordarent. Nam dum fuissent in turbam redacti, unusquisq; perimebat proximum, dum eum crederet inimicum: & facta est magna cædes. Fama uero uictoriæ Gedeonis ad Israëlitas perueniente, cuncti simul armati sunt, persequentes hostes, & cõprehenderunt eos in quadam cõualle scopulis ualde circundata, quam transire non possent, & circunstãtes occiderunt omnes, duosq; simul reges Oreb & Zeb. Reliqui uero duces relictos milites colligentes, qui erant quasi octo & decem milia, castrametati sunt multo procul ab Israëlitis. Gedeon autem labore non fessus, sed persequens cum omni exercitu, eisq; congrediens, hostes uniuersos funditus interemit: & reliquos duces Zerbin & Zarnon apprehẽdens, captiuos duxit. Mortui sunt in ea pugna Madianitarum & Arabum, qui eis solatia præbuerunt, quasi cẽtũ & uiginti milia: multáq; præda auri & argenti & uestium & camelorum, & subiugalium, Hebraicæ tunc est collata uictoriæ. Gedeon autem ueniẽs in Ephrem propriam regionem, occidit quosq; Madianitarũ reges. Tribus autem Ephrem ex qua erat Gedeon, quum grauiter ferret, quod cum eo minime dimicasset, exercitum super eum festinabat inducere: cur eis nõ indicasset quãdo hostes inuaserat. Gedeon uero quum esset humilis animo & omni uirtute summus, dicebat non se autoritatis suæ consilio præter eos contra hostes, sed deo iubente, pugnasse: uictoriam uero non minus eorum quàm sui laboris esse fatebatur. His ergo sermonibus eorũ mitigans iram, plus Hebræis profuit quàm hostium præda, eósque à præcipitio intestinæ seditionis eripuit. Iniuriæ tamen huius pœnã illa tribus excepit, quam scilicet opportuno tempore declarabimus. Gedeon itaq; principatum ponere uolens, coactus retinuit illum annis iugiter quadraginta, populi iura disponẽs: & diuersis ad eius iudicia cõcurrentibus, quæcũq; dixisset, firmissime omnia seruabantur. Qui quum senex defunctus fuisset, in Ephrem regione sepultus est.

Quomodo Abimelech filius Gedeonis ex concubina, mortuo patre arripuit principatum, interfectis cunctis fratribus suis, excepto uno: & de pœna quam exoluit pro fraterna cæde. Caput. XI.

IS habuit quidem filios liberos septuaginta, plures enim habebat uxores: naturalem uero unum de concubina Droma, nomine Abimelech, qui post mortem patris pergens in Sichen ad cognationem suæ matris unde fuerat orta, & sumens ab eis pecunias, quoniam iniquitatum magnitudine uidebantur insignes, cum eis ad paterna quoque tecta regressus est, & omnes fratres occidit, absque solo Ioathan. Hic enim fugæ beneficio est liberatus. Abimelech autem assumpta tyrannide, dominũ se pro legitimis filijs in his quæ uellet facere, declarauit, quod uehementer iusticiæ præsulibus erat acerbum. Igitur dum quodam tempore publica in Sichen festiuitas esset, cunctáque illic multitudo cõsisteret, frater eius Ioathan, quem fugisse prædiximus, ascendens in montem Garizin, qui Sichimorum supereminet ciuitati, damauit: & multitudine præbente silentium petijt, ut quod diceret, libenter audirent: factóque silentio, dixit, quod arbores facto sui consilio humana uoce petissent ficum, ut super eas regnaret. Qua denegante, Iud. 9.

eo quod honore fructus proprij frueretur, nec aliũ quærere deberet extraneum, arbores rurſum cogitationem regni non reliquerunt, uiſumq; eis eſt, ut honorem uiti præberent. Sed & uitis eiſdem uerbis quibus ficus uſa reſpuit regnum. Hoc ipſum facientibus & oliuis, Rhamnus, quam arbores petierant ut regnum ſumeret ſuper eas (hoc enim genus eſt inter ligna, quod habet ignem proferendi naturam) promiſit ſe regnũ ſuſcipere, & inſigniter imperare, ita tamen, ut ſub eius umbra requieſcerent. Si uero ei contraria forent, eius igne concremarentur. Hæc autem, inquit, non riſus cauſa dico: ſed quo multorum bonorum experti Gedeonis, ea quæ nunc geruntur, deſpiciunt, uidentes Abimelech principem hi qui meos cum eo fratres interemerunt, qui cũ utique nihil ab igne differat. Quumq; talia dixiſſet, abſceſſit, & habitauit latenter in montibus annis tribus, timens Abimelech. Poſt non multum uero temporis Sichimitæ pœnitẽtes pro nece filiorum Gedeon, expulerunt ab urbe Abimelech, pariter & à tribu. Ille uero cogitabat affligere ciuitatem. Tẽpore uero ſuperueniente uindemiæ, metuebant colligere fructum, ne quid eis Abimelech faceret mali. Veniente uero ad eos quodam principe, Gaal nomine, cum armatis cognatiſq; ſuis, Sichimitæ popoſcerunt ſibi ab eo præberi munitionem, donec uindemias congregarent. Quo eorum faciente petitionem, procedebãt ad opus ſuũ, & cum eis Gaal ſuos ducebat armatos. Quũq; fructus fuiſſet cum ſecuritate collectus, & canẽtes per ſingulos choros, Abimelech aperte iam præſumerẽt blaſphemare: ſed & principes inſidijs loca ciuitatis apprehendentes, multos Abimelech latenter interfeciſſent: Zebul quidam princeps Sichimitarum quum eſſet extraneus Abimelech, ea quibus populum Gaal exacuebat, Abimelech miſſis nuncijs, indicauit, & monuit, ut inſidias poneret ante urbem, ſeq; ſuaſurum, dicens Gaal ut egrederetur de ciuitate, quo facto, irruere ſuper eum deberet Abimelech, & agere ut in eo ſe defenderet: & deinceps ſibimet populi amicitias collocaret. Quumq; Abimelech in inſidijs reſediſſet, & Gaal incaute commoraretur in ſuburbano, & cum eo Zebul uidens paulatim armatos accedere, Gaal ad Zebul ait, inſiſtere ſibimet uiros armatos. Quo reſpondente, umbraculum eſſe petrarum, quum magis appropinquarent, uerius hoc aſpectu conſiderans, non umbras eſſe, ſed uirorum dixit inſidias. Reſpondensq; ad eum Zebul: Nónne, inquit, tu malitiam Abimelech accuſabas? Cur itaque tuæ uirtutis magnitudinem non oſtendis, & cum eo pugna congrederis? Gaal uero turbatus, congreſſus eſt cum Abimelech, & ceciderunt quidem aliqui de eius armatis: ipſe uero fugit in ciuitatem, ut alios euocaret. Et denuo Zebul egit, ut Gaal expelleretur ex urbe: accuſans eum, quaſi contra milites Abimelech mollior extitiſſet. Abimelech uero cognoſcens egreſſuros ad uindemiam denuo Sichemitas, loca circa urbem inſidijs occupauit. Quibus procedentibus, tertia quidem pars exercitus apprehendit portas, ut ciuibus auferret ingreſſum: alij uero diſperſos interemerunt, & ubique cædes facta eſt: & ciuitatem ad fundamenta uſque ſubuertens, ſalq; ſuper eius ruinas ſeminans uictor diſceſſit. Omnes itaque Sichimitæ hoc modo perempti ſunt. Quicunq; uero per prouinciam diſperſi pericula fugerunt, ſuper quandam petram munitiſſimam congregati morabantur. Quumq; in ea morari niterentur, uoluntatem eorũ Abimelech prænoſcens, ſuper eos cum exercitu

Diſcordia inter Sichimitas & Abimelech.

exercitu uenit:collectiſq; de ſylua lignis, iuſſit ut hæc etiam exercitus faceret uniuerſus. Velociter autem ſaxo circundato lignis,ſubiectus eſt ignis:& flamma ſurgente,nullus ex eo ſaxo defugit,ſed unà cum uxoribus & filijs ſunt extincti: uiri quidem circa mille & quingẽti,reliqua uero nimia multitudo. Et Sichimitas quidem huiuſmodi calamitas interemit. Quibus hæc afflictio nata eſt,eo quod ſuper uirum ſibimet utilem, eiúsque genus mala talia protuliſſent. Abimelech autem Iſraëlitas malis Sichimorum perterrens,præſumebat etiam maiora retentare,& nequaquam uiolentiæ ſuæ modum imponere, donec perderet uniuerſos. Veniebat ergo ad Thebes,& ciuitatem quidem facto diſcurſu cepit. Quumque eſſet in ea maxima turris,in qua uniuerſi confugerant, obſidere hãc uolens,dum proxime ueniſſet ad murum,ſumens mulier quædam fragmentum molæ,caput eius repente percuſſit. Qui dum cecidiſſet ſaucius,armigerum rogauit,ut eum occideret,ne mors eius opus mulieris eſſe uideretur.Et ille quidem præceptum fecit. Abimelech autem huiuſmodi pœnam pro fraterna morte,& his quæ in Sichimitas præſumpſiſſe probabatur,exoluit. Hæc ergo calamitas ſecundum diuinationem Ioathan uidetur impleta.Exercitus uero qui cum Abimelech fuit,eo cadente diſperſus diſceſſit ad propria.

Quomodo Iſraëlitæ relinquentes legem dei,opprimuntur ab Ammonitis, quos liberauit dominus per Iephthe Galaaditem,qui tenuit principatum per ſex annos. Caput XII.

ISraëlitarum uero principatum poſt eum Iaër Galaadinus ex tribu Manaſſe percepit,uir & in alijs felix, & filios bonos habens triginta numero,& in equitatu prædaros, & principatum ciuitatum Galaadinarum habentes. Hic duo & uiginti annis obtinens principatum, ſenex defunctus eſt: & ſepulturam in Camon Galaadinorum ciuitate promeruit. Res equidem Hebræorum ad inhoneſtam uitam,& iniuriam dei legumque ferebantur. Quos Ammonitæ deſpicientes & Palæſtini, magno exercitu prouinciam deuaſtabant: omnemque regionem trans Iordanem detinentes,reliqua comprimere præſumebant. Hebræi uero malis afflicti, ad ſupplicationes dei conuerſi ſunt, & ſacrificia celebrabant,rogantes eum,ut placatus eorum precibus,ab ira quieſceret.Deus uero placatus,eis ſuum conceſſit auxilium. Igitur Ammonitis caſtrametantibus in terra Galaadinorum, prouinciales occurrerunt,ammonente ſe gentis duce. Erat autem quidam nomine Iephthe, uir uirtute paterna potens ad exercitum diſpenſandum, quem ſub mercede poſcebant. Ad hunc ergo mittentes, rogabant ut cum eis pugnaret, promittentes,ut ei cuncto tempore principatum exercitus ſui conderent. Ille uero nequaquam precibus obediuit, culpans eos, quod non ei præbuiſſent auxilium, dum iniuſticiam perpeſſus aperte fuiſſet à fratribus. Non enim conſanguineus eis erat,ſed peregrinus. Cuius utique matrem propter amoris ardorem filijs ſuperinduxerat pater. Hunc ergo fratres expulerant deſpicientes eius infirmitatem. Et ob hoc in prouincia Galaaditica morabatur: & omnes de longe ad ſe uenientes, ſub mercede propria retinebat. Illis uero ſupplicantibus, atque iurantibus, omnem principatum ſe ei fore præbituros, tandem aliquando conſenſit: & uelociter diligentia rerum habita, in urbe Maſphat exerci-

Iud.10.

Iud.11.

tu conſtituto, legationem miſit ad regem Ammonitarum, cauſam eius inuaſionis accuſans. Ille remittens, potius Iſraëlitarum accuſabat egreſſum ex Aegypto: petebátque, ut ab Amorræa recederent, quaſi patrum eius à tempore antiquo fuiſſet. Cui reſpondens Iephthe, ait, quod irrationabiliter progenitores Iſraëlitarum de Amorræa culparet, ſed potius eis gratias agere deberet pro Ammonitide terra ſibi conceſſa: quod dum poſſibile fuiſſet ſecundum Moſi iuſſionem ut eam tollerent, iſti eos illic degere permiſiſſent, quam poſt annos trecentos dei auxilio reparauerant, ob quam rem pugnaturum ſe fore dixit. Et hæc quidem effatus, legatos abire permiſit. *Votũ Iephthe temerarium.* Ipſe uero deum pro uictoria deprecatus, & ſacrificium promittens, ut ſi uiuus reuerteretur, quicquid ei prius occurreret, immolaret. Congreſſus copioſe uicit, & occidens hoſtes, perſequutus eſt uſque ad Ammonitidem ciuitatem. Et inde digreſſus in Ammonitem, multas uaſtauit urbes, prædámque collegit, & à ſeruitute domeſticos liberauit, quam decem & octo ſuſtinuerant annis. Reuerſus autem, calamitatem incurrit, nullo modo priſcæ felicitatis æqualem. Nam ei filia unigenita & uirgo, tunc primitus quum uenerat, occurrit. Qui grauiter ingemiſcẽs magnitudine tanti doloris afflictus, filiam ſibi obuiam ueniſſe culpabat, quam ſacrificandam deo deuouerat. *De filia Iephthe.* Quæ tamen illo caſu non doluit, pro patris uictoria & ciuium libertate moritura. Petijt autem duos menſes ſibi concedi, ut iuuentutem ſuam cum ciuibus lamentaretur: & tunc uotum perferret. Quo tempore tranſeunte, filiam pater immolauit: nec legitimum faciens holocauſtum, nec deo charum: non utique deliberans apud animum ſuum, qualis apud cæteros huius facti cauſa uideretur. *Iud. 12.* Igitur quum tribus Ephrem ſuper eum exercitum niteretur inducere, eo quod bellum Ammonitarum eis non indicaſſet: ſed uoluiſſet ſolus & prædam habere & gloriam: hoc modo ſatisfaciebat, dicens, eo quod primo quidem non eos latuiſſet cognatorum oppreſſio, ſed etiam uocati ad auxilium, nõ ueniſſent, quum oporteret eos ante preces occurrere. Deinde dicebat, quod hoſtibus quidem iniuſte pugnantibus non præſumerent reſiſtere, poſtea uero cognatis inferre bella tentaſſent: & interminatus eſt, ſi non temperarent à talibus, deo auxiliante ab eis pœnas exigeret. Quibus dum ſatisfieri nõ potuiſſet, ſed contra eum cum exercitu à Galaadina terra uenientes, pugnarent, amplius eorum dilatauit interitum, & perſequens fugientes, & præoccupans exercitu præmiſſo uada Iordanis, penè quadraginta duo milia uirorum occidit. Ipſe uero quum principatũ tenuiſſet ſex annis, defunctus eſt, & ſepultus in Sebeth patria ſua, quæ eſt in terra Galaaditide. Mortuo uero Iephthe, tenuit principatum Abſanis de tribu Iuda ciuitatis Bethlehem. Hic filios habuit nonaginta maſculos, & reliquas uirgines: quos omnes dimiſit uiuos, filias uiris tradens, & filijs dans uxores. Quidum nihil egiſſet in ſeptem annis, ſermone & memoria dignum, in ſenectute defunctus eſt, & ſepulturam in patria ſua promeruit. *Poſt Abſanem Elon.* Igitur Abſane ita morien-te, neque is qui poſt eum decem annis habuit principatum, nomine Elon, de tribu Zabulon, aliquid egit uirtute præcipuum. Poſt hunc Abdon Hilonis filius, de tribu Ephraim, ciuitate Pharathonitorum exiſtens, principatum habuit, qui pro ſola eruditione poterit habere memoriam, nullumque opus propter pa-

pter pacem rerumque licentiam, nec ipse darum exercuit. Hic autem filios habuit quadraginta, & alios ex eorum semine descendentes, triginta: crántque simul omnes septuaginta in equis exerciti. Quos omnes superstites deliquens, in senectute defunctus est: & inopinabilem in Pharathone promeruit sepulturam. Hoc autem mortuo, Israëlitis Palæstini prævaluerunt, ita ut ab his per quadraginta annos tributa perciperent: à qua seruitute hoc modo liberati sunt.

Prænunciatio natiuitatis Samson, & fortitudo eius, & quantorum malorum autor fuerit Palæstinis. Caput XIII.

QVidam Manue de tribu Dan, inter paucos egregius, & patriæ sine dubio primus, habuit uxorem forma pulcherrimam, & quæ inter centum comprouinciales fœminas eminebat. Et quum filios non haberet, grauiter ferens, deum pro chara successione rogare cœpit, in suburbano suo in campo maximo frequenter aduenicns cum uxore. Erat autem & nimius in uxoris amore, & ob hoc sine temperatione zelotypus. Et quum quadam die mulier esset sola, apparuit ei angelus dei, pulchro iuueni similis & procero, eique masculum filium futurum dei prouidentia nunciauit, qui foret optimus, & fortitudine præcipua clarus, à quo crescentes Palæstinos comprimendos asseruit: monuitque ut eius comæ minime tonderentur, nullumque potum nisi aquæ deo præcipiente, esse bibiturum. Et quum hæc dixisset, abscessit. Illa uero marito uenienti indicauit angeli uisionem, admirando iuuenis pulchritudinem atq; proceritatem, ita ut ille zelatus in eius laudibus obstupesceret, & suspicionem quasi de extraneo eius amore conciperet. At illa uolens irrationabilem eius tristitiam mitigare, rogauit deum, ut angelum denuo destinaret, quatenus maritus inspiceret. Et iterum per dei gratiam angelus uenit in suburbano illorum, & apparuit mulieri à uiro remoto. Quem rogabat, ut sustineret donec maritum adduceret: permittente angelo, Manue uocatus aduenit. Quem quum uidisset, nec tunc à suspicione cessauit: rogauitque, ut quæcunque uxori eius dixerat, illi pariter declararet. Et quum dixisset angelus, sufficere ut nosset illa quæ dixerat, rogabat eum, ut ei manifestaret quis esset: quatenus filio nato, gratias ei & munus offerrent. Illo autem dicente, quod nihil horum indigeret, ne ob hanc causam futurum eis filium nunciaret, petijt ut expectaret, quatenus ei aliquod munus offerrent. Qui dum primitus non annuisset, postea eo precibus insistente, concessit, ut aliquid ei dono daret. Tum Manue occidens hœdum, eumque coquendum uxori præbens, attulit ei. Dum gestum hoc fuisset, præcepit ut poneret supra saxum, & panes & carnes absque uasis. Quo facto, uirga quam tenebat angelus tetigit carnes, & igne protinus emicante, carnes cum panibus sunt absumpti. Tunc angelus super fumum, quasi in curru, eis ad cœlum ascendere uidebatur. Quumque Manue metueret, ne quid ei propter uisionem dei proueniret aduersum, eum uxor ut confideret, confortabat, & pro sua utilitate deum se uidisse, fatebatur. Quum ergo concepisset, custodiam habuit mandatorum: natúmque puerum appellauit Samson, quod nomen significat robustum. Crescebátque puer uelociter: & tam per abstinentiam Iud. 13. Natus Samson.

ciborum, quàm capillorum remiſſionem propheta iam futurus agnoſcebatur.

Iud.14. Hic itaque ueniens cum parentibus ad Thamna Palæſtinorum ciuitatem, dum celebraretur ibi feſtiuitas, uirginem prouincialium concupiuit, rogauitque parentes ut ei puellam peterent in uxorem. Quibus negantibus, eo quod eſſet de alienigena gente progenita, deumque dicentibus ei nuptias Hebræas congruas præbiturum: uicit eius petitio ut ei uirgo deſponſaretur. Dumque frequenter ad eius parentes iret, occurrit leoni: & quum eſſet inermis, tenens eum manibus ſuffocauit, & in ſylua interiore extra uiam proiecit. Rurſumque dum iret ad puellam, inuenit examen apum, fauum mellis in leonis illius ore feciſſe: & tollens exinde tres fauos mellis, cum donis reliquis quæ portabat, puellæ contradidit. Quumque Thamnitæ omnes eſſent in epulis nuptiarum, metuentes fortitudinem iuuenis, triginta circa eum pubertate præcelſos conſtituerunt: ſermone quidem uelut ſocios futuros, opere uero cuſtodes: ne quid uellet forte committere conuiuiorum ſocietate creſcente. Quumque in luſu conſiſteret, qualia ſolent tali tempore prouenire, Samſon ait: Proponam uobis parabolam, & ſi ſolueritis mihi ſeptem diebus propoſitam quæſtionem, lineas ſingulas & ſtolas totidem propter honorem ueſtræ ſapientiæ me dante percipietis, & cum hac largitate gloriam quoq; & lucrū ſapientiæ poſſidebitis: Illiſq; petentibus ut diceret, ait: Qui cuncta uorat, cibū genuit de ſemetipſo ſuauem, licet ipſe ſit nimis inſuauis. Illis autem per tres dies quæſtionem non ualentibus inuenire, & dicentibus puellæ, ut à uiro cognoſcens, eis annunciaret, cui etiam minati ſunt incendium, niſi hoc ſtuderet implere. Samſon puellæ roganti ut diceret, primum quidem reſtitit. Quumque illa nimis inſiſteret, & ad lachrymas peruenisſet, & indicium hoc eſſe quereretur, quod eā Samſon minus amaret: indicauit ei quemadmodum leonem interfeciſſet: & quomodo apes in ore eius inueniens, tres fauos mellis portaſſet ei. Et ille quidem nihil doloſum metuens, omnia declarauit: illa uero ſermonem hunc petentibus rurſus, expoſuit. Septima uero die, quum tempus eſſet, ut propoſitam exoluerent quæſtionem, antequàm ſol occumberet conuenientes, dixerunt: neque à leone comprehenſis quicquam inſuauius eſſe, neque dulcius utentibus melle. Quibus Samſon reſpondit: Nec quicquam aliud muliere doloſius, quæ uobis meū expoſuit uerbum. Et illis quidem dedit quæcunq; promiſerat, facta præda Aſcalonitarum qui ei pariter occurrerunt: nam & iſti Palæſtini ſunt. Illas uero nuptias refutauit: & puella quidem quæ eum prouocauit ad iracundiam, duxit eius amicum. Pro qua iniuria exaſperatus Samſon, deliberauit ut Palæſtinos omnes cum ea affligeret. Quumque eſſet tempus æſtatis, & fructus meſſium præparatus aſtaret, comprehendens trecentas uulpes, & caudis earum ligans ardentes lampades, dimiſit in meſſes Palæſtinorum: & hoc modo eorum depopulatus eſt fructus. Palæſtini uero ſcientes eſſe opus Samſon, & cauſam pro qua talia perpetraſſet, miſerunt principes in Thamna, uxoremq; eius cum parentibus ſuis peremerunt, tanquam qui mali huius autores exiſterent. Samſon autem quum multos in Palæſtinorū campeſtribus occidiſſet, habitabat in Ethan: eſt enim ſaxū ualde munitū in tribu Iuda. Palæſtini ſiquidem contra tribū Iuda caſtrametati ſunt. Illis uero dicētibus, non

Samſon leonem ſuffocat.

Quæſtio à Samſon propoſita.

Iud.15.

De trecētis uulpibus.

ſibimet

ſibimet inferri iuſte ſupplicium propter delicta Samſon, dum utiq; tributa perſoluerent, dixerunt, ut ſi nollent hæc pati, Samſon contraderent alligatum. Qui uolentes euadere, uenerũt ad ſeceſſum ubi Samſon habitabat, cũ tribus milibus armatorum: & culpantes eum pro his quæ contra Palæſtinos uiros egerat, qui poſſent omni generi Hebræorum calamitates inferre, rogabant ut deſcenderet, quatenus eum ditioni illorum contraderent, poſcebantq; ut hoc ſponte perferret. Qui quum iuſiurandum accepiſſet, eo quod nihil ei plus fieret, quàm ut hoſtibus traderetur, deſcendens de ſeceſſu, ſemetipſum contribuliũ ſuorum poteſtati contradidit: ibiq; eum duobus funibus alligantes, ducebant ut traderent Palæſtinis. Et quum in quendam locum ueniſſent, qui nunc Maxilla nuncupatur, propter fortitudinem quæ in Samſon uidebatur effecta, quum nomen primitus non haberet: non procul Palæſtinis caſtrametantibus, & occurrentibus cum gaudio & clamore, tanquam ea quæ cupiebant, deſiderabiliter adimpleſſent, diſrumpens uincula Samſon, & arripiens aſini maxillam, quæ in præſenti iacebat, in hoſtes inuectus eſt: & percutiens eos cum maxilla, quaſi mille quidem peremit, alios uero turbatos in fugam uertit. Samſon igitur plusquàm oportebat exultans, non dei cooperatione credebat hoc factũ, ſed ſuis uirtutibus aſſcribebat, eo quod per maxillam aliq; quidem hoſtium ceciderunt, aliq; uero in fugam ſunt uerſi. Quem dum ſitis fortiſſima tenuiſſet, conſiderans quod nihil eſt uirtus humana, & dei cuncta eſſe teſtatus, rogabat, ne propter hæc iraſcens, eum traderet inimicis, ſed ut potius illi auxilium in neceſſitate conferret, & à malis eriperet. Cuius precibus miſertus deus, fontem circa quandam petram de aſini maxilla ſuauem copioſumq; produxit. Vnde Samſon ipſum locum uocauit, Maxillam, & hactenus hoc nomine nuncupatur. Poſt hanc pugnam Samſon decipiens Palæſtinos, uenit in Gazam, & in quodam diuerſorio morabatur. Agnoſcẽtes ergo Gazæ principes eius præſentiam, fecerunt inſidias ante portam, ut egrediens non lateret. Samſon uero dum hoc cognouiſſet, circa mediam noctem ſurgens, eruit portas, ipſasq; dauſuras ſimul & uectes, & alia earum ligna ſuper humerum tollens, & ſuper montem Hebron deferens, collocauit. His ita geſtis, tranſcendebat iam leges patrias, & edicta propria requirebat, mores imitando peregrinorum, quod ei initium malorum fuit. Concupiſcens enim mulierem meretricem, nomine Dalilam, apud Palæſtinos habitantem, cum ea degebat. Vnde tunc iudices Palæſtinorum uenientes ad eam, promiſſionibus aſtrinxerunt, ut à Samſon diſceret, quæ cauſa fortitudinis eius eſſet, per quam uinci non poſſet. Illa uero circa potum & huiuſmodi conſuetudines conſtituta, dum miraretur eius actus, artibus agebat ut agnoſceret, quemadmodum tanta uirtute præcelleret. Samſon autem dum adhuc ſapientia fortis eſſet, fallebat eam, dicens: Si ſeptem uinearum palmitibus, qui adhuc flecti poſſunt, uinctus fuero, cunctis infirmior ero. Illa ergo tunc quidem tacuit, poſtea uero indicans principibus Palæſtinis, cælauit aliquos militum intra domum, & dormientem Hebræum arctiſſime palmitibus alligauit: deinceps excitans eum, dixit inſiſtere aliquos ſuper eum. Ille ruptis palmitibus, tanquam contra inimicos nitebatur inſurgere. Tunc mulier eo ſibi loquente, grauiter ſe ferre dicebat, ſi propter incredulitatem fauoris ſui,

Aſini maxilla Samſon in hoſtes inuehitur.

Iud. 16.

& tanq;

& tanquam non cælaturæ quod ei proderet, nollet edicere ueritatem. Quumque rogantem rursus falleret, dicens, septem sese funibus alligatum, perdere fortitudinem: dum & hoc quoque faciens, nihil egisset, tertio alligari comas suas dixit. Quum uero neque hoc facto uerax inueniretur, nimium supplicati: ad ultimum quum iam ei calamitas immineret, uolens præstare, Dalilæ ait: Mei deus curam habet, & eius prouidentia natus, has nutrio comas, iubente deo, ne tondeat: mea siquidem fortitudo in harum augmentis est. Hoc illa cognosces, abrasis crinibus eius, eum tradidit Palæstinis, quũ iam non ualeret, ab eorũ se inuasione defendere. Qui auferentes eius oculos, ligatum circunduci ubiq; fecerũt. Procedente uero tempore, coma Samson creuit: & dũ esset festiuitas publica Palæstinis, & principes atque nobiles simul epularentur in fano, cuius culmen duæ columnæ portabant, adductus est ibi Samson ad conuiuium, ut omnes ei illuderent. Ille crudelius hoc arbitratus, eo quod ab iniurijs defendere se nequiuerat, puero ducenti se persuasit, ut duceret eũ, quo post laborem requiesceret, & post abiret quum eum ad columnas reclinaret. Vbi dum adueniſſet, commouit eas, simulq; cuncta destruxit: subuersisque cum fano columnis, tria milia hominum sunt extincta: inter quos & Samson unà defunctus est, quum tenuisset principatum Israëlitarum annis uiginti. Dignum est igitur laudare uirtutem & fortitudinem, & magnanimitatem huius uiri etiam circa mortem, & iram quam usque ad finem sui contra hostes exercuit. Nam quod à muliere captus est, humanæ naturæ oportet ascribere, quæ est ad uitia facilis: uirtutis uero eius coronã memorabilia necesse est habere præconia. Cuius cognati sumentes corpus, sepelierunt in Saraa regione cum cognatis suis.

Samson Palestinis traditur.

Post mortem Samson, præfuit Israëlitis Eli sacerdos: & de Noemi uxore Elimelech, seu de Ruth Moabitide, quam duxit uxorem Booz, pater Obed patris Iesse patris Dauid. Caput XIIII.

POst mortem uero Samson, præfuit Israëlitis sacerdos Heli. Sub hoc prouinciam eorum apprehendente fame, Elimelech quidem de Bethlehem ciuitate tribus Iuda, famem ferre nõ ualens, uxorem suam Noemin, & filios ex ea natos, Chelion & Maalon sumens, migrauit in terram Moabitarum. Dumque ei cuncta bene procederẽt, filijs suis Moabitidas dedit uxores: Chelion quidẽ Orphan, Maalon autem Ruth. Transactis autem annis decem & octo, Elimelech & filij eius in breui defuncti sunt. Noemis autem amare ferens quod ei prouenerat, & desolationem charorũ non sustinens filiorũ, propter quos & de patria sua uidebatur egressa, rursus reuertebatur ad eam. Audierat enim quod iam prospera de ipsa regione nũciarentur. Cuius nurus disiungi ab ea nõ tolerabant, sed nec ipsa refutando eas, secũ proficisci poterat euitare. Et quũ insisterent, exoptãs feliciores nuptias eis, cũq; quibus fuerant iam priuatæ, & filios, aliaq; bona cõferri, eas illic remanere poscebat, nec cum ea debere proficisci in rebus incertis, & terram propriam deserentes. Et Orpha quidem mãsit. Ruth autem quum ei à se recedere persuadere non potuisset, sociam sibi duxit in omne quicquid emergeret. Veniente siquidem Ruth cum socru in Bethlehem, Booz Elimelech cognatus, susceptit eas. Et quũ Noemin nomine suo uocarẽt, ait illa: Iustius Marã me uocate. Significat enim

Ruth 1.

enim lingua Hebraica Noemis quidem felicitatem, Mara autē dolorem. Ruth itaque tempore meſſis egreſſa eſt, permittente ſocru, ut ſpicas colligeret, ut alimentum haberent: uenitque in agrum Booz. Veniens autem poſt paululum Booz, uidénsque puellam, propter eam agri præpoſitum requirebat. Ille uero dum iam ab ea primitus agnouiſſet, domino declarauit. Qui de fauore ſocrus atque memoria mariti ſibimet copulati gratias agens, & ei experimentum rerum bonarum exoptans, ſpicas quidem eam colligere noluit: ſed metere quicquid poſſet, & ſibi portare permiſit: præcipiens uillico, ut nihil eam tollere prohiberet: prandiumque & potum ei præbuit, dum meſſores hora competenti comederent. Ruth autem tollens ab eo alphita, ſocrui conſeruauit, & ueſpere cum ſpicis ad eam uenit. Seruauerat autem ei & Noemi partes ciborum, quos ei uicini præbuerant. Narrauitq; ei Ruth ea quæ illi dixerat Booz. Quumq; illa indicaſſet quod cognatus eſſet, & propter pietatem ei ſuam prouidentiam exhiberet, rurſus ſequentibus diebus egreſſa eſt ad colligendas ſpicas cum ancillis Booz. Veniens autem non poſt multos dies Booz, quum iam eſſet meſſis hordearia maturata, ad aream propriam dormiebat. Hoc autem quum audiſſet Noemis, cogitabat quemadmodum cum eo Ruth collocare poſſet. Iudicabat enim utile, ſi Booz Ruth haberet uxorem: miſitq; puellam ut circa pedes eius dormiret. Illa uero dum in nullo nefas eſſe iudicaret, ut ſocrus ſuæ iuſſioni reſiſteret: ueniens ad aream, tunc quidem latuit Booz profundiſſime dormientem. Excitatus uero circa mediam noctem, requirebat quæ eſſet. Illa uero ſuum nomen dicente, & petente ut tanquam dominus eam cubare permitteret, tunc quidem quieuit. Diluculo uero antēq; ad opus famuli mouerētur, excitās eam, iuſſit, ut tollens hordei quantum poſſet, properaret ad ſocrum, antēq; ibi dormiſſe uideretur ab aliquibus: dicens caſtitatem in talibus derogationibus eſſe ſeruandā: & maxime quando nihil perpetratur aduerſum. De reliquis uero ſic ait: Eſt mihi proximior genere qui te ducere poſſit uxorem: & ſi uoluerit, neceſſarie ſequeris illum: quo te repudiante coniugem, te ego ſecundum leges habebo. Hæc illa ſocrui referente, ſecuritas eas tenuit: ſpem habētes, quod pro eis Booz de cætero cogitaret. Ille uero iam media die ueniens in ciuitatem, & ſeniores colligens, mittens etiam, uocauit Ruth & cognatum. Quo ueniente: Elimelech, inquit, & filiorum eius hæreditatem tenes. Illo confitente hāc ſibi proximitatis lege cōpetere, Booz ait: Ergo non ex media parte oportet legum habere memoriam, ſed ut ſecundum eas uniuerſa facias. Maalon enim uxor huc uenit, & ſui agri partem obtinere oportet, & uxorem eius ſecundum leges accipere. At ille Booz & hæreditatem & uxorem ceſſit, quum & ipſe cognatus eſſet defuncti, qui & uxorem iam ſe habere dixiſſet, & filios. Booz itaq; teſtificans ſeniores, iuſſit mulieri ut eius calciamentum ſolueret ſecundum legem, & in faciem eius expueret. Quo facto, Booz Ruth duxit uxorem, eiſque poſt annum maſculus eſt filius procreatus: quem Noemis ſumens conſilio mulierum, uocauit Obed, eo quod in eius ſeruitute nutriretur. Obed enim Hebraica lingua ſignificat ſeruiens. Porrò Obed habuit filium Ieſſe, ex quo Dauid, qui regnauit, & principatum ſuis filijs per uiginti & unam generationes uirorum longo tempore dereliquit. Hæc quidem neceſſarie

Noemis felicitas dicitur, Mara dolor.

Ruth 2.

Ruth 3.

Ruth 4.

Booz Ruth ducit uxorē

Genealogia Dauid.

neceſſarie quæ de Ruth geſta ſunt, explanaui, oſtendere uolens dei potentiam, cui poſſibile eſt ad dignitatis maximum culmen euehere quoſcunq; uoluerit: & ad quale perduxit etiam Dauid, huiuſmodi ortum initijs.

De ortu Samuelis prophetæ: qui prædixit cladem Iſraëliticam, filiorumq; Eli ſacerdotis perditionem. Caput XV.

1. Reg. 1. Vita & mores filiorũ Eli.

HEbræi itaq; rebus eorum afflictione prægrauatis, bellum rurſus ob huiuſmodi cauſam habuerunt cũ Palæſtinis. Eli ſacerdoti erant filij duo, Ophni & Phinees, & circa homines iniurioſi, & circa diuinitatem impij, nulliq; iniquitati parcebant: & alia quidem munera oblatorum propter honorem ſibimet ſequeſtrabant, alia uero rapinæ modo tollebant: & mulieribus religionis cauſa uenientibus contumelias inferebant: alijs quidem uiolentiam faciẽtes, alijs uero perſuadentes donis, nihilq; eorum uita à tyrannide peſſima differebat. Quorum pater grauiter hæc ferebat. Populus autem quanto non ſperabat uenturum dei ſuper eos fore ſupplicium, tanto uehementius gemiſcebat. Quumq; futuram dadem filiorum eius deus expoſuiſſet, & Eli & Samuel, qui illo tempore puer erat, tunc palàm ſuper filijs habuit luctum. Volo itaque primitus de propheta loqui, & poſtea de Eli filijs enarrare, nec non & infelicitatis cauſam, quã habuit populus Hebræorum. Helchana uir Leuita, inter medios ciues Ephrem ſortis exiſtens, & ciuitatem Ramatham inhabitans, duas uxores duxit, Annam, & Fenennam, ex qua etiam ei filij ſunt progeniti. Qui tamen Annam, quum eſſet ſine filijs, diligebat. Veniente uero cum ſuis coniugibus Helchana in ciuitatem Silon, ubi erat dei tabernaculum conſtitutum, ſicut prædiximus, dum earum uir per epulas uxoribus & filijs diſtribueret partes, Anna reſpiciens alterius mulieris filios circa matrem ſuam, deſcendit ad lachrymas: & eo quod non haberet filios, ea ſolicitudine gemiſcebat: dumq; conſolatione uiri contriſtari prohiberetur, uenit ad tabernaculum, rogans deum, ut ei ſobolem concederet, filijq; faceret eſſe matrem: uotum uouens, ut primogenitum ſuum miniſtraturum deo dicaret, nec eum ſimilem cum priuatis hominibus uictũ habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur, Eli ſacerdos ſedens ante tabernaculum, uelut ebriam abire præcepit. At illa dum nuſq; ſe bibiſſe fateretur, nec ebriam eſſe, ſed propter ſterilitatem filiorũ afflictam rogaſſe deum, fiduciam eam exhortabatur habere in deum, filios donaturum eſſe promittens. Tunc cum bona ſiquidem ſpe ueniens ad maritũ, cibum læta percepit, & reuertentibus eis ad patriam,

Anna concipit & parit Samuel.

concepit & peperit filium, quem appellauerunt omnes nomine Samuel, quaſi à deo poſtulatũ. Quibus uenientibus, ut pro filij natiuitate hoſtias immolarent, & decimas offerrẽt, recordata mulier oratiõis ſuæ & promiſſionis quã de filio uouerat deo, tradidit eum Eli dicatũ deo pro, phetam futurum: creſcebatq; eius coma, & potus eius erat aqua. Et Samuel quidẽ nutritus in templo cõmorabatur. Helchanæ aũt ex Anna alij filij, tresq; filiæ progenitæ ſunt. Porrò Samuel pleno iam anno duodecimo, prophetauit. Quem quodã tempore dormiẽtem, nominatim deus uocauit. Ille uero putans ſe à ſacerdote uocatũ, uenit ad eum. Sacerdote uero dicente eum ſe non uocaſſe, tertio deus hoc fecit. Quod dum Eli cognouiſſet, dixit ad eum: Primo quidem Samuel ſilui, nunc autem dico tibi, deum eſſe

1. Reg. 3.

qui uo-

quocat,& nota quæ dicat. Cumq; deus iterũ locutus fuiſſet,audiẽs petijt ut quæ uellet præciperet,in nullo eius miniſterijũ dilaturus. Cui deus: quoniã, inquit,a- *Verbũ domini ad Samuel.*
des,cognoſce futurã cladem Iſraëlitis,omni narratiõe & crudelitate maiorẽ,& Eli filios una die morituros, & ſacerdotiũ à domo Eli eſſe migrandũ.Eli nanq; plus ſuos filios etiam contra eorũ utilitatem elegit diligere,quàm mihi placere. Cũm que iureiurando cogeret Eli prophetam Samuelem, ut ei hoc indicaret (nolebat enim eum contriſtare Samuel tali ſermone) tamen eo dicente, certiorem magis habuit expectationem de eorum perditione. Samuel autem magis ac magis gloria augebatur, dum utiq; cuncta quæ prophetabat,probarentur eſſe ueracia.

Quomodo filij Iſraël pugnantes cũ Palæſtinis cæſi ſunt:filij Eli ſacerdotis in bello pereunt:arca dei capta abducitur: ipſe ſacerdos cõperto quod factũ eſt, de ſella corruens mortuus eſt, cum tenuiſſet principatum quadraginta annis.

Caput XVI.

EO ſi quidem tempore Palæſtini caſtra mouerunt ſuper Iſraëlitas, circa ciui- 1.Re. 4.
tatem Amphet,leuiter hoc Iſraëlitis ferentibus,ad potiora uenerunt. Vicerunt Palæſtini,& occiderunt Hebræorum uſque ad tria milia,reliquam uero multitudinem uſq; ad caſtra propria perſecuti ſunt. De ſumma uero perditione formidantes Hebræi,miſerũt ad ſeniores atq; pontifices,ut arcam dei adferent, quæ præſente congreſſi hoſtibus prætualerent: ignorantes quanto maior eſſet ab arca,qui eis calamitatem inferre decreuerat. Aderat itaq; arca pariter ac pontificis filij: quibus præceperat pater,ut ſi capta arca uiuere uoluiſſent, ad eius faciem non uenirent.Phinees enim iam ſacerdotij fungebatur officio,patre hoc propter ſenectutem ſibimet permittente. Quo facto,ſecuritas multa nimis data eſt Hebræis,tanquam per aduentũ arcæ poſſent hoſtibus prætualere.Inimici uero ſtupefcebant Iſraëlitas,metuentes arcæ præſentiam: ſed utriq; parti nõ ſicut putabant acceſſit.Facta nanq; congreſſione, uictoria (quam Hebræi ſperabant) Palæſtinis allata eſt: & perditionem quam illi metuebant, ſuſcipientes Hebræi, cognouerunt fruſtra ſe habuiſſe in arca fiduciam.Repente nanq; in manibus hoſtium deuenerunt, & amiſerunt uſq; ad triginta milia uirorum: inter quos ceciderunt quoq; filij ſacerdotis, & arca ab hoſte ablata eſt. Nunciata uero perditione in Silon & arcæ captiuitate per quendam iuuenculum Beniamiten, qui interfuerat bello,cuncta ciuitas luctu repleta eſt. Porrò Eli ſacerdos ſedebat ad portas in altiori ſede,& audiens ciuitatis planctum, atq; putans aliquid noui circa ſuos effectũ, euocato iuuene,dũ cognouiſſet ea quæ in bello fuerant geſta de filijs,& alijs quæ de exercitu pariter dicebantur, leuiter habuit, tanquam per deum præſcius futurorum: quando ualde ea mala confundunt,quæ præter ſpem repente proueniunt.Cum uero etiam arcam audiſſet ab hoſtibus captam, dolore turbatus, eo quod præter ſpem tantum onus acceſſerat,ruens à ſede defunctus eſt, dum octo & nonaginta uixiſſet annos,quorum quadraginta tenuit principatum.Ea ſiquidem die defuncta eſt & coniunx Phinees eius filij,dum poſt caſum mariti nequa quam uiuere toleraſſet, cui pregnanti nunciatus eſt luctus uiri. Peperit autem filium ſeptem menſium,quem Iſchaboth appellauerunt: quod nomen deſignat inglorium,eo quod illo tempore exercitui huiuſmodi deformitas accidiſſet. Ha-

huit autem principatum primus Eli ex domo Ithamar, qui fuit unus filiorũ Aaron. Nam primitus de domo Eleazari ſacerdotes erant, ex quo honorem filius à patre percipiebat: & Eli Phinees filio ſuo tradidit. Poſt quem Abiezer eius filius hunc honorem accepit, quem Buzi ſuo filio dereliquit. Cui rurſum Ozi filius ſucceſſit ſuus, & poſt hunc Eli tenuit ſacerdotium, de quo nunc nobis ſermo eſt habitus: cuius genus uſq; ad tempora imperij Solomonis hoc habuit, tunc enim ſacerdotium ex domo Eleazari denuo receperunt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER SEXTVS.

Interitus Palæſtinorũ & terræ eorum, per iram dei propter arcam quæ ab eis fuerat capta: & quemadmodum eam remiſerunt ad Hebræos. Caput I.

1. Reg. 5.

Enentes igitur Palæſtini captiuam ſuorum hoſtium arcam, ſicut prædiximus, in ciuitatem Azotum portauerunt eam, & apud deũ ſuũ qui uocabatur Dagon quaſi trophæum aliquod poſuerunt. Sequenti uero die diluculo ingreſſi templum, ut deum ſolenniter adorarent, inuenerunt deum ſuũ circa arcam iacentem: iacebat enim euulſus de baſe ſua in qua ſtatutus eſſe uidebatur: quẽ denuo eleuantes ſtatuerunt, grauiter de eius caſu dolentes. Cumq; frequenter uenientes Dagon inuenirent iacentem, & arcam ſimiliter adorantem, in anguſtia & confuſione grauiſſima conſtituti ſunt. Nouiſſime uero Azotorum ciuitatem atq; prouinciam diuinitus peſtis inuaſit. Moriebantur enim crudeli paſſione dyſenteriæ: & antequam uelox eius interitus proueniret, anteq; anima bona morte reſolueretur à corpore, inteſtina eorũ corrupta corporis putredine ferebantur. Prouinciam uero conſurgens multitudo murium deuaſtabat: ita ut neq; arboribus neq; fructibus abſtinerent. Dumq; his malis Azoti tenerentur, & reſiſtere calamitati nõ poſſent, intellexerunt hanc ſibi dadem propter arcam dei proueniſſe, uictoriamq; eis nõ ſibi pro bono fuiſſe. Miſerũt ergo ad Aſcalonitas, petentes ut arcam ipſi ſuſciperent. Quibus Azotorum ſupplicatio non fuit ingrata, ſed eis quodammodo gratias retulerunt: Arcam uero percipientes, in malis ſimilibus conſtituti ſunt. Secum nanq; paſſiones Azotorum, Aſcalonitis arca deuexit. Quam denuo ad alios Aſcalonitæ miſerunt: ſed neque apud illos manſit. Nam cum & ipſi hiſdem paſſionibus turbarentur, eam uicinis ciuitatibus tradiderũt. Et iſto modo arca ciuitates Palæſtinorũ quinq; tranſiuit, quaſi prædam quandã exigens paſſionibus per ſingulas ciuitates. Deſperati uero malis hi qui iam uidebantur experti, & dum audientibus hæc nota fierent, nec arcam ulterius aliqui ſuſcipere uellent, huiuſmodi habentes mercedem: ad ultimũ cogitabant quemadmodum ea carere poſſent. Conuenientesq; quinq; urbium principes, Getho & Accaron, & Aſcalon, necnon & Gazæ, & Azoti, tractabant quid fieri conueniret. Et primum quidem placuit, ut arca remitteretur ad ſuos: cũ deus eam proprius uendicaret, & ob hoc peſtes illis inferret, urbesq; uaſtaret.

Peſtis Azotorum.

1. Reg. 6.

Erant

Erant autem qui dicerent hoc quidem fieri non debere, nec falli, ut arcæ passionũ causas ascriberent, cum ei potestas huiusmodi aut fortitudo non esset: quando si deus habuisset curam eius, nequaquam tradita fuisset hominibus: sed quiescendum, & causam harum passionum dicebant leuiter tolerandam, quod utiq; non deberent nisi solummodo reputare naturæ, quæ corporibus, & terræ, & arboribus, & omnibus quæ ex ea consistunt, per temporum cursus huiusmodi mutationes ingenerat. Prædictas itaq; sententias consilium uirorum, qui à priscis temporibus intellectu præcellebant atq; prudentia, superauit: & maxime quando in rebus præsentibus suadere cõgrua uidebantur, & neq; remittendam arcam neq; retinendam esse dicebant: sed quinq; simulacra aurea pro unaquaq; ciuitate dedicanda deo pro gratiarum actione, quando eorum saluti prouiderit, eosq; uiuere fecerit, & à passionibus quibus præualere nõ poterant liberarit: totidemq; aureos anulos, & mures, qui eorũ regionem depasti fuerant atq; corruperant: & hæc in loculum esse mittenda, & super arcam ponenda, faciendumq; uehiculum nouũ, & boues quæ nuper genuerant esse iungendas, quarum partus claudendos ac retinendos, ne sequentes matres impedirent, sed ut eorum desiderio celerrimũ potius iter facerent: tunc illas depulsas portantesq; arcam in triuio deserendas, eisq; quodammodo cõmittendũ quam uellent agere uiam: & siquidem ad Hebræos irent, & eorum regionem ascenderent, arcam arbitrandum causam fuisse passionum: si uero alibi fortuitu properarent, reuocandam esse dicebant, cognoscentes, eo quod arca nullam uideretur habere uirtutẽ. Hæc itaq; recte se habere iudicantes, repente fieri decreuerũt. Agentes autem ea quæ sunt prædicta, uehiculũ cum bobus deduxerunt in triuium, illudq; relinquentes ibidem secesserunt. Bobus autem recta uia uelut quodam ductore præcedente pergentibus, Palæstinorũ principes sequebantur: quò starent aut ad quos uenirent, uolentes agnoscere. Est autẽ quidam uicus in tribu Iuda, nomine Bethsamis, in quo uenerũt boues. Cumq; in campum magnum deuenissent, ulterius accedere cessauerunt: statuentes autẽ illic uehiculum, gratum miraculũ habitatoribus uici illius præbuerunt. Aestatis nanq; tempore, dũ omnes in agris essent pro colligendis frugibus, cum uidissent arcam, delectationes passi, & opus manuum relinquentes, repente cucurrerũt ad eam: & deponentes arcam, & uas in quo erant recondita simulacra, simul & mures, posuerunt super quandam petram quæ erat in campo: & mox immolantes deo & uehiculum simul & boues, holocaustum offerentes, pariter epulati sunt. Hæc uidentes Palæstinorum iudices, ad propria sunt reuersi. Ira uero atq; indignatio dei septuaginta Bethsamitas occidit, eo quod nõ fuissent digni arcam cõtingere, quia nec sacerdotes erant apud illos qui ad eam accesserant. Quos talia patientes fleuerunt sui prouinciales. & luctũ in eis leuauerunt, qualem potuissent habere pro malo diuinitus misso, suumq; mortuum unusquisq; lugebat: & indignos se iudicantes, ut apud eos arca consisteret, mittentes ad omnes Hebræos indicauerunt arcam à Palæstinis fuisse reuocatam. Qui cognoscentes hoc, reportauerunt eam in Chariathiarim proximam ciuitatem Bethsamitarũ, ubi in domum cuiusdam Leuitæ Aminadab nomine, qui uidebatur esse iustus & uita religiosus, arcam introduxerũt, uelut in locũ deo dignũ, in quo habitaret uir iustus.

Bethsamis arca deuenit.

1. Reg. 7.

Miniſtrabat enim arcæ eius filij,& huic curæ annis uiginti præfuerũt. Tãtis enim tẽporibus fuit in Cariathiarim,dũ apud Palæſtinos menſibus ſeptẽ habitaſſet.

Quemadmodũ Palæſtinorũ exercitus ſuper eos uenerit:& de uictoria Hebræorum,quam duce Samuele propheta adepti ſunt. Caput II.

1. Reg. 7. CVmq; omnis populus illo tempore,quo ciuitas Cariathiarim habuerat arcam,in orationibus & ſacrificijs deditus eſſe uideretur,& maximũ circa eam religionis exhibere officiũ,Samuel propheta uidens fiduciam eorum,quaſi opportunũ eſſet ut talibus loqueretur,de libertate & bonis eius fecit alloquiũ,ſecundum quod credebat eorũ mentibus eſſe gratũ,& ait:O uiri quibus adhuc hoſtes ſunt grauiſſimi Palæſtini, & deus iam incipit eſſe propitius & amicus: nõ ſolum cõcupiſcenda libertas eſt, ſed etiam facienda, per quæ uobis eius bona proueniant. Non enim optare debetis ab homine liberari,& agere pro quibus potius ſeruiatis: ſed eſtote iuſti,& maliciam depellentes ab animabus ueſtris, easq; purgãtes totis mentibus,inuocate deũ,eumq; bonis actibus honorate. Hæc enim uobis facientibus bona prouenient,ſeruitusq; fugabitur,& de hoſtibus repente triumphus afferetur: quem promereri nõ armis poterunt,nõ robore corporũ, non multitudine populorũ. Non enim malis deus promittit ſe talia præbiturum,ſed bonis exiſtentibus atq; iuſtis. Ego autẽ uobis digna gerentibus huiuſmodi promiſſorum aſtipulator adero. Cumq; hæc dixiſſet,uniuerſus populus ei fauit, & eius exhortatione gauiſus eſt,ſimul & annuerunt omnes obedire ſe deo. Quo facto cõgregauit eos Samuel in quadam ciuitate quæ uocatur Maſphat,quod nomen deorſum inſpicere Hebraica lingua ſignificat. Hic haurientes aquam immo lauerunt deo,& tota die ieiunantes in orationibus cõuerſati ſunt. Qui tamen ibidem cõgregati Palæſtinos minime latuerunt. Nam cognoſcentes cõuentũ eorũ, magno exercitu atq; uirtute,ut nõ ſuſpicantibus bellũ & impræparatis inferrent, aggreſſi ſunt. Illos autem hoc ualde terruit,& ad tumultũ formidinẽmq; perduxit:& recurrentes ad Samuel,animas ſuas corruiſſe,& morti proximos iam perditione dicebant. Et propterea quieſcendũ,nec uirtutẽ hoſtiũ cõmouendam: quando nobis te duce ad orationes & ſacrificia & iuramenta uenientibus,ſuper nudos & inermes caſtrametati ſunt inimici. Spes ergo nobis alia nulla ſalutis eſt,niſi per te exoratus deus,euadere nobis cõceſſerit Palæſtinos. At ille & fiduciam habendam dixit,& deum allaturũ eis cõpromiſit adiutoriũ. Et ſumens lactentem agnũ ſacrificauit pro populo,rogauitq; deũ, ut eos cõtra Palæſtinorũ bellũ ſua dextra tueretur: nec eos perituros deſpiceret,qui ſecundo iam uidebantur afflicti. Exaudiuit itaq; deus orationes,hoſtiámq; placidam auxiliatrice mente ſuſcipiens,annuit eis uictoriam & potentiam cõferendam. Dumq; adhuc eſſet ſuper altare dei ſacrificiũ poſitum,& nõdũ ſacra fuiſſet flamma cõſumptũ,proceſſit è caſtris hoſtiũ multitudo,& aciem conſtituit ad pugnandũ,tanquã ſpe fulti uictoriæ. Dum utiq; Iudæi in anguſtia uiderentur incluſi,quando nec arma haberent,nec ad pugnandũ ibidem cõcurriſſent. Inciderant enim inopinate in rebus talibus: quæ etiã ſi prædictæ fuiſſent, nõ facile crederentur. Palæſtinis igitur primitus deus terrã mouit,eamq; tremere fecit,& eis dubiam demõſtrauit: ita ut eius baſis ſubtrahi uideretur,& ſciſſa in diuerſis apertionibus ſorberetur. Deinde tonitruis cõcrepan-

Oratio Samuelis.

Hebræorum uictoria.

tibus,

tibus,& igneis coruſcatiõibus lõge micantibus,uelut incendens eorũ uultus,minis eos affecit: & ex eorũ manibus arma diripiẽs,nudos in fugam uertit. Quo facto, Samuel eos cũ multitudine perſecutus eſt, & plurimos interfecit:perſecutúsq; eſt uſq; ad locum quendam qui uocatur Correon,ibiq; lapidem fixit,uelut terminũ uictoriæ,& hoſtiũ fugæ:eúmq; lapidem fortitudinem appellauit,qui eis ſignum eſſet diuini ſolatij contra hoſtes adhibiti. Inimici uero poſt illam plagam nequaquam ſuper Iſraëlitas egreſſi ſunt:ſed timore & memoria rerũ, quæ ſuper eos acceſſerant,quieſcebant. Fiducia ſiquidẽ quæ dudũ fuerat Palæſtinis aduerſus Hebræos,poſt hanc uictoriam facta eſt Hebræorũ. Porrò Samuel ſuper eos caſtra ducens,peremit multos:eorúmq; ſuperbiam ad nihil deduxit:& abſtulit regionẽ illam,quam primitus uictis Iudæis prælio detinebant. Hæc autem erat uſq; ad ciuitatem Accaron,à finibus Geth extenſa. Fuerunt igitur illo tempore amicitiæ inter reliquos Chananæos,& Iſraëlitas. Propterea uero Samuel diſpoſito populo, eiſq; reddita ciuitate,in unum eos cõuenire præcepit,ut de diuerſis actibus ad inuicem diſceptarent:ipſe uero ſemel in anno circumiens ciuitates iudicabat,& multo tempore æquitate omnia expleuit. *Al. nimis.*

Propter iniquitatẽ filiorũ Samuel iam ſeneſcentis,populus poſtulat regẽ. Cap. III.

DEinde ſenectute grauatus,& agere ſolennia præpeditus,filijs ſuis populi tribuit principatum: quorum ſenior quidem dicebatur Iohel, iunior autem Abia. Præpoſuit autem alium quidem in Bethlehem ciuitate, ut illic ſederet & iudicaret: alium uero in Berſabee,diuidens populum qui eorum iudicijs obedirent. Iſti ſiquidem facti ſunt exemplum & indicium manifeſtum quibuſdam, ut nec ſimiles parentibus ſuis exiſterent,ſed ut boni quidem & moderati ex malis, & praui producerentur ex bonis. Nam à patris ſui ſtudijs recedentes,& uiam cõtrariam ambulantes,& muneribus,turpibúsq; lucris iuſtitiam comprimebant:& iudicia non uera,ſed ſecundum præmia proferebant: & ad epulas pretioſaq; cõuiuia declinantes,primũ quidem quæ erant inimica deo gerebant, ſecundo quæ etiam patri uidebantur aduerſa, qui multo ſtudio ac prouidentia geſſerat,ut etiã plebs ſciret ſeruare iuſtitiam. Populus itaq; dum cõtumeliam priori cõuerſationi prophetæ filij facerent,grauiter hoc ferens ad patrem denuo remeauit,qui in Ramatha ciuitate cõmorabatur,eiq; iniuſtitias filiorũ omnes expoſuit: & quia cum ſenex eſſet,& à tempore iam defectus,rebus præeſſe non poterat,ſupplicabant ei atq; rogabant,ut eis aliquem eorũ regem eligeret,qui & principatũ gentis haberet,& Palæſtinos affligeret,qui eis erant prioris iniuſtitiæ debitores. 1. Reg. 8. *Samuel ſenex filijs ſuis res diſpenſandas iniungit.*

Indignans Samuel, dei iuſſu inungit Saul, qui poſtea ſorte electus, confirmatur. Caput IIII.

HAec ergo uerba grauiter concuſſerunt Samuel propter inſertam ei iuſtitiã, & odium circa reges. Optimam enim illius tunc cõuerſationis electionem ualde diligebat,quæ dum eſſet ſancta,beatos etiam ciues utentes ſe faciebat: nimiáq; cogitatione his dictis afflictus,neq; cibi memoriam habuit,neq; ſomni: ſed facta nocte rerum cogitationes euoluens,ſine ſopore permanſit. Cúmq; talia cogitaret,apparuit ei diuinitas, eumq; conſolata eſt, dicens, ne pro petitione populi deberet affligi,quaſi non in illum ſuperbi fuerint,ſed magis in ſe,ne ſolus 1. Reg. 8.

ſuper eos ipſe regnaret: & hæc opera, ex quo egreſſi ſunt ab Aegypto, molitos: non tamen poſt multum tempus eos grauiſſimam eſſe pœnitentiam habituros, per quam nihil equidem quod geſtum fuerit, ineffectum erit. Arguentur autem ut contemptores, & quod conſilia nō pacifica circa me, & circa tuam prophetiam habuiſſent. Præcipio autem tibi, ut eis ordines quencunq; monſtrauero, regem: prædices tamen eis, quales erunt, & quæ ſub rege mala paſſuri ſunt: proteſtans, qualem mutationē habere feſtinant. Hæc Samuel cum audiſſet, mox die facto, conuocatis Iudæis, ait daturum ſe eis regem: ſed primitus quidem narrare eis deberet, quæ illis eſſent futura per reges, & quibus forent afflictionibus atterendi. Scitote, inquit, quod primum quidem filios ueſtros auferent, & alios quidem curruum agitatores eſſe iubebunt, alios uero equites & armigeros & præcurſores, alios millenarios & centenarios: facientq; alios armorum artifices, & opifices curruum, & inſtrumentorum fabros, & agrorum ſuorū cultores, uinearumq; foſſores: & nihil erit in quo non obediant his, quæ iubentur: ſeruientes ad ſimilitudinem eorum, qui pretio cōparantur in plebe. Sed & filias, inquit, ueſtras unguentarias habebunt, & coqueſtrias, & molarias: & efficient omne opus ſub neceſſitate, quaſi famulæ plagas metuentes, & uerbera. Sed & ueſtras poſſeſſiōes auferent, & eas eunuchis ſuis & armigeris condonabunt, & iumentorū greges eis diſtribuent. Et ut breuiter ſit dicendū, ſeruietis cum omnibus ueſtris regi, ſimiles ſeruorū eius effecti: horúmq; ſermonū memoriam tunc habebitis, quando hæc paſſi fueritis: & pœnitentia ducti rogabitis deū, ut ueſtri miſereatur, & donet à regali onere uelociſſimam libertatem: qui ueſtras nō ſuſcipiet preces, ſed eas reſpuens uos ſinet, ut malorū cōſiliorum tormenta ſuſtineatis. Erat autem populus in hac prouidentia futurarū rerum ualde fatuus & difficilis, ut cōſilium quod ſemel in mente collocaret nō expelleret. Nam neq; audientes talia ſunt cōuerſi: neq; eos de ſermonibus prophetæ pœnituit ſed magis uehementes inſtabant, & regem ſibi ordinari poſtulabant. Nec cogitandū de uenturo eſſe cenſebant, ſed fore neceſſarium, ſecum pro afflictione inimicorū habere pugnaturum regem: quando nulla uicinarum prouinciarum in tali cōuerſatione ſine rege conſiſteret. Videns autem eos Samuel nec in his quæ fuerant prædicta cōuerſos, ſed potius imminentes, ait: Nunc equidē ad propria ſinguli quiq; recedite: opportune uero uos euocabo, dum quē
1. Re. 9. uobis daturus ſit regem à deo cognouero. Erat igitur quidam de tribu Beniamin uir nobilis moribúsq; laudabilis, nomine Cis. Huius filius iam erat iuuenculus, formáq; pulcherrimus, & corpore ualde procerus, quiq; multos mente ac prudentia præcederet, uocabatúrq; Saul. Hic uero Cis, dum aſinæ præcipuæ de grege eius erraſſent, in quibus nimis & ſicut in nullo alio iumento delectabatur, filiū ſuum ad requirendas eas cum uno famulo deſtinauit. Qui dum tribum patriam requirendo aſinas circuiſſet, uenit ad alias: & dum neq; in eis inueniſſet, diſcedere cogitabat, ne patri de ſe moleſtiam cogitatiōis inferret. Dúmq; in Ramatha ciuitatem ueniſſet, & puer qui cum eo erat dixiſſet ei, in ea eſſe prophetam uerum, dediſſetq; ei conſiliū ut ad eum irent, & per eum de aſinis quas quærebant agnoſcerent: reſpondit, nihil habere præ manibus, quod euntes deberent offerre prophetæ, quoniam uiæ pecunia iam fuiſſet expenſa. Tunc famulus dicit eſſe

ſibi

ſibi quartam partem ſicli,& hoc ei datum poſſe ſufficere. Errabant autem ignorantes, eo quod non acciperet propheta mercedem. Cumq; peruenissent ante portas,uirgines inuenientes ad aquam euntes, interrogauerunt eas de domo prophetæ.Quæ cum indicaſſent, adijciebant ut feſtinarent antequam ad comedendum accederet.Multos enim eum illa die dicebant paſcere,& cum his qui uocati fuerant eum primum diſcumbere. Samuel autem propterea multos tunc ad cõuiuium uocauerat.Nam dum præcedenti die deprecaretur deum,ut ei prædiceret quem conſtitueret regem,indicauerat ea hora, altera die miſſurum ſe aliquem iuuenẽ de tribu Beniamin. Porrò Samuel in domo ſedens,tempus quod ei promiſſum fuerat,expectabat.Quo adimpleto,deſcendens ibat ad menſas,occurritq; ei Saul,cui deus protinus indicauit hunc eſſe regnaturum Hebræis.Saul autem acceſſit ad Samuel,eúmq; ſalutans ſupplicauit, ut ei domũ prophetæ mõſtraret,quam ſcilicet ut peregrinus ſe ignorare dicebat.Cúmq; Samuel ſe eſſe dixiſſet,eúmq; duceret ad conuiuiũ, incolumes eſſe pro quibus quærendis miſſus fuerat aſinas indicauit,& omnia ei bona regni eſſe cõferenda promiſit.Cui Saul: Minimus,inquit,ſum domine mi hac ſpe,& de ultima tribu,quæ regibus apta nõ eſt,& ex inferiori patria urbium cæterarũ: ſed tu magis illudis,& pro ridiculo me fatigare contendis, de rebus maioribus quàm ut mihi conuenit nunc loquendo. Quem Propheta deducens ad conuiuiũ,recumbere fecit ſimul & ſequentem puerum ſuper eos qui fuerant inuitati.Erant enim numero ſeptuaginta. Præcepitq; ut pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi ueniſſet,aliorũ quidem ſinguli ad propria diſceſſerunt:Saul autem apud prophetam cum famulo ſuo ſoporatus eſt. Die ergo facto Samuel eum excitans duxit foras.Et cum extra ciuitatem ueniſſent,famulũ quidem præcedere iuſſit,illum uero remanere, quaſi aliquid ei nullo alio præſente dicturus. Dúmq; Saul puerum præmiſiſſet,ſumens Propheta uas olei,ſuper iuuenis caput effudit,eúmq; complexus ait: Eſto tu rex conſtitutus à deo, & contra Palæſtinos uindicaturus Hebræos. Hoc autem erit tibi ſignum quod te uolo præſcire: Cum profectus fueris, inuenies tres uiros in uia euntes in Bethel adorare deum. Quorum primum quidem tres panes offerre uidebis,ſecundum uero hœdum, & tertium utrem uini. Iſti iuuenes te ſalutabunt,& libenter te ſuſcipient,& dabunt tibi duos panes. Tu autem accipiens,exinde uenies ad ſepulchrũ Rachel, ubi cognoſces eo quod inuentæ ſint aſinæ. Poſt hæc uenies in Gabata, & eccleſiam inuenies prophetarũ: & diuinitus inſpiratus, prophetabis cum eis,ita ut omnes habentes ſenſum cum uiderint obſtupeſcant, atq; mirentur,dicentes: Vnde ad hanc felicitatem peruenit filius Cis,ut poſſit etiam prophetare? Cumq; hæc ſigna omnia fuerint facta, ſcito deum eſſe tecũ: & ſalutabis patrem tuum atque cognatos:ueniesq; poſt hæc euocatus à me in Galgala,ut pro his deo pacificas hoſtias immolemus.Hæc autem prædicens,dimiſit eum. Porrò Saul omnia ſecundũ prophetiam Samuel euenerunt. Cúmq; ueniſſet domũ, cognato ſuo Abner,quem præ omnibus parentibus diligebat, interrogante de profectione eius,& quid accidiſſet: aliarũ quidem rerum nihil abſcondit,neq; quod apud Samuelẽ prophetam fuiſſet,neq; quod ei aſinas inuentas eſſe dixiſſet. De regno autem & eius euentibus, quæ etiam ſi audirentur &

Samuel Saul ungit in regẽ. 1. Reg. 10.

inuidiam & incredulitatem parerent,tacendum eſſe decreuit:quod amico,& amplius ſanguinis uicinitate coniuncto cautum aut ſapiens credidit nō indicare,dubitans ut reor de humana natura: quippe cum uerum ſit, quod perfecte nemo deuotus eſt,neq; amicus neq; cognatus, neq; uſquam in dei donis putū aliquis ſeruat affectum: ſed circa prouectus ſublimiū,maleuoli & inuidioſi eſſe noſcuntur. Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem Maſphat,& apud eum diuino mandato uerba depoſuit dicens:Quoniam cum eis deus præſtiterit libertatem,& ſubdiderit hoſtes,beneficiorum ſint eius immemores: & deum quidem regem reprobauerint,neſcientes quomodo nimis utiliſſimum eſt,ab omnium regum excelſo iuuari, cum deus utiq; omnium ſit ſolus excelſus: elegerint autem habere ſe hominem regem, qui eis uelut iumentis ſubditis, conſilio & deſiderio ſuo aliiſq; uoluntatibus ſit uſurus,& poteſtatem ſuam ſine aliqua parcitate omnibus ſit illaturus,quiq; non ita ſicut deus propriū opus atq; facturam tueri humanū genus feſtinabit,quod deum ſolū ſemper cōſtat efficere. Sed quoniā uobis,inquit,placuit,& hæc iniuria præualuit cōtra deū, ordinamini omnes per tribus & ſceptra,& mittite ſortes ueſtras. Quod dum Hebræi feciſſent,ſors cecidit ſuper tribū Beniamin. Et dum fuiſſet denuo ſors miſſa per genus exijt progenies Methri. Cúmq; per uiros ipſius generis ſors miſſa fuiſſet,ad Saul filium Cis ſors regni perducta eſt. Quod dum iuuenis agnouiſſet, ſemetipſum abſcondit,nolēs uideri (ut arbitror) ſponte ſuſcipere principatū: ſed tantam ſui abſtinentiam & temperantiam demonſtrauit,ut dum multi nec in parua felicitate gaudiū ualeāt retinere,ſed omnino cōſpicui eſſe deſiderent:ille non ſolū ſemetipſum pro tali regno,& tantarū gentium futurus dominus nō oſtendit, ſed etiam conſpectui eorum quibus erat regnaturus eripuit,& quærendū ſe nō ſine eorum fatigatione fecit. Quibus difficultatem patientibus,& cogitantibus eo quod Saul abeſſet,rogauit propheta deum,ut ei ubi eſſet oſtenderet, & iuuenem manifeſtum efficeret. Dúmq; cognouiſſet à deo locum in quo erat cælatus Saul, iuſſit eum adduci. Et cum inueniſſet,eum in medio populi collocauit. His enim omnibus eminebat,& ipſa proceritate regius erat. Dixitq; propheta: Hunc uobis deus dedit regem,uidetis quod & melior cunctis eſt,& imperio dignus. Cúmq; optaſſet populus regi ſalutem,ea quæ illis erant futura propheta conſcribens, rege audiente legit, & librum in tabernaculo dei recondidit: ob teſtimonium eorum quæ prædixerat, uenturis generationibus afferendum. Dum hæc itaque Samuel celebraſſet, dimiſit populum ad propria remeare: & ipſe quidem in Ramatham ciuitatem patriæ ſuæ profectus eſt. Cum uero Saul iret in Gabaath, ex qua erat,multi quidē bonorum uirorum ſecuti ſunt,honorem regi debitum exhibentes: plurimi uero maligni & illum contemnebant, & alios irridebant: & neq; munera offerebant, neq; ſtudio aut ſermone Saul ſibi placere monſtrabant.

Al. rerum.

Prælium Saul ſuper Ammonitarum gentem & uictoria hoſtiumq; uaſtatio. Caput v.

1. Re. 11. POſtmodum uero,totius honoris eius initium,belli cauſa contigit contra Naas regem Ammonitarum. Hic enim multa mala Iudæis habitantibus trans Iordanem intulit,& cum multo ac pugnaci exercitu eos afflixit,urbēsq; eorū ſer

uituti

ditũ ſubegit. Quorũ fortitudinem ui propria ad præſens ſuæ ſubdidit ditionis ſapientia uero atq; tractatu ſic infirmos reddebat, ut neq; rurſus iugum poſſent euadere ſeruitutis. Eorum nanq; quicunq; ad eum aut fide data ueniſſent, aut quos lege bellica cepiſſet, dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat, ut ſiniſtrã partem uultus ſui ſcutis cælantes, ad bellandum nimis forent inutiles. Et hæc quidem rex Ammonitarum cum feciſſet, habitantibus trans Iordanem, ſupra Galaadinos abijt: ubi caſtra ponens circa ciuitatem Iabes, legatos ad eos miſit, præcipiens ut ſe ei traderent, quatenus eorum oculos dextros auferret. Quod ſi nollent, per obſeſſionem eorum ciuitates ſe interminabatur euertere: electionem uero in ipſis eſſe, utrum uellent partem corporis amittere, an certe uniuerſi perire. Galaadini uero mœrentes in talibus, neutrum horum promittere præſumpſerunt, neque ſemetipſos tradere, neque repugnare. Septem uero dierum inducias popoſcerunt, ut ad contribules legationem mittentes, ſolatiũ ab eis expoſcerent. Et ſi quidem auxilium eis ueniret, pugnarent: ſi uero huius rei foret inopia, tradere ſe dixerunt, paſſuri quicquid placeret hoſti. Naas autem ſpernens multitudinem Galaadinorum, eorúmque reſponſum, dedit eis inducias: & ſolatia à quibuſcunque uellent poſtulare permiſit. Illi uero repente per ciuitates Iſraëlitarum miſerunt, indicantes quæ eis faceret Naas, & in qua tenerentur anguſtia. Qui uſque ad lachrymas, magnámque triſtitiam hoc audito uenerũt. Timor autem eos aliud quicquam facere non permiſit. Cúmq; legati in regis Saul ciuitatem ueniſſent, & in quibus eſſent Iabitæ periculis nunciaſſent, populus quidem idem fecit, quod illi priores: flebant enim omnes cognatorũ calamitates. Saul autem ab opere agri reuerſus in oppidũ uenit, flentésq; proprios ciues inuenit: & dum cauſam triſtitiæ & cõfuſionis inquireret, agnouit quod cõtigerat à legatis: & diuinitus inſpiratus Iabitas quidem remiſit, promiſitq; eis in auxiliũ ſe uenturũ die tertia, & ante ſolis aſcenſum hoſtes eſſe uicturum, ita ut uictores eos & timore liberos ortus ſolis inſpiceret. Iuſſitq; eorũ aliquos pro ducatu itineris ſuſtinere. Volens autem populum ad Ammonitarũ bellum damni timore conuertere, eíſq; citius ſubuenire, incidens boum ſuorum neruos, hæc ſe facere cunctis interminatus eſt, ſi non armati altera die concurrerent ad Iordanem, eúmq; ſequerentur & Samuelem, ubicunq; eos educerent. Illis autem propter timorẽ imminentis damni definito tempore concurrentibus, in ciuitatẽ Balam dinumerata multitudine, inuenit eorum numerũ præter tribum Iuda, ſeptingenta milia uirorum: illius autem tribus ſeptuaginta milia uiri fuerunt. Tranſiens ergo Iordanẽ, & decẽ finiũ tota nocte faciens iter, oriente ſole exercitu in tribus partibus conſtituto, repente & inopinabiliter irruit ſuper hoſtes: factáq; pugna, & alios multos Ammonitarũ peremit ſimul & regem. Hoc igitur opus darũ fecit ualde Saul, & apud omnes Hebræos eum laudabilẽ demonſtrauit, magnámq; fecit gloriam fortitudinis adipiſci. Nam ſi qui primitus fuerant, qui eum ſpreuerant, tunc cõuerſi ſunt ut eum honorarent, & melioré cunctorũ principatu iudicarent. Non enim ſuffecit illi ſolummodo Iabeſſenos eripuiſſe, ſed etiam ſtuduit cunctam pugnando Ammonitarũ ſubuertere regionẽ: prædámq; ſumens exinde copioſam, clarus ad ꝓpria remeauit. Populi ergo pro rebus quæ geſtæ fuerãt à Saul, magna delectatione

Victoria Saul

tione gaudebant,& quia regem talem ordinauerant,exultabant. Contra eos autem,qui eum nihil rebus prodeſſe dixerant,exclamabant,ut ſolet uulgus felicitate detentum euomere contra illos,qui in principijs huiuſmodi rerũ eſſe uidentur autores.Saul autem horũ quidem circa ſe fauorem amplectebatur,& uoluntatẽ iurauit autem nullum ſe nocere contribulium,nec illa die necari permittere:cum eſſet nimis incongruum, ſi data à deo uictoria,proprij generis ſanguine foedaretur: ſed decere,ut gratiam habentes adinuicem,feſtiuitatem potius celebrarent.

De ſecũda unctione Saul.

Cumq; Samuel dixiſſet, ſecundam ordinationẽ in confirmatione regni Saul oportere fieri,omnes congregati ſunt in Galgala ciuitatem.Illic enim eos uenire præceperat.Et rurſus uidente populo propheta unxit Saul oleo ſancto,& ſecũdo denunciauit regem. Itaq; iſto modo Hebræorũ reſpublica ad regũ iura cõuerſa eſt.Nam tempore Moſi,& Ieſu eius diſcipuli,qui poſt eum dux fuit,optima ducis cõuerſatione regebãtur.Poſt illorũ uero mortem annis decẽ & octo, populus eorũ ſine principe fuit.Poſtea ad conuerſationẽ priſtinam ſunt reuerſi.Ei quippe qui bello & fortitudine cunctos excelleret,iudicij poteſtatẽ tribuentes, & propterea tempus conuerſatiõis huiuſmodi nimis eximium uocauerunt. Samuel autem propheta congregatis Hebræis ait: Coniuro uos per maximum deum, qui fratres illos optimos Moſen & Aaron deduxit ad uitam, & patres noſtros ex Aegypto de domo ſeruitutis eripuit, ut neque uerecundiæ aliquid conferentes, neque timore perterriti, neque alia qualibet paſſione detenti, dicatis: ſi quid à me prauum, aut iniuſtum, aut lucri gratia, aut auaritiæ cauſa geſtum eſt. Arguite me, ſi cuius aliquid accepi: aut uitulum, aut ouem aut cibum recepi: aut ſi cuius iumentum ad utilitatem meam tollens, aliquem contriſtaui: ex his ergo omnibus ſi quid abſtuli, dicite coram rege. Illi uero damabant,horum nihil ab eo factum, ſed ſancte ac iuſte eum præfuiſſe populis Hebræorum. Samuel autem,cum cunctorum huiuſmodi teſtimonium fuiſſet de eo prolatum,ait: Quoniam indicaſtis mihi,quod nihil incongruum de me dicere ualeatis coram rege, nunc audite cũ fiducia me dicentem: Quomodo impie nimis egiſtis in deũ petentes regem, cum uos oportuiſſet habere in memoria, quod cum ſeptuaginta ſolummodo noſtri generis auus Iacob propter famem uenit in Aegyptum: & illic multis milibus procreatis, quæ ad peſſimum ſeruitium Aegyptij perduxerunt: oratione patrum abſq; rege tantam multitudinem ex neceſſitate deus eripuit:mittens eis Moſen & Aaron fratres,qui uos eduxerunt in terram hanc, quã nunc utiq; poſſidetis?Et his adeptis per deum bonis,didiciſtis pietatem atq; religionem dei, quos ille hoſtibus ſubditis liberauit: & primum quidem Aſſyriorũ & eorum fortitudine potiores effecit: deinde præbuit uictoriam Ammonitarũ: nouiſſime uero Palæſtinorũ: & hæc omnia cõceſſa ſunt non habentibus regẽ,ſed cum Iephthe & Gedeon duces exiſterent.Quæ uos ergo tenuit ſtultitia,ut fugeretis à deo,& hominibus uelletis eſſe ſub iugo?Sed ego quidẽ hunc uobis inſtituo,quẽ deus elegit.Vt tamen uobis manifeſtũ ſit, deũ iraſci,& ingrate ferre petitionẽ ueſtram,in extremo faciã,ut deus ipſe hoc uobis oſtendat apertis indicijs, quod nullus aliquando ueſtrũ hic uidit factũ, ut meſſis tempore imbrẽ deũ deprecemur effundere.Cúmq; hæc Samuel dixiſſet ad populum,tonitrua ſubito,& coruſca-

1. Reg. 12.

Oratio Samuelis ad populũ

cotuſcationes,& grandinis impetus diuinitatis iuſſione prorupit, ueritatem prophetæ apud cunctos oſtendens:ita ut obſtupeſcentes,& in formidine conſtituti, peccaſſe ſe cuncti profiterentur,& in hoc per ignorantiam incidiſſe:utq; deũ propheta uelut optimus pater & mitis rogaret, quatenus propitius eſſet eis: peccatúmq; quod per incuriam & iniquitatem commiſerant,dimitteret,exorabant. At ille promiſit deum ſe rogaturum,ut eis ueniam concederet meritorũ. Monuit tamen eos,ut iuſti forent & boni: & haberent ſemper memoriam eorũ, in quibus præuaricationem uirtutis inciderant,& ſignorum dei,& legiſlationis Moſi, ſi eis cum felicitate regiæ ſalutis eſſet affectus:quia ſi hæc negligerent,uenturã eis, eorúmq; regi à deo plagam maximam,prophetauit. Igitur Samuel dum hæc dixiſſet Hebræis,cõfirmato ſecũdo Saulis regno,populũ remeare pmiſit ad propria.

Numeroſo exercitu Palæſtinorum Hebræis imminente, Saul à ſuis deſtitutus, quod Samuelem non expectauerat,increpatur. Verum Ionathas dormientes aggreſſus mire turbat hoſtes. Caput VI.

SAũl igitur eligens quaſi tria milia uirorum ex omni plebe, duo quidem milia ipſe retinens morabatur in ciuitate Bethel. Ionathæ uero filio ſuo dedit mille armigeros,eúmq; miſit in Gabaa. Ille autem obſidebat caſtra Palæſtinorũ non procul à Galgalis. Palæſtini nanq; qui in Gabaa morabantur,arma Iudæis abſtulerant:& munitiſſima loca ſuiſq; caſtris opportuna detinebant, interdicentes Hebræis uti ferro. Propter quam cauſam agricolæ,ſi quod inſtrumentum eis eſſet neceſſarium ad culturam,uenientes ad Palæſtinos fabricabant illud. Cum ergo Palæſtini cognouiſſent caſtra ſua ab Hebræis obſeſſa,indignati, & contemptum Hebræorum magnam iniuriam iudicantes,Iudæis prælium intulerũt, ducentes pedeſtrium quidem trecenta milia, curruum uero triginta milia,& equitũ ſexaginta milia: caſtráq; poſuerunt circa ciuitatem magnam. Quod cum cognouiſſet Saul rex Hebræorũ, deſcendit in Galgalam ciuitatem: & in omnem prouinciam miſit populum, propter libertatem ad bellum contra Palæſtinos inuitans:eorúmq; potentiam uiliſſimam eſſe declarans,& nimis indignam,ut per timorem pericula ſuſtinerent. Dúmq; populi qui erant cum Saul, multitudinem Palæſtinorum inſpicerent,ualde ſunt territi: & alíj quidem in ſpeluncis & cauernis & cloacis ſemetipſos cælauerunt, plurimi uero trans Iordanẽ fuga lapſi ſunt, qui erant præcipue ex tribu Gad & Ruben. Miſitq; Saul ad prophetam uocans eum,ut cum eo de bello & rebus præſentibus cogitaret. Ille autem ſuſtinere eum ibi præcepit,& hoſtias præparare: poſt ſeptem uero dies uenturus ad eum,ut ſeptima die ſacrificantes ita congrederentur ad bellum. Qui ſuſtinuit quidem ſicut Propheta mandauit: mandatum uero nequaquam cum perfectione ſeruauit: ſed cum uideret Prophetam quidem morari, ſe autem à militibus derelinqui,celebratis hoſtijs cum audiſſet Samuel uenientem,ei in occurſum feſtinanter egreſſus eſt. Ille uero non recte eum feciſſe dixit, eo quod orationes & ſacrificia, quæ dei uoluntate erant facienda pro populo,offerre petulanter ipſe præceſſerit. Saul uero ſatisfaciente, & dicente, ſuſtinuiſſe ſe quidem præfinitos dies, ſed pro neceſſitate, & diſceſſu militum, & propter hunc timorem, & inimicorum aduentum, cum in magno eſſet metu, eo quod auditi fuiſſent in Galgala, deſcendiſſe, 1. Re. 13.

deſcendiſſe,ad offerenda ſacrificia ſe fuiſſe cõpulſum. Reſpondens Samuel ait: tu quidem ſi iuſtus eſſes,& mihi non inobediens, nunquam in his quæ pro præſentibus rebus præcepit deus primitus defeciſſes,quàm in rebus neceſſarijs experiret,ut tibi tuæq; ſoboli regnare plurimo tempore licuiſſet.Hæc Samuel quidẽ, ferens grauiter in his quæ fuerant facta,diſceſſit ad propria. Saul autem in Galbaa ciuitatem,habens ſecum ſex centos ſolummodo uiros,cum Ionatha filio uenit: quorum plurimi arma nequaquam habebant,dum ferrum utiq; in prouincia minus eſſet,& qui arma facere potuiſſent. Non enim ſinebant eos Palæſtini, ſicut dudum iam declarauimus, hæc habere. Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum Palæſtini, & per totidem itinera diſcurrentes, Hebræorũ prouinciam deuaſtabant: uidentibus ſcilicet Saul rege & eius filio Ionatha:& terrã defendere,cũ eſſent ſexcenti ſolummodo,non ualeſcentibus.Dumq; reſideret ipſe & eius filius & ſacerdos Achias qui erat de prole Eli ſacerdotis, ſuper collem excelſum, terramq; populari reſpicerent,eis in maxima anguſtia conſtitutis: Saul filius cũ ſuo armigero conſtituit, ut latenter ad hoſtiũ tabernacula properarent: turbámque eis & quendam modum commotionis inferrent. Dumq; armiger eius propè ſe eum ſecuturum aſſereret,licet mors immineret, ſumens ſolatium iuuenis & de colle deſcendens,ad hoſtes pariter ibant. Erant igitur caſtra hoſtiũ ſuper ſcopulum habentem ſubtiliſſimam longitudinem,tribus uerticibus acutiſſimis prominentem, ſcopulis per circuitum euntibus, & quaſi propugnaculis inuaſiones pugnantium prohibentibus. Vnde contingebat,ut cuſtodes minorem haberent ſolicitudinem caſtrorum, quod natura locus ille omnibus uidebatur eſſe munitus,& ad capiendum ualde difficilis: eo quod nõ ſolum aſcendere illic, ſed etiam accedere difficile uideretur.Cum ergo ueniſſet ad caſtra Ionathas,armigerum cõfortabat,exacuens ut ad hoſtes accederent: ſignũ hoc uictoriæ iudicarent, ſi eos ad ſe uocarent:ſi uero nihil eloquerentur,tanquam non uocantibus,reuerti deberent.Accedentibus igitur ad exercitum hoſtium apparente iam die,uidentes Palæſtini eos alterutrim dicebant: Ecce de cauernis & ſpeluncis egrediuntur Hebræi.Et ad Ionathan eiusq; armigerũ dicebant: Venite aſcendite ad nos, ut uos digne pro ueſtris præſumptionibus puniamus. Quam uocem ſuſcipiens grate Saul filius,tanquam ei uictoriam deſignantem,tunc quidem ab illo loco,in quo hoſtibus fuerant uiſi,receſſit: mutansq; locum,uenit ad petram, quæ erat propter munitiones locorum deſolata cuſtodibus, & exinde quaſi repentes, & trahentes ſemetipſos cum multo labore,naturam loci uicerunt,ut ad inimicorum caſtra conſcenderent.Irruentesq; eis dormientibus,occiderunt quidem quaſi uiginti: turbatos uero pauore eos uehementius,ita ut alij quidem effugerent, impleuerunt,arma omnia relinquentes:alij uero ſemetipſos non agnoſcentes,eo quod congregati ex multis gentibus eſſent: credentesq; inimicos, & Iſraëlitas ſuper ſe irruiſſe putantes,& non hoc duorum hominum præſumptione commiſſum, ad alterna bella conuerſi ſunt.Quorum alij quidem perempti mordebantur, alij uero fugientes per ſaxa præcipites collabebantur.

1. Re. 14. Al. pronius.

Saul

Saul maximam ſtragem infert Palæſtinis. Ionathas ſuffragante populo à mor-
te liberatur. Caput VII.

DVmq; exploratores Saul dicerent regi Palæſtinorum caſtra ualde turbari, requirens Saul ne quis ſuorum deeſſet, audiuit ſuum abeſſe filium & eius armigerum, iuſſitq; ut pontifex ſumpta ueſte ſacerdotali de futuris rebus ei pro-phetaret. Cumq; eũ ille uincere, & hoſtibus fortiter prævalere dixiſſet, Palæſti-nos inuaſit, & turbatos aggreſſus eſt, qui ſe potius inuicem peremerunt. Refu-gerunt autem ad eum etiam qui primitus ſe per cauernas & ſpelũcas petrasq; cæ-lauerant, audientes Saul eſſe uictorem: Congregatis autem quaſi decem milibus Hebræorum, perſecutus eſt inimicos, cuncta regione diſperſos. Igitur ſiue pro-pter inopinatæ uictoriæ gaudium, dum ſæpe felices contingat extolli: ſiue igno-rantia faciente, palmæ illius decus peſſima lamentatione fœdatum eſt. Volens etenim Saul funditus interimere Palæſtinos, & pœnam eos exoluere, maledixit Hebræis: ut ſi quis à cæde ſe retinens inimicorum, anteq; nox futura ueniret ali-quid comederet, & ab interfectione hoſtium, aut à perſecutione ceſſaret, maledi-ctus eſſet. Cumq; Saul hoc dixiſſet, ueniens ad quandam quercũ excelſam, in ſor-te Ephrem conſtitutam, Ionathas filius eius, dum illic apum contigiſſet eũ inue-nire cubilia, maledictum patris ignorãs, nec populi ſuper eo profeſſionem agno-ſcens, expreſſo mellis fauo comedit. Inter hæc autem cognoſcens, quomodo cum nimio maledicto eius pater interdixiſſet aliquem guſtare cibum ante ſolis occa-ſum, comedere quidem ceſſauit: nõ autem recte patrem prohibuiſſe dixit, quan-do cum maiori potius fortitudine atq; fiducia, perſequentes cibo ſumpto pluri-mos inimicorum capere & interficere potuiſſent. Multa ſiquidem milia Palæſti-norum interficientes, circa ueſperam ad ſpolia hoſtium ſunt conuerſi: magnãq; prædam & pecora ſumentes occidebant, & hæc cum ſanguine comedebant. Hoc autem à ſcriba nunciatum eſt regi, quomodo populus peccaret in deum: & occi-ſis pecudibus, anteq; ſanguis bene diſſueretur, nondum purgatis carnibus ueſce-rentur: iuſſitq; Saul uolui lapidem magnum in medio. & prædicari in populo, ut ſuper eum interficerent, & carnem cum ſanguine non comederent, quoniam hoc nequaq; deo placeret. Cunctis autem iuxta regis præceptum facientibus, ſtatu-it illic altare Saul, & holocauſtum ſuper illud deo celebrauit. Hoc autẽ altare con-ſtituit primum. Mox itaq; uolens ad hoſtium caſtra procedere, ut quæ in eis eſ-ſe uidebãtur diriperet ante diem, militibus inſigniter eum ſequentibus, & cũ mul-ta fiducia eius præceptis obedientibus, uocauit rex Architob ſacerdotem: iuſſitq; ut conſuleret, ſi deus annueret, ut euntes ad inimicorum caſtra, hoſtibus denuo prævalerent. Dicente uero ſacerdote deum reſponſa non dare, Saul dixit: Non ſi-ne cauſa conſultus deus uocem nobis non reddidit, qui primitus anteq; interro-garetur omnia nunciauit. Sed hæc taciturnitas alicuius eſt latentis cauſa peccati. Vnde iuro per eundem ipſum deum, licet filius meus Ionathas peccaſſe reperia-tur, interficio eum, & deum ita placabo: quanto magis ſi in extraneã & nihil mi-hi competentem perſonam ſupplicium inferre cognoſcar. Cumq; hoc fieri popu-lus exclamaſſet, repente cunctos in uno loco conſtituit, ſtetitq; ipſe in alia parte cum filio, & eum qui deliquerat inſtanti ſorte requirebat: inuẽtusq; Ionathas pec-

Victoria Saul de inimicis.

Saul altare conſtituit.

caſſe, interrogatus à patre eſt quid feciſſet, & quid in ſua uita non recte nec ſancte peccaſſet. Cui dixit: Pater, nihil aliud ſcio, niſi quod ignorans heſterno maledictum ac iuſiurandum à te prolatum, perſequens inimicos fauum guſtaui mellis. Quem Saul occidere ſe repente iurauit, quatenus & generi & naturæ ſimul amori hoc modo præponeret iuſiurandum. Qui nequaquam mortis interminatione perterritus, ſed animam ingenue nimis magnanimiterq; componēs: nec ego ſupplico, inquit, pater parcendum, mors mihi ſuauis eſt, quæ pro tua geritur pietate, & populi magna uictoria. Maxima ſiquidem mihi cōſolatio eſt, Hebræos de Palæſtinis reliquiſſe uictores. In his itaq; omnis populus doluit, & nimis ingemuit: iurauitq;, non ſe mori permittere Ionathan, uictoriæ huius autorem. Et ipſi quidem arripuerunt eum à maledicto patris, orationes pro eo facientes, ut ei peccatum quoq; dimitteret deus, Saul autem reuerſus ad propriam ciuitatem, uſq; ad ſexaginta milia hoſtium interfecit: regnauitq; feliciter: & uicinas prouincias gentesq; belli iure ſubegit: id eſt, Ammonitarum, & Moabitarum, atq; Palæſtinorum, & Idumæorum, & regem Suba. Fuerunt autem ei filij maſculi quidē tres, Ionathas, & Ieſui, & Melchiſue: filiæ uero duæ, Merob & Michol. Habuitq; militiæ principem patrui filium, Abner, filium Ner, Ner autem, & Cis pater Saul, fuerunt fratres, filij Abihel. Habebatq; Saul curruum multitudinem, & equeſtrium: & cum quibuſcunq; pugnaret, cum uictoria remeabat. Hebræosq; ad excelſam magnitudinem felicitatis euexerat, & ad aliarum gentium potentiſſimos demonſtrarat. Iuuenes autem proceritate & pulchritudine præcellentes elegit, eosque armigeros ſuos effecit.

Genealogia Saul.

Deus iubet Saul ut Amalechitas penitus deleat: decq; Agag capto. Caput VIII.

1. Reg. 15. VEniens igitur Samuel ad Saul, miſſum ſe dixit à deo, ut eum commoneret, quia eum electum ex omnibus regē fecit, & propterea deo eſſe deberet obediens, quoniam ipſe quidem haberet gentium principatum: deus uero & ipſius eſſet & rerum omnium dominator: adijciebatque dixiſſe eum, quoniam multa mala Amalechitæ Hebræis in deſerto fecerunt, quando egrediētes ex Aegypto, ueniebant in regionem quæ nūc eſt eorum: ideoq; bello perimendos Amalechitas, quibus ſubditis, nullum eorum debere uiuum penitus relinqui: ſed omnē necandam ætatem incipientes à mulieribus perimere pariter & infantes: & hoc ſupplicium eo quod maiores noſtros afflixerint, ſuſtinere. Sed neq; iumētis, neq; aliis pecudibus, ob utilitatem propriamq; poſſeſſionem ait eſſe parcendum: ſed cuncta dicanda deo, & nomen Amalech ſecundum Moſi mandata delendum. Saul uerò profeſſus eſt ſe præcepta complere: & obedientiam non ſolum in hoc credidit, ut contra Amalechitas pugnaret, ſed ut etiam uelociter ſe properaturum eſſe monſtraret: congregansq; cunctum exercitum, eumq; dinumerans in Galgalis, inuenit Iſraēlitarum abſq; tribu Iuda circa quadraginta milia uirorum: illa nāq; tribus ſola triginta milia armatos habebat. Tunc ergo Saul Amalechitarū regionem ingreſſus inſidias occultas circa torrentem fecit, ut non ſolum aperte pugnans eos affligeret, ſed etiam inopinate ſuper eos per incertas uias irrueret, & circundatos deuaſtaret. Igitur congreſſus in pugnā, fugauit hoſtes, multosq; peremit,

Iuſſio dei ad delendos Amalechitas.

mit,& reliquos perſecutus eſt fugientes. Cumq; illud opus propitia diuinitate compleſſet,Amalechitarum urbes obſedit:& alias quidem molitionibus,alias uero ſuffoſſionibus doacarum,& muris extrinſecus è diuerſo ædificatis:alias autem fame & ſiti,alias uero modis alijs obſidens,& fortiter capiens, ad necem cuncto rum infantum & mulierum ſimul acceſſit: nihil crudele nec dirum nec ultra humanam naturam ſe facere credens: primum,quod in hoſtes hæc agebat: deinde quod præcepto diuino, cui non obedire foret grande periculum,miniſtrabat:coepitq; etiam regem hoſtium Agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq́ue miratus,decreuit eſſe ſaluandum:non hoc faciens diuina uoluntate,ſed iudicium proprium ſequens, & ſine cauſa cedens uitam quaſi miſericorditer,unde illi poteſtas ſine ſuo periculo miſerendi non eſſet. Deus nanque ſic odiuit Amalechitarum genus,ut neq; infantibus parceretur,quibus potius miſereri natura eſt. Saul itaq; regem Agag, & malorum quæ contra Hebræos geſta uidebantur,autorem,à morte ſeruauit,& hoſtis pulchritudinẽ præceptis dei præpoſuit. Peccauit quoque cum eo ſimul & populus. Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt,eáq; ſibi diripuerunt,iubente domino non eſſe ſeruanda: ſed & alias res diuitiaſq; collegerunt. Si quid uero dignũ poſſideri non erat,conſumpſerunt. Cumq; uiciſſet Saul uniuerſos à Peluſio Aegypti uſq; ad rubrũ mare reſidentes hoſtes,Sichimitarum gentem ſolummodo dereliquit. Iſti nanq; in regionis Madian medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit ut abſcederent, ne fortè Amalechitarum calamitati communicarẽt. Nam cum eſſent cognati Rahuel ſoceri Moſi,credidit eſſe ſaluandos. *Sichimitas ſaluatos.*

Irato deo Saul propter inobedientiam, Samuel prædicit auferendum eius eſſe imperium. Caput IX.

SAul igitur tanquam in nullo Prophetæ mandata præuaricans quæ acceperat,dum contra Amalechitas pugnaturus exiret, ſcilicet uelut omnibus integre conſeruatis,deuictis hoſtibus,cum lætitia reuertebatur ad propria. Deus autem pro Amalechitarum uita,& rapina pecudum quam populus geſſerat,contriſtatus eſt,quoniam hæc fuerant eo prohibente commiſſa. Dirum nanq; iudicabat,ut cuius fortitudine fuerant adepti uictoriam,eũ ſpernerent,& nec tanq; humani regis præceptionibus obedirent. Dicebat ergo Propheta pœnitere ſe,eo quod Saul ordinauerit regem, quando eius iuſſa non faceret,ſed uteretur propria uoluntate. Hæc audiens Samuel,ualde confuſus eſt:& deum cœpit tota nocte rogare,ut eſſet propitius Saul, ſeq́ue ab indignatione ſuſpenderet. Qui ueniam ſe dare Saul etiam propheta poſcente non annuit:iniuſtum eſſe decernẽs, ſe tantis peccatis indulgentiam condonare, non ob aliam cauſam aſſerens mala generari,niſi cum aliqui iniuſtitiam paſſi,ad uindictam negligentiores extiterint. Aucupantur enim,inquit,gloriam benignitatis & patientiæ,& latenter hæc pariunt. Dum ergo deus precibus prophetæ denegaſſet, ne parceret,die facta Samuel ad Saul uenit in Galgala: uidensq; eum rex,cucurrit & oſculatus eſt,dicẽs: Gratias ago deo,qui dedit mihi uictoriam, & quod omnia pro eius uoluntate ſunt geſta. Cui reſpondens Samuel: Vnde ergo,inquit, audio clamorẽ iumentorum & ouium in exercitu. Cui reſpondit,populum hæc ad ſacrificia reſeruaſſe: 1. Reg. 15. *Iraſcitur deus propter inobedientiam Saul.*

genus autem Amalechitarum mandato diuino omne deleſſe,nullumq; fuiſſe relictum niſi tantummodo regem: de quo quid oporteret fieri,dicebat adinuicem cogitandum. Cui Propheta dixit: deum non ſuper ſacrificia delectari,ſed ſuper bonos & iuſtos:huiuſmodi autem eſſe illos qui eius conſilium & mandata ſequuntur, & nihil adhuc bene ſe agere iudicant,niſi quod pro dei fecerint uoluntate. Is enim contemnitur,non quando ei non ſacrificatur, ſed quando inobedientiæ ſpiritus adhibetur.Ab his enim qui ei ſubditi non ſunt,nec eum uera religione colunt,neq; dum multas hoſtias & magnas obtulerint, neq; dum ornamenta ex auro argentóque facta dicauerint,ſuſcipit hæc libenter: ſed potius auertatur,& magis ſtudium hoc nequitiæ,non iudicat eſſe pietatem. Ad illos autem qui ſolummodo quod præcipit diuinitas recordantur, & mori potius eligunt q̃ præuaricari aliquid quod iubetur, ſemper conuertitur: & neq; ſacrificium ab eis exquirit:ſed & dū ſacrificauerint ſiue ſimplex aliquid, ſiue uiliſſimū ,gratius eorum parua munera,quàm ditiſſimorum maximam ſuſcipit opulentiam. Tu ſiquidem ſcito tibi deum iratum:ſpreuiſti nanq; & neglexiſti ea quæ tibi mādauit.

Reſponſio Samuelis ad Saul.

Obſerua lector.

Quomodo igitur arbitraris eum ſacrificia reſpicere, ex his rebus quas decreuit ille perire:niſi forte ſimilia iudicas illa peccata, & quæ uis offerre domino ſacrificia? Expecta igitur regnum tibimet auferendum:& potentiam, quam à deo tibi neglexiſti collatam fuiſſe. Porrò Saul fatebatur quidem inique feciſſe,& peccatum ſe negare non poſſe,tranſgreſſumq; ſe mandata Prophetæ dicebat:ſed pro timore ac metu exercitum non prohibuiſſe prædam diripientem,nec tātam multitudinem retinere potuiſſe:ſed ignoſce,inquit,& eſto nunc mitis:de cætero enim obſeruabo ne peccem. Rogabatq; Prophetam,ut reuertēs hoſtias deo pacificas immolaret. Ille uero cum deum illi parcere non uideret,remeauit ad propria. Saul autem uolens retinere Samuelem, apprehendit eius pallium:uiolentérq; tractum,eo quod Samuel impetu facto diſcederet,ueſtē eius diſrupit. Cui Prophe ta dixit: Sic tuum ſcindetur imperium,& accipiet illud uir bonus & iuſtus: quando deus permanet in ſuo decreto,nec mutatur atq; cōuertitur. Nam mutare ſententiam paſſionis humanæ, non fortitudinis eſt diuinæ. Saul autem impie quidem ſe geſſiſſe fatebatur,infecta uero facere quæ fuerant facta non poſſe: rogabatq; eum,ut ſe coram multitudine honoraret,& deum ueniens adoraret. Quod dum feciſſet Samuel, ueniens adorauit deum, deductuſque ad eum eſt rex Amalechitarum Agag. Et dicens quàm eſſet amara mors,audiuit: Sicut tu multas Hebræorum matres pro filijs ingemiſcere lugereq; feciſti,ſic ingemiſcet in tua morte genitrix tua. Iuſſitque repente eum in Galgalis mori. Ipſe uero in Ramatham ciuitatem abijt.

Saul apprehēdſo Samuele ueſtē eius diſrupit.

De morte Agag regis.

Samuel mandato dei pergit in Bethlehem,ubi deo monſtrante Dauid ungit in regem. Saul uero deſtitutus ſpiritu dei uexatur à dæmonio:qui pſallente Dauid,liberatur. Ob id Saul armigerū ſuum Dauid cōſtituit. Caput x.

1. Reg. 16. REx uero Saul ſentiens quæ mala paſſurus eſſet, qui ſibi deum in regno fecerat inimicum,aſcendit in Gabaa,quod nomen interpretatū ſignificat collem, & poſt illam diem non uidit Samuelem. Cumq; Propheta propterea triſtis eſſet,iuſſit deus ut à cogitationibus quieſceret,& ſumens uas olei,in Bethlehē

ciuitatem iret ad Ieſſe filium Obed,& eius ungeret natum,quẽ ipſe monſtraret, in regem. Cúmq; metueret ire,ne cognoſcens Saul,aut latẽter aut palam eũ occi/ deret:dicente deo & dante ſecuritatis uiam uenit ad ciuitatem. Quem cuncti ſalu tauerũt,cauſam eius inquirentes aduẽtus. Quibus dicebat,ueniſſe ſe ut deo ſacri ficaret. Tunc ſacrificio celebrato,uocauit Ieſſe cũ filijs ſuis ad altare: & inſpiciens eius filiũ ſeniorem procerum & optimum,credidit propter pulchritudinem hunc eſſe futurũ regem:ſed prouidentia diuina fruſtratus eſt. Dum enim conſuluiſſet deum,ſi iuuenẽ ungeret,quem ipſe admiratus fuerat,& dignum imperio iudica/ bat:reſpondit deus,non ea uidere homines quæ deus intendit:ſed tu,inquit,pul/ chritudinem iuuenis reſpiciens,hunc arbitraris regno placere:ego aũt non corpo ris pulchritudinẽ ac ſpeciem,apicem facio eſſe regalem,ſed animi ſine dubitatiõe uirtutẽ. Ille ſiquidem perfecte pulcher eſt,qui pietate & iuſtitia ſimul & fortitudi ne,necnon & obedientia ſplendet, & ex omnibus ex quibus animæ pulchritudo conſiſtit. Cumq; dixiſſet hæc deus,præcepit Samuel Ieſſe, ut omnes ei ſuos fili/ os demonſtraret. At ille alios quinq; uenire fecit,quorum ſenior quidem Eliab uocabatur,ſecũdus autem Abinadab, Samma tertius,quartus uero Nathanaël, quintus autem Iael,ſextus Aſam. Videns autem & iſtos propheta in nullo mi/ nores pulchritudine ſenioris,conſuluit deũ quem horum eligeret fore regẽ. Quo dicente nullũ,denuo requiſiuit Ieſſe,ſi præter iſtos haberet alios filios. Qui dixit eſſe aliũ nomine Dauid,paſtorem,ouium curam habentem:iuſſitq; eum Samu el uelociter uocari, impoſſibile dicẽs eos eſſe comeſturos ante quã ille ueniret. Cũ ergo ueniſſet Dauid,uocatus à patre,puer quidem colore rubeus,& pulcher aſpe ctu,tacite Samuel dixit ad eum:Hic eſt qui deo placuit ad regnandum. Tũc & ipſe diſcubuit,fecitq; iuuenem ſub ſe diſcumbere,& Ieſſe cum reliquis filijs. De/ inde uidente Dauid,ſumens oleum,unxit eum:eiq; adhuc tacite dixit atq; ſignifi cauit,quoniam regnare eum deus eligeret:monuitque iuſtum eſſe debere,& eius præceptis obedire. Sic etenim regnum ei multo tempore fore mãſurum,domũq; daram ac famoſiſſimam habiturum,uaſtaturúmque pariter Palæſtinos. Sed & cum quibuſcunq; gentibus congrederetur, & uinceret,& ingentem gloriam poſ/ ſideret,quod & ipſum habere & poſteris relinquere promittebat. Samuel qui/ dem dum hæc monuiſſet abſceſſit,diuinitas autem ad Dauid Saul relicto migra uit. Et ille quidem prophetare cœpit,ſpiritu ſancto ſuper ſe ueniente. Saul ue ro quædam paſſiones & dæmonia repente comprehenderunt,ſuffocationes ei & anguſtias inferentes: ita ut medici nullum ei ſalutis remedium inuenirẽt. Si quis tamen cantare eſſet peritus, & in cithara pſallere doctus,hunc adduci iuſſerunt: ut cum eum dæmonia inuaderent & turbarent, ſuper caput eius aſtans pſalleret, & hymnos ediceret. Ille uero hoc non diſſimulauit efficere,ſed quæri huiuſmo/ di hominem protinus imperauit. Cúmque ei quidam ſuorum dixiſſet,uidiſſe ſe in ciuitate Bethlehem quendam Ieſſe filium,adhuc ætate iuuenculum,pulchrum atque decorum, & alijs ſtudijs ualde dignum,nec non pſallere & hymnos can/ tare doctum, inſuper & eximium pugnatorem: mittens Saul ad Ieſſe, Dauid ſublatum à gregibus ad ſe uenire præcepit:mandans ei uelle ſe iuuenculum uide/ re de cuius pulchritudine ac fortitudine commonuiſſent. Ieſſe uero miſit filium

Dauid paſtor ouium in re/ gem eligitur

Saul dæmo/ nio corripi/ tur.

dans ei munera quæ Saul portaret. Quo ueniente gauisus est, fecitque eum armigerum, & bonis omnibus honorauit. Delectabatur enim in eo, & maxime in inuasione dæmoniorum: qui cum ad eũ accederent, solus erat medicus, hymnos dicendo & psallendo rursus in cithara, & Saul à mentis oppressione reuocando. Misit igitur Saul ad patrem pueri Iesse, petens ut apud eum Dauid maneret, eo quod eius præsentia delectaretur: Iesse autem Saul non contradicendum ratus concessit.

Quemadmodum miratus Saul fortitudinem Dauid uicto Goliath, ei filiam suam copulauit: & post hæc suspectũ Dauid sibi rex Saul perimere festinauit. Caput XI.

1.Reg.17. POst non multa siquidem tempora Palæstini denuo congregati, & maximũ super omnes Israëlitas exercitum colligentes, inter Socho & Azeca castrametati sunt. Contra quos denuo Saul produxit exercitum: & super quẽdam montem castra ponens, coëgit Palæstinos priora quidem castra relinquere, & ex aduerso montis quem Saul apprehenderat aduenire: diuisitq; eorum exercitus medius mons qui erat positus inter eos. Igitur descendens quidam de exercitu Palæstinorũ nomine Goliath de ciuitate Geth, uir ualde procerus, cuius altitudo sex erat cubitorum & palmi unius, accinctus armis quæ pro magnitudine sua natura eius corporis exigebat: Indutusq; lorica, cuius erat pondus quinq; miliũ siclorũ æris: Galeam uero & tibialia habebat ærea, quæ talis uiri & magnitudinem & inopinabilia potuissent membra protegere: Hasta uero eius nõ leuis dextræ portatio, sed quam & ipse gestabat in humeris, cuius ferrum sexcentorum siclorum fuit: sequebanturque eum multi arma portantes. Hic igitur Goliath stãs inter medias acies, uocem emisit grandem contra Saul & Hebræos, dicens: A pugna nunc & periculis uos absoluo. Quæ enim necessitas est nostrorum exercitus deperire? Sed date aliquem uestrum contra me pugnaturum, ut totum bellũ unius uictoria terminetur: seruiátq; pars altera eis, quorũ fuerat ille qui uicerit.

Monomachia Dauid.

" Est enim multo melius & temperantius, unius periculo promereri, quàm pe
" stem adesse multorum. Hæc cum dixisset, ad castra propria remeauit. Altera uero die rursum uenit, ac eadem uerba fecit: & similiter usque ad diem quadragesimum hostes ad prædictas conditiones prouocare non destitit, ita ut terreretur & ipse Saul & exercitus. Et constituebant quidẽ acies quasi pugnaturi, ad cõgressionem uero minime ueniebant. Bello quidem consistente inter Hebræos & Palæstinos, Saul remisit Dauid ad patrem suum Iesse, cum ei tres eius filij alij ad solatium & periculum pugnæ sufficerent. Ille uero tunc quidem ad ouilia & pasturas pecudum remeans, non multo post ad castra est reuersus Hebræorum, missus à patre, ut necessaria fratribus deportaret, & quid ageretur cognosceret. Cũq; Goliath denuo reuertens & prouocans exprobraret, quasi nullus inter eos uir esset qui contra eum pugnare præsumeret: cum fratribus loquens Dauid ea quæ mandauerat pater, & audiens illum blasphemantem exercitum, & pariter affligentem, indignatus est, & fratribus ait: paratum se esse solum cum hoste pugnare. Cui senior fratrũ Eliab interminatus est, & præsumptionem habere eũ præter ætatem dicens, & inexpertum huius officij, iussit ad patrem & ad pascua remeare. Qui reueritus quidem fratrem discessit: & apud quosdam militũ est locutus,

locutus, quod uellet cum Palæſtino prouocante pugnare. Illis autem repente Saul iuuenis indicantibus uoluntatem, rex eum uocauit: & dum requireret, ut quod uellet edicere, dixit: Non deficiat mens tua ò rex nec metuas: ego ſuperbiam huius hoſtis pugnando proſternam, & ita ſublimem procerumque ſubdã: & ſic iſte quidem irridebitur, tuus uero exercitus glorioſus inuenietur, ſi neque à uiro bellatore prouocatus, aut in acie perito, ſed & uictus à puerili ætate moriatur. Saul autem eius præſumptionem atque magnanimitatem ualde mirante, non tamen in eo habente fiduciam propter ætatem: ſed infirmum eſſe, ut contra peritum hoſtem bellum ſuſciperet, edicente, Dauid ait: Polliceor hoc, confidens in deo qui mecum eſt, cuius etiam adiutorij fungor experimento. Nam dũ aliquando leo ouiculas meas inuaſiſſet, & abripuiſſet agnum, ſequens apprehendi eum, & agnum quidem ex ore eius abripui, ipſum uero dum contra me faciſſet impetũ, à cauda comprehenſum, & percuſſum in terra peremi. Idem & urſo faciẽte, in eo ultus ſum. Putet ergo & ille hoſtis unum ſe eſſe huiuſmodi beſtiarum, diu exprobrans exercitui, & noſtrũ blaſphemans deum: qui mihi faciet eum eſſe ſubiectum. Saul igitur uoluntati pueri atq; præſumptioni ſimilem orans à deo terminum dari, dixit: Vade ad pugnam. Et accingens eum lorica ſua ſimul & gladio, & apponens ei galeam deſtinauit. Dauid autẽ oneratus his armis, cum nõ eſſet exercitatus in eis, ait: Iſta quidem rex tua ſint ornamenta, cui fortitudo eſt hæc geſtare præcipua: mihi uero tanquam ſeruo tuo concede ſicut ego uolo pugnare. Ergo poſitis armis, ſumpto baculo paſtorali, & quinq; lapidibus de torrẽte in paſtorali pera, & fundam in dextra manu portans, ibat ad Goliath. Videns autem eũ Goliath ſic uenientem, ſpreuit, & iniuriã ei fecit, quaſi non arma gerens hominum pugnaturus ueniret, ſed quibus canes repelli ſolẽt, dicens: Num me canem exiſtimaſti? Ille aũt non canem, ſed deterius aliquid eum eſſe ſe putare reſpõdit. Cõmouitq; Goliath ad iracundiam, ut ei maledictũ apponeret ex uocabulo dei ſui: & interminatus eſt, daturũ ſe carnes eius terrenis beſtijs, & cœli uolatilibus deuorãdas. Cui reſpondit Dauid: Tu quidem uenis contra me cũ gladio, & haſta, & lorica: ego autẽ uenio ad te armatus deo, qui & te & omnem ueſtrum exercitũ noſtris manibus perditurus eſt. Hodie nãq; caput tuũ abſcindemus, & reliquũ corpus ſimilibus tui canibus apponemus: ſcientq; cuncti, quomodo deus præſul eſt Hebræorum, & arma noſtra ipſe eſt ſemper & fortitudo. Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis eſt abſente deo. Palæſtinus autem armorũ pondere grauatus cum currere non ualeret, paulatim uenit ad Dauid, contemnens eũ, & ſe confidens nudum adhuc ſimplici ætate puerulũ ſine labore perimere. Occurrit aũt ei iuuenis cum deo auxiliatore ſuo, qui ab hoſte non uidebatur: & ſumens de pera unum lapidem quem de torrente collegerat, & emittẽs eum de fundibula percuſſit repente Goliath in fronte, & uſq; ad cerebrum pertranſiuit: ita ut mox confracto capite, Goliath caderet pronus in terram. Tunc ſtetit Dauid ſuper eum, & caput eius incidit. Cadente ergo Goliath, facta eſt Palæſtinis occaſio maximæ fugæ. Nam dum peritiſſimum ſuorum cecidiſſe conſpexerunt, de rebus omnibus deſperantes, conſiſtere non ualuerunt: ſed ualidæ ſe turpiq́ue fugæ tradentes, conabantur liberari. Saul autem & cunctus exercitus Hebræorum da

Dauid Goliath funda proſternit.

more facto ſuper eos exilierunt,& multos interemerunt, & perſecuti ſunt uſq; ad terminos Geth,& portas Aſcalonis.Et mortui quidem ſunt Palæſtinorũ triginta milia & totidem uulnerati. Porrò Saul reuertens ab exercitu hoſtium,eorũ caſtra diripuit,& ſimul incẽdit. Caput autem Goliath Dauid in tabernaculũ proprium deportauit,& haſtam dicauit deo. Porrò circa Dauid inuidiam atq; odium Saul regis,uirgines mulieresq; prouocauerũt.Occurrentes enim uictrici militiæ cum cymbalis & tympanis,delectabantur omni lætitia dicẽtes:mulieres,quia multa milia Saul Palæſtinorum interemiſſet:uirgines autẽ,quia multa dena milia exterminaſſet Dauid.Hæc audiẽs rex quod in millenario numero teſtimonium ipſe perciperet,& dena milia multitudo iuuẽculo uoueret:& cogitans,quia nihil poſt hunc tam darũ fauorem niſi regnũ minus eſſet Dauid,cœpit eum timere & nimis habere ſuſpectũ: & à priori quidem officio,quo utiq; ſuum armigerũ fecerat,eum amouit:ne dum nimis proximus eſſet,occidere eum poſſet:conſtituit autem eum millenarium,dans ei locum quidem meliorem,& ut putabat ſibimet cautiorem : uolebatq; eum ad hoſtes & ad prælia mittere,ut in his periculis ſuſtinẽdo periret.Dauid antem deũ habens ubiq; ducem,quocũq; ueniſſet præualebat,& optime agere uidebatur,ita ut propter excellẽtiam fortitudinis & populus eũ,& regis filia uirgo concupiſceret amore eius detenta, cunctisq; ita fieret manifeſta,ut hoc eius deſideriũ perduceretur ad patrẽ.Ille uero quaſi percepta occaſione in mortẽ Dauid,hoc libẽter audiuit: daturumq; nuptijs eius ſe uirginem hæc ſibi nũciantibus ait,ut eo ſcilicet pacto ſexcenta hoſtiũ capita adueheret necatorũ.At ille ſic claro honore ei propoſito,uolens ex opere periculoſo,& incredibili gloria,magis aſſumere & procedere,tẽdebat ad cauſam.Saul aũt ducebat eũ forte ab hoſtibus perimendũ,& decenter ſua uota compleri,ſi per alios & non eo faciente moreretur:iuſſitq; ſuis famulis ut uoluntatẽ Dauid experirentur,qualis circa puellæ nuptias eſſet. Illi uero cœperunt cũ eo loqui,quia diligeret eũ rex Saul unà cum populo,& uellet ei etiam ſuam filiã copulare. Qui dixit:Non modicum uideri putatis me generum eſſe regis. Mihi uero nihil tale ſubſiſtit, præcipue cum ſim abiectus, & à gloria uel honore ſegregatus. Saul autẽ famuli cum Dauid reſpõſa dixiſſent,ait:Dicite ei non me pecunijs egere,nec honoribus,quibus rebus uenditur filia potius q̃ nuptijs collocatur:ſed eligere generum habentem fortitudinem,aliasq; uirtutes,quas te habere manifeſtum eſt: & uelle me ab eo percipere pro nuptijs filiæ,non aurum nec argentum,neq; ut hæc de domibus paternis efficiat:ſed pro ſupplicio hoſtium,capita ſexcenta Palæſtinorum.Et mihi enim ipſi nullum potius quàm hoc clarius munus erit.Sed & meæ filiæ multo ſolennius honoribus eſt præcipuum, ſi uiro tali,& tanto teſtimonio de hoſtiũ triumphis decorato poſſit coniungi. His uerbis delatis ad ſe Dauid gauiſus,quod Saul ſtuderet eum ſibi cognatione coniungere, neq; conſilium expectauit,nec ſi poſſibile aut difficile eſſet,opus præſens animo cogitauit, ſed repente cũ ſocijs ad hoſtes pro nuptiarum pollicitatione profectus eſt. Deus enim erat,qui cuncta facilia Dauid,& poſſibilia faciebat. Cumq; multos interemiſſet,abſcidẽs ſexcenta capita uenit ad regem.Et harum rerũ probatione facta nuptias exigebat.Saul autem cum non haberet unde promiſſa refugeret:& mentiri turpiſſimum iudica-

ret,

1.Reg.18.

1.Reg.18.

Biblia habent 200. præputia.

ret,aut per insidias eum occidere: cum forsitan etiam in hoc frustrari suo consilio posset,dedit ei suam filiam nomine Michol.

Quomodo sæpius Dauid per Saul periculum mortis passus effugit, & oblata sibi aliquando occidendi potestate,noluit interficere. Caput XII.

CVmq; rex Saul non esset recta uoluntate mansurus, uidens etiam Dauid & apud deum & apud homines approbari,expauit:& metū cælare non ualens,timore magnarum rerum,id est,regni simul ac uitæ, ne priuaretur utroq;,cogitauit eum crudeli calamitate perimere:eiusq; mortem Ionathæ filio,& reliquis familiaribus delegauit. Filius autem admiratus permutationē patris circa Dauid, cum post multam eius deuotionem nō mediocriter in eum, sed ad mortem usq; sæuiret: & cum iuuenem diligeret eiusq; uirtutem, dixit ei secreto uoluntatem patris sui: suasitq; ut die futuro se custoditet,ipse uero salutaturum se patrē dixit, eiqúe pro eo opportuno tempore locuturum, causamq; cogniturum,ut ei exprobraret, eo quod occideret uelut iniustum,qui tanta bona fuerat operatus: qui etiam si ualde peccasset, ueniam deberet promereri: dixitqúe se ei post hæc patris indicare sententiam. Dauid autem consilio benigno obediens,egressus est à rege. Altera uero die Ionathas uenit ad Saul,& dum eum lætum & exultantem aspiceret, cœpit de Dauid proferre sermonem,dicens: In qua maiori uel minori iniquitate inuenies culpabilem Dauid? præcepisti eum pater interimi,uirtum qui tibi quidem magnæ salutis causa fuisse probatus est,Palæstinis autē ualde supplicium:ab illusione & iniurijs simul eripiens populum Hebræorum,quas diebus quadraginta sustinuit, nullo uticq; præsumente prouocationis certamina sustinere, & qui post hæc iussione tua deferens hostium capita, sororem meam præmio accepit uxorem,cuius mors nobisipsis grauior erit,non propter solā uirtutem eius,sed etiam propter ipsam cognationem:quando eius morte etiam filia tua uexabitur:penè ante coniugij gaudium ueniēs ad uiduitatis opprobrium. Hæc ergo cogitans pater,ad demētiam conuertere,& nihil committas in uirum: primo quidē quod nobis magnum beneficiū præstitit tuæ salutis, quando malo spiritu & dæmonibus in te residentibus, illos expulit,pacemq; tuæ animæ condonauit: secundo autem, quando & in tuis hostibus ultus est. Hæc etenim obliuisci,turpissimum est. His ergo sermonibus mitigatus Saul, iurauit filio,nihil Dauid iniuste fore passurum. Sermo enim iustus & iracundiam regis subiecit & metum. Ionathas autem euocato Dauid, indicauit ei de sua salute,quam impetrarat à patre,eumqúe deduxit ad regem: & erat in conspectu ipsius sicut prius. Eodem uero tempore, Palæstinis bella gerentibus denuo super Hebræos, Saul contra hostes Dauid cum exercitu destinauit. Et congressus aduersus eos,multos eorū prostrauit,uictórque reuersus est ad regem. Quē Saul nō sicut sperauit post bella susceptit,sed potius eius felicitate contristatus est, tanquā illius bonis actibus uideretur ipse deceptus. Cūq; regē rursus pueris astātibus dæmon ageret,spiritusq; turbaret,uocās Dauid in domū in qua iacebat tenēs lanceā, eū psallere & hymnos cātare præcepit. Quo iussa faciēte,insurgens in eū,lanceā iacu latus est,eámq; Dauid præuidēs declinauit,fugitq; in domū suam, & in ea tota die permānsit. Nocte uero mittens rex,iussit eū usq; ad diluculū custodiri,ne latenter

1. Reg. 19.

Oratio Ionathæ ad patrē suū Saul pro Dauid.

ter effugeret: quatenus mane deductus ad publicum, traheretur ad mortem. Michol autem Dauid coniunx, filia regis, cognita uoluntate patris Dauid indicauit, dubiam ſpem eius uitæ conſpiciens, & de anima ſua pariter diffidens. Neq; enim ſe credebat poſſe habere uitam, ſi fuiſſet illius amore priuata. Eiq́ue dixit: Non te hic ò coniunx ſolis ortus inueniat, nam te ulterius non uidebo: ſed fuge citius, dum tibi præbet nox fugæ præſidium, faciatq́ue tibi hanc dominus longiorem. Scito enim te à patre meo ſi inuẽtus fueris occidendum. Quo dicto eũ per feneſtram depoſuit & dimiſit. Deinde conſtruit lectulum quaſi ægrotantis, & ſub ſago iecur ſpirans capræ ſuppoſuit. Die uero facto, miſit pater ut Dauid deduceretur ad eum. Illa uero nuncians, eo quod nocte fuiſſet factus infirmus: & oſtendens eis lectulum coopertum, dum iecur pecoris quod ſub ſago iacebat palpitaret, ægrotũ uero eſſe, & dormire Dauid, qui miſſi fuerant crediderunt. Renunciãtibus autem illis infirmum factum eſſe, per noctem iuſſit eũ ſic adduci, ſe uelle eum perimere dicens. Qui uenientes & lectulum diſcooperientes, & deceptionem inueniẽtes factam ab eius uxore, renunciauerunt regi. Quã dum culparet pater, eo quod eius quidem liberauerit inimicũ, illum uero deceperit, ſatiſſecit ei ueriſimilia loquens, quaſi eam ad hæc non conſentientem Dauid occidere uoluiſſet: & hoc pro ſalutis ſuæ timore feciſſet: pro quo ei deberet ignoſcere, quia hoc neceſſitatis cauſa & non uoluntatis effecerit: adiiciensq; dixit: Arbitror ego pater quia non ita uoluiſti illum perimere, ſicut me potius liberare. Et Saul quidem ueniam puellæ dedit. Dauid autem declinauit à periculo, & uenit ad Samuel prophetam in Ramatha, eiq́ue regis inſidias indicauit, & quod iaculo eius penè fuiſſet extinctus: dum neq; circa eum extiterit inimicus, neque circa hoſtium certamen infirmus: ſed potius in omnibus & pronus, & felix, quæ magis cauſa Dauid inuidiam generauit. Cognoſcẽs itaq; propheta regis iniuſtitiam, Ramatham ciuitatem reliquit: & deducens Dauid ad quendam locũ nomine Galboa, commorabatur illic cum eo. Cumq; nunciatum fuiſſet Saul, eo quod Dauid eſſet apud prophetam, miſit armatos, eumq́ue ad ſe comprehenſum iuſſit adduci. Qui cum ueniſſent ad Samuel, inuenientes eccleſiam prophetarum, participati ſancto ſpiritu prophetare cœperunt. Saul autem audiens hoc ſuper Dauid, alios deſtinauit, & illis idem facientibus denuo miſit alios. Prophetantibus etiam qui tertio fuerant miſſi, ad ultimum iratus ipſe perrexit. Cum uero iam erat in proximo, antequàm eum uideret Samuel, prophetare cœpit: ueniensq; ad eos Saul ſpiritu uehementi compulſus, amens factus eſt: & exutus ueſte, tota die canebat & nocte, Dauid & Samuele uidentibus. Ionathas uero Saul filius occurrentem ſibi Dauid, & de patris eius inſidijs ingemiſcentem, & dicentem, quia dum nihil impie geſſiſſet, neque peccaſſet, eum pater eius occidere feſtinaret: rogabat ut nihil ſuſpicaretur tale, neque derogantibus ſiqui forte huiuſmodi eſſent, crederet: ſed ut ad ſe reſpiceret, & ſecurus eſſet, nihil tale in eum cogitante patre. Nam & ſi cogitaſſet, ei ſine dubio pandiſſet, dum pater eius utiq; conſilio omnia celebraret. Porrò Dauid iurauit ita eſſe: & ſupplicabat, ut credẽs prouidentiam eius haberet, potius quàm eum ſperneret quaſi mendacem, ad eum renunciaret quicquid agnoſceret aut uideret: Dicebátq; ideo non ei de ſe dixiſſe

Aſtutia Michol.

Aliàs inientes

xisse patrem, quia sciret illum circa se amicitias & affectum habere. Contristatus itaque Ionathas, eo quod Dauid huiusmodi patris eius esse circa se crederet uoluntatem, interrogauit eũ, quid uelit ut faceret. Ille aũt: noui, inquit, omnia te mihi conferre, & uelle præstare. Crastina die initium mensis est: & habeo consuetudinem sedens comedendi cum rege: si tibi uidetur, à ciuitate egredior, & maneo in campo latenter: tu uero Saul quærente eo dic me profectum esse in regionem Bethlehem in tribum meam, ad festiuitatem celebrandam: adijciens etiam quia tu me ire permiseris. Et siquidem ut assolet dici de amicis proficiscentibus, cum bono uadat, aut aliquid simile dixerit, scito nihil in eo circa me fore dolosum nec inimicũ: si uero aliter responderit, hoc tibi erit indicium quod aduersum me fuerit cogitatum: & renunciabis mihi uoluntatem patris, misericordiæ hoc & affectui communi tribuens: per quem fidem à me accipere, & idem tu domine famulo dare uoluisti. Si uero inuenis in me malignum aliquid, ipse me perime; ut sic proficiscaris ad patrem. Quæ uerba nouissima Dauid, Ionathas onerose suscipiens, promisit se ea quæ prius poposcit esse facturum. Et siquidem triste aliquid, aut quod eius odium panderet pater responderet, ei nunciaret: & ut eũ potius securum reddere, egressus sub diuo, nihil se prætermissurum pro Dauid salute iurauit, dicens: Hunc deum quem magnum esse uides & ubique præsentem, & antequàm mentem meam sermonibus prodam, iam præscientem eam, eum in communi pacto testem promissionis adduco, quoniam non cessabo frequenter tentans patris animum cognoscere, donec mihi eius animi secreta pandantur: quæ cum didicero, non celabo, sed protinus tibi nunciabo, siue mitis circa te, siue sit ualde crudelis. Nouit auiem hic deus, qualem eum circa te semper esse exoro, qui & nunc tecum est, nec te derelinquit: facietque te inimicorum tuorum, siue pater meus est, siue ego, esse meliorem. Tu tantum horum esto memor: & licet me finire uitam contingat, filios meos serua, & pro rebus præsentibus illis tuam retribue bonitatem. Cumque iurasset hæc dimisit Dauid: & ad quendam campi locũ ire præcepit, in quo erat solitus exerceri: Quæcũque uero cognouisset à patre, nunciaturum se ei promittẽs, hoc modo, ut deducens puerum mitteret tres sagittas: & si iuberet puero sagittas afferre, quas ante eũ iaceret, cognoscere nihil esse apud patrẽ malitiæ: si uero diuersa aliqua audiret illo dicẽte, à rege cõtraria similiter expectaret: securitatem uero se ei præbiturum dicẽs, ne quid sustineret incongruum: utque felicitatis tẽpore memor esset, & humanitatem filijs eius exhiberet. Dauid itaque à Ionatha hanc fidẽ accipiens, ad locum proximũ est profectus. Altera uero die cum esset mẽsis initium, purificatus solenniter rex ad conuiuiũ uenit, & sedẽtibus circa eum filio Ionatha à dextris, & principe militiæ Abner à sinistris, uidẽs esse locum Dauid uacuum tacuit suspicatus eum nõ esse à coitu mundum. Cumque secunda die noui mẽsis non affuisset, requisiuit à filio Ionatha, cur nõ & transacto & præsenti conuiuio Iésse filius adfuisset. Ille uero ait, abisse eũ se permittẽte secundum solennitatem ad propriam regionem, quia tribus eius festiuitatem ageret: & rogatum se pariter, ut etiam ipse cum eo ad sacrificia celebranda concurreret. Et si præcipis, inquit, pater, & ego post eum uadam: nosti enim quia ego illi deuotus sum. Tunc igitur Ionathas Saul iniquitatem circa Dauid

Iuramentum Ionathæ.

agnouit,

agnouit,& aperte uoluntatem eius aſpexit. Non enim retinuit iram Saul,ſed blaſphemauit,eumq; natum de muliere uirum ultro appetente, & proprium hoſtē dixit, & ſocium Dauid,& cooperatorē eius:& nec ipſum erubeſcere, nec eius matrem, talia facientes: nec uolentes intelligere,quia donec Dauid uiueret,regnum eorum eſſet incautum: dixitq; ut eum uocaret, quatenus pœnas exolueret. Reſpondente uero Ionatha, quid iniquum fecit ut puniatur? non ad uerba iam & blaſphemias iramq; Saul acceſſit:ſed arrepta lancea ſuper eum ut reſpondentem interficeret inſiluit,& hoc quidem nō impleuit prohibitus ab amicis. Manifeſtus autem apparuit inimicus eſſe Dauid,& quia deſideraret eum occidere,ita ut propter illum penè propria manu filium interficere uoluiſſet. Tunc ergo regis filius declinato periculo,& nihil aliud præ triſtitia facere ualens:ſed deflens,eo quod & ipſe penè mortuus fuerit,& Dauid necē definitam eſſe cognouerit,matutino facto perrexit:& quaſi exercitaturus uenit in campū,ut amico(ſicut conſtituerat)regis proderet uoluntatem. Fecit ergo Ionathas ſicut pollicitus eſt,& ſequentē puerum in ciuitatem dimiſit,ut Dauid in deſerto loco ad faciem loqueretur. Quo uiſo Dauid cecidit ad pedes Ionathæ,eūq; adorans ſaluatorem animæ ſuæ uocabat. Quem Ionathas eleuauit à terra,& alterutros ſe amplectentes,ualde ſemetipſos oſculabantur,& flebant ætatem ſuam inuidiæ malignitate conſumptam,& futuram ſeparationē,quæ nihil differret à morte. Vix etenim quieſcentes à gemitu,& memoriam iuriſiurandi apud alterutros conſtare poſcentes diffiſi ſunt.

Aliàs exiuit.

Dauid & Ionathas iuſſiurandū faciūt.

Aliàs deinde.

Dauid ad Achimelech fugit, dein ad regem Achim,à quo ad Moabitas. Saul occidit ſacerdotes, cuius uitæ bis parcit Dauid, licet proditus à Ziphæis, Samuel moritur, De Nabal Sicelech datur Dauid. Caput XIII.

1. Reg. 21. ET Dauid quidem fugiens Saulem,& imminentem ab eo mortem, uenit in ciuitatem Nobe ad Achimelech ſacerdotem. Qui dum eum ſolum uenisſe uideret,& nec amicum nec famulum cum eo eſſe præſentem, miratus eſt,& cauſam cur nemo eſſet cum eo quæſiuit. Ille uero cauſam ait ſibi ſecretam iuſſu regis iniunctam,ad quam non eum habere multos comites oporteret,dicens:quia conſtituiſſet ad quendam locum famulos ſibi occurſuros,petebatq; ut ei itineris neceſſaria nō negaret,per quæ opus amici faceret,& præſentibus neceſſitatibus ſubueniret. Quibus adeptis,etiam arma ſibi dari ſi qua eſſent præ manibus poſtulauit. Aderat autem illic ſeruus Saul,genere quidē Sirus,nomine Doech,qui mulas paſcebat regis. Tunc ad Dauid ſacerdos ait:nihil equidem ſe tale habere,ſed eſſe lāceam Goliæ,quam ipſe illo perempto deuouerat deo:eamq; ſumens Dauid,ex omni Hebræorum regione fugit in Geth,quæ eſt regio Palæſtinæ,ubi regnauit Achis. Cumque cognitus fuiſſet à famulis regis, eique manifeſtatus,illis indicātibus,quod Dauid eſſet, qui multa milia Palæſtinorum peremiſſet,metuens Dauid ne ab eo necaretur,& periculum quod declinauerat à Saul,ab illo ſuſciperet:ſimulauit ſe eſſe furioſum & rabidum,ita ut ſpumam ex ore proijciens,& alia quæ furioſi ſunt faciens, fidem rei ueræ paſſionis oſtenderet. Qui famulis indignatus, eo quod ueſanum hominem ad eum introduxiſſent, uelociter à ſe Dauid iuſſit expelli. Et ita liberatus de terra Geth, uenit in tribum Iuda: & habitans in ſpelunca circa ciuitatem Odollam, miſit ad fratres ſuos, eisque ubi eſſet

ſet ipſe, mandauit. Illi uero ad eum cum omni cognatione uenerunt. Sed & alij, quibus aut odium aut timor erat regis Saul, ad eum pariter concurrerunt, factu/ roſq; ſe quæcunq; placerent illi, dicebant: fueruntq; omnes ſimul quaſi quadrin/ genti. Tunc ille ſecurus, quaſi auxilium ei fuiſſet adiectum, ſurgensq; inde, uenit 1.Reg.22. ad regem Moabitarum: rogauitq; eum, ut parentes eius, donec ipſe de ſuo fine cognoſceret, in regione ſua ſuſceptos haberet. Quo annuẽte, parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt, dignis muneribus honorati ſunt. Præcipien te uero propheta, ut deſertum quidem Dauid relinqueret, & ad tribũ Iuda per/ gens, ibidem habitaret, eidem obediȝt, & de Moab reuerſus, uenit in ciuitatem Areth, & in ea moratus eſt. Saul autem audiẽs Dauid uiſum cum multitudine, non in timorem fortuitum corruit & tumultum: ſed ſciens uiri prudentiam atque præſumptionem, quia non ex eo paruum ſibi timoris onus exurgeret, quod lu/ ctum & labores conferret, conuocans amicos & principes, & tribum ex qua ipſe erat, in collem ubi regnum habebat: & ſedens in Segete (ſic enim locus ille uoca/ batur) dum circa eum eſſet ordo ciuilis, ſimul & armigeri, cunctis ait: Viri contri/ bules, noui quidem, quia meorum beneficiorum non eſtis immemores, quando & agrorum quoſdam dominos feci, & honores populares, & offi cia præbui. In/ terrogo ergo uos, ſi maiora his dona & ampliora, Ieſſe filium uobis dare confidi/ tis? Noui enim quoniam omnes illi potius cõſentitis, quando etiam meus filius Ionathas ita ſapit, & uos ad talia perſuaſit. Non enim ignoro, quod iuſiurãdum cum Dauid & fœdera celebrauit, nec quod contra me Ionathas tractator eius & cooperator exiſtit, nulliq; ueſtrum curæ eſt, ſed tacentes, rei exitum ſuſtinetis. Quumq; rex tacuiſſet, alius quidem præſentiũ nemo reſpondit. Doech uero Sy/ rus, paſtor mularum eius ait, quia uidiſſet Dauid in Nobe ciuitatem ueniſſe ad Achimelech ſacerdotem, ut futura ſibi eo prophetante cognoſceret: perceptiſque ab eo ſumptibus, & haſta Goliæ, ad quos ire uolebat, ab eo fuiſſe deductũ. Tunc uocans ſacerdotem, & cunctam eius generationem Saul, ait: Quid mali paſſus à me, ſeruum inutilem Ieſſe filium ſuſcepiſti, eiq; ſumptus dediſti, & arma, quum mei regni nimius inimicus exiſtat? Cur etiam futurorum ei reſponſa præbuiſti? Non enim te latuit, quod me fugeret, & odio meam domum haberet. Sacerdos autem quæ facta fuerant, nõ negauit: ſed cum fiducia ſe hæc præbuiſſe confeſſus eſt: nec ſe Dauid præſtitiſſe, ſed regi, dicens: Non enim eũ, inquit, nouimus tuum inimicum, ſed fidelem ſocium, & præcipuum ſeruum & millenarium: & quod ho/ rum maius eſt, generum pariter & cognatũ: & hæc non inimicis hominibus præ/ ſtiti, ſed ei qui circa te opus ſuæ deuotionis exhibuit. Prophetaui autem ei, nõ mo do ſolum, ſed ſæpius. Dicente nanq; cum magna feſtinatione fuiſſe ſe directum, ſi ei quibus egebat, minime præbuiſſem, non illi putarer, ſed ꝑotius tibi reſiſtere. Quapropter nihil doloſum aduerſum me cogitare debes: neque in his quæ nunc audiſti, meam tunc fuiſſe debes credere uoluntatem. Amico nanq; & regis gene/ ro & millenario hæc impendi, non hoſti. Hæc dicens ſacerdos, nequaquam ſa/ tisfecit regi Saul. Qui quum eſſet in magno terrore, neq; ueram confeſſionem cre dens, iuſſit armatis circunſtantibus, ut eũ cum ſua cognatione perimerent. Quum que illi non præſumerent contingere ſacerdotem, ſed diuinitatem formidarent,

potius quàm regi parere uellent, tunc Syro Doech rex ſacerdotis imperauit interitum. Qui ſumens ſuæ militiæ ſimiles, occidit Achimelech, eiusq; progeniem. Erant autem omnes quaſi trecentiquinq;. Quo facto, miſit quoq; Saul in ciuitatem ſacerdotum Nobe, & omnes occidit: non mulieri, non infanti, non alij pepercit ætati, eamq; ſuccendit. Vnde filius unus Achimelech tantummodo, Abiathar nomine, liberatus eſt. Hæc ſiquidem contigerunt, ſicut deus ſacerdoti Eli prophetauit, propter iniquitates duorum filiorum eius, dicēs prolem eius radicitus euellendam. Porrò Saul rex crudele ſic opus efficiens, & totam generationem ſacerdotalem interimēs, & neq; infantibus miſericordiam, nec ſenibus reuerentiam habens: ſed & ciuitatem diſperdēs, quam patriam ſacerdotum, prophetarumq; nutricem diuinitas elegerat, & ſolam tales uiros habere decreuerat. Hoc actu omnes fecit agnoſcere, & humano modo cōſiderare, quod donec fuerint aliqui ſimplices & humiles, nec fuerint abuſi natura, nec uoluntatem ſuam implere præſumpſerint, manſueti ſunt atq; mites: ſectanturq; ſolam iuſticiā, & circa eam omnem ſtudent habere deuotionem: tunc etiam de diuinitate confidunt, quia omnibus quæ fiunt in hac uita, præſens eſt: & non ſolū opera, ſed etiam mentes unde procedunt hæc, antequàm fiant, aperte conſiderat. Quum uero ad poteſtatem ueniunt, & ſuperbiæ cumulo dilatantur, tunc omnibus illis exuti, & uelut in ſcena uultus, & mores, & moderationem actuum reponentes, ſuſcipiunt audaciam, ſuperbiam, & contemptum rerum humanarum & diuinarum: & dum præcipue pietatem iuſticiamq; deſpexerint, & in omnibus quæ cogitant aut agunt, ſibimet arrogauerint, tunc quaſi non uideat eos deus, aut certe poteſtatem eorum nō habeat, peſſimis graſſantur in actibus: & quicquid aut audire metuunt, aut odio habent, reſpuunt: quæ autem irrationabiliter diligunt, hæc rata, firma, uera, & hominibus placita ſimul & deo credūt. De futuris uero rebus nullus eis ſit ſermo, ſed eos qui pertulerunt multas laborū miſerias, exhonorant: & eos habentes odio ſimul inuidiam his conflant: deducentesq; eos ad medium, non ſolum adeptos honores eis auferunt, ſed per calumniam etiam uita eos priuare nituntur: puniuntq; non propter opera digna ſupplicio, ſed derogationibus & accuſatiōibus nequaquam examinatos extinguunt: nō quos oportet hæc pati, ſed in quibus iniuſte nitūtur ulciſci. Hoc igitur nobis Saul filius Cis, qui primus poſt illam optimam ducum rem publicam regnauit in Iſraël, manifeſtum eſſe monſtrauit, occidens trecentos ſacerdotes atq; prophetas, per ſuſpicionem quam habuit in Achimelech, deijciens etiam eorum ciuitatem, & ſtudens quodammodo deum ſacerdotibus prophetisq; priuare, dum tantos ſimul occideret, ut neq; patriam eorum manere permitteret poſt illos, ut potuiſſet aliquis oboriri. Abiathar itaq; Achimelech filius, qui ſolus fuerat de ſacerdotibus à Saul interfectis ereptus, fugiens ad Dauid, ærumnam ſuorum omnium, & patris interitū declarauit. Qui ait, non ſe hæc eis ignoraſſe futura: ſed uidens Doech ſuſpicatum fuiſſe, quod ſacerdotem regi declararet: ſeq; dolebat quaſi huius calamitatis autorē: & poſcebat, ut apud eum de cætero commaneret, tanquam qui in alio loco latere non poſſet. Eo ſiqui- 1. Reg. 23.
dem tempore audiens Dauid Palæſtinos Ceilanorū prouinciam deuaſtare, conſuluit deum per prophetam, ſi eum pugnare præciperet. Quo dicente, quod diui-

nitas

nitas uictoriam promisisset,cum suis socijs Palæstinos hostes inuasit, multámq; eorum cædem fecit,& prædam tulit.Dumque apud Ceilanos esset, donec areas suas,fructusq; sine timore colligerent,regi Saul nũciatum est, eo quod apud eos habitaret.Opus enim illud & magnus effectus, apud quos gestum est,cælari nõ potuit:sed fama etiam ad extraneorum auditus aduenit,& ad regem usq; delata est.Gauisus est Saul,quum audisset Dauid in Ceila commorari,dicens,deum illum eius manibus tradidisse,quãdo coactus sit uenire in ciuitatem,muros & portas & seras habentem:iussitq; omni populo, ut ad Ceilam unanimiter conuenirent:& obsidentes eam,capientesq; Dauid,interimerent. Hæc itaq; sentiens Dauid,& agnoscens à deo,quomodo eum forent Saul tradituri Ceilitæ,sumẽs quadringentos qui cum eo erãt, de ciuitate profectus est in desertum Gedon.Et rex quidem quum audisset eum fugisse de Ceila,ab eius persecutione cessauit.Dauid autem surgens exinde,uenit in quendam locum Ziphin,qui uocatur Noua: ubi Ionathas filius Saul uenies ad eum,& osculatus,securum eum esse dixit,& spem bonam habere futurorum:nec præsentibus rebus eum debere deficere,quoniam regnaturus foret,& habiturus sub se Hebræorum omnium potestatem: & quoniam quum gratiora essent,quæcunq; magnis laboribus euenirent. Et rursus iureiurando celebrato inter alterutros pro deuotione uitæ totius & fidei: & deũ uocans testem Ionathas,maledixit sibi, si transcenderet constitutum,& in contraria mutaretur.Tunc Dauid ibidem relinquens,paululum à timore & solicitudine releuatum,ad Saul ipse reuersus est. Ziphæi uero uolẽtes gratiam præstare Saul, indicauerunt ei,apud se cõmorari Dauid: promiseruntq;,ut si ueniret,illũ ei contraderent:quod scilicet dum angustias Ziphæorum apprehendisset, non posset ulterius alibi deuiare.Quos laudauit rex, & gratias egit indicantibus inimicum: eisq; pollicitus est,non tarde eorum se compẽsare deuotionem: misitq; qui quærerent Dauid,& desertum omne perscrutarentur,dicens etiam se continuo secuturum.Et illi quidem qui directi fuerant pro inuestigando & capiendo Dauid,præcedebant regem,studentes fauore suo non solum nunciare inimicum, sed etiam manifestatum,in regia potestate cõtradere.Hi tamen iniusta & malignissima uoluntate frustrati sunt,qui quum nihil mali sustinere potuissent, si non hunc indicassent Saul:propter blandimenta regia,uirum religiosum,& ad mortem iniuste quæsitum,& qui latere poterat,prodiderunt,& se eum tradere promiserunt. Cognoscens autem Dauid malitiam Ziphæorum, & regis inuasionem, angustias quidem illius regionis dereliquit: fugit autem ad petram maximam, in deserto Maon constitutã.Quumq; Saul eum ibi persequeretur, cognouit in itinere Dauid ab illis angustijs discessisse,quasi ad aliam petræ partem. Et quũ Saul ex alia parte consisteret,ut eum penè iam capere potuisset,audiens Palæstinos Hebræorum regionem ualde uastare,à Dauid persecutione discessit:& contra eos qui naturaliter hostes erant,dimicãdum magis necessarium iudicauit, quàm inimicum proprium persequendo,uastationem suæ terræ despicere. Sic ergo Dauid inopinabiliter declinato periculo,uenit in angustias Engaddi. Quum uero Saul expulisset alienigenas,uenerunt qui nunciarent ei,Dauid in Engaddi montibus habitare. Qui sumẽs tria milia armatorum uirorum,abijt super eum:& quum non

Ziphei pro dũt Dauid.

1.Reg.24.

eſſet procul à locis illis, uidit circa iter ſpeluncam profundam atq; rotundam, multa lõgitudine & latitudine, nimis apertam, in qua Dauid cum quadringentis erat abſconſus. Dumque Saul naturaliter uentris purgandi neceſſitate urgeretur, ingreſſus in eam ſolus eſt. Quem dum uidiſſet quidam hominum Dauid, & dixiſſet de eius inimico tempus à deo datum, & ſuaderet, ut ultionis cauſa Saul caput abſcinderet, quatenus graui perſecutione & miſeria priuaretur, ſurgens Dauid, abſcidit quidem ſummitatem ueſtis ſolummodo, qua Saul erat indutus: & repente pœnitentia tactus, ait, non eſſe iuſtum ut ſuum occideret dominum, & qui ſcilicet à deo fuerat regnare præceptus. Nam licet iſte, inquit, circa nos malignus exiſtat, me tamen apud eum non decet eſſe talem. Quumque Saul de ſpelunca fuiſſet egreſſus, accedens Dauid, exclamauit à longe, petens ut Saul audiret. Conuerſo autem rege, adorauit eum ſecundum morem, proſtratus in faciem, & ait: O rex, non te oportet malignas & falſas derogationes confingentibus aures accommodantem, illis credere, & in ſuſpicione diligentes * te uiros habere, ſed magis operibus affectum conſiderare cunctorum. Derogatio nanq; multorum eſt, deuotionis uero clara probatio actuum ueritate conſiſtit: & ſermo quidem cuiuſlibet in utroq; habet ſimilitudinem ueritatis & falſitatis: opera uero nudum habent ueritatis intuitum. Conſidera igitur ex iſtis, qualis ego circa te tuamque ſim domum: & quod mihi oportet credi, & non accuſantibus, & dicẽtibus ea quæ neque animo concepi, neq; facere potui. Cur apponis perſequi animam meam, & nihil die noctúq; aliud cogitare, niſi animæ meæ interitum, quam iniuſte perſequeris? Quomodo enim non falſam opinionem de me ſumpſiſti, quaſi occidere te uoluerim: aut quomodo non impie agis in deo me occidere cõcupiſcens, & inimicum tuum credens, hominem qui poteſtatem hodie habuit punire te, & à te pœnas exigere, & noluit, quũ tempore ad hæc uſus eſt opportuno? Quod ſi contra me tibi idem licuiſſet, nequaquam ſic abiens præteriſſes. Quando enim tuæ ueſtis incidi partem, potui etiam caput auferre. Et oſtendens pãnum ueſtis eius, rei fidem exhibuit. Et ego, inquit, à iuſta ultione me retinui, tu uero iniuſtum contra me habere odium non uereris. Sed deus hæc iudicet, & utriuſque noſtrum arguat uoluntatem. Saul autem ſuam uitam inopinabiliter admiratus fuiſſe ſeruatam, & humilitatem iuuenis ac naturam eius obſtupeſcẽs, ingemuit. Quumq; & Dauid hoc feciſſet, reſpondit cum gemitu Saul, illum potius eſſe iuſtum: Tu, inquit, cauſa bonorum mihi fuiſti, ego uero tibi calamitatum: & oſtendiſti hodie priſcorum te habere iuſticiam. Quis enim inimicos ſuos in deſerto comprehenſos, ſaluandos eſſe duxerit? Confido nanq; quod deus regnum tibi conſtruet, & omnium Hebræorũ te poteſtas expectat: ſed da mihi iuriſiurandi fidem, ne meum genus extermines: neq; habens malorũ memoriam, ſtudeas meum germen eradicare: ſed ut meam domum ſerues & ſalues. Iurante uero Dauid quod poposcerat, Saul quidem ad proprium reuerſus eſt imperium. Dauid autem cum ſuis aſcendit in anguſtias Maſpha. Hoc itaq; tempore & Samuel propheta defunctus eſt, uir qui non fortuitũ honorem apud Hebræos habuerat: cuius uirtus etiam apparuit in hoc opere, quod pro eius deuotione populus multo tempore luctum duxit, & circa ſepulturam eius atq; ſolennium largitatem, ſtudiũ magnum compe-

Al. ſed teſtẽ uerum habere, &

1. Reg. 25. *Samuel propheta uir ſanctus defungitur uita.*

competenter exhibuit. Sepelierunt autem eum in patria ſua in Ramatha: multisq; cum fleuere diebus, non incommuniter hoc facientes, uelut extranei mortem, ſed tanquam proprium ſinguli quiq; lugentes. Fuit enim uir iuſtus, & natura benignus: & propterea magis amicus deo: qui præfuit populo ſolus poſt mortem quidem ſacerdotis Eli, annis duodecim: cum Saul uero rege annis decem & octo. Et Samuel quidem huiuſmodi habuit finem. Erat igitur quidam Ziphæorum de ciuitate Maon, diues & pecora multa poſſidens: triũ nanq; milium ouium gregem habebat in paſcuis, & mille caprarum. Has ergo Dauid illæſas: & ſine uexatione cuſtodire ſuos præcepit: ut neq; deſiderio, neq; egeſtate, neq; pro loco deſerto ubi potuiſſent latere, aliquis eas uexare præſumeret. Super hæc autem illud ſeruandum dicens, ut nihil iniuſtum fieret, & aliena tangere peſſimum iudicarent, neq; deum offenderent. Hæc aũt docebat eos, homini bono præſtare ſe credens, & dignum eum eſſe beneficiũ huiuſmodi promereri. Erat enim illi nomen Nabal, uir durus & ſtudijs maligniſſimus, habens uitam deteſtabilem, cui erat uxor bona, ſimul & caſta, & ſpecie nimis eximia. Igitur ad hunc Nabal, tempore quo tondebat oues, miſit Dauid uiros decem, ut eum ſalutarent: & optabat ut hoc multis annis efficeret, & quod eſſet ſibi poſſibile, ab eo præberi popoſcit: cognoſcens ſcilicet à ſuis paſtoribus, quod nihil eis aliquãdo nocuerint, ſed etiam cuſtodes eorum gregumq; fuerint, dum multo tempore in deſerto pariter habitaſſent, & quod nõ eum pœniteret, ſi quid Dauid ſua largitate præberet. Nabal autem his qui miſſi fuerant, inhumane nimis & dure reſpondit. Dum enim interrogaſſet eos, quis eſſet Dauid, & illi reſpondiſſent, filium Ieſſe, ait: Nunc uideo, quia ualde in ſemetipſis ſuperbiũt fugitiui, & gloriantur ſuos dominos relinquentes. Quod dum fuiſſet Dauid renunciatum, iratus eſt: & quadringentos quidem armatos ſequi ſe præcipiens, ducentis pro rerũ cuſtodia derelictis, ibat contra Nabal: iurans illa nocte domum ſe & omnem poſſeſſionem eius exterminare: non ſolum enim ob hoc iratus eſt Dauid, quia uideretur ingratus, & nihil dediſſet eis qui multam benignitatem circa eum habuerant: ſed etiam quia blaſphemaſſet, & maledixiſſet, à quibus in nullo fuerat contriſtatus. Interea quidã ſeruus cuſtos ouium Nabal, dominæ quidem ſuæ, illius uero cõiugi, dixit, quod miſerit Dauid ad uirum eius, & non ſolum nec aliquid uellet eum percipere, ſed etiam iniurias, & peſſimas in eum dixerit blaſphemias: dum omni prouidentia & cuſtodia circa eos fuerit uſus in gregibus, affirmans hoc in malum domini ſui, & ipſius profuturum. Quo dicto, Abigail, uxor Nabal, eijciens aſinos, & onerans eos cunctis muneribus, nihilq; marito dicens, ſciens quod per ebrietatem ipſe ſenſu careret, profecta eſt ad Dauid. Cui deſcendenti montis anguſtias, Dauid occurrit, cum quadringentis uiris ueniens ſuper Nabal. Quem quum uidiſſet mulier, de aſina exiluit: & proſtrata in faciem, adorauit: ſupplicans, ut nequaquam Nabal uerba reſpiceret, qui utiq; Nabal recte uocaretur: quod nomen dementem lingua ſignificat Hebræa. Satisfaciebat autem, dicens, non ſe eos uidiſſe qui ab eo miſſi fuerant: & debere ſe ueniam promereri: utq; magis ageret ipſe deo gratias, qui eum à ſanguinis humani pollutione prohibuit, exorabat. Nam quum tu, inquit, benignus ſis, ille iudicat in malignis. Quæ enim Nabal, inquit, mala ſuſtineat, ſuper

De Nabal ſtulto & crudeli.

capita inimicorum tuorum eueniant. Esto mihi propitius quidem, & iudica me dignam, per quam hæc dona suscipias: iram uero atque furorem, quem super maritum meum & eius habuisti domũ, mihi remitte. Hæc enim te decent, quum sis placidus, atque demens dominus: & quod maius est, regnaturus. Susceptis autem muneribus, ille ait: O mulier, propitius te hodie ad nos deus adduxit. Non enim futurum uideras diem, quum iam iurassem, domum Nabal hac nocte disperdere, ut nullus uestrum penitus remaneret: quum utiq; sit uir ille ingratus, & callidus circa me & socios meos: nũc autem præuenisti, & meum, curante deo, mutasti furorem. Et Nabal quidem, licet modo propter te relinquatur inultus, nõ tamen effugiet pœnas: sed alia causa quæ eum competit, eueniet ei. Hæc dicens, dimittit mulierem. Illa autem domũ reuersa est: & inueniens uirũ cum multis epulantem, & in ebrietate iacentem, tunc quidem nihil horum quæ gesta fuerant, indicauit. Cui altera die cuncta significans, sic eũ tristem reddidit, ut ad solutionem membrorum, & penè ad mortem usq; deduceretur: & nõ amplius quàm decem dies postea uiuens Nabal, defunctus est. Dauid aũt audiẽs mortem eius, ultum se quidem à deo dixit: Nabal uero propria malignitate defunctũ, deo dedisse illum pœnas, seq; seruasse ab eius sanguine, mundam habentem dextram. Tunc etiam agnouit, eo quod maligni diuinitus arguantur, & nullus inter homines despiciatur à deo, qui dat quidem bonis similia, malis uero refert digna supplicia. Et mittens ad eius uxorem, petijt, quo eam sibimet copularet. Illa uero his qui missi fuerant, dicens, se non dignam fore, ut illius uel pedes attingeret. Cum omni tamen apparatu proprio uenit, eiq; coniuncta est: quæ ad hunc honorem uenire promeruit, tam pro modo castitatis atq; iustitia, quàm pro specie suæ formæ. Habuit autem Dauid uxorem, quã primitus duxerat, de ciuitate Ebisar. Michol autem Saul regis filia, quæ fuit Dauid uxor, pater eius Phalti filio Lais coniunxit, qui erat de ciuitate Gallim. Quumq; hæc fuissent gesta, quidam Ziphæorum uenientes ad Saul, indicauerunt ei, quia rursus esset in eorum regione Dauid, & possent uolenti eum comprehendere, sua præbere solatia. At ille cum tribus milibus armatorum super eum egressus est. Quumque superuenisset nox, castra posuit in loco quodã, qui dicitur Sicela. Audiens uero Dauid, contra se uenire Saul, missis exploratoribus, iussit sibimet nunciari, ad quem locũ iam uenisset. Quibus dicentibus, in Sicela eũ esse, surgens nocte, ita ut lateret suos, uenit ad castra Saul, ducens secum Abisai, natum sororis suæ Saruiæ, & Achimelech Gethæum. Saul itaq; dormiẽte, & circa eum per circuitum armatis, & Abner principe militiæ constitutis, Dauid ingressus castra eius, nec ipse peremit eum, inueniens eius stratum & lanceam quæ erat fixa ad caput eius, nec Abisai permisit uolentem eum occidere, & in hoc uehementer instantem: sed dicens, ordinatum à deo, regem occidere esse nimis iniquum, licet ille sit malus: ueniramq; ei pœnam opportuno tempore, ab eo qui ei præbuit regnum, retinuit impetum, eum uolentis occidere: & pro signo, quod quũ potuisset eum interimere, se potius abstinuerit, sumens eius lanceam & urceolum aquæ appositum dormienti Saul, nullo sentiente in exercitu, cunctisq; iacentibus, latenter egressus est: quum omnia facere potuisset, quæ & ipsum tempus offerret, & contra regem digna præsumptio suaderet. Trãsiens uero tor-

Nabal moritur.

Dauid Abigail ducit uxorem.

1. Reg. 26.

ro torrentem,& in uerticem montis aſcendens, undè potuiſſet audíri,damãs uoce magna militibus Saul,& Abner principi militiæ,excitauit eos à ſomno. Hunc enim uocabat,& populũ. Audiente uero principe militiæ,& requirente,quis eum uocaſſet,Dauid ait:Ego ſum,filius quidem Ieſſe,ueſter uero fugitiuus. Cur igitur quum ſis magnus,& apud regem honore præcipuus,corpus eius ita cuſtodis, ut ſomnus ſit tibi dulcior, q̃ illius ſalutis affectus? Hæc quippe digna morte ſunt, atq; ſupplicio. Dudum enim ingreſſos quoſdam in ueſtro exercitu ſuper regem, & ſuper uniuerſos alios,non agnouiſti. Quære lanceam regis & urceum aquæ,& cognoſces quantum malum uos latuit intrinſecus conſtitutos. Saul autem cognoſcens Dauid uocem,& uidens,quod dum eum captiuũ habuiſſet ſopore confectum,cuſtodibus negligentibus,non occidit,ſed pepercit ei,quem iuſte perimere potuiſſet,pro ſalute ſua gratias egit:& rogauit,ut,confidens,nihilq; ab eo mali iam metuens,iret ad propria: affirmãs credere ſe,quod nec ſemetipſum aliquis ita dilígeret,ſicut Saul à Dauid amaretur:& accuſans ſeipſum, quod eũ quidem qui illũ cuſtodire poſſet,& multa indicia circa eũ ſui fauoris oſtenderet,perſequeretur iniuſte: & tanto tempore hæſitantem de anima ſua degere in fugam compelleret, ab amicis & cognatis propríjs deſolatum: ipſe uero ab eo ſæpius liberatus,nõ quieſceret Saul,quin eius animam aperte deſideraret auferre. Quo facto, Dauid iuſſit,ut aliquis ueniens reciperet lanceam & urceum aquæ,dicens: Deus utriuſq; noſtrum & uolũtatis,& actuum iudex ſit:qui nouit,quod etiam præſenti die,quum te occidere potuiſſem, tui miſertus,abſtinui. Et Saul quidem ſecundo Dauid manus effugiens,ad regnum proprium remeauit. Metuens autem Dauid, ne permanens ibi, aliquando in Saul manus incideret, decreuit ad Palæſtinos diſcedere, & illic habitare. Tunc cum ſexcentis, qui erant circa eum, uenit ad Achim regem Geth. Erat aũt hæc una Palæſtinarũ urbium. Quumq; eum rex ſuſcepiſſet cum uiris,& habitaculum præbuiſſet, habente eo ſimul duas uxores,Achinoën & Abigail,morabatur in Geth. Saul autem hæc audiens,ulterius uoluntatem non habuit, ut aut mitteret ſuper eum, aut ipſe forſitan properaret,quum ſecũdo penè tale periculum pertulerit,ut ab illo potius potuiſſet comprehendi. Porrò Dauid non placuit,ut in ciuitate Geth habitaret:ſed regẽ rogauit,qui eum demẽter exceperat, ut ei locum aliquem in prouincia donaret,ubi cum ſuis degere potuiſſet:pudori eſſe dicens,ut ſi in ciuitate maneret, ſe ei onerоſum exiſtere. Cui dedit rex quẽdam uicum,Sicelech nũcupatum:quem uicũ ita dilexit,ut quum regnaſſet Dauid, eum ipſe & eius pueri quaſi propriam poſſeſſionem honorarent. Sed de his in alio loco dicemus. Tempus itaque quo commoratus eſt Dauid in Sicelech Palæſtinæ,fuit menſium quatuor, & uiginti dierum. Vnde latenter inſurgens contra Palæſtinos, in uicina regione conſtitutos,Serritas & Amalechitas, eorum prouinciam deuaſtabat: multámque prædam iumentorum & camelorum ſumens,reuertebatur ad propria: ab hominibus * abſtinebat, metuens ne eum indicarent ad regem: partem tamen prædæ ei dono mittebat. Quum uero requireret rex,quos uaſtaſſet, prædamque tuliſſet, dicendo eos, qui ad auſtrum Iudæi conuerſantur, & in campeſtribus habitabant, ſe eſſe depopulatum, ſatisfecit regi. Sperabat enim quod Dauid odio

1. Reg. 27.

Sicelech datur Dauid.

Al. non.

haberet propriam gentem,& ſeruus eius foret,donec apud eum conſiſteret.

Saul aduerſus Achim pugnaturus,conſulit Phytoniſſam, à qua Samuel ſuſcitatus,dicit eum in bello cũ filijs caſurũ. Saul fortiter pugnãdo uictus,proprio ſe gladio cõfodit iuuãte hoſte,cuius corpus à Iabitis eſt ſepultũ in Iabes nemore. Caput XIIII.

1.Reg.28. EOdem uero tempore Palæſtinis contra Iſraëlitas pugnare uolentibus, & mittentibus ad omnes amicos,ut eis adeſſent in bello in Ceila, ubi congregati erant exituri ſuper Hebræos: Achis rex Geth Dauid rogauit, ut cum ſuis armatis ei ſolatium contra Hebræos præberet. Illo uero gratiſſime promittente,& dicente inueniſſe tempus,in quo beneficijs eius *uicem penderet, & ſuſceptionis eius munus exolueret,promiſit rex cuſtodem corporis poſt uictoriam,& belli certamina eum ſe eſſe facturum,honoris & fidei promiſſione ſtudens uoluntatem eius augere. Saul itaq; rex Hebræorum,omnes diuinos & *ueturiloquos, & omnem huiuſmodi artem de ſua expulerat regione,abſq; prophetis. Audiens autem Palæſtinos iam eſſe præſentes, & iuxta Sunam ciuitatem in campo poſitam,caſtra fixiſſe,ad eos cum omni exercitu ſuo profectus eſt. Quumq; ueniſſet ante montem quendam nomine Gelboë, & uidiſſet è diuerſo hoſtium multitudinem,timore fortuito conturbatus eſt,dum eſſet eorum exercitus potior & multo melior,deumq; cõſuluit per prophetas,ut ei de prælio & eius fine prædicerent. Deo autem non reſpondente,Saul magis expauit,& animo corruit, malum ſibi aperte imminere proſpiciens,quũ utiq; deũ arbitraretur præſentem ſibi non eſſe: iuſſitq; ſibi quæri mulierem uentriloquam,habentem ſpiritum,& uocantem animas defunctorum:ut uel ita agnoſceret,ſi in rebus imminentibus præualeret. Genus enim uentriloquorum,euocando mortuorum animas, per eas ſolet poſcentibus futura prædicere. Quumq; fuiſſet à quodam famulo ei nunciatum,eſſe huiuſmodi mulierem in ciuitate Endor, latens omnem exercitum, exutus ueſte regali, & aſſumens duos famulos,quos nouerat fideliſſimos,uenit in Endor ad mulierem rogauitq; eam,ut diuinaret,& animã ſuſcitaret,cuius ipſe dixiſſet. Muliere uero repugnante,& dicente ſe regem nõ poſſe ſpernere, qui genus hoc diuinantium expuliſſet: ſed nec illum bene facere, qui dum nihil per eam fuiſſet læſus,ei pararet inſidias, ut prohibita facientem,pœnæ contraderet, iurauit, ſe nec cuiquam eius diuinationem prodere, nec periculum fore. Quumque iureiurando ſatisfeciſſet, non eam debere metuere, iuſſit ut ei animam Samuelis euocaret: illa uero neſciens quis Samuel eſſet, eum ex inferno euocabat. Quumque apparuiſſet, uidens mulier uirum ſanctum & deo docibilem, conturbata eſt: & tunc eius faciem obſtupeſcens:Nónne tu es, inquit, rex Saul? Hoc enim ei Samuel indicauerat. Quo confitente, & perturbationem eius requirente, ait uidiſſe ſe uirum ſenem forma ſimilem deo:eóque iubente ut imaginem & formam & ſtatum eius quem uiderat, explanaret, ſignificauit ſe ſenem iam & glorioſum, & ſacerdotali pallio uidiſſe circumamictum. Ex quibus agnouit rex hunc Samuelem eſſe: & procidens in terram, ſalutauit & adorauit. Anima uero Samuel inquirente,cur eam commouiſſet;Saul ingemiſcebat neceſſitatem incumbere,& hoſtes ſibi grauiter imminere, & eſſe in hæſitatione rerum præſentium cõſtitutum, à deo utique derelictum: & neque reſponſum promereri, neque per prophetas, neq; per

Al.reſponderet.

Al. uentriloquos.

Samuel apparet.

Samuelis umbra Saul loquitur.

neq; per ſomnia: & propterea, inquit, ad te qui mihi * ſemper proſpexiſti, confugi. Samuel autem uidens eum fini uitæ iam proximum, ait: Superflue à me aliquid uis agnoſcere, quum à deo ſis derelictus. Sed audi regnaturum Dauid, & in bello uicturum: tu uero tuusq; principatus cum uita erit finiendus: quoniam inobediens fueris deo in bello Amalechitarum, & eius nequaquam mandata ſeruaueris, ſicut uiuens tibimet prophetaui. Igitur ſcito te ſubdendum & populum inimicis, & te cum filijs die craſtino in bello cadentes, mecum eſſe manſuros. Hæc audiens Saul, triſticia faciente, loquendi amiſit officiū: & proſtratus in terram tam propter dolorem qui ei indicatus fuerat, quàm propter abſtinentiam (non enim præcedenti die aut nocte cibum ſumpſerat) non facile ualebat aſſurgere. Quum aũt ſurgeret, uix recipiẽs ſpiritum, coëgit illum mulier ut guſtaret, hoc munus abeo petens ſibimet repenſari pro diuinatione, quã ſui periculo ei præbuerat, quum ei hoc facere propter timorem eius nõ licuiſſet. Quæ licet ignoraſſet qui fuerit, tamen poſtulata conceſſerit, pro quibus rogaret, ut appoſita mẽſa, cibum ſumeret: quatenus recepta uirtute, ad caſtra propria remearet. Quumque ille refutaret, & nimis auerſaretur in anguſtia conſtitutus, cõpulit & perſuaſit ei: & habens unum uitulum mãſuetum, & à ſe domi nutritum, in quo ſolo requieſcebat, eum occidit, & carnibus præparatis, ei ut comederet eiusq; ſeruis appoſuit. Quo facto, Saul noctanter ad ſua caſtra reuerſus eſt. Iuſtum eſt autem laudare mulieris largitatem, quod licet eius ars à rege fuiſſet exerceri prohibita, tamen dum adueniſſent in domum eius, quos nunquam uiderat prius, non habuit mali memoriam, uituperando eum qui eius prohibuerat diſciplinam: nec auerſata eſt peregrinum, & cuius conſuetudinem non habuit: ſed condoluit, & cõſolata eſt eum, dũ cognouit regem: & circa quem animo potuerat nimis ingrata conſiſtere, eũ potius ut comederet, inuitabat: & quod ei ſolummodo in paupertate fuerat, hoc * libenter largitérque conferebat, non aliquam retributionem eius expectãs, nec munus aliquod accipiens: quippe quem proxime moriturum cognouerat: quum plerunq; natura ſit hominum, boni aliquid aut repenſaturis beneficium exhibere: uel à quibus ſe aliquid credunt accipere, his mutuare. Bonum eſt ergo illam imitari mulierem, & bene facere cunctis egentibus: & nihil arbitrari melius eſſe, nec amplius aliquid generi humano competere poſſe, quàm hoc ex quo deum propitium, & largitorem bonorum ſemper habeamus. Igitur de illa muliere hoc dixiſſe ſufficiat.

Sermonem uero nunc faciamus, ciuitatibus & populis gentibusq; profuturum, & bonis omnibus congruum, ex quo prouocentur uniuerſi uirtutem ſectari, & æternæ gloriæ decus appetere: ſed & qui ſapientibus, regibus & principibus multum deſiderium, & ſtudium rerum bonarum adiiciat: & pro ſalute patriæ ad pericula mortis libenter adducat: & cuncta quæ uidentur grauia, doceat eſſe contemnenda. Habeo nanq; rei huius autorem Saul Hebræorum regem. Hic enim, quum iam futura noſſet, & mortem ſibi imminere, prophetæ prædicente, cognoſceret, non fugit, nec amore uitæ ſuum exercitum prodidit inimicis, nec regiæ contumeliam intulit dignitati: ſed potius cum omni domo ſemetipſum tradens ſimul & filijs, optimum iudicauit magis cum ipſis cadere, pro ſubiectis pugnando, & filios unà petire, licet boni ei fuiſſent, quàm eos in incerto

Al. pius ſem per extitiſti

Al. hilariter.

Exhortatiq ad ueră fortitudinẽ exẽplo Saul.

in incerto relinquere,quaſi regni ſucceſſionem & generis habituros. Is ergo & iuſtus,& caſtus,& fortiſſimus ſolus mihi eſſe uidetur,& ſi quis fuerit talis,aut fuit,& cunctorum teſtimonio uirtutis adeptione digniſſimus. Nam eos qui ſub ſpe uictoriæ proficiſcuntur ad bellum,& incolumes ſe redire confidũt: ſi quid geſſerint darũ,mihi non uidẽtur ſatis benefacere,qui eos uoluerint fortes appellare, quod
Al.& alibi * de talibus in hiſtorijs & alijs cõſcriptionibus inuenitur,quãuis & illi ſint approbandi.Magnanimes autem & grandia præſumentes,& rerũ terribilium ſoli contemptores,dicendi ſunt omnes qui Saul imitãtur. Illi nanq; qui neſcientes quod in bello futurum eſt,nequaquam animo deficiunt: ſed in incertum ſemetipſos emittunt,licet aliquid grande faciant,nõ tamen ualde admirandi ſunt. Quum uero utile nihil uenturum animo cogitatur,ſed iam mors futura præſcitur,& ſolummodo hoc paſſuri dimicant aliqui,& neq; terrentur,neq; pro mortis periculis obſtupeſcunt, huiuſmodi uiros perfectæ fortitudinis eſſe decerno. Hoc igitur fecit Saul,oſtendens,quia cunctos deſiderantes gloriæ palmam habere,poſt mortem talia conuenit adimplere,& maxime reges, quos propter cumulum principatus, non ſolum malos non licet eſſe circa ſubiectos, ſed neq; mediocriter eſſe bonos. Plurima quidem de Saul & eius magnanimitate potui dicere, maximam mihi hoc argumento præbente materiã: ſed ne diu eius laudibus uidear inhærere,de-
1.Reg.29. nuo ad ea reuertor,unde egreſſus eſſe cognoſcor. Palæſtinis igitur,ſicut prædi-
Al. generationes & tribus. ximus,caſtrametãtibus,per ſingulas *gentes & reges & ſatrapas exercitum diſponentibus,ad ultimum ueniebat cum ſuo exercitu rex Achis, & poſt eum Dauid cum ducentis armatis ſequebatur. Et quum duces Palæſtinorum qui cum Dauid in auxilium regis uenerant, uiderent inter eos Hebræos, percontabantur à rege, qui nam eſſent. Qui dixit, Dauid eſſe, qui fugerat Saul dominum ſuum: quem ad ſe uenientem, ipſe ſuſceperat, & nunc uelle ſibi eum beneficia rependere,& Saul interficere,& propterea in ſolatium ipſius adueniſſe. Quo dicto culpatus eſt à ducibus Palæſtinorum,eo quod uirum inimicum ad ſolatium adduxerit:eumq; remitti ſuadebãt, ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret,habendo tempus & cauſam,per quam ſuũ dominum placare poſſet: ſed ſi uellet ei proſpicere, remitteret eum cũ ſuis ad locum quem dederat illi prius. Adijciebant autem:Nónne hic eſt Dauid,de quo cantabant uirgines Hebræorum, quia decena milia peremiſſet? Quæ quum audiſſet rex Geth, utiliter hæc dicta cognoſcẽs, uocauit Dauid,& ait: Ego quidem quum ſim teſtis ſtudij tui circa me atq; deuotionis,propterea te ad ſolatium meum adduxi:principibus autem nõ placet. Sed facto die, perge ad locum quem dedi tibi, & ibi meam cuſtodi prouinciam, ne
1.Reg.30. quis hoſtiũ ad eam accedat:eſt enim & hoc amico pars magna ſolatij. Dauid itaque iubente rege Geth, uenit in Sicelech. Nam eo tempore quo egreſſus fuerat Dauid,ſolatium ferens Palæſtinis, gens Amalechitarum ingrediens Sicelech, fortiſſime ceperat eam: qua incenſa, multáque præda ex ea & alijs Palæſtinorum regionibus ſumpta, diſceſſerant. Inueniens ergo Dauid uaſtatam omnem prouinciam, & omnia fuiſſe direpta: & duas uxores eius, & eorum qui cum eo erant unà cum filijs in captiuitatem direptas, cõtinuo ſciſſa ueſte,flens & gemens cum ſocijs & amicis,ad hoc uſq; peruenit, ut etiam lachrymæ nimio eorum fletu

rum fletu deficerent. Sed & ipſe periculum paſſus eſt, ita ut à ſocijs dolẽtibus captiuitatem uxorum & filiorũ penè lapidaretur: ipſum enim ſolum huius rei principem, ipſum unuſquiſq; malorum dicebãt autorem. Igitur à triſticia releuatus, & mentem ſuam erigens, rogabat Abiathar Pontificem, ut indutus ueſte ſacerdotali, conſuleret deum, & prophetaret, ſi perſequens Amalechitas, comprehenderet eos, & liberaret uxores ac filios: & ulciſceretur in hoſtibus. Sacerdote uero iubente ut eos perſequeretur, conſurgens continuo, cum ſexcentis armatis perſequutus eſt hoſtes. Quumq; uenisſet ad torrentem Beſor, inueniens quendam errantem Aegyptium genere Aethiopem, & fame defectum, qui tribus diebus ac noctibus in deſerto ſine cibo permanſerat: primo cibo eum potuq; cõfortans, & reficere faciens, requirebat, cuias eſſet, aut unde. Tunc ille quidem ſe genere ſignificauit Aegyptium, & propter infirmitatem à ſuo domino derelictũ, eo quod non ualuerit ſequi: pariter etiam indicauit, ſe eſſe ex eis qui incendiſſent & diripuiſſent Iudæam ſimul & Sicelech. Hunc ergo Dauid habens ducem ſuper Amalechitas, apprehendit eos in terra iacentes, & alios quidem prandentes, alios iam ebrios & uino ſolutos. Quibus cum ſocijs uberrima præda fruentibus, irruens repente, eos late proſtrauit. Nudi nanq; erant, & nihil huiuſmodi ſuſpicantes: ſed ad potum & epulas conuerſi, remiſſiores omnes erant. Et alij quidem adhuc menſis appoſitis apprehenſi, ſuper eas extincti ſunt, & ſanguis eorum cibo permixtus eſt: alios uero inuicem ſe ad pocula inuitantes, occidit: & multos etiã in ſoporem conuerſos extinxit. Quicunq; uero occurrerunt, & armis induti ex aduerſo conſiſtere potuerunt, hi etiam facilius quàm illi qui iacebant in terra, nudi perempti ſunt. Quos ab hora prima interficientes, uſq; ad ueſperam permanſerunt, ita ut Amalechitarum non remanerent amplius cẽ quadringenti: qui tamen in camelis curribus aſcendentes, uix euadere potuerunt. Eripuit ergo Dauid alia omnia quæ tulerant hoſtes, ſed & uxores ſuas & ſociorum. Quumq; reuertẽtes, ueniſſent ad locum, ubi ducentos qui eos non potuerũt ſequi, reliquerant ad caſtra cuſtodienda, illi quidem quadringenti partem prædæ eos accipere nõ cenſebant, qui ſecum non fuerant, ſed in labore molliores extiterant, tantum recipiẽtes uxores quieſcere iudicabant. Dauid aũt malignam hãc & iniuſtam dixit eſſe ſententiam, quum eſſent digni deo præbente, ut & ulciſcerẽtur in hoſtibus, & omnem prædam cum his qui unà ad perſequendum egreſſi fuerant, ex æquo diuiderent, quando ad uaſorum cuſtodiam remanſerant: & ex illo lex iſta apud eos permanſit, ut tantũ accipiant qui cuſtodiunt caſtra, quantum illi qui pugnant. Veniens autẽ Dauid in Sicelech, omnibus in Iudæa amicis & neceſſarijs partẽ prædæ direxit. Et uaſtatio quidẽ Sicelech, & Amalechitarũ huiuſmodi interitus fuit. Palæſtinis igitur dimicantibus, & pugna graui cõmiſſa, Palæſtini quidem uicerunt: & multos ſuorũ hoſtium peremerũt. Saul autem rex Iſraëlitarum, & eius filij fortiter decertantes, & utentes omni fiducia, tanq; gloria eorum in bona morte, & in hoſtium dimicatione conſiſteret, nihilq; hoc precioſius eſſe iudicantes, omnium inimicorum cohortem contra ſe conuertentes, undiq; circundati pariter ſunt extincti, multos tamen Palæſtinorum forti dimicatione perimentes. Erant aũt filij Saul, Ionathas, & Aminadab, & Melchis. His ergo cadentibus, Hebræorum populus conuerſus eſt

Cedes magna Amalechitarum.

Lex de ſpolijs & præda diuidenda.

1. Reg. 31.

ſus eſt in fugam:& turpitudo & confuſio facta eſt,& interitus ualde grauiſſimus, hoſtibus quippe ſuper eos fortiter irruẽtibus. Saul autem hoc modo peremptus eſt. Quum eſſet hoſtium multitudine cõſtipatus, Palæſtinis crebro ſuper eum iacula dirigentibus, omnes penè proſtrauit, paucis exinde fugiẽtibus: ipſe uero dariſſime decertatus eſt: qui uulnera in ſe multa gerens, ita ut nequaquam iam poſſet tolerare, nec ferre plagas, ſemetipſum quidem perimere erat inualidus: iuſſit autem armigero, ut eum gladio educto, perimeret, antequàm uiuum eum comprehenderent hoſtes. Armigero uero nõ præſumente dominum ſuum occidere, ipſe gladium ſuum educens,& in terram figens, irruit in mucronem:& quum nequiret ſibi ultima mortis inferre, nec ferrum eius membra tranſiret, conuerſus & uidens quẽdam iuuenem, requiſiuit, quis eſſet. Quem quum cognouiſſet Amalechitam, rogauit, ut educto gladio, eum qua morte uellet, occideret. Quod quum feciſſet, ſublato auro ex eius brachijs,& corona regali, diffugit. Videns autem armiger eius Saul extinctum, occidit & ſemetipſum: nullusq; de cuſtodibus corporis eſt relictus, ſed omnes ceciderunt in monte qui dicitur Gelboë. Audientes autem Hebræi qui habitabant in conualle trans Iordanem, & qui in campeſtribus ciuitates habebãt, quod Saul cecidiſſet,& eius filij, & omnis cum eo periſſet exercitus, relinquentes proprias ciuitates, ad loca munitiſſima fugerunt. Palæſtini uero inuenientes urbes derelictas atq; deſertas, habitauerunt in eis. Quumque Palæſtini altera die ueniſſent hoſtes exuere, inuenerunt corpora Saul & filiorum eius. Quos expoliantes, eorum capita truncauerunt,& in omnẽ prouinciam mulgauerunt hoſtes ſuos cecidiſſe. Quorum arma quidem conſecrauerunt in Aſtaroth templo: corpora uero ſuſpenderunt ſuper murum ciuitatis Bethzan: quæ nunc Scythopolis appellatur. Quum uero audiſſent habitatores ciuitatis Iabes Galaaditidis, eo quod truncaſſent Saul mortuum & eius filios Palæſtini, crudele iudicantes eum inſepultum deſpicere, egreſſi uiri fortiſſimi,& præſumptione præcipui, quũ ipſa ciuitas & corporibus & animis uiros haberet ualde robuſtos, tota nocte iter agentes, uenerunt ad ciuitatem Bethzan: & accedentes ad muros hoſtium,& deponentes corpora Saul,& filiorum eius, detulerunt in Iabes, hoſtibus propter fortitudinem eorum nequaquam prohibere ualentibus, aut præſumentibus. Viri autem Iabes cum omni populo flentes, ſepelierunt corpora eorum in optimo loco prouinciæ, quem Segehen appellant:& ieiunium ſeptem dierum cum mulieribus & infantibus ſuper eos celebrauerunt, tundentes pectora, ac lugentes regem & filios eius: nec cibum deſiderantes guſtare, uel potum. Hunc itaq; finem Saul, prophetante Samuel, habuit: quia obediẽs deo non fuit, propter mandata quæ contra Amalechitas acceperat: & quia Achimelech ſacerdotis generationẽ,& ipſum Achimelech, & ſacerdotum unà peremit urbem. Regnauit itaq; Saul, Samuel uiuente, annis decẽ & octo: morientẽ aũt, alios duos, qui huiuſmodi habita conuerſatione defunctus eſt.

Saul ſuo gladio interijt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

Quomodo mortuo Saul Dauid uni tribui primum rex præfuit, sumpto supplicio de Saul interfectore, relicto reliquo principatu filijs Saul. Bellū inter Ioab & Abner & Isboseth. Decȝ Abner dolo à Ioab interfecto.

CAPVT PRIMVM.

Rædictum itaqȝ prælium gestum est die, qua Dauid uictis Amalechitis reuersus est in Sicelech. Et cū iam ibi duos maneret dies, tertia uenit quidam liberatus à pugna, quæ cōtra Palæstinos fuerat gesta, & qui Saul interemerat, sciſſa ueste, & * aspersо cinere capite. Qui dum adorasset Dauid, interrogatus unde tali modo ueniret, ait: ab Israëlitarum pugna: quibus infelicem terminum proueniſſe dicebat, & multa quidem Hebræorum milia fuisse necata, & regem pariter eorum Saul cum filijs interemptum: significabátqȝ uidisse se & Hebræorum fugam, & fugienti quoqȝ regi se fuisse præsentem: quem etiam ne cōprehenderetur ab hostibus, ipse rogatus ab eo iugulasse fatebatur: quoniam dum gladio suo incubuisset, propter uulnerum magnitudines non se ualebat occidere. Cum hæc dixisset, signa mortis eius ostendit, aurum brachiorum eius atqȝ coronam: quæ, cum exposiasset mortuum Saul, ei detulerat. Dauid itaqȝ cum iam nō discrederet, sed aperta signa mortis eius inspiceret, uestem quidem repente discrupit: deflens autem & ingemiscens cum suis, totam diem in fletu & lamentatione protraxit: cui maior tristitia nata est pro morte Ionathæ, qui ei fidelissimus amicus fuerat, & ei causa salutis extiterat. Tantam autem uirtutem sui Dauid circa deuotionē Saul ostendit, ut non solum finem eius luctuose satis habuerit, licet sæpius per eum mortis pericula passus sit, sed etiam punierit eius interfectorem. Nam cum dixisset ei, quod ipse sui accusator erat qui regem occiderat, & cognouisset quia de genere Amalechitarum esset, repente eum præcepit interimi. Conscripsit autem Dauid epitaphium, sicut fieri assolet in sepulchris, quod lamentationes contineret, & laudes Saul & Ionathæ, quod etiam usqȝ ad meum permansit tempus. Cum uero hoc modo regi exhibuisset exequias, finito luctu per prophetam consuluit deū, quam ei ciuitatem daret ad habitandum de tribu Iuda. Cúmqȝ dixisset daturū se ei Hebron, derelicta Sicelech uenit ad eam, deductis duabus uxoribus suis, & qui erant cum eo cunctis armatis. Ad quem conuenientes omnes populi tribus illius, eum constituerunt regem. Qui cum audisset quod Saul & eius filios sepelissent uiri Iabes habitatores Galaaditidis, misit ad eos, laudans & approbans eorum uirtutem: & agens gratias pro studio, quod circa defunctos habuerant: pariter dicens, quod tribus Iuda eum constituisset in regem. Abner autem princeps militiæ Saul, filius Ner, uir efficax & optimus ualde natura, cognoscens cecidisse regem & Ionatham & duos alios filios eius, ueniens ad castra, filiū Saul qui relictus fuerat, nomine Isboseth, abripiens, regē super eos qui trans Iordanē erant

2. Reg 1.

Al. aperto.

De epitaphio Saul.

2. Reg. 2.

& totius populi pariter ordinauit, præter tribum ſcilicet Iuda: ſtatuitq; regnum eius in terra, quæ ſecundum patriam linguam uocatur Manalim, ſecundum Græcos autem dicitur Caſtra. Abner autem exinde promouit electum nimis exercitum, ut congrederetur cum tribu Iuda: iraſcebatur enim aduerſus eos, à quibus rex Dauid fuerat ordinatus. Huic autem occurrit miſſus à Dauid Ioab, filius Saruiæ ſororis eius de patre Aſar natus: hic enim erat contra Abner conſtitutus militiæ princeps. Cum quo etiam fuerãt & ſui fratres Abiſai & Aſahel, & omnes armati Dauid. Itaq; ueniens ad quendam fontem in ciuitate Gabaa, aciem conſtituit ad pugnandum. Dicente uero Abner ad eum, uelle ſe probare quis eorum robuſtiorem haberet exercitum, conuenit inter utroſque ut duodenos uiros pugnaturos emitterent: & procedentes inter medias acies, quæ ex utraq; parte locũ faceret ad certamẽ electi, eductis gladijs uiri Dauid, & tenẽtes capita hoſtiũ, eorũ lumbos & latera ſuis gladijs perforarunt, donec omnes quaſi ex uno conſtituto perimerent. His autem cadentibus etiam reliquus eſt diruptus exercitus: & dimicatione fortiſſima procedente, Abner populus deuictus eſt, fugientésque Ioab perſequi non ceſſabat: præcipiens armatis ut poſt eorum ueſtigia proſequerentur, & nequaquam occidendo deficerent. Cuius etiam fratres decertati ſunt proniſſime, inter quos clarior & præcipuus fuit iunior Aſahel: qui tantam habuit gloriam in pedum uelocitate, ut non ſolum homines, ſed etiam equos ad curredi certamina ſuperaret. Is igitur perſequebatur principem Abner recto greſſu, in neutram partem declinans. Cúmque reſpexiſſet Abner, & conſideraſſet impetum ſequentis: & dixiſſet, ut unius militis arma ſumens ab eo quieſceret, & rurſus ille nequaquam à ſuo conamine penitus abſtineret, monente eo denuo ut recederet, ne coactus eum percuteret, & ante eius fratrem ulterius fidutiam non haberet, & uerba eius illo deſpiciente, fugiens poſt tergum, lanceam coactus emiſit, eúmq; repente mortali uulnere penetrauit. Hi uero qui cum eo perſequebantur Abner, cum ueniſſent ad locum ubi iacebat Aſahel, mortuum circunſtantes nequaquam perſecuti ſunt hoſtes. Ioab autem & frater eius Abiſai pertranſeuntes cadauer illius, & maiorem iræ fomitem contra Abner habentes pro morte fratris, magna uſi uelocitate uſque ad locum quendam nomine Mathon perſecuti ſunt Abner. Et cum ſol occumberet, aſcendens in quendam collem cum tribu Beniamin, expectabat hoſtes ſimul & Abner. Qui dum clamaret & diceret ad Ioab, non eum oportere uiros contribules tanto certamine perſequi: ſed etiam fratrem eius Aſahel deliquiſſe, quia dum eum commoneret ut à perſecutione eius recederet, nec acquieſceret, propterea percuſſus occubuiſſet: ſapienter uero faciens Ioab, & hæc uerba ſatisfactionem eſſe decernens, miſſa tuba reuocauit exercitum, & à uehementi perſecutione retinuit. Et Ioab quidem in illo loco moratus eſt: Abner autem tota nocte iter faciens, & tranſiens fluuium Iordanem, uenit ad caſtra ad Saul filium Isboſeth. Altera uero die Ioab dinumerans corpora defunctorum, ſepeliuit uniuerſos. Ceciderant autem de exercitu quidem Abner milites quaſi trecenti & ſexaginta: de Dauid uero decem & nouem, & Aſahel. Cuius corpus reportantes Ioab & Abiſai in Bethlehem, & in monumento paterno ſepelientes, ad Dauid reuerſi ſunt in Hebron. Cœpit igitur ex illo tempore bellum in-

Bellũ inter Ioab & Abner.

Aſahel periit.

2. Reg. 3.

lum inteſtinum inter Hebræos fieri,& multo tempore permanſit, proficientibus ſemper his qui Dauid erant & amplius ad bella creſcentibus: filij uero Saul exercitu penè quotidie defluente. Hoc itaque tempore nati ſunt Dauid filij numero ſex, ex totidem mulieribus. Quorum ſenior quidem de Achinoë matre progenitus, appellatus eſt Ammon: ſecundus uero de uxore Abigail nomine Celeb: tertius Abſalom, qui natus eſt de Machamis filia Ptolemæi regis Geſſur: quartum uero de muliere habuit Agith, quem uocauit Adoniam: quintum habuit filium Abiathar: ſextum autem Ierſan de Agla natũ cognominauit. Cũ que inteſtina bella conſiſterent, & ſæpius ad opera belli conuenirent utriuſque regis exercitus, Abner princeps militiæ exercitus Saul cum eſſet ſapiens,& ualde à populo ueneraretur,ualde deuote egit,ut omnes cum Iſboſeth eſſent: qui etiam cum eo magna deuotione conſtricti,multo ſic tempore permanſerunt. Poſt hæc autem Abner in quodam crimine deprehenſus,cuius cauſa fuit, quod cum Saul concubina cõcumberet,nomine Reſpha, filia Sebabeth,culpatus à rege eſt. Qui dolens & grauiter indignatus,quod non iuſtam retributionem mereretur ab eo, pro quo tanta inſtantia laboraret, interminatus eſt regnum ſe tranſlaturum ad Dauid: & oſtenſurum, quia non ſua fortitudine ſapientiaq; regnaret Iſboſeth ſuper eos qui erant ultra Iordanem, ſed illius potiũs operibus atque fide. Tunc mittens in Hebron, petijt ut Dauid fidei iuſiurandũ acciperet,& eum ſocium & amicum haberet: promittens ſuaſurum ſe populo, ut à Saul filio recederet, & ipſum regem totius prouinciæ conſtitueret. Dauid autem quæ poſcebat impleuit. Lætatus in his quæ Abner apud eum egiſſet, primumq; indiciũ fœderis hoc petijt,ut ei ſuam uxorem reduceret,quam magnis bellorum periculis comparaſſet: qppe pro qua ſexcenta capita Palæſtinorũ Saul regi obtulerat. Et uxorẽ quidem eius Michol ſublatam Phalti,cui tunc erat copulata, remiſit Abner ad Dauid. In qua re etiam Iſboſeth cooperator fuit: ſcripſerat enim & illi Dauid,ut uxorem ſuam reciperet iuſte. Conuocatis itaq; ſenioribus plebis & tribunis & millenarijs, Abner uerba hæc retulit ad eos dicens: Sæpius quidem paratos ut ab Iſboſeth recederẽt, & pertingerẽt ad Dauid,ab hac ego uos,inquit, uoluntate retinui: nunc autem ſi uultis implere hoc permitto, ſciens quia per Samuelem prophetam deus *ordinauit Dauid Hebræorũ omnium regem: & prædixit quod Palæſtinos ille uaſtaret,& ſubiectos illos efficeret. Hæc audiẽtes ſeniores & principes,quod & Abner princeps militiæ uoluntatem cũ ſua,quam & primitus habuerant,circa rerum effectus haberet,unanimes conſenſerunt,ut Dauid regno ſe traderent. Cumq; ad talia conſpiraſſent, conuocauit Abner primum Beniamin tribũ: omnes enim ex ea cuſtodes corporis Iſboſeth habebat, quibus etiam iſta locutus eſt. Cumq; nullum uideret ſibi reſiſtere, ſed magis ad omnia quæ uellet paratos ipſos haberet, ſumens ex eis uiginti uenit ad Dauid, ut promiſſa iuriſiurandi religiõe firmaret: fideliora nanq; ſunt quæ per noſipſos gerimus, quàm ea quæ per alios pro nobis aguntur: ut & uerba quæ cum eo haberet, principibus diceret,& ad omnem tribum quæ ipſe per ſe gereret indicaret: quem dum ſplendidiſſime ſuſcepiſſet,& per multos dies opulentis & pretioſis cõuiuijs refeciſſet, petijt ut dimiſſus ab eo,deduceret ad eum populum,quo præſente atq; uidente, ei

Filij Dauid.

Alias, promiſit.

traderet principatum. Cumq; Dauid dimisisset Abner, adhuc eo ab Hebron nō procul abeunte, uenit Ioab, qui erat pro eo militiæ princeps: & agnoscens quia uenisset ad regem Abner, & ante paululum dimissus esset fœderibus celebratis pro regno Dauid, metuens ne illum quidem in honore primi ordinis constitueret, ut haberet regni participem: & cum in rebus alijs esset astutus & prouidus, ille certis proficeret temporibus, ipse uero decresceret, & militiæ amitteret principatum: uiam pessimam & maligniſſimam cogitauit: & primo quidem tentauit, ut ei detraheret apud regem, monens ut se custodiret, & promissiones nō respiceret Abner: quæ faceret, dicens ut ille Saul filio confirmaret imperium: & quia pro fallacijs atq; dolo uenisset ad eum, & uellet spem & dispensationem regni eius cognoscere, & sic ad propria remeare. Cum uero his uerbis non potuisset persuadere regi, nec eum uideret ex hac uia declinare, deteriorem ruinam rursus aggressus est. Et cum deliberasset, ut Abner interimeret, misit qui sequerentur eum, & comprehensum ex Dauid præceptione nominis reuocarent: tanquam esset aliqua ei detecturus, quæ ipso præsente uidebatur oblitus. Abner autem dum hæc audisset à nuncijs (apprehenderant enim eum in quodam loco nomine Sira, qui aberat ab Hebron stadijs quasi uiginti) nihil metuens futurorum reuersus est. Cui occurrens Ioab ante portam, & suscipiens eum quasi maxime deuotus pariter & amicus (sæpe enim se fingunt uere esse bonos, & malignæ suspicionis extraneos, qui aliqua iniqua tentare præsumunt) segregauit quidem illum ab alijs hominibus, tanquam in secreto ei locuturus: & in locū portæ deserti orem ductum, cum esset ipse solus, & Abisai frater eius, euaginato gladio eius latus effodit. Et Abner quidem hoc modo ab Ioab dolo peremptus est, pro morte quidem sicut ipse dicebat fratris Asahel, quem persequentem se interemerat Abner in pugna facta in Gabaon: ut tamen ueritas habuit, pro metu proprij principatus & honoris, quem habere poterat apud regem. Ex his itaq; debet considerare quilibet, quanta & qualia præsumunt homines propter auaritiæ zelum, & principatus affectū, cum nulli cedere uolunt. Nam concupiscentes hæc adipisci, per multa mala ad ea perueniunt. Quæ rursus metuentes amittere, multo deterioribus actionibus ut ea retineant implicantur: tanquam non sit æquale malum, adipisci uelle tantummodo magnitudinis potestatem. Et dum assueuerit quilibet eis bonis, timet etiam rursus amittere, cum in retinendo potius excelsior sit ærumna, & proptera cruDeliora moliuntur: & præ timore ne amittant quæ adepti sunt, cōmittere grauiora præsumunt. Sed de his quidem indicasse breuiter sufficiat. Porrò Dauid audiens interitum Abner, animo quidem grauissime doluit: & coram omnibus testificatus est, tendens ad deum dexteram suam, & clamans, quod nō fuisset in Abner interitu consentiens: nec eius mandato nec consilio fuisset extinctus: & maledicta posuit ualde grauissima contra illum qui Abner occiderat: & domum eius uniuersam, & eos qui hoc egerant pœnis esse subiectos. Erat enim solicitus, ne cōtra fidem & iusiurandum agere uideretur quod exhibuerat Abner. Præcepit autem deflere, & lugere, & lamentationes fieri super uirum, & eius corpus solennibus honorari exequijs, cum & ipse uestem disrumperet ingemiscens, & sacco uideretur indutus. Hæc quidem facere præcepit præcedentes loculum, ipse lugens &

Abner ab Ioab interimitur

deflens

deflens ſequebatur cum ſenioribus atq; proceribus: oſtendens deuotionem circa uiuos,& triſtitiam circa defunctos,& quod non eius conſilio fuiſſet extinctus. Sepelierunt autem eum in Hebron ualde decenter:& cõſcribens lamentationes, ſuper eius ſepulchrum ſtatuit:ſtans etiam ipſe primus ſuper monumentũ fleuit, & alijs hoc celebrare cõtradidit. Sic autẽ eum mors Abner afflixit,ut neq; cibum cogentibus amicis ſumeret, ſed iuraret nihil ſe guſtaturum uſq; ad ſolis occaſum. Hoc itaq; factũ deuotionẽ ei populi generauit. Nam amici Abner honorẽ collatum mortuo gratiſſime ſuſceperunt,& Dauid cuſtodẽ fidei crediderunt: & quod omni dignitate,& rebus ſolennibus eum tanq; parentẽ & amicum colere potuiſſet:cui nõ ut inimico contumeliam fecerat,nec turpi eum aut neglectæ ſepulturæ tradiderat. Omnes ergo pro optima & mitiſſima regis natura lætabantur, unoquoq; credente talem futuram regis in ſe prouidentiam, qualem eum in Abner morte uidebãt. In his ergo geſtis Dauid præcipuam gloriam habere uidebatur. Vnde factum eſt,ut nullus ſuſpicaretur Abner uoluntate eius occiſum. Locutuſque eſt & ad populũ,quod ipſi quidem triſtitia nõ fortuita proueniſſet optimi uiri morte ſauciato, ſed nec parua detrimenta fore Hebræis illius uirtute priuatis, qui eos conſilijs optimis, & uirtute manuum contra hoſtiũ fortitudinem defendere potuiſſet. Sed deus,inquit, cui cura eſt rerum omniũ,non huius ſanguinem deſerat indefenſum. Ego noui quod Ioab & Abiſai Saruiæ filijs nihil præualeo facere,cũ ſint memetipſo potentiores: ſed uicem eis reddat pro huiuſmodi præſumptione diuinitas. Igitur hoc modo Abner defunctus eſt.

Quomodo Isboſeth filio Saul interfecto ab amicis, Dauid omnẽ principatum Iſraël cõſequutus eſt,licet ægre mortẽ illius tulerit. Caput II.

AVdiens autẽ mortem eius,Saul filius,Isboſeth,nõ leuiter eſt afflictus,cum fuiſſet cognato priuatus, & qui ei cauſam regnandi præbuerat: multúmq; cõdoluit,& mortẽ Abner uehementer ingemuit. Sed nec ipſe multo tempore ſuper eum uixit:ſed à filijs Remmon,id eſt, Banaa & Recha paſſus inſidias,interemptus eſt. Iſti enim cum eſſent de genere Beniamin in priori ordine conſtituti, cogitauerunt,quod ſi perimerent Isboſeth,maxima dona à rege Dauid, & principatũ militiæ,aut aliud quoddam munus accipere mererentur: ſolúmq; eum reperientes in meridie dormientẽ,& neq; præſentes eſſe cuſtodes,neq; puellã, quæ ianuas erat obſeruare ſolita,uigilantẽ: ſed & ipſam labore & operẽ cõſueto ſimul & æſtu in ſoporẽ eſſe cõuerſam: ingreſſi domũ,in qua Saul filius dormiebat,occiderunt eũ: eiuſq; caput abſcindentes,tota nocte iter egerũt,uelut fugientes eos quos læſerant:& feſtinantes ad eum cui erant ſua beneficia præbituri,ac per eum adepturi ſecuritatẽ,uenerũt in Hebron:oſtendentéſq; Dauid caput Isboſeth cõmendabant ſemetipſos quaſi deuotos & interfectores inimici eius imperij. At ille nõ ſicut ſperabant,eorũ ſcelere delectatus eſt,ſed ait:O peſſimi uiri, & ultionẽ repẽte ſuſcepturi,neſcitis quod ego interfectorẽ Saul peremi,qui eius mihi coronam,auream deportauit:licet ille rogatus hoc feciſſet,ne Saul cõprehenderent hoſtes. An certe mutatum me, & nequaquam eſſe huiuſmodi credidiſtis, ſed quaſi lætarer cum malignis hominibus, & munus crederem peſſimas actiones interfectorum proprij domini,& necantium in ſuo lectulo uirum iuſtum,qui nihil operatus eſt

2. Reg. 4.

Isboſeth occiditur.

ratus eſt mali,& uoſipſos multa prouidentia & honore glorificauit? Quapropter illi quidē nūc dabitis pœnas:à me uero excipietis digna ſupplicia,qui putaſtis me libenter mortē illius habiturū. Non enim aliter gloriam meam fœdare potuiſtis, quàm ut me talia uelle crederetis. Cúmq; dixiſſet hæc,omni eos tormento puniri iuſſit:caput uero Isboſeth in tumulo Abner honore maximo ſepeliuit. His igi
2. Reg. 5. tur finitis uenerunt omnes maiores natu Hebræorum ad Dauid in Hebron, & millenarij & duces eorum,tradideruntq; ſemetipſos,deuotionē quam adhuc uiuente Saul habuerant,recordantes,pariter & honorem,quem eis dum eſſet millenarius præbuiſſet, necnon & quomodo per Samuelē prophetam à deo rex fuerat ordinatus, & quomodo Hebræorū prouinciam eius dimicatione contra Palæſtinos habita,deus liberari cōceſſerit. Ille uero hunc fauorem grate ſuſcipiens,rogauit,ut in hac uoluntate perſiſterent,nec eos huius rei cauſa pœniteret. His ergo cōuiuijs opulentiſſime ſaginatis,miſit ut omnem populū undiq; cōuocarent. Et congregati ſunt ex tribu quidē Iuda quaſi ſex milia octingenti, ferentes arma & ſcuta & lanceas:iſti nanq; Saul filio miniſtrabant:quibus prætermiſſis,tribus Iuda regem fecit Dauid:Ex tribu autē Simeon,ſeptem milia centū: Ex tribu Leui,
Alijs. Septin/genti. quatuor milia * ſexcenti,habentes principē Iodam:cum quibus erat princeps ſacerdotum Sadoch cum uiginti & duobus cognatis & ducibus:De tribu autē Beniamin,armati quatuor milia:Hæc autem tribus adhuc ſuſtinebat,credens quenquam de Saul genere regnaturū. De tribu autē Ephrem,uiginti milia & octingenti,potentiſſimi,& ſummo robore præcellentes:De dimidia uero tribu Manaſſe,ſedecim & octo milia:De tribu autē Iſachar,ducenti quidē prænoſcentes futura,armati uero uiginti milia:De tribu autē Zabulon,armati electi, quinquaginta milia:Hæc enim tribus ſola ad Dauid tota conuenit. Iſti ſiquidem eadē arma habuerant quæ & tribus Gad: Ex tribu autē Neptalim, uiri inſignes & principes mille,armis utentes,ſcuto ſimul & lancea: quos ſequebatur tribus ſua,quæ numero cōprehendi nō poterat: Ex tribu autē Dan, electi uigintiſeptē milia quingenti:Ex tribu Aſer,quadraginta milia: E duabus autē tribubus & media Manaſſe, quæ trans Iordanē habitabant, armati ſcutis & lanceis & caſſidibus,& loricis, & gladijs,centū uiginti milia:ſed & reliquæ tribus gladijs utebantur. Hæc itaq; multitudo cōgregata eſt ad Dauid in Hebron,cum multo apparatu panis & uini, & omniū quæ ad cibū pertinere noſcuntur: & uno decreto Dauid cōfirmauere imperiū. Cúmq; tribus diebus feſtiuitatē populus celebraſſet, & in Hebron epulas habuiſſet,exurgens inde Dauid cum omnibus uenit in Hieroſolymam.

Quomodo Dauid expugnatis Iebuzæis, primus Hieroſolymam nūcupauerit: deq; amicitia inter eum & Hiram regem Tyri cōciliata. Caput III.

2. Reg. 5. IEbuzæis autem habitantibus ciuitatem,qui erant ex genere Chananæorū, & claudentibus eis portas:& cæcos aſpectu,& claudos,omnesq; leproſos,ad deriſionem regis conſtituentibus ſuper murū, & dicentibus, quod prohiberent eum cæci ingredi ciuitatem, quæ tamen agebant deſpicientes eum pro maxima munitione murorum,iratus rex Hieroſolymam obſidere cœpit:& multo ſtudio & labore conari, ut eam caperet, quatenus in ipſo principatus initio ſuam fortitudinem demonſtraret. Interminatus itaque rex & ipſis & alijs,ſi qui forte haberent

aduerſus

aduerſus eum reſiſtendi conamen: inferiorem ciuitatē magna uirtute cepit. Cúm que adhuc arcem obtinere nō poſſet, cœpit honores & munera promitendo rex pronos ad opus bellicum commilitones prouocare: ut quicunque per ſubiectos colles in arcem conſcenderet, eamq; caperet, principatum militiæ totius poſſideret. Cunctis itaque conſcendere feſtinantibus, & nullo labore pro muneris repro miſſi retributione tardantibus, Saruiæ filius Ioab præuenit uniuerſos: & aſcendens, in cacumine clamauit ad regem, exigens militiæ principatum. Expulſis itaq; rex de ſumma arce Iebuzæis, & reædificans ciuitatem, eam Hieroſolymam nuncupauit, & omni tempore in ea ſui habitauit imperij. Tempus autem quo ſuper tribum Iuda habuit principatū in Hebron, fuerunt anni ſeptem, & menſes ſex. Cúmq; regnum ſuum conſtituiſſet Hieroſolymis, rebus potitus clarioribus utebatur, deo ſemper ei meliora prouidente, & gloriam eius latius ampliante. Inter hæc autem miſit ad eum Hira rex Tyri, & amicitias cum eo ſocietatemq; firmauit: miſitq; ei etiam dona, id eſt, ligna cedrina, & artifices uiros, fabros lignarios, & inſtructores, qui regiam domum in Hieroſolymis conſtruxerunt. Dauid autē ſuperiorem muniens ciuitatem, eiq; copulans arcem, unum undiq; corpus effecit, & cuncta muro circumdedit: ſuper opus autem murorū Ioab conſtituit. Primus itaque Dauid Iebuzæis expulſis hanc urbem Hieroſolymam nuncupauit. Nam ſub Abraham noſtro parente, Solyma uocabatur. Quidam uero dicunt, quod & Homerus poëta Hieroſolymā nuncupauit. Hieron uero Hebræa lingua munitio eſt. Fuit autem omne tempus, ab illo quo Ieſus princeps Iſraëlitarū contra Chananæos pugnauit, eiſq; diuictis terram eorū diuiſit Hebræis præter Hieroſolymam, unde non potuerunt Hebræi Chananæos expellere, uſque dum eos Dauid obſediſſet, annorum quingentorum quindecim. Faciam uero memoriam cuiuſdam nomine Orpham, uiri quidem inter Iebuzæos ualde locupletis, qui tamen in obſidione Hieroſolymorum non fuerit interfectus à Dauid, propter fauorem quem habuerat apud Hebræos, & quoddam beneficium & ſtudium, quod etiam circa ipſum regem oſtendiſſe uidebatur: quæ tamen poſt paululum opportunius dedarabo. Accepit autem Dauid extra eas quas habuit, alias uxores, & concubinas: & filios genuit numero nouem: quos etiam nominauit, Ammon, Ellū, Eban, Nathan, Solomonem, Iebar, Eliel, Falna, Ennaphim, Inas, Elifal: necnon & filiam Thamar: quorum nouem quidem ex generoſis fœminis erant nati, duo uero quos ultimos nominauimus, de concubinis. Porrò Thamar conſanguinea fuit Abſalon:

Hieruſalem expugnatur.

Hieroſolyma.

Quod ſecundo pugnantes cōtra ſe Palæſtinos in Hieroſolymis uicit: & de arca dei de Cariathiarim in Hieroſolymam deducta. Caput IIII.

COgnoſcentes itaq; Palæſtini Dauid regem factum ab Hebræis, uenerunt ſuper eum in Hieroſolymam: & apprehendentes cōuallem, quæ uocatur Gigantum (eſt enim locus non procul ab urbe) illic caſtra poſuerunt. Rex autē Iudæorum, quoniam nihil abſq; propheta deiq; iuſſione faciebat, uolens eius uoluntatem agnoſcere, & uelut aſtipulatorem eum habere: præcepit ſacerdoti, ut quid deo placeret, & qualis terminus foret in hoc bello, eo conſulto prædiceret. Quo prophetante uictoriā, contra Palæſtinos eduxit exercitū: & habita pugnæ

2. Reg. 5.

congreſſione,ipſe poſt tergum irruens ſuper hoſtes, alios robore magnæ uirtutis occidit,alios effugauit.Nemo tamẽ credat modicũ fuiſſe Palæſtinorũ exercitũ ſuper Hebræos,eo quod ab hoſtibus fuerint ſic facillime ſuperati,aut nihil aut non forte dignũ aliquid memoria fecerint,ſed cuncti ſciant omnẽ Syriam, & uniuerſam Phœnicen, & ſuper hæc alias multas & pugnaces gentes fuiſſe cũ eis hac dimicatione cõmunes. Cuius rei hoc maximum indiciũ fuit, quia cum ſæpius iam Palæſtini deuicti fuiſſent,& de ſuo exercitu multa milia iam perdidiſſent,ſine dubio cum maiori ueniebant uirtute ſuper Hebræos.Denicꝙ & hoc prælio deuicti, denuo cum triplici manu ſuper Dauid uenerunt:& in eodẽ loco caſtra poſuerũt. Quo facto,rurſus Iſraëlitarũ rex cõſuluit deũ de prælij huius euentu: propheta uitꝙ ſacerdos,ut in ſylua quæ uocatur Planctus,retineret exercitũ:erant autẽ nõ procul ab hoſtibus:& nec primitus ſe moueret,nec inciperet dimicare,donec arbores uento nõ flante mouerentur.Cum uero ſylua cõcuſſa fuiſſet,& tempus quod ei prædixerat deus adueniſſet,in nullo moratus egreſſus eſt, quaſi iam ad præparatam certamꝙ uictoriam.Cuius impetum nõ potuit multitudo hoſtiũ ſuſtinere,ſed mox à prima congreſſione in fugam conuerſos,paſſim perſequendo proſtrauit:quos etiam perſecutus eſt uſꝙ ad ciuitatẽ Gezerennam,quæ horũ terminat regionẽ.Diripuit autem eorũ caſtra,in quibus & multas diuitias comperit,& deos eorũ ſimul exterminauit.Hoc igitur bello huiuſmodi qualitate finito, placuit Dauid,habito cõſilio cũ ſenioribus,& principibus,& millenarijs, ut ex omni prouincia, & ex omnibus tribubus cunctam pubertatẽ ad ſe faceret euocari: deinde ſacerdotes atꝙ Leuitas,ut euntes in Cariathiarim,arcã dei exinde in Hieroſolymam deducerent: & culturam ei debitam exhiberent officijs & honoribus, quibus moris erat placari diuinitatem:quod ſi adhuc regnante Saul egiſſent, nihil mali poterant ſuſtinere.Igitur omni populo cõgregato,ſicuti tractauerant,uenit etiam rex ad arcam.Quam portantes de domo Aminadab ſacerdotes,& imponentes ſuper uehiculũ nouũ,eam ducere fratres ſuos & filios cũ bobus permiſerunt.Rex autẽ præcedebat arcam,& cũ eo populus uniuerſus,hymnũ dicentes deo,& totius prouinciæ modulatione canentes,cum uario ſono & percuſſione,& diuerſæ ſaltationis ingenio,necnon & pſalmis, & tubis ſimul & cymbalis arcam deduxerunt in Hieruſalem.Et cum ueniſſent ad quendam locũ,qui uocatur area Chedon,accedens ad arcam Oza,repente ira dei percuſſus eſt. Nam cum boues declinaſſent arcam,extendens ille manũ ſuam,& uolens eam retinere,cum ſacerdos nõ eſſet,quoniam eam contingere præſumpſit, extinctus eſt.Et rex quidem, & populus uniuerſus, eius in morte affligebantur .Locus autẽ in quo defunctus eſt Oza,conciſio hactenus appellatur.Metuens autẽ Dauid & cogitans,ne forte hoc pateretur ipſe,ſi apud ſe ſuſciperet arcam in ciuitatem,quod Oza pertulerat: qui eũ quod ſolummodo manũ ad eam protenderat,ita uidebat extinctũ: arcã quidem nõ ſuſcepit ad ſemetipſum in ciuitatem,ſed præcepit,ut in agro uiri iuſti cuiuſdam,nomine Obededom genere Leuitæ reconderetur: quæ tribus menſibus ibi manſit, domũꝙ nimis Obededom amplificauit,cui deus per eam bona multa cõceſſit.Audiens autẽ rex,quomodo hæc proueniſſent Obededom: & ex priori paupertate & humilitate,opulentiæ magna ubertate polleret,ita ut zelum

Atrociſſimũ prælium.

2. Reg. 6.

circa

circa eum omnes inſpicientes haberent: ſecurus quod nihil pateretur mali, arcam ad ſua regalia deportauit. Quam ſacerdotes quidē deferebant, ſeptem uero chori quos rex cōſtituerat præcedebant. Ipſe uero ludebat in cithara atq; plaudebat, ita ut etiam uxor eius Michol, Saul filia primi regis, uidens eum facientem talia deriſerit. Deferentes autem arcam poſuerunt in tabernaculo, quod ei Dauid conſtituerat. Tunc immolauit hoſtias copioſas atq; pacificas, & omnem populum ad conuiuia conuocauit: ita ut & mulieribus & uiris, & paruulis diſtribueret collyridam panis, & aſſaturam, & laganum frixum, & partem immolationis. Cumq; populis huiuſmodi epulas præbuiſſet, dimiſit eos: ipſe uero domum propriam uenit. Cui dum aſtitiſſet filia Saul Michol uxor eius, pro alijs quidem rebus orauit deum, ut ei bona præberet, quæ ipſe propitius conferre poſſet: culpauit uero illum, eo quod tantus rex ludendo ſaltationibus ante ſeruos & famulas fuiſſet turpiter nudatus. Cui Dauid reſpondit, non ſe uereri facere, quæ deo placerent, qui eum præpoſuiſſet utiq; patri eius & cæteris, & ludere ſæpius & ſaltare, & nihil q̄d famulis eius uel ei turpe uideretur attendere. Hæc itaq; Michol ex Dauid quidē filios minime procreauit, iuncta uero ei, cui illam pater ſuus tradiderat ab Dauid abreptam, quinq; filios genuerat, de quibus loco proprio declarabimus. Videns autem rex bene quotidie dei uoluntate ſua negotia promoueri, delinquere ſe putauit, ſi ipſe quidem habitaret in domibus cedrinis & excelſis, & optima conſtructione decoratis: arcam uero dei in tabernaculo deſpiceret cōmorari. Ob quam rem uoluit templum ædificare deo, ſicuti prædixerat Moſes. De quibus rebus cū locutus fuiſſet Nathan prophetæ, ad faciendum opus agreſſus eſt, tanquam deus ei in omnibus exiſteret cooperator. Et cum haberet iam præparatam ad fabricam templi materiam, illa nocte deus Nathan prophetam uiſitauit in ſomnis, præcipiens ut Dauid diceret, quia uoluntatem quidem eius & deſiderium approbaret, cum nullus primitus cogitaſſet ei templū ædificare: & ipſi quidem habenti huiuſmodi uoluntatem, non concedi conſtruere templum, eo quod multis præliȷs decertando hoſtium fuiſſet ſanguine maculatus: poſt mortem uero eius longa ſenectute ſuſcipiendam, * faciendam domū à Salomone eius filio, qui ei foret ſucceſſurus in regno: cui ſe ita proſpicere ſicut pater filio compromiſit, & regnum quidem filiorum ſe nepotibus ſeruaturum & traditurum: ipſum uero ſi deliquerit languore & terræ ſterilitate puniendū. Hæc ergo audiens à propheta Dauid, & lætus effectus in eo, quod ſuis nepotibus regnum permanſurum fore cognoſceret: & quia firmiſſime eius domus clarior foret, repente uenit ad arcam, & proſtratus in faciem ſuam adorauit deum, & ex omnibus gratias egit, tam pro his quæ ipſi præſtiterat, & ex humili ac paupere tanta regni magnitudine ſublimarat, & ad gloriæ culmen euexerat, quàm pro eius nepotibus regno cōpromiſſo, necnon & propter prouidentiam quam Hebræis & eorum libertati contulerat. Hæc cum dixiſſet, & deum laudaſſet, abſceſſit.

2. Reg. 7.

Aliâs. faciendum templū.

Pugna quā habuit Dauid cōtra Palæſtinos & Moabitas, & Adrazarū regē, & Damaſcenos, atq; uictoria, & de amicitia facta inter ipſum & Thou regē. Cap. V.

INtermiſſo ſiquidem pauco tempore, cogitauit ut bellum Palæſtinis inferret, ne ullam pigriciam aut deſidiam generari ſuis rebus inſpiceret: ut ſicut ei prædixerat

2. Reg. 8.

dixerat deus, ſubuerſis hoſtibus, in pace de cætero relinqueret nepotibus ſuis imperium. Et conuocato rurſus exercitu, denuncians ut eſſet ad bellum paratus, cunctis rite diſpoſitis ſurgens de Hieroſolymis uenit ad Palæſtinos. Quos dum bello uiciſſet, & multam prouinciam tenuiſſet, adieciſſetque terminis Hebræorum, bellum conuertit ad Moabitas, & duas quidem partes eorum exercitus uictas dimicando conſumpſit, reliquos autem captiuos accipiens, & annua tributa eis imponens, rurſus contra Adrazarum, filium quidem Arachi, regem uero Sophene conuertit exercitum: de cuius acie habita congreſſione circa Euphratem fluuium, pedeſtrium quidem peremit quaſi uiginti milia, equeſtrium uero quinq; milia: cepitq; currus eorum, quorum plurimos incendit, centum tantummodo reſeruauit. Audiens autem Damaſci & Syriæ rex Adadus, quod Dauid expugnaſſet Adrazarum, tanquam amicus ad eius ſolatia cum maximo uenit exercitu, eum ſicut ſperabat ab obſeſſione liberaturus: & congreſſus denuo apud Ephratem contra Dauid, bello deuictus eſt. Ceciderunt autem ferientibus eos Hebræis de exercitu Adadi quaſi uiginti milia uirorum, reliqui uero in fugam uerſi ſunt. Meminit autem & huius regis Nicolaus in quarto hiſtoriarum libro, ſic dicens: Poſt hæc autem tranſacto iam multo tempore, quidam prouincialium nomine Adadus ualde fortiſſimus in Damaſco, & alteri Syriæ præter Phœnicen imperauit: & habuit bellum cõtra Dauid Iudææ regem. Cumq; multis prælijs dimicaſſet, ad nouiſſimum circa Euphratem uictus eſt, qui tunc optimus regum robore & fortitudine uidebatur. Ad hæc autem liberos eius dicit, qui poſt illius mortem ſuſcipiebant ab alterutris & regnum & nomen, his uerbis: Illo ſiquidẽ moriente, eius nepotes uſq; ad decimam generationem regnauerunt: ſingulis quibuſq; à patre mox in ipſo principio accipientibus nomen, ſicut in Aegypto Ptolemæi: quorũ tertius ualde potens, & reparare uolens aui perditionẽ, bello illato Iudæis uaſtauit prouinciam, quæ modo Samaria nuncupatur. Non eſt aũt hiſtoriographus à ueritate priuatus. Is eſt utiq; Adadus, qui pugnauit in Samaria, regnante Achab apud Hebræos, de quo poſt hæc loco ſuo narrabimus. Igitur Dauid caſtrametatus ad Damaſcũ, omnẽ reliquam Syriæ regionẽ ſuæ ditioni ſubiecit: & munitiones in prouincia uniuerſa cõſtituens, tributaq; eos inferre decernẽs, reuerſus eſt: aureasq; pharetras, & arma diuerſa, quæ cuſtodes corporis Adadi gerebãt, deo dicauit in Hieroſolymis: quæ poſtea Aegyptiorũ rex Suſſachus dum pugnaſſet cõtra eius nepotẽ Roboam, accepit: & multas alias ex Hieroſolymis ſecũ diuitias ad propria deportauit. Hæc itaq; dum in locũ proprium uenerimus, ſingula quæq; narrabimus. Rex igitur Hebræorũ deo ſibimet cooperante, & omnia bella ſubdente, etiã cõtra alias Adrazari regis gẽtes & ciuitates caſtrametatus eſt: id eſt Baachan & Machon, quas capiẽs magna uirtute uaſtauit. Inuentũq; eſt in eis aurũ multũ, necnõ & argentũ, inſup & æs, quod auro melius eſſe dicebãt: ex quo etiã Salomon illud magnũ uas, qd' mare magnũ uocabatur, effecit: & optimos cantharos, cũ deo templũ ædificaſſet. Cũq; rex *Hemathenus audiſſet, Adrazar & eius exercitũ uaſtatũ, metuens ne Dauid ſup eũ quoq; ueniret, amicitijs & fide eum uoluit obligare: miſitq; ad eum Adaram filiũ ſuũ, egitq; gratias, quod inimicus eius Adrazar fuerit expugnatus: utq; ſocietatem cum eo & amici-

Nicolaus hiſtoricus.

Al. Amaſus.

& amicitias faceret,exorauit.Cui etiam magna munera direxit,id eſt, uaſa anti-
qua operatiõe facta,aurea & argentea,ſimul & ærea. Dauid autem facto fœde-
re cum Thou rege Hematheno,eiuſque dona ſuſcipiens, filium ipſius cum hono
re competenti utriuſque dimiſit: ea uero quæ ab illo fuerant deſtinata, & aurum
aliud & argentum, quod de ciuitatibus diuerſis & gentibus habuerat ſubiuga-
tis,ſecum portans,dicauit deo.Non autem ipſi ſolummodo dimicanti, & exerci-
tum producenti uictoriam contulit deus, ſed etiam miſit Abiſai fratrem Ioab
cum magna manu in Idumæam: per illum quoque uictoria ceſſit. Idumæorum
quoque decem & * octo milia uiros Abiſai dimicando peremit. Tunc etenim
omnem Idumæam rex in ſua ditione,percipiens tributa pro terra, & pro uniuſ- *Aliàs.octo*
cuiuſque capite ab eis accipiebat.Erat autem uir naturaliter iuſtus, & iudiciorum *uiros.*
contemplatione ueriſſimus. Principem uero totius exercitus habuit Ioab: ad
cõſcriptiones autem geſtorum Ioſaphat filium Achil.Inſtituit autem de domo
Phinees principem ſacerdotũ Abiathar, qui eius amicus erat: ſcribam uero fecit
Saraiam: Banaiæ autem filio Iohoiadæ cuſtodum corporis præbuit principa-
tum.Seniores autem filij eius circa corporis eius cuſtodiam erant.Recordatus au
tem eſt etiam fœderis, & iuriſiurandi, quod habuerat cum Ionatha filio Saul,
& amicitiarum atq; ſtudij illius oblitus non eſt. Nam inter alia ei bona memor
etiam erat eorum,qui ei præterito tempore beneficia præbuiſſent.Præcepit ergo 2. Re. 9.
requiri, ſi aliquis de Saul genere ſupereſſet,cui retributionis debitum pro Iona-
thæ amicitijs repenſaret.Et cum quidam fuiſſet adductus de domo Saul,qui po-
tuiſſet ſcire,ſiquis adhuc ex genere illius ſupereſſet,interrogauit,ſi aliquem noſſet
uiuere de cognatione Ionathæ, ut pro beneficijs illius ſua ei munera repenſaret.
Qui reſpondit relictum eſſe ei filium nomine Miphiboſeth,ueſtigijs claudican-
tem. Is enim dum pater eius & auus nunciati fuiſſent in bello cecidiſſe,à nutrice
ſua raptus,& ea fugiente lapſus ex eius humeris,greſſus ualde uexauerat. Dúm *De Miphiſo-*
que cognouiſſet ubi uel apud quem nutriretur, miſit ad Machir in ciuitatem Io- *beth filio Io-*
dabar,apud quem Ionathæ filius alebatur.Quo facto uenit Miphiboſeth ad re *nathæ.*
gem,& proſtratus in faciem adorauit eum.Dauid autem iuſſit eum habere fidu
tiam,& ſperare meliora: deditq; ei domum paternam, & omnem ſubſtantiam,
quam Saul auus eius poſſederat,fecitq; eum conuiuã ſuũ:præcipiens ut nulla die
ab eius menſa recederet. Cumq; puer adoraſſet, & retuliſſet gratias pro uerbis
pariter & donis, uocauit Dauid Ziba dicens: paternam ſe domum & omnem
Saul ſubſtantiam Ionathæ filio condonaſſe.Illi uero præcepit,ut operaretur ter-
ram,& collectos redditus uniuerſos in Hieroſolymam deportaret,atque quoti-
die ad menſam regis deduceretur puer, ipſumq; Zibam & filios eius numero
quindecim, & famulos numero uiginti Miphiboſeth filio Ionathæ donauit.
Hæc itaque conſtituente rege, Ziba famulus adorans, & cuncta ſe promittens
facturum eſſe, diſceſſit. Ionathæ uero filius in Heroſolymis habitauit, habens
cum rege conuiuium,cui omnis diligentia ueluti filio regis exhibebatur. Habuit
autem & filiũ quem appellauit Micham.Ergo qui relicti fuerant de genere Saul
& Ionathæ,hunc honorem apud Dauid habuiſſe noſcuntur.

Quomo-

Quomodo Ammonitæ legatos Dauid magna contumelia affecerunt: & quomodo ultus eſt Dauid illam, profligando eos cum Meſopotamitis & Syris. Caput VI.

2. Reg. 10. ILlo itaq; tempore, Naas amico Dauid Ammonitarum rege defuncto, eiq; in regnum filio ſuccedente, miſit Dauid ut eum conſolaretur, mortem patris ferre monens: utq; amicitiæ quas cum patre eius habuerat permanerent. Quod principes Ammonitarum mala uoluntate, & non ſecundum Dauid conſilium ſuſceperunt: & exacuerunt regem ſuum, dicentes exploratores miſiſſe Dauid, qui eorum prouinciam & exercitum clementiæ occaſione cognoſcerent, & cauenda eorum colloquia, ſuaſeruntq; ne incaute periculũ alicuius calamitatis incurrerent. Hæc itaq; credens bene tractaſſe ſuos iudices Ammonitarum rex, legatos qui à Dauid miſſi fuerant, grauiſſimis affecit iniurijs. Radens enim medietatem barbæ eorum, & ueſtium medietatem abſcindens, relaturos operibus & non uerbis dira reſponſa dimiſit. Rex autem Iſraëlitarum hæc cognoſcens, indignatus eſt: & iniuriam factam ſibi nequaquam deſpiciens, contra Ammonitarum regem parauit bellũ, ut contumeliam quæ fuerat legatis ſuis impoſita, regis periculo uindicaret. Porrò neceſſarij regis Ammonitarum & principes, uidentes quia fœdera dirupiſſent, & pœnas pro tali præſumptione luere deberent, ſemetipſos ad prælia præparabant. Tunc uero mittentes ad Syrum Meſopotamiæ regem mille talenta, ſocium eum ſub hac mercede fieri popoſcerunt. Habebant autem iſti reges pedeſtrium uiginti milia. Conduxerunt autem & regem prouinciæ Maacha, & quartum nomine Iſtob. Sed & iſti habebant duodecim milia armatorum. Dauid autem non expauit, neq; horum ſolatium, neq; Ammonitarum exercitum: ſecurus de deo, qui iuſte contra eos erat pro huiuſmodi iniuria pugnaturus. Et cum dediſſet Ioab principi militiæ florem totius exercitus, miſit eum cõtra illos ad prælium. Qui circa metropolim Ammonitarum Charanachan ueniens caſtra fixit. Hoſtibus igitur egredientibus, & aciem nõ ſimul, ſed in duas partes diſponentibus, quorum auxiliatorum quidem manus in campo * Curri-
Al. Curio. co conſtituta eſſe uidebatur, Ammonitarũ autem exercitus circa portas aduerſus Hebræos: uidens hoc Ioab contraria molitione tractauit: & fortiſſimos qui-
Induſtria Ioab contra hoſtes. dem uiros eligens, ſe oppoſuit Syro, & regibus qui cum eo erant: reliquam uero partem fratri ſuo Abiſai tradidit, ut contra Ammonitarum aciem dimicaret: dicens, ut ſi uideret Syros ſibi & præualere, & fortiores eſſe, acie conuerſa ferret ei ſolatia: ſi autem illum Ammonitæ opprimerent, ipſe eum ſimiliter adiuuaret. Cúmq; inuitaſſet fratrem, atq; rogaſſet, ut magnanimiter & fiducialiter ageret uniuerſa, & grauem uerecundiam metuens decertaret: illum quidem cum Ammonitis pugnaturũ dimiſit, ipſe autem Syros aggreſſus eſt. Qui primo quidem fortiter reſtiterunt, multos tamen eorum peremit Ioab, omnes autem conuertit in fugam. Quod uidentes Ammonitæ, metuentésq; Abiſai & eius exercitum, non reſtiterunt, ſed ſuos ſocios imitati ſunt, & in ciuitatem repente fugerunt. Hoſtibus igitur ita deuictis, Ioab ad regem claro triumpho in Hieroſolymam remeauit. Hæc ergo deuictio non perſuaſit Ammonitis ut bello quieſcerent: neque dum cognoſcerent Dauid uictorẽ, à prælijs abſtinerent: ſed mittentes ad regem

Syrorum

Syrorum Adrazarum trans Euphratem, eum ad ſolatium cõduxerunt, qui habebat quidẽ principem militiæ Sobachum, pedeſtrium uero * octoginta milia, & equitum mille. Cognoſcens autem rex Hebræorum rurſus Ammonitas tantũ exercitum congregaſſe, non iam aduerſus eos per duces ſuos pugnare decreuit, ſed ipſe cũ omni uirtute tranſiens Iordanem fluuiũ eis occurrit: & congreſſus in pugna uicit egregie, & interfecit milia pedeſtriũ quadraginta, equitum uero uſq; ad ſeptingentos. Proſtrauit autem in acie principem militiæ Chadam nomine Sobachũ, quo uulnere mortuus eſſe cognoſcitur. Meſopotamitæ uero dum pugna fuiſſet hoc modo terminata, tradiderunt ſe Dauid, & dona miſerunt ei. Et ille quidem ſaluus eſt reuerſus in Hieroſolymam. Cum autem uer inchoaſſet, miſit Dauid principem militiæ Ioab, ut cum Ammonitarum gẽte pugnaret. Ille uero proficiſcens, omnem eorum depopulatus eſt regionem, & ipſos in metropoli Rabath clauſos obſedit.

Aliâs octingẽ.

De adulterio Dauid cum Bethſabeæ, & cæde Vriæ huius coniugis. Increpatio Nathan, & Salomonis natiuitas. Caput VII.

COntigit igitur ea tempeſtate Dauid peſſimum uitium, cum eſſet natura iuſtus atq; religioſus, & patrias leges magna uirtute ſeruaret. Is enim dum hora meridiana iam ad ueſperã declinante, in ſuperiora regalia ſolito more deambularet: uidit mulierculam ſpecie ualde pulcherrimã, & cunctis fœminis præponendam, in domo propria aqua frigida ſe lauantem, nomine Bethſabeæ. Cuius mulieris pulchritudine ſuperatus, concupiſcentiam retinere non potuit. Quam dum uocari feciſſet, cum ea concubuit. Quæ concipiens, miſit ad regem, & ut excogitaret inſinuauit, quatenus commiſſum ſcelus potuiſſet abſcõdi, ne ſecundum leges patrias moreretur adultera. Dauid autem uirũ eius nomine Vriam, qui erat Ioab armiger, de obſeſſione bellica fecit euocari. Quo uenientẽ de exercitu, hunc de obſeſſione requirebat. Illo autem referente omnia ei proſperã prouenire, tollens epulas de ſuo conuiuio dedit ei: iuſſitq; ut pergens ad ſuam coniugem, in eius cubaret amplexibus. Vrias autem hoc quidem non fecit, dormiuit autem inter alios armigeros regis. Quod dum comperiſſet rex, requiſiuit cur poſt tantum tempus propriam non iſſet ad domum, nec ad uxorem, dum omnes de peregrinatione remeantes hanc habeant uoluntatem. Cui reſpondit, non eſſe iuſtum ut, dum commilitones eius, & dux inter caſtra, & in hoſtium regione dormiret: ipſe cum uxore propria requieſceret, & epulis indulgeret. Et cum hæc dixiſſet rex præcepit, ut illa die ibi maneret, altera uero die petere dimitteretur ad ducem. Vocatusq; rurſus ad cœnam Vrias à rege, & ad ebrietatem uſq; perductus, inuitãte eum ſtudio rege frequenti ad pocula, nihilominus iterum dormiuit ad ianuas regis, nullo deſiderio concitatus uxoris. Quo facto rex nimiẽ cõtriſtatus, ſcripſit Ioab, Vriam quaſi in eo deliquerit præcipiens puniendum. Significauit etiam ultionis modum, ne fieret ipſe in ſuo ſcelere manifeſtus, dicens, ut in parte qua eſſet hoſtium grauis manus, & poſſet pugnando periculum ſuſtinere, ibi eum poneret: & commiſſo prælio iuberet cunctos ab eo recedere, ut ſolus in mortis periculo remaneret. Et cum hæc ſcripſiſſet, & ſuo ſignaculo muniſſet, epiſtolam Ioab deferendam dedit Vriæ. Ioab autem literas ſuſcipiens, & uoluntatem regis cognoſcens, in loco ubi

Dauid capitur amore Bethſabeæ.

Literæ Vriæ.

eo ubi hoſtes nouerat fortiter imminere, Vriam conſtituit. Deditq; ei quoſdam militum optimorum, ſecq; dixit omni uirtuti præbiturum ſolatia, ſi forte poſſent partem muri deijcere, & ad interna ciuitatis intrare: quem petijt, ut cum eſſet miles ualde fortiſſimus, & haberet gloriam apud regem, & omnem exercitum, ad hoc non dedignaretur accedere, ſed potius huiuſmodi res agere congauderet. Cumq; hoc Vrias fidutialiter agere promiſiſſet, Ioab ſeorſum cum eo pugnaturis dixit, ut eum ſolum facta hoſtium incurſione deſererent. Hebræis igitur ad ciuitatem accedentibus, Ammonitæ metuentes, ne in illo loco, ubi Vrias conſtitutus erat, uenientes inimici muros ciuitatis aſcēderēt: eligentesq; fortiſſimos uiros, & repēte portas aperiētes, magno curſu & impetu inimicos aggreſſi ſunt. Quod dum uidiſſent, omnes qui erāt cum Vria (ſicut eis prædixerat Ioab) receſſere poſt tergum. Vrias autē dum confunderetur fugere, aciemq; deſerere, ſuſtinuit hoſtes: & impetum eorum ſua uiuacitate ſuſcipiēs, peremit quidem non paucos. Circundatus autem & captus in medio uulneratus interijt: cum quo etiam quidam alij de ſocijs ſunt extincti. His ita geſtis, nuncios Ioab miſit ad regem, præcipiens ut ei dicerent, quod ſtuduiſſet quidem capere ciuitatem, & cum acceſſiſſent ad murum, multis ibi cadentibus abſceſſiſſet: & ſiquidem iraſceretur, Vriæ mortem patiter indicarent. Hæc igitur audiente rege, & grauiter ferente, & dicente eos incaute feciſſe, ut ad murū urbis accederent, cū magis debuerint per cuniculos aut alias machinationes capere ciuitatem: dum utiq; exemplū haberent filij Gedeon Abimelech, qui dum turrim Thebes expugnare uellet, uiolenter à ſene muliere petra percuſſus probaretur extinctus: & cum eſſet uir fortiſſimus, propter difficultatem rei turpiter ſit peremptus, qua memoria oportuiſſet eos muros hoſtium nō adire: cum ſit optimum apud omnes, ut ea quæ gerūtur in prælijs ſeu bene ſeu male, memoria teneantur: quatenus alia quidem imitanda ſint, alia fugienda. Cumq;
2. Reg. 12. hæſitaret rex, & de caſu bellico cogitaret, Vriæ morte à nuncijs indicata, repēte ab indignatione ceſſauit: iuſſitq; ut reuertentes Ioab dicerent: humanum eſſe quod contigit, & bella huiuſmodi ſemper habere naturam mutabilē, ut aliquando qui dem inimici ſuperiores ſint, aliquando uero ſubiecti: de cætero uero in oppreſſione prouidendum, ne denuo in aliquam partem delinquerent: ſed uallis & diuerſis munitionibus obſiderent, & præualentes ciuitatem quidem omnino ſubuerterent, & habitatores eius omnes pariter trucidarent. Nuncius itaq; Ioab ea quæ fuerant à rege dicta portabat. Vxor autem Vriæ Bethſabeæ mortem ſui uiri cognoſcens, multis eum diebus fleuit. Quieſcente uero triſtitia eius & lachrymis, mox eam rex accepit uxorem. & filius maſculus ex ea proceſſit. Quas nuptias deus non libenter inſpexit, ſed iratus contra Dauid in ſomnis apparuit prophetæ Nathan, regem culpans in his quæ male commiſerat. Nathan autem cum eſſet uir urbanus & ſapiens, & cogitaret quia reges dum in iram incitantur, amplius eam quàm iuſtitiæ iura reſpiciunt: interminationes quidem dei tunc tacere decreuit, & alia uerba uiro utilia eloqui diſpoſuit: & dicens ei huiuſmodi cauſam, quid de ea ſentiret, manifeſtum ſibi fieri poſtulabat: Duo, inquit, uiri in una ciuitate degebant, quorum unus idoneus erat, & multos greges iumentorum, boumq́ue & ouium poſſidebat: alter pauperculus, qui unam tantum agnā

habebat

habebat, quam cum ſuis filijs enutrierat, cum qua etiam cibis propriis ueſceba-
tur, & quam non aliter quàm filiam diligebat. Cumque hoſpes ueniſſet ad diui-
tem, nihil de ſuis pecudibus uoluit occidere, ut epulas amico præberet: ſed miſit
ad agnam pauperis, & eam ſublatam, peregrino conuiuium miniſtrauit. Hic ita-
que ſermo uehementer commouit regem, malignumq; pronũciauit illum homi-
nẽ coram Nathan, qui talia perpetraſſet, & quadruplum dixit pro agna iuſte red
diturum, & ſuper hoc morte mulctandum. Nathan autem reſpondens, ait, ipſum
eſſe quem ille pati talia decreuiſſet, qui opus malum ualde cõmiſerit: reuelauitq;
ei, & aperte manifeſtauit iram dei, qui eum regem cunctorum fecerat Hebræorũ,
& omnium in circuitu gentium multarum atq; magnarum conſtituerat domi-
num, & à manibus Saul antea liberauerat: dederatq; ei cõiuges, quibus iuſte fue-
rat & legaliter copulatus: ſed quia deum ſpreuiſſet, & impie cõſpexiſſet uxorem,
& uirum eius necandum hoſtibus tradidiſſet, ideo eum pœnas exoluere, & uxo-
res eius ab uno dicebat filio uiolẽtias ſuſtinere: ſed & ipſum fore eius inſidijs ex-
pellendum: & dum eius peccatum occulte fuiſſet geſtum, illud cunctis uidenti-
bus ageretur: moriturumque pariter & puerum qui ex ea eſſet procreatus. In his
ergo rege turbato, & ualde confuſo, & cum lachrymis & triſtitia impie ſe egiſſe
confeſſo (erat enim deicola uir, qui nihil omnino in ſua uita præter in caſu uxoris
Vriæ deliquerat) miſertus eſt deus: & reconciliatus ei, ſeruaturum ſe illius uitam,
regnumque pollicitus eſt, agenti pœnitentiam de his quæ ab eo fuerant male ge
ſta. Cumque hæc Nathan regi prophetaſſet, domum reuerſus eſt. Puerum uero
qui de uxore Vriæ fuerat generatus, grauis diuinitus languor inuaſit. Pro quo
rex nimis afflictus, cum à cibo ſeptem diebus abſtinuiſſet, & adhortantibus ſæ-
pe famulis non comedit: ſed & ueſtibus atris indutus, atque proſtratus in cilicio
iacebat in pauimento, & deo pro ſalute pueri ſupplicabat, quia ualde eius ma-
trem amabat. Septimo uero die puero moriente, non præſumebant hoc regi fa
muli nunciare: cogitantes, quia ſi cognoſceret, & à cibo & ab alia ſui diligentia
potius abſtineret, tanquàm in luctu mortui filij conſtitutus, quippe cum eo lan-
guente talia præ triſtitia pertuliſſet. Sentiens autem rex famulos perturbari, &
ea pati quæ præcipue ſolent aliquid cælare uolentibus prouenire, intelligens mor
tuum puerum, & uocans unum de famulis, ac ueritatem audiens, repente ſurre-
xit & lauit ſe: & ſumens candidam ueſtem uenit ad tabernaculum dei, iuſſitque
ſibi cibos apponi. Quo facto multus ſtupor eius cognatos & famulos appre-
hendit: quia cum nihil horum puero languente feciſſet, eo mortuo ſimul hæc o-
mnia celebraret. Cumque ab eo huius facti cauſam requirerent, aſſerens eos ni-
mis indoctos, ait: quia adhuc quidem uiuente puero dum ſpem ſalutis eius ha-
beret, omnia faciebat, credens per hæc placari diuinitatem: quo deficiente uita,
triſtitia nihil prodeſſet. Quod cum dixiſſet, regis ſapientiam laudauerunt. Poſt
hæc autem ingreſſus eſt ad mulierem Bethſabeæ. Quæ concipiens maſculum fi-
lium procreauit, quem iubente Nathan propheta Salomonem appellauit. Por-
rò Ioab Ammonitas obſeſſione fortiter affligebat, aquam eius auferens, & re-
rum cæterarum ubertatem, multumque eos cogebat cibi & potus inopia labo-
rare. Ex modico nanque puteo bibebant omnes: & licet illis eſſet fontis auxili-

um

um,ne tamen deficeret,non eo largius utebantur.Quo facto ſcripſit hæc regi,ſignificans,& rogans eum ut ueniret ad ciuitatem, quatenus ſuo nomini uictoriã deſignaret.Quod cum ſcripſiſſet Ioab,approbans rex eius uoluntatem & deuotionis fidem,ſumpto ſecum exercitu,uenit ut Rabath depopularetur.Vrbem uero hanc dum bellica lege cepiſſet,milites eam uaſtare permiſit:ipſe uero tulit coronam regis Ammonitarum, habentem pondus auri talentum,& lapides preciоſos,& in medio ſui ſardonychem,quam ſemper Dauid geſtabat in capite. Multa ſiquidem & alia precioſa ſpolia in ea comperit ciuitate. Viros autem eius tormentis affecit. Hoc itaque modo etiam alias Ammonitarum urbes quas cepit euertit.

Quomodo Amnon ſororem Thamar ui comprimit, Abſalom fratre horum ob id moliente in necem Amnon: & quomodo iram patris Abſalom fugit, licet poſtea reuocauerit eum pater. Caput VIII.

REuertẽte igitur Hieroſolymã rege,domus eius turpi uitio maculata eſt.Erat enim illi filia uirgo nomine Thamar, pulchritudine ualde præcipua, ita ut omnes fœminas ſpecioſas euinceret.Huic frater erat Abſalom, ex una genitrice generatus. Hanc Amnon filiorum Dauid ſenior concupiuit: & cum neque propter uirginitatem eius, neque propter cuſtodiam ſuo poſſet deſiderio præualere,crudeli percuſſus uulnere carpebatur.Dumq; eius corpus interiori languore tabeſceret,& iam colorem macies permutaret, innotuit Ionadab cuidam cognato eius pariter & amico.Erat enim uir iſte ſapiens,& intellectu nimis acutus. Videns ergo quotidie Amnon non naturale corpus habẽtem, accedens interrogauit ut ei cauſam rei huius ediceret:dicebatq; arbitrari ſe hæc illum amoris occaſione perferre. Cumque confeſſus fuiſſet ei Amnon paſſionem ſuam, & quia ſororem ſuam conſanguineam concupiſceret, conſilium ei ſuum deſideriumq; adiſcendi hoc modo dedit:monens ut ægritudinem ſimularet,& uenientem ad ſe patrem peteret,ut ei ſororem exhibituram competẽs ægrotanti miniſterium deſtinaret:quod ſi fieret,priuaretur citius à languore. Amnon ergo ponens ſemetipſum in lectulo ſecundum Ionadab conſilium ſimulabat infirmitatem: at dum ad eum uiſitandum pater ueniſſet,popoſcit ut ſororem ei dirigeret. Quam pater incunctanter iuſſit adduci.Ea ueniente præcepit,ut ei manu ſua faceret panes frixos, dicens ſuauiter ſe ex eius manibus commeſſurum. Illa uero uidente fratre, conſperſa farina faciens collyridas,easq; frigens obtulit fratri. Et ille quidem nequaquàm guſtauit ex eis,ſed iuſſit famulos ut omnes à domo repellerẽt,ut quaſi quiete facta dormiret. Cumq; famuli quod iuſſerat impleuiſſent, iuſſit ſororẽ ut ei cibum ad interiorem locum domus afferret: Quod dum puella feciſſet, apprehendens eam,ut cum ea concumberet ſuadere tentauerat.Puella uero damabat,dicens: Noli uiolentiam facere,nec impietatem frater mi inferre: noli leges tranſcendere,& te iniquiſſima confuſione miſcere: ſed quieſce à tam iniuſto & ſceleratiſſimo deſiderio, ex quo obprobrium & turpitudo noſtræ domui perpetua conferatur: adijciens quia ſi de hac re loqueretur patri, coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat uolens ad præſens impetũ eius petulantẽ declinare.At ille nõ acquieuit:ſed nimietate amoris illius inflãmatus.& robore eius

paſſio-

paſſionis ualde perplexus,uim intulit ei. Quem repente odium poſt ſtuprum ſo roris inuaſit: & iniuria perpetrata,eam ſurgere & abire præcepit. Cumque illa in hoc deteriorem proclamaret iniuriam ſibimet irrogatam, nec uſque ad noctem eam manere permitteret,repente eam inde diſcedere iuſſit,ut etiam hinc teſtimo nium ſuæ confuſionis incurreret. Qua reſiſtente,iuſſit famulo ut eam prorſus ex pelleret. Illa uero dolens iniuriam ſimul & uiolentiam,dirupto colobio, quo anti quæ uirgines utebantur,habente manicas,& ad talos uſq; profuſo,ne facile uide rentur,& cinere aſperſo capite,ibat per mediam ciuitatem,damans & ingemiſcẽs uiolentiam ſibimet irrogatam. Quam dum inueniſſet frater Abſalom,requiſiuit qua cauſa proueniẽte hoc ageret. Et cũ factam ſibi dixiſſet iniuriam, quieſcere & mediocriter ait ferre germanam,& iniuriam non putare, quod corrupta fuiſſet à fratre. Cui dum ſatiſfactum fuiſſet,clamare & uiolentiam ſuam multis indicare ceſſauit:& multo tempore apud fratrẽ ſuum Abſalom uidua tolerauit. Quod cũ cognouiſſet Dauid,doluit quidem:ſed cum Amnon ſeniorem filium ualde dili geret,eum noluit contriſtari. Quem Abſalom crudeliter abhorrebat,& latenter opportunum tempus ultionis delicti illius expectabat. Igitur ſecundus iã annus corruptonis ſororis eius exceſſerat,& cũ greges ſuos tonſuros aſcenderet in ciuita tem Betſephon (eſt autẽ hæc in ſorte tribus Ephraim) rogauit patrem ut cũ alijs fratribus ad eius conuiuium cõueniret. Quo recuſante,ne illi grauis uideretur exi ſtere,uel fratres dirigi ſupplicauit. Quibus deſtinatis,iuſſit Abſalom famulis ſu is,ut cum uiderent Amnon ebrietate diſſolutum,illo innuẽte interficerent eũ,nul lumq; metuerent. Quo facto fratres cunctos terror grauis & tumultus inuaſit,& de ſe quoq; ſinguli formidantes,aſcendentesq; in equis reuertebantur ad patrẽ. Quidam uero præcedens nunciauit patri,quaſi cunctos fratres interfeciſſet Ab ſalom. Tũc Dauid quaſi omnibus uero ſimul interfectis,& hoc à fratre:triſtitia, quæ eum uſq; ad mortem ferre uideretur,amara nimis inuaſit, & eo dolore neq; cauſam requiſiuit,neq; aliud quicq;. Poſt hoc tanti mali facinus cognoſcere uolu it,neq; ſuſtinuit:ſed repente ueſte diſrupta proſtratus in terram iacebat,lugẽs fi lios uniuerſos,& qui mortui nunciati fuerant,& ſimul qui eos occiderãt. Ionadab uero Samma fratris Dauid filius conſolabatur eum,ut à triſtitia tanta recederet, nec crederet filios alios interemptos: quia nec cauſa talis extaret:ſed eſſe credibile, quia hoc feciſſet Abſalom in ſolũ Amnon,propter Thamar ſuæ ſororis iniuriã. Inter hæc quidẽ ſonus equorum & tumultus quorundam uenientiũ attentos eos fecit. Erant autem filij regis,qui de conuiuio fugiebant. His lugentibus triſtis pa ter occurrit,& præter ſpem uidens quos ante paululum periſſe crediderat,ample xatus eſt eos. Erat itaq; cunctis luctus & gemitus,illis quidem ſuper mortuo fra tre,regi uero ſuper filium interemptum. Abſalom autem fugit in Geſſur ad auũ maternum,uirum prouinciæ illius præpotentem,apud quẽ trium annorum tem pore commoratus eſt. Cumq; Dauid uoluntatem haberet,ut ad reuocandũ Ab ſalom filium deſtinaret,non ad uindictam: quando erat ira iam longo tempore leuigata:ad hanc rem princeps militiæ Ioab eum potius incitauit. Præparauit eñ quãdam mulierem iam ætate prouectam, ut eũ ſub ſchemate luctus interpella ret,& huiuſmodi uerba proferret. Quæ ait: Duo filij mei rex erant qui in agro fue

Colobiũ quid.

2. Reg. 14.

rant,& in contentionem conuerſi,nullo præſente qui eos placare potuiſſet,ab altero alter percuſſus interijt.Cognatis aũt interfectorem petentibus,& uolẽtibus eũ occidere,ſupplico ut mihi ſalutẽ præcipias filij cõdonari,nec reliquam ſpem meæ ſenectutis auferri,& prohibeas cũctos qui meũ filium interficere moliuntur. Nõ enim quicq̃ aliud illi poterunt ſequi,niſi quod timor regius imperauerit.Rege ſiquidem mulieris precibus annuente,reſpondẽs denuo mulier regi:Gratias,inqt. ago rex tuæ benignitati,qui meã miſeratus es ſenectutẽ,& penè ſine filijs deſolatam filiũ habere feciſti.Sed ut firma mihi ſint tuæ dona clemẽtiæ,precor tuo filio eſto propitius,eiq̃ remitte delictũ.Quomodo em̃ creditura ſum ueritati mihi in hoc præbuiſſe beneficiũ, cum te uideã in cauſa ſimili cũ tuo filio manere ſemper iratũ?Fœdũ nãq̃ eſt,ut cũ filius unus contra uoluntatẽ patris mortuus ſit,ſponte huic caſui apponatur & alius.Intellexit itaq̃ rex hoc conſiliũ ſtudio Ioab immiſ-

Dauid reuocat Abſalom.

ſum,& interrogata ſene muliercula dũ cognouiſſet hoc uerũ eſſe,reuocans Ioab, ait ipſe ei ſtudij ſui uotũ,eumq̃ Abſalom reuocare præcepit.Nõ enim circa eum iam ulterius ſe dixit eſſe crudelem,ſed iram indignationemq̃ remittere.Ille uero cũ adoraſſet regem,eiuſq̃ ſermonibus gratias egiſſet:repẽte profectus eſt in Geſſur,& aſſumpto Abſalom,in Hieroſolymam remeauit. Præmiſit autẽ rex dum uenire filiũ cognouiſſet,& præcepit,ut ad domũ propriam remearet:nõ enim iuſtum eſſe credidit,ut mox uenientẽ ſuſciperet,aut uideret. Ille uero patre iubente eius declinauit aſpectum, cui tamẽ à familiaribus debitũ exhibebatur officium. Huius itaq̃ pulchritudo licet in triſtitia poſiti,& diligentiam competentem regis filio nõ habentis,nequaq̃ depoſita eſt:ſed erat ſpecioſus,& ſplẽdebat omni decore,& corporis magna proceritate,ita ut eos qui erãt in epulis conſtituti tranſcẽderet.Cuius capitis erat tanta cæſaries,ut uix octo diebus tonderi potuiſſet: & erat tõſuræ eius pondus ſiclorũ ducentorum,qui faciunt quinq̃ minas. Habitauit autem in Hieroſolymis annis duobus,& habuit tres filios maſculos,& filiam unam nimis ſpecioſam,quã rex poſtea Roboam Salomonis filius accepit uxorẽ,ex qua natus eſt puer nomine Abias. Inter hæc itaq̃ mittẽs Abſalom ad Ioab popoſcit ab eo,ut perfecte placaret patrẽ:& peteret,quatenus eũ ad ſuum conſpectũ & colloquiũ reuocaret. Negligente uero Ioab,mittens aliquos ſuorum,confinẽ ſegetẽ eius incendit. Quod cũ ille cognouiſſet,ad Abſalom uenit,culpans eum,& ex eo cauſam rei huius inquirens.Cui reſpõdit:Hoc conſilium cõperi,ut te ad nos perducere potuiſſem,negligentem uerba quæ tibi pro paterna reconciliatione mandaueram.Quapropter præſentẽ te deprecor,ut mitiges genitoris mei iram. Ego nãq̃ peius à fuga eſſe iudico huc me modo ueniſſe,patre mihi hactenus iraſcente.Ioab autem neceſſitatem eius agnoſcens,& miſeratus mediator extitit apud regem, eiq̃ locutus de filio egit,ut libenter eum repente ſuſciperet. Quo ueniente, & in terram proſtrato, ac ſupplicante ut peccati ueniam impetraret,porrecta dextera alleuauit eum,& geſtorum obliuionem ſe habere pollicitus eſt.

2.Reg.15.

Quomodo Dauid ab Abſalom eſt regno pulſus conſultante Achitophel: Deq̃ Ziba & Miphiboſeth,& iniurijs Semei,deq̃ exploratore Chuſi,& Achitophel ſuſpẽdio Cap. IX.

Abſalom autem dũ ei hoc fuiſſet à patre conceſſum ,in paruo tẽpore multos equos,multoſq̃ ſibi currus inſtituit,& armigeros quinquaginta: & diebus ſingulis ſurgens diluculo & ad regalia uenicns , eis qui cauſas habebant,& minores

res inueniebantur in eis, delectabiliter loquebatur, quasi non habente bonos consiliarios patre, sed iniustos in suis sententijs consistentes, quorum iudicio graua rentur. Pro qua re fauorem sibi omnium conciliabat: adijciebatq; pariter dicens, quia si haberet & hanc potestatem, ipse cuncta sub legũ æquitate disponeret. His itaq; gestis, populo sibi placato, cum iam deuotionem cunctorũ se obtinuisse cõfideret, post reconciliationem patris annis quatuor iam transactis, supplicauit ut eũ pater in Hebron ire permitteret, quatenus promissa deo sacrificia celebraret, quæ fugiens deuouisset. Dauid ergo cõcedente profectus est, ad quẽ multus populus eo inuitante confluxit. Aderat aũt ei & consiliarius Dauid Achitophel Galamoneus: & ducẽti uiri ex Hierosolymis, nescientes quidem conamen huiusmodi, sed uelut ad sacrificiũ euocati. Hoc itaq; cõsilio rex ab omnibus ordinatus est. *Conspiratio Absalom contra patrẽ suũ.*

Quod dũ fuisset Dauid nunciatum, & inopinabiliter hoc fecisse filium cognouisset, metuens impietatem eius & præsumptionem miratus: quia nec peccati uenia recordatus est, sed super illa scelera potiora & iniquiora cõmitteret: primum quidem ut regnũ à deo donatum uellet auferre: secũdo ut patrem uita priuaret, deliberauit ut fugeret trãs Iordanem: & uocatis amicis & necessarijs, & de filij superbia participato cũ eis consilio, cunctaq; cõmittens deo, decem concubinas custodes regaliũ derelinquens, discessit ab Hierosolymis: & alia multitudine cũ eo festinatius egrediente, simul & sexcentis uiris armatis, qui Saul uiuente fuerant ei in fuga priori participes. Abiathar autem & Sadoch sacerdotibus, & omnibus se uolẽtibus simul egredi cũ arca dei, suasit magis ut in ciuitate cõsisterent, cum eũ posset deus etiam arca non portata liberare: mandauitq; ut ei latenter gesta quæq; nunciarẽtur. Habuit autem fideles ad omnia ministros, Achimaam filiũ Sadoch, & Ionatham filiũ Abiathar. Sadoch autem Iethæus cum eo profectus est, licet Dauid eum manere in ciuitate uoluisset. Cui dum acquiescere noluisset, ei puritatem potius suæ deuotionis ostendit. Ascendente autem Dauid per montem oliueti pedibus nudis, & cunctis cum eo flentibus, nũciatum est Achitophel esse cum Absalom, & eius parti fauere. Quod dũ audisset, tristitia eius magis accreuit, deumq; rogabat, & suppliciter exorabat, ut abalienaret mentem Absalom à consilijs Achitophel. Formidabat enim ne cõtra se ei dando cõsilia præualeret. Erat enim uir ille astutus & ad prospiciendã utilitatẽ nimis argutus. Cũq; in mõtis uerticem peruenisset, ciuitate respecta cũ multis lachrymis quasi ammisso rege domino supplicauit. Occurrit aũt ei uir quidam fidelis nomine Chusi & ipse amicus. Quem cũ uidisset Dauid scissa ueste, & asperso capite cinere flentem atq; lugentem, cõsolatus est eũ, & à tristitia cessare poscebat: Et post hæc supplicauit ut iret ad Absalom, quasi ei consentiens, & eius secreta cõsideraret, consilijsq; resisteret Achitophel: quia si cũ Dauid pergeret, tãtum prodesse nõ posset. Obediẽs ille Dauid, eo derelicto uenit in Hierosolymã, quo etiam nõ post multum uenit Absalom. Paululũ itaq; exinde procedẽte Dauid, Ziba famulus Miphiboseth, quem curatorem instituerat possessionũ quas donauerat filio Ionathæ, occurrit ei cũ duobus asinis oneratis rebus in itinere necessarijs, ex quibus ipse & qui cum eo erant refici debuissent. Requirente uero Dauid, ubi relinqueret Miphiboseth: ait in Hierosolymis, expectantem ordinari regem se in præsenti seditione,

propter memoriam beneficiorũ Saul. In his autẽ indignatus Dauid, omnia quæ cunq; conceſſerat Miphiboſeth, Zibæ donauit: multo iuſtius eſſe credens, ut hic q̃ ille potius hæc haberet. Et quidam de cognatione Saul, nomine Semei filius Gera, lapidabat eũ, ac peſſimis ſermonibus accuſabat. Circunſtantibus autẽ amicis, adhuc amplius balſphemabat, & ſanguinariũ eũ multorumq; malorũ dicebat autorem, increpans eũ, quatenus ex illa terra uelut pollutus excederet: deo gratias referebat qui eũ priuaſſet regno per propriũ filiũ, pro eo quod peccaſſet in dominum, & in eo rite pœnas exigeret. Omnibus autem ſuper eum mora iracundiæ prouocatis, & præcipue Abiſai, uolente interficere Semei, Dauid eũ ab ira retinuit, dicẽs: ne malis præſentibus opus nouæ occaſionis adiiciamus. Non enim circa hunc rabidũ canẽ mihi reſpectus aut pudor eſt, ſed ad deum intẽdo, propter quẽ iſte ſuper nos ita uidetur inuectus. Nec eſt admirandum, ab iſto me talia ſuſtinere: quãdo etiam filij uideor impietatẽ expertus. Sed forſan aderit nobis miſericordia dei, & prævalebimus inimicis, quo adiuuante ſecuro itinere properemus. Semei aũt per aliam montis partẽ currebat, & crebras faciebat iniurias. Cũq; Dauid ueniſſet ad Iordanẽ, reficiebat ibidem ſuos itinere fatigatos. Igitur cum ueniſſet Abſalom & Achitophel conſiliarius in Hieroſolymam cum omni populo, uenit ad eum amicus Dauid Chuſi: & cũ adoraſſet Abſalom, optabat regnum eius incolume, & in omni tempore permanere. Ille uero dicente, cur cũ præcipuus patris eius eſſet amicus, eiq; fidelis in omnia uideretur, non cũ eo tunc eſſet: ſed illo derelicto tranſiſſet ad eum, temperate ſe facere dixit, ſiquidem & populi uniuerſi fore iudicium. His, inquit, domine tecum manentibus, recte & ego te ſequor. Regnum itaq; tibi à deo collatum eſt, quapropter eandem fidem atq; deuotionem præbebo quam patri. Non enim pro rebus præſentibus indignari fas eſt, quando non in extraneam domum mutatum eſt regnum, ſed in eadem permanſit, filio ſuccedente patri. Hæc dicens ſatiſſecit, cũ prius utiq; uideretur eſſe ſuſpectus. Et Abſalõ uocato Achitophel, quid oporteret agi tractabat. Qui ſuaſit ut ad cõcubinas ſui patris accederet, ex hoc enim populum ſciturũ, crediturumq; dicebat, quia circa patrem nulla ei iam reconciliatio ſupereſſet: ob hoc cum multa fiducia aduerſus eũ omnis multitudo pugnaret: hactenus autem apertas inimicitias eos habere, metuere credentes, poſſe patrem cũ filio quocũq; tempore cõcordari. Hoc etiam conſilio flexus, iuſſit famulis ut tentoria in ſolatio regio figerent: & uidente populo accedens, ad patris ſui concubinas ingreſſus eſt. Hæc autem geſta ſunt ſecundum Nathan prophetiam, quam Dauid olim de filij ſui inuaſione ſignificauerat. Cum uero feciſſet Abſalom quæ monuerat Achitophel, rurſus ſecundum conſilium de prælio contra patrem eum proferre poſcebat. Cumq; decem milia ille electos ſibi dari petiſſet, ut & patrem eius interimeret, & eos qui cum eo pergerent incolumes reuocaret, ut tunc firmum haberet imperiũ cum pater eius extingueretur: dum hæc ſententia placuiſſet, uocauit etiam Chuſi amicum ſui patris antiquum, ſic enim ille eum uocabat. Cui dum ſententiam Achitophel indicaſſet, quid etiã ipſi uideretur de eadem cauſa requirebat. Ille uero cognoſcens, quia ſi fierent quæ ſuadebat Achitophel, Dauid ad mortis periculũ peruenireſſet: cõtrariã ſententiam nitebatur afferre: Non ignoras, inquit, ò rex tui patris & eorũ qui

cum

De iniurijs Semei.

Abſalom concubinas patris uiolat. 2. Reg. 17.

cum eo ſunt fortitudinem,qui & multis prælijs dimicauit,& ſemper ſuperatis hoſtibus eſt reuerſus. Nūc equidem credo illum in exercitu conſtitutum:eſt enim ſicut noſti bellicoſus, & idoneus omnia prouidere,& dolos ſuperueniētium hoſtium declinare certiſſimus: circa ueſperā autem derelinquere ſuos,aut in aliquā aulam ſe celare,aut circa petras inſidias facere:dumq; cōtigerit ut noſtri congrediantur ad prælīū,illius quidem uiri ut æſtimo,modicum ſe ſubducēt,& dum ſecuri fuerint de regis auxilio,reſiſtent. Et inter hæc illis pugnantibus repēte cum alio exercitu tuus pater apparens,ſuis quidē fortitudinem præbebit ad bellum,tuos uero inopinabili ſuperuētu proſternet.Fac igitur cōparationē mei conſilij,& cognoſcens eius utilitatē, Achitophel quidem refuta ſententiam: mittens autem in omnem prouinciam Hebræorum, præcipe ut contra patrem tuum cunctus congregetur exercitus:& ſumēs ipſe prælij militiam uniuerſam,eſto dux eorū,& nulli alij committas hoc bellum. Facillime enim te crede uicturum fore,ſi eum cum paucis comprehēderis, cum tu multa milia pugnātium habeas,deuotionem ſuam tibi præbere uolentium.At ſi pater tuus fuerit obſeſſione circūdatus,machinationibus,aut cloacarū effuſionibus ciuitatem illam facillime capiemus.Hæc cū dixiſſet,probabilior apparuit q; Achitophel. Nam ultra illius conſiliū,Abſalom potius huius elegit.Deus enim erat,qui in eius mente conſilium Chuſi melius eſſe faciebat.Quo facto feſtinauit Chuſi ad ſacerdotes Sadoch & Abiathar,conſilium q; Achitophel necnon & ſuum pandēs, & quia placuiſſent quæ ipſe monuerat indicauit:& exhortatus eſt repente, ut mittentes hæc renunciarent Dauid, & quæ ab aduerſarijs tractata uidebantur aperirent: adijciēs ut ſtuderent uelocitet tranſire Iordanē,ne eum ſuus filius perſequi feſtinaret,& antequam ſe ille munieret,poſſet à filio comprehēdi.Sacerdotes autem opportune ſuos filios ad hoc officium extra urbem celatos habebant. Quibus mandantes per fidelē ancillā quæ tractabat Abſalom, præceperunt ut Dauid cum feſtinatione hæc ſignificarent. Illi uero nulla dilatione tardantes,ſed mandata ſeruantes patrū,pij fideles q; miniſtri & officij ſui uelocitatem & neceſſitatis inſtantiam cito iudicantes implendā, feſtinabant ad Dauid. Cūq; duobus ſtadijs à ciuitate proceſſiſſent,uidentes eos quidā equites,indicauerunt Abſalom.Ille continuo ut comprehenderentur miſit. Quod cognoſcentes filij ſacerdotum,ab itinere declinantes in uicum quendā non longe ab Hieroſolymis,cui nomen erat Bochor:inuenientes q; quandam mulierculam rogauerunt ut eos celaret,& munitionē metuentibus præberet. Illa uero iuuenes illos in puteum repente depoſuit, & expāſis deſuper pellibus os eius operuit. Cumque perſequentes eos ueniſſent,& de eis mulierem requiſiſſent,illa uidiſſe quidem ſe non negauit: dicens apud ſe eos ſumpſiſſe potum, & continuo diſceſſiſſe: tamen ſi cum uelocitate ſequerentur, facile eos comprehendi poſſe dicebat. Cum q; diu ſecuti non comprehendiſſent,reuerſi ſunt. Mulier autem uidens eos remeantes,& nullum iam periculum comprehenſionis ſuuenibus imminere conſpiciēs,abſtractos è lacu dimiſit ad proprium itineris opus.Qui multo ſtudio feſtinantes, uenerunt ad Dauid, & cuncta ei quæ Abſalom tractabat ſubtiliter indicauerunt. Tunc ille licet iam nox eſſet,præcepit tamen ſuos Iordanem tranſire cum feſtinatione, Achitophel autem uidens ſuam ſentētiam reprobatam.

Gilon uocant Biblia.

batam, aſcendens iumentum ſuũ uenit ad regionẽ *Galmech xõuocatiſq; omnibus ſuis, conſiliũ quod dederat Abſalom expoſuit: & quia eo quod auditus ipſe non fuerit, non eius tardaret interitus indicauit. Dicebat enim Dauid poſt uictoriam in regnum continuo rediturum: & melius ſibi fore ut libere & magnanime abrumperet uitam, q̃ ſe Dauid reſeruaret ad pœnas, contra quẽ Abſalom talia conſilia præbuiſſet. Et cũ hæc dixiſſet, accedens in locum domus ſuæ ſecretiorem, laqueo ſe ſuſpendit. Igitur Achitophel, ſepulturæ contradiderunt. Dauid autem ſicut prædiximus trãſiens Iordanem, uenit in caſtra optima, & munitiſſimam ciuitatem, ſuſceperuntq; eum libentiſſime priores prouinciæ: & fugam illius temporis referẽtes, & honorem ei priſtinæ felicitatis exhibentes. Erant autem Berſelleus Gallaadites, & Siphas potentiſſimus, & Amanthias, & Machir terræ Galaaditidis primus. Hi nanq; omnium rerum copiam Dauid, & qui cum eo erant opulentiſſime præbuerunt, ita ut neq; lecti ſtrati deeſſent, nec panes aut uinum, ſed etiam ubertatem pecudum miniſtrarent: quatenus & quiete laborantibus, & ciborum utilium copiam eis ad ſatietatem exhiberent. Et hi quidem hoc modo erant conſtituti.

Quomodo Abſalom inſtructo contra patrem exercitu uictus eſt, ipſeq; crinibus prolixis arborum ramis implicitis pendens tranſfoſſus eſt. Caput X.

ABſalom itaque congregato magno Hebræorum exercitu ſuper patrem, & tranſiens fluuium Iordanem non lõge à caſtris, uenit in Galaaditidem regionem, conſtituitq́ue principem totius exercitus Amaſam in loco Ioab conſobrini ſui. Erat enim de patre Ietheo, & matre Abigea progenitus: Abigea uero & Saruia mater Ioab, Dauid ſorores fuêre. Cumq; recenſuiſſet Dauid eos, qui cũ eo erant & inueniſſet uſque ad quatuor milia armatorum, noluit expectare quando ſuper eum Abſalom ueniret: ſed conſtituens ſuper illos millenarios & centenarios, diuiſo exercitu tripartite, aliam quidem partem Ioab principi militiæ dedit, aliam uero fratri eius Abiſai: tertiam autem commiſit Etheo, qui erat amicus eius de ciuitate Geth. Cumq́ue uellet ipſe ad belſum ſimul exire, amici non permiſerunt, conſilio eum ſapientiſſimo retinentes. Dicebant enim, quia ſi cum eo deuincerentur, omnem ſpem utilitatis amitterent: ſi uero una parte uicta ad eum reliqui remearent, poſſet denuo prælium reparari: quando etiam hoſtes arbitrarentur alium exercitum manere cum rege. Hoc conſilium libenter accipiens Dauid, ipſe quidem in caſtris manere decreuit: & cum duces & amicos ad prælium deſtinaret, rogauit ut fortitudinem ſui & fidem & memoriam haberent, utq́ue puero Abſalom uictores parcerent, ne illo moriente aliquid in ſe mali ipſe cõmitteret: optansq; cunctis uictoriam, dimiſit exercitũ. Ioab itaq; aciem conſtituit contra hoſtes in campo quodã, habens poſt tergũ ſyluam. Eduxit autẽ è diuerſo Abſalom ſuũ exercitum, & facta congreſſione, belli opera præcipua manuũ, & maxime præſumptionis ex utraq; parte gerebantur: alij quidem ut regnũ Dauid reciperet, elaborabant, & omni magnanimitate deſudabant: alij uero, ne eo priuaretur Abſalom, & daret patri pro ſua præſumptione ſupplicĩ in nullo ſegnes erant, aut facere aut pati quodcũq; belli caſus afferret. Inſuper metuebant etiã, ne ab Ioab & eius paucis militibus tãta multitudo ſubiugaretur. Igitur inter hæc uí

2. Reg. 18.

cit

cit Dauid exercitus robore magnanimitate & exercitatione bellorum fortiũ: fugi entesq; per ſyluas & colles perſecuti ſunt: & alios quidẽ ceperunt, alios autem in terfecerũt, ita ut plurimi caderent fugientes q̃ in acie repugnantes. Et illa ſiquidẽ die quaſi uiginti milia uirorũ ceciderunt. Exercitus autẽ Dauid acceſſit ad Abſalom (erat enim cunctis proceritate & pulchritudine manifeſtus) qui metuens ne eũ comprehenderent hoſtes, aſcendens mulam regiam fugiebat. Cumq; uelociter ueheretur, & ipſo motu leuis exiſteret, arbori maximæ & ramis extenſæ eius replexa cæſarie inopinabiliter eſt appẽſus: & iumentũ quidem uelocitate ſua quaſi dominum adhuc portaret abſceſſit, ille uero ramis comarum alligatione retinebatur aſtrictus. Quem cum uidiſſet quidam militum Dauid, Ioab indicauit. Quo dicente, quinquaginta ſidos ſe ei dediſſe ſi peremiſſet Abſalom: nec ſi mille ſidos ei promitteret, occidere ille ſe filium domini ſui dixit, dum omnibus audientibus pater eius ei parci rogauerit. At ille oſtendi ſibi præcipiens, ubi eum uidiſſet appenſum, & locum inueniſſet, in corde eum iaculans interemit. Armigeri uero Ioab circũſtantes de arbore cadauer eius depoſuerunt, eumq; in foueã proijcientes, aceruum ſuper eum lapidum poſuerunt, ita ut figura ſepulchri fieret, & ingentem tumulum locus ille ſeruaret. Ioab uero ſigno dato, à perſecutione reuocauit exercitum, parcens cõtribulibus ſuis. Igitur Abſalom conſtituerat ſibi ſtatuam marmoream regiam in ualle, quæ duobus ſtadijs ab Hieroſolymis aberat: quam appellauit ſuam manum, dicens quia etiam filijs eius morientibus nomẽ eius in ſtatua permaneret. Erant enim ei maſculi filij quidem tres, filia uero una Thamar. Quæ coniuncta Salomonis filio Roboam, peperit filium Abiam, qui patri ſucceſſit in regnum. Et de his quidẽ poſtea declarabimus. Igitur poſt mortem Abſalom populus quidem ad propria loca diſperſus eſt. Achimaas autem Sadoch ſacerdotis filius rogabat Ioab, ut præueniens ipſe Dauid uictoriam nunciaret, & quia dei ſolatium & prouidentiam ipſius habuiſſet. Cui non conceſſit hoc Ioab dicens, quia cum ſemper boni nuncij homo fuiſſet, modo non deberet regi mortem filij nunciare. Vocansq́ue Chuſi, ei opus hoc iniunxit: ut quod ipſe uidiſſet, regi etiam indicaret. Cumq́ue iterum Achimaas rogaret, ut eũ nunciare permitteret, dicens: quia rex circa ſolam uictoriam attentus, nequaquam de Abſalom morte curaret, conceſſit ei ut pergeret ad Dauid: tenensq́ue compendioſam uiam, quam ipſe ſolus nouerat, præuenit Chuſi. Cumq; ſederet Dauid inter portas, expectans quando ei aliquis geſta bellica nunciaret, quidam ſpeculatorũ uidens Achimaam currentem, & nõdum quis eſſet agnoſcens, ait ad Dauid, uidere ſe aliquẽ uenientem. Qui dum dixiſſet bonum fore nũcium, poſt paululũ alium quendam ſequi pronunciauit. Cũq; & ipſum bonum nuncium aſſereret, uidens explorator præcurrere, iam uicinum eſſe Achimaam Sadoch filium ſacerdotis Dauid indicauit. Qui gauiſus, eũ bonum nunciũ eſſe dixit, & aliquid optabile de prælio portaturum. Cumq; hæc dicerentur à rege, ueniens Achimaas adorauit: & interroganti de pugna, regi uictoriam nũciauit. Quo requirente de filio eius quid cognouiſſet, ait, quia mox ut uidiſſet fugatos hoſtes ipſe, ad eũ pergere feſtinaſſet, & audiſſe ſe magnas uoces perſequẽtiũ Abſalom, & nihil amplius potuiſſet cognoſcere, eo quod cogeret̃ miſſus à Ioab uictoriã nunciare. Venienti autem

Statua Abſalom.

tem Chuſi,& adorante regem,& uictoriam nunciante,de filio eum Dauid continuo requiſiuit.Tunc Chuſi:Hæc,inquit,proueniãt tuis inimicis,quæ recepit Abſalom.Quod uerbum uictoriæ gaudium nec apud ipſum manere,nec habere exercitum permiſit. Aſcendens enim Dauid in locum ciuitatis excellentiſſimum,flebat filium,tundens crebro pectora ,capillos capitis ſui dilacerans, & omni ſe affli-

Luctus Dauid ſuper Abſalom.

ctione caſtigans clamabat,dicens: Vtinam mihi & non tibi ò fili adueniſſet interitus.Nam cum eum diligeret per naturam,huiuſmodi mortis eius euentui,q̃ ſibi potius condolebat.Exercitus autem & Ioab audientes, quia rex filium ita lugeret,reueriti ſunt triumphali ſchemate ingredi ciuitatẽ:ſed deiecti & flẽtes & quaſi deuicti potius intrauerunt.Cumq̃ rex capite uelato reſideret,& filij interitũ ingemiſceret,introiuit ad eum Ioab & cõſolatus eſt eum,dicens:O domine rex,aperte demonſtras ex his quæ agis, quia diligentes te & pro te pericula ſuſtinẽtes,nec non & te tuamq̃ generationem protegentes prorſus abhorres, & diligis inimicos:& illos concupiſcis potius qui iuſte pœnas ſoluentes obierunt. Nam ſi Abſalom uiciſſet,& ipſe regnum firmiſſ.tenuiſſet,nullius noſtrum cadauer remaneret: ſed omnes à teipſo & à tuis filijs incipientes , fuiſſemus ſine dubio proſtrati,nullo noſtrorum hoſtium flente,ſed cunctis potius congaudentibus :inſuper etiam puniẽtibus eos,ſiqui forte noſtrorum miſerati fuiſſent. Tu uero hæc agere ſuper maximo non confunderis inimico , qui cum tuus filius eſſet,nequaq̃ hæc impia in te committere formidauit.Igitur recedens ab hac iniuſta triſtitia procede, militibus oſtende temetipſum : eisq̃ pro uictoria & labore certaminis gratias age. Ego nanq̃ optime noui,quia ſi in hoc actu permanſeris,hodie à te populus uniuerſus abſcedet,& alij regnum tradet,& tunc amariſſimum ac uerum habebis luctum.Hæc dicens Ioab,regem à triſtitia reuocauit,& ad cauſas Reipublicæ utilitatis abduxit.Tranſformatus enim à fletu Dauid,& opportune compoſitus pro aſpectu populi,ſedit ad portas,ita ut audiẽs populus uniuerſus concurreret,& omnes eum libentiſſime ſalutarent:Hæc itaq̃ tali modo ſunt geſta.

Dauid uicto Abſolom, iterum recipit totum regnum, dedentibus ſe cunctis tribubus. Ipſe inimicos clementer recipiens in gratiam,contra Sabeæ nouæ ſeditionis autorem mittit Amaſam, quem Ioab dolo occidit, licet poſt ea Sabeæ deuicerit. Caput XI.

POrrò qui cum Abſalom fuerant,& de prælio fugerant, reuertentes ad ſemet ipſos,ſinguli mittebãt per ciuitates cunctas,Dauid beneficia commemorantes,& libertatem,quam eis reſiſtendo multis hoſtibus præbuerat,edicentes: culpantesq̃ ſemetipſos quia eum expuliſſe uiderẽtur à regno,& alium ordinaſſent: quo nunc defuncto principe qui ab eis fuerat ordinatus, rogare deberẽt Dauid, ut ab indignatione quieſceret eisq̃ faueret,& recepto regno illis ſuam prouidentiam non negaret.Hæc itaq̃ Dauid crebro nunciabantur,Sed etiam ille nihilominus miſit ad Sadoch & Abiathar ſacerdotes, ut principibus loquerentur tribus Iuda, quia turpe fuerit ut aliæ tribus ante illam Dauid conſtituerent regem, cum illi & cognati eſſent ,& ſanguinis eius participatione gauderent.Hæc eadem & Amaſam principi militiæ eos præcepit edicere : quia cum filius ſororis eius fuiſſet,non diſſuaderet populo ut Dauid reſtitueretur imperiũ , pro qua re non ſolũ

regi

regi reconciliari posset,sed & totius militiæ principatū sicut Absalom ei præbuerat obtineret.Et sacerdotes quidem principibus tribus Iuda locuti sunt, & Amasam deflexerunt, promissiones regias edicentes,ut in eius * partibus consentiret. Hoc itaq; facto tribus Iuda misit ad regem legatos,rogantes ut ad proprium remearet imperium.Hoc autem & omnes Israëlitæ fecerunt,adhortante eos Amasa. Igitur accedentibus legatis ad eum uenit in Hierosolymam; omnes tamen præuenit tribus Iuda,ut regi ad Iordanis flumen occurreret:& Gera filius Semei cum mille uiris, quos de tribu Beniamin ducebat: & Ziba libertus Saul; & filij eius quindecim,& uiginti serui.Isti nanq; cum tribu Iuda pontem fluminis effecerunt,ut facile rex eum transiret cum suo exercitu: Cumq; uenisset ad Iordanē, tribus quidem Iuda eum libentissime salutauit.Qui dum pontē ascenderet,prostratus est ante eum Semei,& detinēs pedes eius, ueniam postulabat in his quæ peccauerat,rogans ut non circa eum esset acerbus, nec potestate recepta eum iuberet dari supplicio: sed potius cōsideraret,quia gesta pœnitentia in his quæ prius deliquisset,primus ei occurrere festinaret.Cumq; in his supplicaret atq; deposceret,tunc Abisai frater Ioab ait: Nunquid nam propter hæc non morieris ,qui constitutum à deo regem nequaquam blasphemare metuisti? Tunc Dauid conuersus ad eum ait: Non cessatis filij Saruiæ has commouere denuo nobis superiores turbas,& seditiones instantes. An ignoratis quia initium mei regni sit hodie? Quapropter omnibus impie in me agentibus,iuro dimitti supplicia, & nulli sua delicta reseruari. Tu,inquit,ò Semei securus esto,& nullū mortis habeto metum: Qui mox adorans cum cæteris præcedebat.Inter hæc autem occurrit & Miphiboseth de cognatione Saul, sordida ueste circumamictus,comámque gerens profusam & hispidam barbam. Nam post fugam Dauid nec tonsus fuerat præ tristitia,nec uestem deposuerat suam, secq; in hac afflictione deuouerat permanere,donec regiam uideret conuerti calamitatem. Hunc autem accusauerat Ziba seruus suus apud Dauid iniuste.Qui dum salutasset,eiq; prostratus esset, cœpit interrogare Dauid, cur non fuisset egressus & eius fugæ participatus:ille autē Zibam sibi fuisse obstaculo dixit,cui dum iussisset,ut ei itineris necessaria præpararet,curare noluisset, sed uelut quendam seruulum contempsisset: qui si gressus habuisset incolumes,nullo modo ab eo discessisset,cum posset etiam pedibus uti in fuga: Adijciebat pariter,non solum in his,inquit,domine nocuit mihi,sed etiam apud tuam circa me pietatem derogare, & mentiri maligna uoluntate præsumpsit. Sed noui quia nihil horum tua mens recipit, cum sit iusta & ueritatem diligat,quam uult ubique semper ualere diuinitas. Nam cum à meo auo passus fuisses magna pericula,& omnis mea generatio pro illius debuisset sceleribus deperire,tu humilis & benignus existens,& quod præcipuum est,illorum malorum obliuionem agens,quando potestate sumpta priora uindicare poteras, amicum me tuum esse iudicasti, & in mensa quotidie regia posuisti: nihilq; mihi defuit quod honorato parenti debuit exhiberi.Cumq; hæc dixisset ille, neque Miphiboseth rex uoluit castigare, nec Zibam tanquam fallacem abijcere: sed & cum omnia iam donasset Zibæ,quod cum illo Miphiboseth iam rege non occurrisset,& Miphiboseth ueniam dedisset,medietatem substantiæ reddi præcepit.Cui

* Aliâs precib. consisteret.

Miphiboſeth:cũcta,inquit,ò rex Ziba habeat:mihi uero imperiũ te recepiſſe ſuf
ficiat.Berezel autem Galaaditen, uirum præcipuum atq; bonũ, & qui multa in
caſtris ei præbuerat, & regem uſq; ad Iordanem deduxerat, rogabat Dauid ut
cum eo ueniret Hieruſalem, promittens eius ſenectutem omnino decorandam,
& eius tanquam patris habere prouidentiam. Qui deſiderio ſuorum cum eo ſe
poſſe degere refutauit:dicens ſenectutem ſibi ſic imminere,ut etiam in rebus ſua
uibus delectari nõ poſſet,cum uticq; octoginta eſſet annorum,& de ſepulchri ter
mino cogitaret.Qui magis è diuerſo rogabat,ut ſi ei præſtare uellet, concederet
eum ad propria remeare, quando temporis longæuitate nec conuiuiorũ epulas
diſcerneret,& auditus iam obduratus haberet:nec ſonum calamorum aut modu
lationum aut aliorum inſtrumentorum,quæ reges ſolent inter cõuiuia mulcere,
ſentiret.Quo nimium ſupplicante,Dauid ait: Te equidem dimitto,tuum uero fi
lium Achiman mihi concede, ut ei omnium rerum bonarũ debeam munus im
pendere.Tunc Berezel dimiſſo filio,adorans regem, & optans ei utilia proueni
re ſicut deſiderabat,domum eſt reuerſus.Dauid autem uenit in Galgala,habens
ſecum iam mediam partem populi,& pariter tribum Iuda: ueneruntq; ad eum
primi prouinciæ cum grandi pariter multitudine, & tribum Iuda culpabant, eo
quod ei latenter occurrerat,cum omnes ad eum debuiſſent una uoluntate concur
rere.Principes autẽ tribus Iuda hoc modo ſatisfaciebant,dicentes:ne ferrent gra
uiter eo quod illi præceſſiſſent, qui tanq; eius cognati, & propterea eũ potius dili
gentes præuenirent: & quia nõ quaſi munera percepturi hoc fecerũt,ne illi qui ue
nerant poſtea mouerẽtur.Hæc aũt dicentibus tribus Iuda principibus, nequaq;
aliarum tribuum principes ceſſauerunt,ſed dixerunt: Admiramur nos equidem
fratres,quod uos ſoli regem cognatum ueſtrum eſſe dicitis.Nam qui omniũ no
ſtram poteſtatem à deo percepit,omnium noſtrũ iudicatur eſſe cognatus. Qua
propter populus equidem noſter undecim partes habet,uos autem unam,& ſe
niores nos ſumus.Non ergo bene feciſtis,occulte & latenter uenientes ad regem.
2. Reg. 20. Cum hæc igitur inter ſe tribuum principes loquerentur,uir quidam iniquus,& ſe
ditione præcipuus,cui nomen erat Sabee,filius Bochori de tribu Beniamin,ſtans
Seditio Sabee in medio populi,cum magno clamore dixit: Neq; habet aliquis noſtrũ partem
apud Dauid,nec ſortem apud filium Ieſſe. Et poſt hæc uerba tuba canens, bellũ
ſignificauit fieri contra regem,omnesq; ſecuti ſunt eum relinquentes Dauid.ſolo
tantũ tribus Iuda cum eo remanſit, eumq; in Hieroſolymis regem eſſe cõſtituit.
Qui concubinas quidem ſuas,ad quas filius eius Abſolom ingreſſus fuerat,in do
mum aliam tranſmigrauit, eiſq; omnia præcepit neceſſaria miniſtrari: ipſe uero
nequaquam copulatus eſt illis.Conſtituit quoq; & Amaſam principem militiæ,
& locum ei in quo Ioab fuerat,dedit:iuſſitq; ut cõgregaretur quantũ colligi poſ
ſet exercitus ex tribu Iuda,& poſt tres dies ueniret,quatenus ei militiã daret uni
uerſam,eumq; pugnaturum contra Sabee Bochori filium deſtinaret.Egrediente
uero Amaſa,& circa congregationem exercitus remorante, dum die tertia nõ re
diret,dixit rex ad Ioab: Non eſt utile dilationem dare Sabee, ne longo tempore
poſſit exercitũ congregare,& deterioris cladis exiſtere quàm Abſolom autor. No
li, inquit, tardare: ſed præſentem ſumens exercitum, pariter & ſexcentos uiros,

cum

um Abiſai germano tuo hoſtes perſequi feſtinato: & ubicunq; repereris, ei con-
gredere, & feſtina eum cõprehendere, ne capiens munitiſſimas ciuitates certami-
na nobis & multos poſſit ſudores inferre. Ioab autem in nullo moratus, ſed ſu-
mens fratrem pariter & ſexcentos uiros, & omnem exercitum qui erat in Hieroſo-
lymis, ſecutus eſt cum omni feſtinatione Sabee. Cúmq; in Gabaon uicum pro-
cul ab Hieroſolymis ſtadijs quadraginta ueniſſet, occurrit ei Amaſa ut ſalutaret
eum, non multo adhuc exercitu congregato. Ioab autem accinctus gladio & lori-
ca ueſtitus, ueniente ad ſe Amaſa ut ſalutaret eum, arte quadam quaſi caderet
gladius è uagina finxit, eúmq; ſe de terra colligere: & altera manu uenientem pro
xime Amaſam, quaſi ei oſculum daturus, à barba cõprehendens improuido gla-
dium fixit in utero, eúmq; peremit, impiũ nimis & ſceleſtiſſimum opus efficiens
in bono iuuenculo pariter & cognato, & qui nihil ei nocuerat, habens pro princi-
patu militiæ & æqualitate honoris inuidiam. Pro hac etenim cauſa Abner intere
mit: ſed in illo ſcelere & occaſione detentus quaſi pro uindicta fratris Aſahel, ue-
niam habere uidebatur. Perempto autem Amaſa nullam fomitis excuſationem
potuit impetrare. Interempto igitur tanto pari duce perſequebatur Sabee, dere-
linquens unum ad eius corpus, qui clamaret exercitui, Amaſam iuſte peremptũ:
qui uero regi faueret, ſequeretur ducem Ioab & Abiſai eius fratrem. Cúmq; cada
uer illius iaceret in uia, & omnis populus ſuper eum conflueret, & cũ quadam de-
functi miſericordia moraretur, & Ioab ſequi tardaret, tollẽs exinde cadauer illius
cuſtos eius, portauit in quendam locum ab itinere ſegregatum: & illic eum po-
ſitũ ueſte cooperuit. Quo facto Ioab uniuerſus populus eſt ſecutus. Cúmq; per-
ſequeretur Sabee per omnem Iſraëlitarum prouinciam, quidam nunciauit eum
in ciuitate munitiſſima Abelmacheam nomine reſidere. Quò dũ ueniſſet Ioab
obſidebat eam, uallis undiq; circunductis: militibúsq; iuſſit, ut eius muros omni
uirtute deponerent: Nam dum eum ciues loci illius ſuſcipere noluiſſent, & ſuper
eum crudeliter inſiſterent: tunc quædam mulier caſta ſimul & ſapiens, uidens pa-
triam nouiſſimo periculo conſtitutam, aſcendens in murum uocauit inter armige
ros Ioab: Quo ueniente, cœpit ad eum huiuſmodi uerba proferre: Quia deus re-
ges & principes ad hoc feciſſet, ut Hebræorũ hoſtibus reſiſterent, & Iſraëlitis pa-
cis iura præberent, tu, inquit, feſtinas metropolim Iſraëlitarum quæ nihil deliquit
euertere atq; uaſtare. Tunc Ioab orauit propitium ſibi deum fore, & quia nõ ha-
beret huiuſmodi uoluntatem, nec ullum de populo uellet occidere, quanto ma-
gis tantam non perdere ciuitatem: ſed ſi acciperet ab eis rebellem regis ad pœnã,
id eſt, Sabee filium Bochori, ab obſeſſione ceſſaret, & exercitum continuo reuoca
ret. Quod dum audiſſet mulier, ab Ioab paruulas inducias poſtulabat, ut hoſtis
caput de muro repente proijceret. Quo facto deſcendit ad ciues, eiſq; locuta eſt,
dicens: cur uellent peſſime cum filijs & uxoribus deperire propter malignum ho-
minem, nec cognitum unde eſſet, quem regem uellent habere pro Dauid, qui eis
tanta beneficia contuliſſet, & una ciuitas ſtuderet tanto exercitui reſultare? Hoc
dicto ſuaſit eis, ut Sabee caput abſciſſum in Ioab proijceretur exercitum.
Quo facto Ioab miſſa tuba obſeſſionem repente diſſoluit: & reuerſus Hieroſoly
mam, totius militiæ princeps conſtitutus eſt. Ordinauit autem rex etiam Bana-

iam ſuper corporis cuſtodiam, & ſuper ſexcentos armatos: Aduram autem ſu-
Sabacham & Bachillam. per tributa: & * Ioſaphat ſuper geſtorum conſcriptores: Suſam uero ſcribam: Sadoch autem & Abiathar ſacerdotes inſtituit.

De expiatione ſceleris, quod commiſit Saul in Gabaonitas: cuius cauſa facta eſt fames in prouincia: & de prælijs aduerſus Palæſtinos feliciter geſtis, ſeu de fortibus Dauid. Caput XII.

2. Reg. 21. IGitur poſt hæc cum fames prouinciam inuaſiſſet, rogauit Dauid dominum, ut populi miſereretur: & cauſam ei pariter, & medelam peſtis illius indicaret. Cui prophetæ dixerunt, uelle deum, ut Gabaonitæ uindicarentur, quos rex Saul impie interfecerat, & cõculcauerat iuſiurandũ, quod eis Ieſus princeps militiæ præbuerat, ſeniorésq; firmauerant: & ſi ultio quam Gabaonitæ peterent pro defunctis, exhiberetur eis, poſſet propitiari deus, & populos à peſte liberari. Dauid autem audiens à prophetis hæc uelle deum, euocauit Gabaonitas, eósq; quid uellent fieri requiſiuit. Illis autẽ ſeptem de genere Saul filios ad ſuppliciũ poſtulantibus, requirens rex tradidit eis, parcens tantummodo Miphiboſeth filio Ionathæ. Sumentes autẽ Gabaonitæ uiros quos uoluerunt, punierũt eos. Quo facto, cœpit deus repente pluere, & terram ad fructuũ germina reuocare, liberauitq; à priore peſte, & ad ubertatẽ Hebræorũ prouinciam hoc facto reſtituit. Igitur non multo poſt tempore rex Dauid caſtrametatus eſt contra Palæſtinos: & cõmiſſo prælio cum eos uertiſſet in fugam, ſolus perſequendo repertus eſt. Cúmq; eſſet fatigatus, quidam hoſtiũ nomine Achimon, filius Aſaphat, qui erat de prole Gi-
Alijs. trecentorum. gantum, habebátq; haſtam cuius pondus erat *octo ſiclorũ, & loricam catenatã, & gladiũ, fecit impetũ quaſi regem ſuorum hoſtiũ perempturus. Erat enim iam labore diſſolutus. Tunc ſubito exorſus Abiſai frater Ioab, & regem à repentina morte protexit, & hoſtem audacter trucidauit. Quo facto, periculũ regis & penè mortem grauiter tulit exercitus: eúmq; principes coniurauerunt, ut nequaq; cum eis exiret ad bellum, ne propter fortitudinem atq; fiduciam ſuam aliquid mali eo paſſo, & bonis quæ propter eum fuerant ſæpius præbita priuarẽtur, & quæ eo uiuente adhuc poterant adipiſci. Conuenientibus itaq; Palæſtinis in Gazarim ciuitatem, audiens hoc rex, ſuper eos miſit exercitũ. Inter quos tunc debellator optimus extitit, & probatiſſime dimicauit Saboc Ethæus, qui erat unus fortiſſimorũ Dauid. Hic enim multos hoſtiũ indytos interemit, & ex prole Gigantum nimis audacia ſuæ fortitudinis exultantium, fuitq; uictoriæ huius autor apud Hebræos. Poſt hanc uero congreſſionẽ, Palæſtini denuo pugnauerunt: ſuper quos exercitum mittente Dauid, uir fortis apparuit Ephan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos Palæſtinorum ſolus pugnando peremit eos, & alios cõuertit in fugam, quorum etiam multi in prælio ceciderunt. Paulo ſiquidem tempore Palæſtini quieſcentes, denuo caſtra poſuerũt circa ciuitatem quæ erat nõ longe à finibus Hebræorũ: eratq; inter eos uir proceritate quidem ſex cubitorũ, habens etiam digitos in utroq; pede necnon & manu, uno plus quàm ſolet natura cõcedere, hoc eſt, ſenos. Contra quem unus de exercitu Dauid Ionathas filius Sarma pugnans eum deuicit, & totius uictoriæ autor effectus, maximæ gloriæ culmen accepit. Nam & ille Palæſtinus gloriabatur ſe de prole Gigantum exiſtere: Poſt

quam

quam pugnam nequaq̃ cõtra Iſraëlitas habuere certamina. Expeditus itaq; Da uid à prælijs & periculis, cũ pace iam altiſſima frueretur, cantica in deũ hymnos que uario metro compoſuit, alios quidem trimetros, alios quidem quinqueme tros: diuerſaq; conficiens organa, docuit ut Leuitæ ſecundũ ea deo hymnos edi cerent per ſabbatorum diem aliasq; feſtiuitates. Organorum autem ſpecies hu iuſmodi eſt: Canora quidẽ eſt cithara decem chordis coaptata: hæc plectro per cutitur: Nabla uero duodecim ſonos habens, digitis tangitur. Erant enim & cym bala ærea, & grandia & lata. Et de his quæ dicta ſunt ſufficiant, ne omnino ho rum organorum natura neſciatur. Circa regem igitur erant omnes ualde fortiſſi mi, quorum inſigniores & actionibus clari octo & triginta fuerunt. Horum enim quinq; tantum opera narrabo, per quos etiam uirtutes aliorum poterunt indica ri. Erant etenim ſic ualidi, ut & prouinciam regerent, & gentibus præualerent. Pri mus itaq; Ieſobos filius Achime, qui aciem hoſtiũ frequenter irrumpens, nequa quam pugna ceſſauit, donec ex eis nongentos occideret. Poſt hunc erat Eleazar fi lius Dodi, qui cum rege fuerat in Serpha. Hic aliquando Iſraëlitis formidanti bus Palæſtinorũ exercitum, & ob hoc fugientibus, ſolus reſtitit: irruensq; ſuper hoſtes, occidit eorum multos, ita ut ſanguine occiſorũ gladius eius hæreret in de xtra. Et cum Palæſtinos tunc Iſraëlitæ uiderent in fugam eſſe conuerſos, deſcen dentes de montibus perſecuti ſunt eos, & mirabilis ac famoſiſſima uictoria tunc prouenit, cum Eleazar tantos interfeciſſet hoſtes, eosq; Iſraëlitæ perſequerentur, & ſumerent ſpolia interemptorũ. Tertius autem fuit filius Eli, nomine Semeas. Et hic in Palæſtinorum certaminibus, dum in locum qui dicitur Maxilla, aciem poſuiſſet, & rurſus Hebræi metuentes eorum exercitum refugerent, ſolus eorum aciem exercitumq; portauit: quorũ alios quidem poſtrauit, alios autem non fe rentes eius uim & fortitudinẽ perſecutus eſt conuerſos in fugam. Hæc igitur ope ra manuum ac præliorum tres iſti demonſtrauerunt. Quo tempore cum rex eſ ſet in Hieroſolymis, Palæſtinorum ad bellandum ſuperuenit exercitus: tunc Da uid quidem in arcem ciuitatis aſcendit, ſicut prædiximus, ut de bello cõſuleret de um; caſtra uero inimicorũ erant in ualle fixa uſq; ad ciuitatem Bethlehem, quæ ab Hieroſolymis procul eſt ſtadijs uiginti. Dauid itaq; ſocijs ait: Bonam aquam habemus in regione mea. Et præcipue laudabat eã, quæ erat in puteo iuxta por tam, mirabaturq; ſi eſſet qui ex eo poculum ei præberet: quod magis optaret, quàm ſi quis ei magnum pecuniarum pondus ad tempus offerret. Et cum au diſſent hoc tres uiri, mox currentes, & per medium hoſtium iter facientes, uene runt ad Bethlehem: & haurientes aquam, denuo ad regem per eorum caſtra re uerſi ſunt, ita ut Palæſtini eorum fiduciam & magnanimitatem obſtupeſcentes, quia ſic pauci eos contemnerent, à dimicatione ceſſarent. Delata ſiquidem aqua noluit bibere rex, quaſi de periculo & ſanguine hominum ſibi fuiſſet aduecta, & propterea nõ eſſet bibenda: libauitq; eam deo, & de ſalute uirorum gratias egit. Poſt iſtos autem fuit frater Ioab Abiſai. Is enim una die hoſtiũ nongentos oc cidit. Quintus fuit Banaias genere ſacerdos, qui prouocatus à uiris inſignibus in Moabitide regione, ſua eos uirtute interfecit. Rurſus autẽ cum uir Aegyptius ge nere, proceritate mirabilis eum prouocaſſet, nudus armatũ ipſius iaculo proſtra-

2. Reg. 22.

De fortiſſimis Dauid.

uit ac perdidit:nam auferens eius iaculum,& uiuũ adhuc pugnantemq; ſpolians, armis eum proprijs interemit. Annumeratur autem & hoc prædictis eius actionibus,aut tanquam primũ magnanimorum eius operum, aut quaſi non diſpar. Quadam tempeſtate cum ningeret,in puteum lapſus incidit leo. Et cum os putei eſſet anguſtum,latebat abſconſus nec apparebat:erat enim ipſum orificium niue damnatũ. Nullum ergo egreſſum leo uidens,nec ſalutis exitũ rugiebat. Banaias autem audiens beſtiam proclamantẽ,dum iter tunc ageret, accedens ad puteũ in eum deſcendit: & baculo quem portabat in manu, beſtiam repente proſtrauit. Tales igitur uirtute fuerunt & reliqui numero trigintatres.

De peccato numerationis populi pœnaq; ſequente & area Oman. Cap. XIII.

2. Reg. 24. REx autem Dauid uolens agnoſcere,quot eſſent milia populi totius,eſt oblitus mandati Moſaici,quo prædictum fuerat,ut ſi dinumeraretur populus, pro uniuſcuiuſq; capite deo ſidus præberetur. Præcepit ergo Ioab principi militiæ,ut pergens uniuerſum dinumeraret exercitũ. Quo dicente nõ eſſe neceſſe hoc, non quieuit:ſed iuſſit numerum Hebræorũ inſigniter adimpleri. Ioab uero ſumens tribunos & ſcribas,& peragrans Iſraëlitarũ prouinciam,cõſiderata multitudine quanta eſſet, Hieroſolymam remeauit ad regem poſt menſes nouem & uiginti dies:obtulitq; numerũ regi,abſq; tribu Beniamin:Hanc dinumerare nõ potuit,neq; tribũ Leui. Pœnituit autẽ Dauid quod dinumeraſſet populũ, eo quod deliquiſſet in deum. Fuit ergo aliorũ Iſraëlitarum numerus nongenta milia uirorum arma ferentiũ, & militiam exercere ualentiũ: Iudæ uero tribus per ſe ſolam habuit quadraginta milia. Prophetis itaq; declarantibus Dauid,quia deus ei iraſceretur,ſupplicare cœpit,eumq; rogare ut propitius eſſet,& ueniam peccato concederet. Tunc Gad prophetam miſit ad eum deus,tres ſupplicij conditiones portantem,ut earũ quam probaret eligeret: utrum uellet famẽ in prouincia generari annis ſeptẽ,an tribus menſibus pugnando uinceretur ab hoſtibus, an certe morbus & languor accederet tribus diebus Hebræis. Ille uero in anxietate huius electionis omniũ rerum peſſimarũ metum incurrens tribulabatur, & uehementer animo uidebatur eſſe confuſus. Cumq; propheta diceret hoc omnimodis imminere:& reſpoſum uelociter exigeret, ut electam ab eo cõditionẽ deo renunciaret, cogitans rex,quia ſi famem eligeret,cõtra alios hoc facere uideretur, quando ipſe quidem habens multa frumenta nõ pateretur inopiam,reliquis uero eſſet anguſtia: Item ſi eligeret trium menſiũ uictoriam hoſtiũ, ipſe quidem habens circa ſe uiros fortiſſimos & cuſtodes,nihil omnino metueret,neci uero eius exercitus ſubiaceret: Inter hæc autem cõmunem potius paſſionem & regũ & ſubiectorũ elegit,in qua timor omnibus eſt æqualis:dicens,quia multo melius eſt in dei magis quàm in hoſtium manus incidere. Hæc audiens propheta,renunciauit deo. Qui morbũ & interitũ miſit in exercitũ Hebræorũ. Moriebantur enim non uno modo,ut facile languor potuiſſet agnoſci: ſed mors quidem inerat, multis uero languorum occaſionibus,& quæ nõ poſſent cognoſci,facile peribant. Alius uero ſuper alium moriebatur: & latenter imminens malum,uelociter ferebat interitum. Alij ſiquidem repente cum uehementibus doloribus, & amaro gemitu animam relinquebant:alij uero ipſis paſſionibus marceſcebant,ita ut neq; curam exhibere cor-

te corporibus præualerent, ſed in ipſo labore deficerent: alij autem repentinis tenebris eorum uiſum abripientibus ſuffocati, protinus expirabant: alij ſuper mortuos quos ſepeliebant ipſi quoq; moriebantur, imperfectas pariter relinquentes ſepulturas. Incipiente itaq; peſtifero languore eos ab hora matutina perimere, uſq; ad horam prandij conſumpta ſunt milia octoginta. Extenditq; angelus manum ſuam ad Hieroſolymam, ut etiam illic peſtem languoris inferret. Rex autē ſacco amictus ſedebat in terra, rogans deū & ſupplicans, ut morientiū lenigaretur interitus. Tunc rex reſpiciens in aërem, & uidens angelū euaginato gladio in Hieroſolymam properantem, clamauit ad dominū dicens: iuſtū eſſe ut ipſe puniretur qui paſtor erat, & greges quæ nihil deliquerant ſeruarentur: & in ſe poſcebat iram dei conuerti, & in generationem propriam peruenire ſuppliciū, ut innocuo populo parceretur. Exaudiens uero deus eius preces, ceſſare fecit interitum: & mittens Gad prophetam præcepit ut ad aream Iebuzæi *Orpham repente conſcenderet, ædificans illic altare ut hoſtias immolaret. Audiens hoc Dauid, non ſiluit, ſed mox in locum ubi præceptū ei fuerat properauit. Orpham uero terebat frumentū. Cumq; uidiſſet regem & omnes eius pueros uenientes, cucurrit ad eū, & adorauit. Erat enim genere Iebuzæus. Dauid autem præcipuus amicus, & propterea ei nihil mali fecit, quando ciuitatem (ſicut prædiximus) deuaſtauit. Cumque Orpham interrogaret, cur dominus ueniſſet ad famulū ſuū, dixit, ut aream cōpararet ab eo: quatenus altare in ea conſtituens, deo hoſtias exhiberet. Qui & aream dixit, & aratra, & boues ſe ad holocauſta præbiturū, & deum oraturum, ut ſacrificium hoc grate ſuſciperet. Rex autem eius quidem ſimplicitatem & magnanimitatem diligere ſe profeſſus eſt, munusq; ſuſcipere: pretium uero eum rerum omnium accipere poſtulabat, dicens nō eſſe iuſtum, gratis ſacrificia celebrari. Dicente uero Orpham, ut quod uellet, efficeret, quinquaginta aream ſiclis ab eo cōparauit: & ædificato altari ſacrificia fecit, & holocauſta celebrauit, & hoſtias pacificas immolauit, quibus placauit deum: & denuo propitius eſt effectus. In illo ſiquidem loco aliquando contigerat Abraham offerre filiū ſuum Iſaac, quando cum iam paratus eſſet occidere filium, & in holocauſtum exhibere, ex improuiſo aries apparuit, & altare circunſtitit, quem Abraham pro filio, ſicut prædiximus, immolauit. Videns autem rex Dauid orationem ſuam exauditam à deo, & ſacrificium grate ſuſceptum, decreuit, ut ille locus Area totius populi uocaretur: quam uocem nimirū opportune iam tunc pro templo illic deo ædificando præmiſit. Deus enim miſit ad eum prophetam, & dixit, templum illic eius filium eſſe facturum, qui eſſet ei ſucceſſurus in regnum.

Quidam codices Ornan, alij Orphni, biblia Areuna habent.

De paratis impenſis pro templo dei. Caput XIIII.

POſt hanc itaq; prophetiam iuſſit rex dinumerari colonos: & inuenti ſunt centum & octoginta milia. Ex his inſtituit lapidū cæſores, octoginta milia. Aliam uero multitudinē ut lapides ueherent, deputauit: ex quibus tria milia quingētos laborantibus præpoſuit. Præparauit aūt ferrū, & æs ad opera, & ~~linea~~ cedrina ualde procera. Tyrijs hæc mittentibus, & Sidonijs: quibus mandauerat, ut ei hanc materiē miniſtrarent. Amicis uero ſuis dicebat, hæc ſe tunc agere, ut regnaturo poſt ſe filio præparatam materiē ad opus fabricæ derelinqueret: & non tunc,

cū eſſet nouus,& inexpertus propter ætatē,circa talia laboraret: ſed habens hæc præparata,citius opus impleret. Vocans tutem filium Salomonem,præcepit ei, ut ſuccedens in regnum, templum ædificaret deo, dicens: quia eum uolentem hoc facere prohibuiſſet deus,bellis & humano ſanguine ſordidatum: & prædixiſſet,quia Salomon iunior filius eius ædificaret templum: & quia ut hoc nomine uocaretur, non ipſe tanquam pater proſpexiſſet,ſed deus: & promiſiſſet prouinciam Hebræorum eius tempore fore felicem, & non ſolum in aliis bonis & pace,quod eſt omnium ualde præcipuum: ſed & bellorum atque ſeditionum intestinarum futuram maximam libertatem. Tu igitur,inquit,quando & ante natiuitatem à deo rex fore monſtratus es,enitere etiam in aliis eius prouidentiæ dignus eſſe,& pius exiſtere, ſimul & iuſtus & fortis: mandata quoq; eius, & leges, quas nobis per Moſen tradidit, & tu conſerua, & alios nequaquam præuaricari permittas. Templum autem quod te regnante ipſe ſibi præcepit fieri, deo reddere feſtinato: nō paueſcas magnitudinē operis,nec labore terrearis:cuncta nanq; tibi ante meum obitum præparabo. Scito ſiquidem auri talenta iam collecta decem milia,argenti uero centum milia talentorum,ferri uero & æris pondus,quod & numerum poſſet excedere: præparaui lignorum & lapidum maximam copiam. Habes autem inſuper hæc & qui lapides poſſint cædere & fabricas inſtruere, multa milia uirorum: & ſi quid his defuerit,adiicere non moreris. Eſto igitur optimus gubernator, deum habendo patronum. Præcepit autem & principibus populi,quos fabricare præceperat,filium adiuuare: & bonis omnibus abundantes,circa dei uacare religionem,dicens,pro his fruituros pace ſimul & quiete, quæ deus iuſtis & piis omnibus cōſuetus eſt recompenſare. Aedificato ſiquidem templo, arcam eum præcepit illic & ſancta uaſa recondere, dicens: quod ante multum tempus, hoc templum habere debuerant, niſi patres noſtri deo inobedientes fuiſſent:cū deus utiq; ſibi templū,poſtquam hanc terrā obtinuerant,ædificari præceperit. Hæc itaque ad principes ſuos Dauid & ad filiū ſuū eſt locutus.

De Abiſac Dauidi iuncta,& Salomone rege inſtituto & inuncto, paratiſq; impenſis ad ſtructuram templi. Caput XV.

3. Reg. 1. ET cum iam eſſet ſenex,& corpore frigidus,ita ut propter ætatem ſic algeret, ut neq; multis palliis coopertus calefieri poſſet:congregati medici,& conſilium facientes, tractauerunt ut ex omni regione ſpecioſa uirgo eligeretur, quæ cū eo dormiret:hoc ei contra frigus fore remedium,ut eum puella uirgo foueret. Ad quam rem una adoleſcentula in ciuitate reperta eſt, quæ mulieres pulchritudine ſua cunctas excelleret,nomine Abiſac:quæ dormiens ſolummodo cum rege, calefaciebat eum. Rex autem ad cauſas Venereas,quæ iam ſenectute defecerant,& ad coitum mulieris non ualebat. Quartus igitur filius Dauid, iuuenis ſpecioſus atq; procerus, ex muliere Agith ei natus, nomine Adonias, qui poſt Abſalom fuerat procreatus,habens regnandi ſuperbiam,dicebat amicis,quia ipſum oporteret in regnū ſuccedere:fecitq; ſibi currus multos,& equites, & quinquaginta uiros ſibi præcurſores inſtituit. Quæ cum uideret pater,non corripuit eum,neq; impetum uoluntatis eius prohibuit,donec cognoſceret, pro qua cauſa talia cogitaret. Habuit autem Adonias huius rei cooperatores, principem militiæ Ioab, & Abiathar

Abiathar ſacerdotem: cui ſolummodo reſiſtebat Sadoch ſacerdos, & propheta Nathan, & Banaias qui ſupra corporis cuſtodes fuerat, & Semeias amicus Dauid, & omnes uiri fortiſſimi. Cúmq; præparaſſet Adonias cœnam extra ciuitatẽ circa fontem, qui erat in horto regali, & omnes fratres præter Salomonẽ illic uocaſſet, nec nõ & principem militiæ Ioab, & Abiathar, & principes tribus Iuda: Sadoch tantummodo ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam, & omnes diuerſæ uoluntatis ad conuiuium non uocauit. Hoc autem matri Salomonis Bethſabee Nathan propheta nunciauit, dicens: Adonias rex eſt, & Dauid hoc ignorat: deditq; ei conſilium, ut ſaluaret ſe, & filium ſuum Salomonem: & ingreſſa ad Dauid ſola, diceret ei, quia ipſe quidem iuraſſet, poſt ſe regnaturũ fore Salomonem, & quia Adonias iam teneret imperium. Qũa regi loquente, propheta ſe aſſeruit ingreſſurum, & eius uerba ſuo teſtimonio confirmaturum. Credens autem his prophetæ uerbis Bethſabee introiuit ad regem: & cum ſolenniter adoraſſet, ſilentio petito, omnia ei ſicut propheta monuerat, explicauit: cõuiuium Adoniæ, & uocatos ab eo Abiathar ſacerdotem, & Ioab principem militiæ, & eius filios abſque Salomone, & neceſſarios eius amicos non uocatos inſinuans: dicebátque, quia omnis populus ſuſtineret, quem rex ordinare uellet: rogans, ut haberet in animo, quia poſt mortem eius ille regnans, eam & eius filium unà perimeret. Cúmq; adhuc loqueretur cum rege mulier, nunciauerunt ei, quia propheta Nathan eum uidere uellet. Rege iubente, ut ueniret, ingreſſus Nathan interrogauit, ſi ea die regem feciſſet Adoniam, & ei principatum populi tradiſſet, dicens eum ſplendidum ualde feciſſe conuiuiũ: & omnes regis filios præter Salomonem, ibidem inuitaſſe, & principem militiæ Ioab: qui cum plauſu nimio epulantes & luſu, æternum eius optabant efficere principatum: adiiciens, necq; me, inquit, neque ſacerdotem Sadoch uocauit, nec Banaiam, qui ſupra corporis cuſtodes erat poſitus: & iuſtum eſſe, ut omnes agnoſcerent, ſi eius factum fuerit uoluntate. Hæc dicente Nathan, præcepit rex uocari Bethſabee: paululum nanque è cubiculo diſceſſerat, ingrediente propheta. Cúmq; ueniſſet mulier, rex ad eam: Iuro, inquit, tibi per deum noſtrum excelſum, filium tuum Salomonem eſſe regnaturum, ſicut & primitus iam iurauí: & hunc ſuper ſoliũ meũ fore ſeſſurũ, & hoc hodie celebrandum. Cúmq; mulier adoraſſet eum, & lõgæuam eius optaſſet uitam, Sadoch ſacerdotem & Banaiam uocari præcepit. Quibus uenientibus, iuſſit, ut ſumpto Nathan propheta, & armatis qui circa aulam regiam reſidebant, imponentes eius filium Salomonem in iumento regio, foras ciuitatem ducerent ad fontem, qui dicitur Gion: & ungentes oleo ſancto, eum conſtituerent regem: & hoc Sadoch ſacerdotem, & Nathan prophetam celebrare præcepit: ſequentéſq; per mediam ciuitatem, tuba canerent: clamantes, in æternum uiuere regem Salomonem: & ſedere in regio ſolio conſtituerent, ut agnoſceret omnis populus, quod ei traditum à patre fuerit imperium. Salomoni uero mandauit de regno, ut pie & iuſte circa Hebræam gentem & tribum Iuda conuiueret. Cúmq; Banaias optaſſet, ut eſſet deus Salomoni propitius, repente & inſigniter, & nullam habentes moram, impoſuerunt Salomonem in regiam mulam: educentéſque eum extra urbem ad fontem, & oleo eum ungentes, introduxerunt eum rurſus in ciuitatem, fauentes,

& re-

& regnum eius longæuum fieri deprecantes: deinde uenientes ad domũ regiam, ſedere fecerunt eum in ſolio regis. Tunc omnis populus mox cõuerſus ad epulas & magnam feſtiuitatem, lætatus in calamis aliiſq; muſicis organis, delectabatur exultans: ita ut diuerſitate organorum, & melodia muſica omnis terra & aër reſonaret. Cúmq; ſenſiſſent clamorem Adonias & qui cum eo erant in conuiuijs, turbati ſunt: dicebátq; Ioab, non ſibi placere ſonum tubæ quam audiebat. Dúmq; cunctis in conuiuio conſtitutis, nullus guſtaret cibum, ſed omnes diuerſis cogitationibus inhærerẽt, cucurrit ad eos ſacerdotis Abiathar puer, nomine Ionathas. Cúmq; uidiſſet Adonias iuuenem, & dixiſſet boni eum nuncij fore portatorem, ille eis pandit uniuerſa de Salomone, & uoluntatem regis Dauid aperuit. Exiliens igitur mox è conuiuio Adonias, & omnes qui uocati fuerant, ſinguli fugerũt. Metuens autem Adonias regem pro his quæ fuerant geſta, ſupplex factus eſt ei. Et dum cornu altaris teneret, hoc feciſſe nunciatum eſt Salomoni: & quia rogaret, ut ab eo acciperet iuſiurandũ, quia non haberet rex circa eum huius facti memoriam, nec mali aliquid ſuſtineret: ille uero manſuete miſit, temperantérq; agés, ab illo quidem delicto eum dimiſit illæſum, dicens: quod ſi conaretur aliquid denuo nouitatis afferre, ipſe ſuæ punitionis autor exiſteret. Et mittens iureiurando præbito, euocauit eum. Qui dum ueniſſet, & adoraſſet, iuſſit eum ad domũ propriam remeare, nihil de cætero metuentem: ut tamen bonum ſe pro ſua utilitate maxime exhiberet, admonuit. Volens autem Dauid oſtendere totius populi regem ſe filium effeciſſe, conuocauit principes uniuerſos in Hieroſolymam, & ſacerdotes & Leuitas: & dinumerans populũ, inuenit ab anno triceſimo uſq; in quinquageſimum exiſtentes, triginta octo milia: ex quibus inſtituit curatores fabricæ templi, uigintitria milia: ianitores autem domus dei quatuor milia: iudices autẽ populi: & ſcribas eorũ, ſex milia: & totidem qui hymnos dicerent deo, cantantes in organis quæ Dauid ſicut prædiximus inſtituit. Diuiſit etiam eos per generationes, & ſegregans à tribu ſacerdotes, inuenit eorũ generationes uigintiquatuor: de domo quidem Eleazar ſedecim, & de Ithamar octo: & præcepit eis ut unaquæque generatio miniſtraret deo per dies octo à ſabbato uſq; ad ſabbatum: & ita omniũ generationes ſortem acciperent, præſente Dauid & Sadoch & Abiathar ſacerdotibus, & principibus uniuerſis. Et prima quidem generatio conſcendens ſcripta eſt prima, & ſecunda pariter & tertia, & conſequenter uſq; ad uigeſimamquartam: & diuiſio hæc permanſit uſq; in præſentem diem. Fecit autẽ & de tribu Leuitarũ partes uiginti & quatuor, & ſortiti eodẽ modo cõſcenderunt: útq; ſecundum modum ſacerdotũ, octo diebus ipſi quoq; miniſtrarent, inſtituit. Eos uero qui erant de germine Moſi, eminentius honorauit. Fecit autẽ eos cuſtodes theſaurorum dei, atq; uaſorum quæ reges deo dicare contingeret: iuſſitq; omnibus de tribu Leui ſimul & ſacerdotibus, ut die noctúq; deo ſeruirent, ſicut eis præceperat Moſes. Poſt hæc autem omnẽ diuiſit exercitũ in cohortes duodecim cum ducibus ſuis & centenarijs & tribunis. Habebat uero unaquæq; cohors uigintiquatuor milia uirorũ, quos obſeruare præcepit p tricenos dies à prima hora uſq; ad nouiſſimã Salomonem regẽ cum millenarijs & centenarijs. Conſtituit autẽ iudicem uniuſcuiuſq; cohortis, quem bonũ iudicauit & iuſtũ, & tutores theſaurorũ, &

uitium

ultium,& agrorum,alioſq; iumentorum,quorum nomina nō credidi neceſſariū reminiſci. Cumq; hæc ſingula prædicto modo diſtribuiſſet,conuocans in eccleſiam iudices Hebræorum,& principes tribuum,& duces cohortum, & qui in unoquoq; actu aut ſuper poſſeſſionem regiam fuerant conſtituti,& ſtans in excelſiori ſolio rex ait:Fratres noſſe uos uolo, quomodo templum deo ædificare deliberans,aurum multum præparaui,pariter & argentum,centum milia talentorum: Deus autē prohibuit me per Nathan prophetam propter bella quæ pro uobis geſſi,ex inimicorum cædibus pollutam habentem dexteram, ei templum ædificare:ſed filium mihi ſucceſſurum in regno,hoc implere præcepit. Nuncio itaq;,quoniam dum pater noſter Iacob duodecim filios habuiſſet, noſtis Iudam fuiſſe regem,& meipſum cum ſex fratres haberem,præpoſitum, & à deo recipiſſe regnum,& nullum fratrum meorum grauiter hoc tuliſſe: & ego depoſco meos filios,ut non in alterutros ſeditiones exerceant, Salomone regnum ſuſcipiente: ſed agnoſcentes,quod deus eum elegit,ferant eum libenter ut dominum. Non enim grauis debet eſſe dei uoluntas,quando nō extraneo ſeruiunt:ſed magis lætentur in fratrem honorem imperij poſſidentem,eiq; unà participantes. Oro itaque, ut promiſſiones dei perducantur ad finem, & felicitas in cuncta prouincia ſeminetur:omniq; tempore teneatur,ſicut eā ſub rege Salomone eſt ipſe pollicitus præbiturum. Erunt autem hæc firma, & terminū bonum habitura, ſi pium ac iuſtū, & cuſtodem paternarum legum temetipſum ò fili præbueris. Sin uero has non cuſtodieris,mala te ſcito eſſe paſſurū. Rex autem dum hæc compleſſet uerba,ceſſauit. Deſcriptionem uero & conſtitutionem ædificij templi omnibus uidentibus Salomoni tradidit,quemadmodū fundamenta domus & ſuperiora eius,& quanta uel qualis latitudo & altitudo fieret, nec non & quanta uaſa aurea uel argentea,quorū pondus ipſe decreuit: monuitq; eum etiam ſuis ſermonibus, ut omni inſtantia operi immineret, utq; principes & Leuitarum tribus cum eo pariter laborarent propter eius ætatem: & quia eum deus delegerit, qui & fabricæ templi, & præſul eſſet imperij,facile illis & non ualde laborioſum ædificium fore dicebat: cum ipſe multa auri talenta,plurima uero argenti,& ligna,& fabrorum multitudinem & lapides cædentium præparaſſet: necnon & ſmaragdos, & alios lapides pretioſos: ſed & tunc oblationis primitias faciens,alia tria milia talentorum auri puriſſimi ſe præbiturum eſſe dicebat,ad adytum & ad currum dei faciendum, de quo & Cherubim eſſent,ſub quibus conſtituerent arcam. Cumq; tacuiſſet Dauid,principibus & ſacerdotibus atq; Leuitis multum ſtudium oblationis habentibus,& promiſſiones claras & magnificas exhibentibus, quæ etiam ſunt impletæ ab eis:oblata auri quidem talenta quinq; milia,& ſtateres decem milia,argenti uero talenta decem milia,ferri autem talenta multa milia. Sed & quicunq; pretioſos lapides habuit,obtulit,& inter theſauros tradidit cōſeruandos, quorū agebat curam pronepos Moſi Iabis. In his itaq; omnis populus exultabat. Sed & Dauid uidens ſtudium & munificentiam procerum ac ſacerdotū & ſimul uniuerſorum,deum benedicebat magna uoce, patrem eum & genitorem omnium eſſe proclamans,ſed & opificem rerum humanarū & diuinarum,& quibus eum ipſe præpoſuiſſet præſulem,ſimul & curatorem feciſſet generis Hebræorum, & felici-

tatis eo-

tatis eorum,quorum ei præbuerat principatum.Inter hæc autem orans, & omni populo bona ſemper exoptans,& Salomoni filio mentem ſanam & iuſtam,& in cunctis partibus uirtutem & incolumitatem, iuſſit ut etiam populus benediceret deum. Illi uero proſtrati in terram, adorauerunt: egeruntq; gratias Dauid pro omnibus quæ eo regnante potiti ſunt.Altera uero die deo hoſtias celebrauit, uitulos mille,& totidem arietes,& agnos mille,quos in holocauſtis obtulerunt:ſacrificaueruntq; pariter & pacificas,multa milia ouium occidentes: & tota die rex feſtiuitatem habuit cum omni populo. Sed & Salomonem ſecundo unxerunt oleo,regémq; fecerunt,& Sadoch pontificem uniuerſæ plebis,deducentes ad regalia Salomonem,& fecerunt ſedere in ſolio patris. Ab illo nanque tempore ei cunctus populus ſeruiebat.

Dauid moriturus inſtruit Salomonem. Caput XVI.

3 Reg. 2. POſt paululum uero tempus Dauid ægritudine & ſenectute confectus,ſciens ſe moriturum,uocauit Salomonem filium,& hæc ei locutus eſt:Ego quidem ô fili iam ad uniuerſorum debitum ad patres procedo meos,commune gradiens iter omnium qui nunc ſunt,quiq; futuri ſunt: illuc pergens,unde non licet ulterius remeare,& quæ in hac uita geruntur agnoſcere.Quapropter uiuens adhuc,& iuxta mortem conſtitutus,ea te moneo,quæ dudum dixi ſuadens, ut ſis quidem iuſtus circa ſubiectos,pius autem circa deum,qui tibi dedit imperium: atq; mandata ſerues,& leges,quas ad nos per Moſen ipſe tranſmiſit: & neque gratia, neque inimicitijs, neque concupiſcentia,neque alia paſſione conſtrictus, has forte contemnas. Dei nanque fauorem amittis,ſi legis præuaricator fueris: & è diuerſo prouidentiam eius in te conuertis,ſi talis fueris,qualem eſſe decet rectorem imperij.Sed ego etiam deum exoro, ut genus noſtrum,regnum tempore uniuerſo poſſideat,nec altera domus Hebræorum habeat principatum, ſed ut noſipſi per ſecula æterna regnemus.Eſto autem memor iniquitatis Ioab,qui per zelum occidit duos militiæ principes iuſtos & bonos,Abner filium Ner,& Amaſam filium Iethra.Quorum mortem,ut fuerit uiſum tibi,defende: quoniam potior me atq; potentior exiſtens Ioab,pœnam hactenus declinauit. Commendo autẽ & tibi filios Berſellei Galaaditidis, quos in omni honore & prouidentia cõſeruabis,hoc munus præſtando mihi.Non eis enim initium benefaciendi conferimus, ſed eapotius recompenſamus: quia pater eorũ mihi in fugæ tempore miniſtrauit.Sed & Geram filium Semei de tribu Beniamin,qui multum mihi in fuga poſito blaſphemauit proficiſcenti,& poſtea remeanti occurrit ad fluuium Iordanis:& fidem accepit,quod nihil mali tunc pateretur: nunc cauſam rationabilem requirens, in eum decenter ulciſcere.Dúmq; filium hæc monuiſſet, de omnibus rebus & amicis,& de his quos nouerat pœna dignos,defunctus eſt: cum uixiſſet annis ſeptuaginta.Ex quibus regnauit ſeptem annis in Hebron ſuper tribum Iuda, & menſes ſex: in Hieroſolymis autem regnauit ſuper prouinciam uniuerſam,annis triginta tribus.Hic enim fuit uir optimus,& omni uirtute plenus, quam eſſe oportet in regibus,quibus tantarum gentium committitur ſalus: fortis,qualis nõ fuit alius. Nam in certaminibus quæ propter ſubiectos habuit, primus ad pericula properabat: laborare & pugnare milites inuitans ipſe operando potius,nõ ſicut dominus

Ætas Dauid & laus.

dominus imperando: ad intelligendum & considerandum de futuris,& dispensatione præsentium nimis idoneus,castus, mansuetus, benignus circa eos qui in calamitatibus erant:iustus, & nimis humanus. In his autem quæ regibus præcipuè conueniunt,in nullo penitus nisi circa uxorem Vriæ,magnitudine potestatis deliquit. Reliquit autem & diuitias,quantas nullus alius regũ,neq; Hebræorum, neq; gentiũ aliarum. Sepeliuit autem eum filius eius Salomon in Hierosolymis, decenter nimis,& alijs rebus quæ solét circa exequias regias ministrari,& multas diuitias cum eo recõdidit. Quarum magnitudinẽ ex his quæ dicturus sum,poterit quilibet agnoscere. Post tempus enim annorũ mille & trecentorũ Hyrcanus Põtifex,dum ciuitas obsideretur ab Antiocho rege, qui Pius cognominatus est, filio Demetrij, uolens ei dare pecunias, ut ab obsessione recederet, & exercitum suum auferret,non habens unde hoc adimpleret, aperuit unum loculum sepulchrorum Dauid,& sublatis exinde tribus milibus talentorum,partem dedit Antiocho,& ita anxietatem obsessionis amouit:sicut etiã in alijs indicabimus. Post hæc autem multo annorum tempore iam trãsacto,rursus Herodes rex alium loculum aperiens, plurimas exinde pecunias tulit. Nullus autem aliorum loculos regum inuenit. Erant enim sub terra mechanico modo reconditi, ut ingredientibus in monumentum,nullatenus possent esse manifesti. Sed de his quidem hæc nos indicasse sufficiat.

De thesauris in sepulchro Dauid reconditis.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER OCTAVVS.

Quomodo Salomon sumpsit de seditiosis supplicium proroborę regni. Caput primum.

DAuid itaq; regis uirtutem,quantorũq; bonorum autor extiterit cõtribulibus suis,quãtaq; bella pugnasq; gesserit,& longæuus sit mortuus,in præcedenti declarauimus libro. Salomone uero eius filio adhuc ætate iuueniculo, suscipiente regnũ,quem adhuc uiuens pater dominum populi uniuersi uoluntate dei cõstituit,sedente eo uidelicet in solio patris,omnis equidem populus solẽniter fauit,ut assolet in regis initio, quatenus eius res optime gererentur,& usque ad senectutem feliciter permaneret in regno. Adonias autem, qui eius etiam patre adhuc uiuente,tentauerat regni culmen inuadere, ingressus ad regis matrem Bethsabee:eaq; humiliter salutata,requisitus ab ea,ut si pro aliqua petitione uenisset,ediceret,promittens se grata uoluntate conferre,Adonias ita loquutus est: Nosti quidem & propter ætatem & populi uolũtatem,regnum fuisse meum: sed decreto dei ad Salomonem tuum filium peruenisse: me tamen amplecti profiteor,& grate seruire ei, & libenter agere quæ iusta sunt. His dictis, pariter postulauit,ut apud filium suum eiusq; fratrem intercederet,eiq; suaderet, dari sibi Abisag,quæ eius cũ patre dormierat,uxorem: dicens quia pro senectute eam pater nõ agnouisset,sed adhuc uirgo persisteret. Bethsabee uero & ministraturam se in hoc negocio studiose promisit,& nuptias promereri propter utrũq;, quia &

3. Reg. 2.

Adonias sibi Abisag petijt uxorem.

quia & rex ei uellet aliqua præstare,& illa pro eo prona uolũtate depoſceret. Adonias autem ſpe nuptiarum lætus,abſceſſit. Salomonis autem mater repente perrexit ad filium,loquutura de quibus Adoniæ ſupplicãti promiſerat. Et occurrente ſibi filio,eamq; complectente,quum deduxiſſet eam ad locum ubi ſolium erat regium conſtitutũ,rex aliud ſolium à dextris matri iuſſit apponi. Quumq; ſediſſet Bethſabee: Vnum,inquit,ò fili munus mihi petenti,concede & nec uelis quaſi difficile denegare,triſteq; deſerere. Cui Salomon,* ut imperaret,quod uellet,ait: quia ſanctũ eſſet matri cuncta præbere: culpabat tamen petitionis eius initium, quia tanq; non habens firmiſſimam ſpem adeptionis,huiuſmodi uerba proferret,& adhuc quicq; ſibi negari metueret. Tunc illa rogabat, ut uirginem Abiſag Adoniæ fratri daret uxorem. Hoc uerbũ rex iracunde ſuſcipiens,dimiſit quidem matrem,dicens: quoniã Adonias cauſas nimis eminentes appeteret: & mirari ſe, quomodo non poſceret etiam regnũ,quæ quaſi ſeniori Abiſag dandam rogaret uxorem,qui potentes haberet amicos,Ioab principem militiæ,& Abiathar ſacerdotem. Mittens autem Banaiam,qui erat ſuper corporis cuſtodes,fratrem Adoniam præcepit occidi. Vocans aũt & Abiathar ſacerdotem,dixit ei: Dignum quidem mori: hoc te liberat, quia & cũ patre meo ſæpius laboraſti, & arcam cum eo in hanc regionem uexiſti: hoc aũt tibi propono ſupplicium, eo quod fueris cum Adonia iunctus,eiq; conſenſeris,ut neq; hic moreris,neq; ad faciem meã ingrediaris: ſed pergens ad patriam tuam, in agro degas: & hanc cõuerſationem dum uiuis,exerceas: quoniam peccaſti,& non eſt iuſtũ,te habere ſacerdotium. Sicigitur domus Ithamar ſacerdotij honore priuata eſt, propter prædictã cauſam, ſicut* Samuel Eli prædixerat: tranſiuitq; ad genus Phinees,id eſt,ad Sadoch. De genere uero Phinees,tẽpore quo ad domum Ithamar ſacerdotiũ tranſmigrauit, Eli primo Pontificatũ accipiente,iſti deſcendiſſe noſcũtur,qui ſacerdotio ſunt priuati: Vochar filius Ioſeph ſummi ſacerdotis,huius aũt filius Ionathan,Ionathan autẽ Mareoth,Mareoth Aſophi, Aſophi aũt Achitobi, Achitobi aũt Sadoch, qui primus ſub Dauid rege ſacerdos eſt factus. Ioab igit princeps militiæ peremptum audiens Adoniam,ualde perterritus eſt. Erat enim eius amicus potius q; Salomonis regis: & hoc periculũ propter illius fauorem nõ irrationabiliter ſuſpicatus,fugit ad altare,credens ſibi cautelam religionis interuẽtu pietatẽ regiam profuturam. Quod dũ fuiſſet regi nunciatũ, mittens Banaiam,eum iuſſit adduci,ut in eius iudicio ſatisfaceret. Ioab aũt ait,non ſe relicturum ſacrarium,ſed ibi potius q; in loco alio moriturum. Quod dum Banaias renũciaſſet regi,præcepit Salomõ,ibi ſicut uellet,caput eius abſcindi: & hãc eum recipere pœnam pro duobus militiæ principibus,quos indecenter occiderat,& eius cadauer ſepeliri: ut peccata quæ geſſit,eius nunq; deſererent genus: & à Ioab morte ipſe, eiusque pater eſſet innoxius. Quod dum feciſſet Banaias,ipſe princeps militiæ totius exercitus conſtitutus eſt. Sadoch aũt ſolum fecit rex ſacerdotem in locum Abiathar,quem remouit. Semei uero præcepit,ut domum ſibi ædificaret in Hieroſolymis,ibiq; maneret, & torrentẽ Cedron tranſgredi non auderet: quod ſi trãſcenderet,ultionem mortis incurreret: ſuper hanc autem cõminationem iuriſiurandi,eũ religione conſtrinxit. Semei aũt hoc præcepto Salomonis gaudere ſe dicens,atq; ſeruare,inſuper

Al.ſe impleſſe.

Adonias occiditur.

Al.deus antea.

Ioab occiditur in templo.

re,insuper adijciens iusiurandũ,relicta patria,in Hierosolymis habitauit. Transactis autem annis tribus,audiens duos seruos, qui ei fugerant,in Geth cõmorari, perrexit ut eos quæreret. Quo cum eis reuertente,cognoscens rex,quia & mandatum eius & iusiurandũ spreuisset,grauiter hoc tulit:eóq; uocato: Tu,inquit,iurasti,non te me esse relicturum, neq; ab hac ciuitate ad aliam aliquatenus egressurum. Non ergo iurisiurandi effugies ultionem:sed etiam pro quibus patrem meum fugientem iniurijs affecisti,dabis nũc pœnas: ut cognoscas,quia nihil lucrantur,qui non repente pro sua iniusticia puniũtur,sed omni tempore quo se putant nihil patiendos,in timore consistere,crescit eorum pœna,& causa maior efficitur: quia peccasse noscuntur. Tunc Banaias iussu regis Semei interemit.

De Salomonis uxore,sapientia,& iudicio primo inter meretrices prudentissimo. Caput. II.

QVumq; Salomon iam regnum haberet firmum, punitis omnibus inimicis,duxit uxorem filiam Pharaonis regis Aegyptiorum: & ædificatis muris Hierosolymorum,multo potioribus atq; munitioribus quàm primitus existebant,de cætero maxima pace gubernabat imperium,in nullo per iuuentutem circa iusticiam legumq; custodiam,aut paternorum memoriam mandatorum minor existens:sed cuncta quæcunq; ætate prouecti sapientiáq; perfecti faciũt,cum integritate præcipua celebrabat:placuitq; ei,ut ueniens in Hebron, in altari æreo quod fecerat Moses,sacrificaret deo. Tunc itaq; mille oues obtulit in holocaustũ. Quod dum fecisset,præcipue uisus est *placare deum,apparuitq; illi ea nocte per somnium,præcipiens,ut quædam sibi pro cultu pietatis peteret dona cõferri. Salomon autem optima & eximia postulauit:quæ & deus grate præberet,& homo utiliter perciperet. Non igitur aurum, nõ argentum,non alias diuitias,ut homo & iuuenis,sibi dari deprecatus est: hæc enim apud multos sola putantur magna & dei dona præcipua esse: sed da mihi,inquit,mentem sanam,& prudentiam bonam,ut circa populum iustum possim uerumq; proferre iudicium. His petitionibus placata est diuinitas: & gloriam,& de inimicis uictoriam, & præ omnibus intellectum & sapientiam,qualem nullus alter hominum habuit,nec regum, nec priuatorum: seruaturumque se etiam nepotibus eius imperium multo tempore promisit,si iuste uiueret,& ei obediret,patrisq; sui in optimis actionibus imitator existeret. Hæc Salomon audiens dicta à domino,repente exiliuit à somno,& adorans eum,ad Hierosolymam remeauit, & ante tabernaculum sacrificijs celebratis,epulas uniuersis exhibuit. His itaq; diebus iudicium apud eum deductum est,cuius terminum erat inuenire difficile. Causam uero unde lis prouenerat,necessariũ iudicaui referre,ut legentibus & iurgij nota sit difficultas:& si tale aliquid emerserit,quasi ex imagine regij decreti, cito possint huiusmodi proferre sententiam. Duæ ad eum mulieres socia conuersatione uenerunt: quarum una quæ læsa uidebatur,prima cœpit hæc uerba proferre:Habitabamus,inquit,ò rex,ego & hæc in una domo:contigit autẽ ambabus,ut una die eademq; hora pareremus. Transacta iam tertia die,dormiens hæc,super suum filium incubuit, & eum pioleter occidit:tollensq; meum,ad se cõtulit,& mortuum in ulnas meas dormientis apposuit. Mane facto,dum ubera porrigere uellem meo filio,meum quidem

3.Reg.3. Salomon filiã Pharaonis ducit uxorem.

Al.bonos esse.

Iudiciũ Salomonis.

non reperi, huius autem mortuum adiacere mihi cognoui: & miſera certius hoc turbataque conſiderans, factum ſcelus aſpexi. Vnde repetens meum filium & non recipiens, ad tuum domine remedium conuolaui. Dum enim ſolæ ſimus, & nullum qui nos arguat metuamus, contemnens hæc denegare perſiſtit. His dictis, requiſiuit rex quid allegare uellet & altera. Qua negante quod hoc feciſſet, & dicente ſuum uiuere filium, & aduerſariæ ſuæ fuiſſe defunctum, quum nullus poſſet huius rei inuenire iudicium: ſed in eius diſcretione omnium mens hæreret, ſolus rex huius rei quæſtionem inopinabiliter ſoluit. Iuſſit deferri & uiuum & mortuum infantem, uocauitq; quendam armigerum, præcipiens ut euaginato gladio, ambo diuiderentur infantes: ut utraque medietatem, & eius qui mortuus fuerat, & qui uiuebat, acciperet. In hoc autem iudicio omnis quidem populus ignorans ſententiam, deridebat, quaſi ab adoleſcente rege prolatam. Inter hæc autem, uera matre prodamante ne hoc fieret, ſed potius ut infantulus ſociæ traderetur, ſibi ſufficere dicens, ut tãtum uiueret, eumq; uideret, licet alterius eſſe uideretur: & è diuerſo altera præparata eſſet ut diuiſum uideret infantem, inſuper ueram matrem tormentis affici poſtularet: cognoſcens rex utriuſque uoces de uero corde prolatas, reclamanti quidem ne perimeretur infantulus, iuſſit filium redonari, ueram matrem eam eſſe cognoſcens: alterius uero malitiam accuſauit, quæ necato proprio filio, etiam ſuæ amicæ natum uidere cupiebat extinctum. Hoc itaque magnum exemplum, & præcipuum ſapientiæ & prudentiæ eius indicium populus credidit uniuerſus: & ex illo tanquam diuinũ habentem ſenſum, omnes inſpiciebant. Iſti ſiquidẽ principes militiæ & duces erant ei in omni prouincia. In tribu quidem Ephraim, Vri. In regione autem Bethlehem erat Dochis: Dorenſem autem & maritimorum regionem Abinadas habuit ſub poteſtate ſua, duxitq; filiam Salomonis uxorem. Campus autem maximus erat ſub Banaia filio Bachi, cui adiecta terra eſt ad Iordanem uſque protenſa. Galaatidem uero & Gaulanitem uſque ad Libanum montem, centum & ſexaginta ciuitates maximas atque munitas habens ſub ſe Gabiar, gubernabat eas. Achinadab autem totius Galilææ uſque ad Sinodem curam habebat, & ipſe habens uxorem filiam Salomonis nomine Baſima. Maritima uero quæ circa Arcen ciuitatem poſita ſunt, habuit Banach: Sabach autem montem Taurum, & Carmelum, & inferiorem Galilæam. Regionem autem uſque ad Iordanem fluuium conſtitutam, Baſan diſponebat. Semei autem ſors Beniamitidis erat munita. Gaber autem habuit regionem poſitam trans Iordanem, & ſuper omnes hos unus erat poſitus princeps. Mirabile itaque incrementum habuit & populus Hebræorum & tribus Iuda, conuerſi ad terræ culturam. Nam pace potiti, & ad bella tumultusq; ulterius non abſtracti, inſuper & deſideratam libertatem adepti, intemperantes erant circa ſubſtantias congregandas, & eas ſemper potius extendendas. Erant autem regi & alij duces, qui Syrorum terras & alienigenarum à fluuio Ephrate diſtentas uſque ad Aegyptum gubernabant, tributa colligentes ex eis gentibus. Inferebant & eius menſæ quotidianæ ad regale conuiuium ſimilæ coros triginta, farinæ ſexaginta, boues ſaginatos decem, & de paſcuis uiginti, agnos ſaginatos centum. Hæc omnia præter illa quæ de uenationibus ca-

Iudiciũ regis ſuper uiuo & defuncto.

3. Reg. 4. Principes militiæ Salomonis.

Etiam pro domo palatij

bus capiebant,id eſt,ceruos & bubalos,& uolatilia: ſed & piſces quotidie ab alie-
nigenis portabantur. Tantam uero multitudinem curruum habuit Salomon,ut
quadraginta milia præſepia equorum ſubiugalium eſſent, & præter hos duode-
cim milia equites: quorum medietas quidem regem in Hieroſolymis obſerua-
bat, reliqui uero per uicos regios diſperſi, manebant. Idem uero dux, cui com-
miſſa erat menſæ regalis expenſa, etiam equis neceſſaria miniſtrabat, deuehens
hæc ad locum ubi rex ipſe morabatur. Tantam itaq; deus præbuit Salomoni ſa-
pientiam ac prudentiam,ut etiam homines antiquos excelleret: & nec Aegyptijs
qui ſapiẽtia omnibus differre uidentur,cõparatus,uel modicũ minor eſſet,quorũ
utiq; multũ nimis ſapientiã præcedebat. Tranſcendit aũt ſua ſapiẽtia etiam eos
qui apud Hebræos tũc ſcientia clarere uidebantur,quæ omnia nõ præteribo.Erãt
autem Iethan & Heman,& Chacad,& Dard filij Samad. Cõpoſuit autem & li-
bros de canticis & modulationibus quinq; & mille,& parabolarũ & ſimilitudinũ
fecit libros tria milia: per unũquodq; enim arboris genus parabolã dixit,ab hyſ-
ſopo uſq; ad cedrũ.Eodem modo & de iumentis, & de reliquis terrenis,nec non
aquatilibus,& aẽrijs animalibus diſputauit. Nullamq; naturã ignorabat,inexa-
minatamq; præterijt:ſed de omnibus philoſophatus eſt,& diſciplinã proprieta-
tum eorum eminenter expoſuit. Præſtitit aũt ei deus,ut etiam contra dæmones
artem ad utilitatem hominum & eorum curas ediſceret: & incantationes inſti-
tuit, quibus ægritudines ſoleant mitigari.Modos etiam cõiurationum, quibus
obſtricti dæmones ne denuo redeant,effugantur,inuenit: & hæc cura hactenus
apud nos multum præualere dinoſcitur. Vidi etenim quendam Eleazarum de
gente noſtra, præſente Veſpaſiano & eius filijs & tribunis,alioq; ſimul exercitu,
curantem eos,qui à dæmonibus uexabantur. Modus autem medicinæ fuit hu-
iuſmodi. Intulit naribus eius qui à dæmonio uexabatur, anulum habẽtem ſub-
ter ſignaculum radicem à Salomone monſtratam: & deinde dæmonium per na
res odorantis abſtraxit, & repente cecidit homo. Poſtea coniurauit eum, iura-
mentum obijciens Salomonis, ne ad eum denuo remearet, id eſt, cantica quæ
ille compoſuit,edicens ſuper eum. Volens autem ſatisfacere atque probare præ-
ſentibus Eleazarus, hanc ſe habere uirtutem,ponebat ante eos,aut calicem aqua
plenum,aut peluim:& dæmonio imperabat, ut egreſſus ab homine,hæc euerte-
ret, & uidentibus præberet indicium quod hominem reliquiſſet.Quo facto, ſa-
pientia Salomonis cunctis innotuit: propter quam ut omnes magnitudinem e-
ius naturæ cognoſcerent atq; religionem, & ut nullius regis uirtus de omni gene
re ſub ſole eum lateret, hæc dicere ſum compulſus.Audiens autem Hira rex Ty-
ri, quia Salomon Dauid patri ſucceſſit in regnum, & ualde lætatus,quia Dauid
eius erat amicus,miſit ad eum ſalutans, & propter præſentia bona congaudens.
Deſtinauitq; ad eum denuo Salomon literas hæc habentes:Rex Salomon regi
Hyræ. Scito patrem meum uoluiſſe deo ædificare templum, & bellis frequenti-
bus fuiſſe prohibitum: non enim primo deſijt inimicos extinguere, donec eos
tributarios ſibimet ſubiugaret. Ego uero gratias ago deo pro pace præſenti,pro-
pter cuius uacationem ei uolo ædificare domum. Ipſe nanque meo patri dixit,à
me hanc eſſe ædificandam. Quapropter rogo, ut aliquos mitti iubeas cum meis,

Sapiẽtia Salomonis.

Poteſtas in dæmones.

Stulta credidit.

3.Reg.5.

ad montem Libanum,qui ligna ſecare poſſint: ad ſectionē nanq; ſyluarū Sidonij ſunt doctiores noſtris.Mercedes uero quas decreueris,ego incidentibus ligna præbebo.Legens aūt Hira hanc epiſtolā,& in his quæ ſcripta fuerant delectatus, Salomoni ita reſcripſit:Rex Hira regi Salomoni.Dignū eſt equidem ut benedicatur deus,quia tibi paternū præbuit principatū ſapienti uiro,& omni uirtute pollenti:ego aūt in his omnibus delectatus, quæcunq; mandaſti libentiſſime miniſtrabo.Incidēs enim ligna procera & multa,cedrina pariter & cypreſſina,per meos ad mare deſtinabo,præcipiēs,ut ratibus factis, nauigātes ad locū quemcunq; uolueris, ea deponant,ut tui hæc ad Hieroſolymam deferant. Sed & tu pro his præbe nobis frumēta,eo quod horū nobis eſſe uideatur inopia.Quapropter ſupplicamus in hoc te eſſe ſolicitū.Harum igitur epiſtolarum hactenus reſcripta ſeruantur nō in noſtris ſolūmodo libris, ſed & apud Tyrios. Et ſi quis hæc uoluerit integre cognoſcere,rogās cuſtodem monumentorū publicorum Tyriæ ciuitatis, inueniet ea conſona horū quæ à nobis dicta ſunt.Hæc itaq; dixi,uolens lecturos agnoſcere,quia nil amplius extra ueritatē proferimus: neq; ex ueriſimilibus quibuſdam,aut fallacibus,aut delectabilibus rebus hāc hiſtoriam cōponentes,examinationem quidem fieri declinamus,& ut nobis credatur,exigimus:imò in nullo potius hæc recipi deprecamur,niſi adhibita probatione, & manifeſtis indicijs ueritatem ipſius uirtutis aperiamus.Rex itaq; Salomon dū ei fuiſſent literæ Tyrij regis allatæ,eius uolūtatem & fauorē ualde laudauit, & ea quæ popoſcerat,repenſauit:miſitq; ſingulis annis tritici triginta milia coros,& totidē olei batos. Batus aūt capit ſextarios ſeptuaginta duos. Eandem uero ei menſuram etiam uini præbebat. Amicitiæ ſiquidem Hiræ & Salomonis ac potius largitates creuerunt, & iurauerūt has eſſe iugiter permanſuras. Rex aūt indixit omni populo tributa triginta milia operariorū,quatenus opus præ multitudine ſine labore conſtaret, diuiſitq; eos ualde prudenter. Decē milia enim fecit incidere uno menſe in Libano mōte,ut duobus menſibus remeantes ad propria,requieſcerent,donec iterū illa uiginti milia diffinito tempore,ſuū opus implerent. Ita contingebat iam quarto menſe,ut priores denuo ad laborem remearent. Super hos enim laboratores procurator inſtitutus erat Adurā. Erant aūt ex his quos reliquerat Dauid ad portandos lapides aliamq; materiā,ſeptuaginta milia uirorū, & eorum qui lapides incidebant octoginta milia,& eorū præpoſiti tria milia trecenti: uelociterq; ſecabant lapides eximios ad fundamenta templi, quos primitus poliebant & copulabant in mōtibus,& ad ciuitatem deferebant: fiebántque hæc non ſolum à prouincialibus ſtructoribus,ſed etiam ab artificibus quos miſerat rex Hira.

Aedificatio templi,uaſorum,& ornamentorum. Caput III.

1.Reg.6. Supputatio annorū ab Adā uſque ad ædificationem templi.

COepit autem Salomon ædificare templū anno quarto regni ſui, menſe ſecundo,quem Macedones Arthemeſion uocāt,Hebræi aūt Hiar:anno quingenteſimo ſecundo filiorum Iſraël profectionis ex Aegypto. Poſt mille autem & uiginti annos aduentus Abraham in Chananæam de Meſopotamia: à tempore uero diluuij anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo: ab Adam autem protoplaſto uſq; ad ædificationem templi Salomonis præterierunt anni ſimul tria milia,centum & duo,quæ tempeſtate cœpit ædificare templum. Tunc ſiquidem

quidem undecimum iam in regno Tyri Hira annum habuit. A Tyri uero cõditione uſq; ad ædificium templi, fuit tempus annorũ quadraginta & ducẽtorum. Depoſuit itaq; rex fundamenta templi in nimia terræ profunditate, de lapidibus ualde fortiſſimis, & qui poſſent longo tempore permanere: qui æque cõſtipati ſibiq; conferti, terræ pauimentum & fortitudo ſuperædificati operis eſſent: & propter inferiorem ſui fortitudinem, ſine defectu impoſitã magnitudinem & pretioſam una pulchritudine ſuſtinerent: quæ utiq; fundamenta nõ minus pondus habitura erant, cõq; alia, quæ erãt tanta celſitudine & faſtigio, quaſi ad inſtar mũdi, & ad magnificentiam fabricanda. Eleuauit itaq; templũ uſq; ad cameram ex lapide albo conſtructum, cuius altitudo fuit ſexaginta cubitorum, & longitudo tantundem, latitudo aũt uiginti. Super hoc aũt erat aliud ædificiũ æqua menſura, ita ut eſſet omnis altitudo templi cubitorũ centum uiginti: eratq; conuerſum ad orientem. Cuius ueſtibulum habebat longitudinem cubitorũ uiginti, quantam & latitudo templi: latitudinem uero cubitorũ decem, in altitudinem ſurgens cubitis centum & uiginti. Aedificauit autem in circuitu tẽpli triginta paruulas domus, quæ ſui copulatione totum templi ſpatium extrinſecus ambiebant. Nam & ingreſſus earum ita fecit ad inuicem, ut ex alia intrarctur ad aliam. Harum nanq; ſingulæ domus latitudinem quidem habebant quinq; cubitorũ, & tantũdem longitudinis: altitudinis uero uiginti. Erant aũt ſupraædificatæ his aliæ, & rurſus aliæ ſuper eas æquales & menſuris & numero, ita ut omnem altitudinem haberẽt proxime ſicut domus inferior: ſuperior nanq; circumædificata non erat: operiebatq; eas camera cedrina, & domibus quidem ſingulis erat hoc proprium & imputribile tegumentum. Aliarum uero erat tectum longiſſimis in cõmune trabibus adopertum, & cuncta tegentibus: ita, ut mediĩ parietes ab eis trabibus conſtipati, firmiores exiſterent. Cameras uero quæ ſub trabibus erant, de lignis eiſdem fecit, cælatis opere laqueario, auróq; ueſtitis. Parietes autẽ cedrinis tabulis exornauit, easq; pariter deaurauit, ut omne templum nimis effulgeret, & uultus ingredientium faceret auri lumine reſplendere. Fabrica uero totius templi multa arte confecta eſt de lapidibus politis, artéq; compoſitis, & nimis lympide conſtitutis: ita, ut neque mallei, neq; alterius inſtrumenti fabrilis aliquod conſiderantibus appareret indicium: ſed propter hunc uſum omnis materia congruenter explicita uideretur, ut naturali harmonia potius quàm ferramentorum crederetur neceſſitate cõfecta. Excogitauit autem rex aſcenſum ſuperioris domus per latitudinem parietis efficere: non enim habuit ianuam grandem ad orientem, ſicut domus inferior: ſed à lateribus erant ingreſſus ianuarum ualde paruarum. Veſtiit autem templum intrinſecus de lignis cedrinis, uncinis fortibus colligatis, quatenus hoc pro munimine & fortitudine magna conſtaret: diuiſitq; templum in duas partes, ut interior quidem domus uiginti cubitorum adituum eſſet, quadraginta uero cubitis, quo à templo ſecernerentur. In pariete uero diuidente adytum à reliquo templo, ianuas de cedro ſtatuit, auro multo & diuerſis hiſtoriarum cælaturis ornatas: ſuſpenditque ante eas uela ex magnis colorum floribus, id eſt, hyacinthi & purpuræ & coccini & byſſi molliſſimi ſplendidiſſimiq; contexta. Recondidit autem in adyto quod erat latitudine cubitorum uiginti, & totidem longitudine,

Digeſtio ſtructuræ templi.

Duo cherubim. duo Cherubim ex auro puriſſimo, habebántque utraq; altitudinem cubitorum quinq;. Duæ alæ erant uni Cherubim quinis cubitis extẽſæ. Quapropter nõ procul à ſemetipſis aberant, ita ut alis ſuis una tãgeret parietem auſtralem, alia uero poſitum ad aquilonẽ: aliæ uero alæ ſemetipſas cõtingẽtes, arcam quæ in medio pòſita erat, operiebant. Hæc uero duo Cherubim, nullus quales fuerũt, dicere uel coniícere poteſt. Strauit aũt pauimentum templi petalis aureis: poſuitq; in porta templi ianuas ſecundũ altitudinem parietis menſuratas, habentes latitudinẽ cubitorum uiginti, easq; pulcherrime deaurauit: & ut breuiter dicã, nullam partem tẽpli reliquit extrinſecus & intrinſecus, quæ non eſſet deaurata: operuitq; ſimiliter has etiam ianuas ſicut interiores, uelis uarie decoratis. Porta uero ueſtibuli nihil
3. Reg. 7. habuit horũ. Miſit ergo rex Salomon ad Hirã, & ab eo accepit artificem nomine Chiram, habentem matrem ex genere Neptalim, & patrem Vriã generis Iſraëlitici: hic totius quidem operis erat edoctus, præcipue tamen artifex ad operãdum aurum & argentũ & æs, per quem ſcilicet uniuerſa pro uoluntate regis in templo ſunt diuerſis machinationibus adimpleta. Fecit autem is artifex Chiram duas co-
Columnæ æreæ. lumnas æreas cũ canalibus, cauatione quatuor digitorum, quarũ erat proceritas
Al. duodecim. decem & octo cubitorũ, & ambitus in circuitu * uiginti cubitorũ, & ſuperpoſuit utriq; columnæ capitella fuſilia liliata, altitudine cubitorũ quinq;, ſuper quas erant ærea retia facta, quæ operiebant lilia capitũ columnarum, de quibus retibus pendebant bini ordines malogranatorũ ducentorum. Harũ ſiquidem columnarum, aliam quidem cõſtituit in parte dextra ante portam in ueſtibulo tẽpli, uocauitq; eam thalamũ Iachin, aliam uero in parte ſiniſtra, quã nominauit Booz. Fudit autem & mare æneum in ſchemate hemiſphærij, quod opus æreũ propter ſui ma-
Mare æneũ. gnitudinem, mare uocatum eſt. Erat enim uelut cãtharus ingens, habebatq; eius diametrũ, id eſt, ab angulo uſq; ad aliũ angulum, cubitos decẽ, & groſſitudo eius erat fuſilis digitorũ quatuor: habebatq; fundũ in medio aluei ſui loco, opere ro-
Al. decem. tundũ, *quinq; coronis explicitũ. Huius diameter erat cubiti unius. Circũſtabant autem in hoc mari uituli duodecim, reſpicientes ſinguli ad quatuor regiones uentorum, hoc eſt, tres uituli per unãquanq; regionem: quorũ terga intus reſpiciebãt, & ſuper eos hemiſphæriũ incũbebat. Cuius hemiſphærij rotunditas ad interiora tendebat, capiebatq; hoc mare batos tria milia. Fecit aũt decem cãtharis baſes æreas quadrãgulas, & uniuſcuiuſq; latitudo fuit cubitorũ quinq;, lõgitudo quatuor, altitudo ſex, cõcluſumq; eſt opus particulariter. Ita uero ordinatũ erat. Erant colũnæ quatuor quadrãgulæ, per angulos ſtãtes, latera baſis ex utraq; parte in ſe habentes inſerta: erãtq; trine diuiſa: & ſingulus eorũ locus habebat cælaturas ſuas, id eſt, alibi erat leo, alibi taurus, alibi aquila: & in columnellis ſimiliter per latera erãt huiuſmodi cælaturæ, quaſi criſpãtibus plectulis factæ, quarũ altitudo fuit cubiti unius & dimidij. Erat mirũ uidere orbes rotarũ, quemadmodũ erant cælatæ, baſium iunctæ lateribus. Angulos uero ſuperiores cõdudebant humeris, expanſis utriq; & manibus animaliũ: ſuper quas ſedebat fundus cãthari reclinatus: id eſt, incumbens ſuper manus aquilæ, uituli, & leonis: quod opus erat ſibimet ita coaptatum, ut naturaliter inſertũ quodammodo uideretur. Inter hæc aũt erant & arbores cælatæ palmarũ. Huiuſmodi ergo erant decẽ baſes effectæ. Fecit aũt

ad hæc

ad hæc decem cantharos rotundos æreos,quorum ſinguli ferebant quadragenos coros,eratq; altitudo eorum quatuor cubitorum,& tantundem ab alterutris eorum labia recedebant:poſuitq; hos decem cantharos ſuper decem baſes,quæ uocabantur Melchenoth,quinq; cantharos ſtatuēs à parte ſiniſtra templi,quæ erat ad Aquilonem,& totidem à latere dextro ad auſtralem partem, reſpicientes ad orientem:quò etiam mare conſtituit aqua plenum: diſpoſuitque mare, ut ingredientes ſacerdotes templum,in eo lauarent manus ac pedes, aſcenſuri ſcilicet ad altare:cantharos autem ad animalium interiora diluenda,ſimul & pedes eorum, quæ erant holocauſtis imponēda. Fecit autem & altare æreum,cubitorum uiginti longitudine,& totidem latitudine, altitudine uero decem, ad holocauſta celebranda. Fecitq; eius uaſa omnia ærea: inſuper & ollas, & caldarias, & trullas,& harpagones:& omnia operatus eſt ex ære, cuius ſplendor & pulchritudo ſimilis erat auro. Obtulitq; rex multitudinem menſarum, & unam quidem ualde præcipuam auream,ſuper quam ponebant panes dei: & huic proximas decem milia altero modo factas:ſuper quas uaſa iacebant, id eſt,phialæ & pateræ,aureæ quidem decem milia,argenteæ uero quadraginta milia. Feciſque candelabra decem milia,ſecundum præcepta Moſi:ex quibus unum in templum recondidit, ut per diem luceret ſecundum legem:& menſam unam, ſuper quam poſiti erant panes ad partem templi,reſpicientem ad aquilonem, è diuerſo poſitā candelabri,quod in auſtrali parte cōſtituit. Aureum uero altare inter hæc medium erat. Hæc enim omnia domus habuit quadraginta cubitorum ante uelum adyti, ubi erat arca recondita. Fecit itaq; rex uaſa uini fuſilia octoginta milia, & phialas aureas decem milia,argenteas uero duplici numero:pateras uero aureas ad offerendam in eis ſimilam conſperſam ad altare,octoginta milia: & argenteas duplici numero. Crateras autem in quibus ſimilam cum oleo fermentabant,aureas quidem quinquaginta milia,argenteas uero duplici numero. Menſuras autem ſimiles eis quæ Moſaicæ uocabantur & aſſerones,aureas quidem uiginti milia, & argenteas dupliciter. Thuribula uero aurea quibus offertur incenſum, uiginti milia:ſimiliter & alia thuribula in quibus portabant à maiore altari ignē ad minus altare,quod erat in templo *quinquaginta milia. Stolas autem ſacerdotales Pontificibus, cū his quæ pendebant ad pedes,& ſuperhumerales & rationales,ex auro & gemmis mille. Corona uero in qua deum Moſes ſcripſerat, una fuit:& ad hanc diem uſque permanſit. Sacerdotales autem ſtolas ex byſſo contextas, & zonas purpureas cū cingulis, decem milia,& tubas ſecundū præcepta Moſi ducenta milia. Item ſtolas Leuitarū hymnos dicentiū,ex byſſo ducenta milia:& inſtrumēta muſica,& ad hymnos dicēdos adinuenta,quæ uocātur Nabla, & Cinnira,ex electro conſtituit quadraginta milia. Hæc enim omnia ad honorē dei Salomon copioſe & magnifice fabricatus eſt,in nullo parcus exiſtēs,ſed circa ornamenta tēpli uſus eſt præcipua largitate,quæ etiā in theſauris dei recondidit. Circundedit autē templum per ambitū uniuerſum, quod propria quidem lingua Giſon, Latine uero maceria ſeu cancellus nuncupatur, tribus cubitis erigens eius altitudinem, ut ab ingreſſu templi cæteros prohiberet, & ſolis ſacerdotibus hoc licere ſignificaret. Extrinſecus autem huius templi aliam ædificauit aulam, quadrangulo ſche-

Cantheri ærei.

Altare æreum.

Vaſa.

Menſa aurea.

Candelabra

Altare aureum.

Cratere.

Thuribula.

Al. ſexaginta.

De ſacerdotalibus ſtolis.

De corona aurea.

mate

schemate factam,erigens maximas porticus atq; latas, & portas excelsas & amplas,per quatuor mundi partes in eo constituens: quarū singulæ ad unumquemque uentum quatuor angulis attendebāt,ubi ianuas aureas collocauit. In hoc ergo sacrarium, omnes populi quibus purgatio & obseruatio legitimorū inerant, introibant.Siquidem mirabilis, & omni sermone præcipua fuit, & si dici potest, etiam contemplationem uisionis ipsius excedebat aula, quæ foris erat. Magnas enim effodiens profunditates,quas propter infinitam celsitudinem non poterat aliquis sine terrore conspicere:& erigens fabricas in quadringentis cubitis,earum altitudines æquales uertici montis in quo templum ædificabatur, effecit: & propterea aula quæ erat exterius sub diuo,facta erat æqualis cum templo. Circunde dit autem porticibus hāc aulam,duplicibus columnis eas ex lapide naturali portantibus, quarum camera erat de cedro,& laquearibus exculptis:bases autem in his omnibus fecit argenteas.

De arca domini,& precibus Salomonis ad deum,& hostijs. Caput VIII.

3.Reg.8. QVum hæc igitur opera & magnitudines,& decores ædificiorum,atq; sacrorum templi ministeriorum, rex Salomō septem annis explesset,diuitiarum magnam faciens & uelocitatis ostensionem,ut quilibet inspiciens, omni tempore putaret expleri uix potuisse,quæ sic breuiter uisus est quantum ad operis templi magnitudinem terminasse: scripsit principibus & Hebræorum senioribus,iubens omnem populum ad Hierosolymam cōuenire,uisurum simul & templum, & dei arcam ibidem portaturum. Quumq; nunciatum fuisset omnibus, ut ad Hierosolymam properarent,uix conuenerunt septimo mense,qui lingua patria Thesria,à Macedonibus Hyperberetheus appellatur.Eodem tempore etiam festiuitas concurrit Scenopegiæ,id est,positionis tabernaculorum, quæ satis apud Hebræos excelsa atq; præcipua est. Portātes itaq; arcam & tabernaculum quod fixerat Moses,& omnia uasa ad ministerium sacrificiorum dei constructa,introduxerunt in templum.Præcedebat aūt eam cū hostijs & ipse rex,& populus uniuersus,& Leuitæ libaminibus & multo sacrificiorū sanguine iter totū implentes, & incensum infinitum,& hostiarū multitudinem portantes, ita ut omnis undiq; aēr impleretur,& etiam longe consistentibus odor suauitatis occurreret, & agnoscerent aduentum dei,& habitaculum secundū humanam opinionem crederent, in nouam domum ei nuper dicatam,esse faciendū. Nam neq; hymnos dicentes, neq; choros agentes,donec peruenirent ad templum, aliquo modo quieuerunt. Hoc itaq; modo arca migrata est.Quumq; iam eam in adytum oporteret induci,alia quidem plebs recessit: soli uero sacerdotes qui portauerant eam, inter duo Cherubim collocauerunt, qui eam suis alis complexi sunt. Sic enim erant ab artifice fabricata, ut arcam uelut quodam tabernaculo, aut cameratione protegerent.Habuit autem arca nihil aliud,quàm duas tabulas lapideas,quæ decem uerba à deo Mosi dicta in monte Sina,scripta retinebant. Candelabrū uero & mensam,& altare aureum statuerunt in templo, ante adytum in eisdem locis, in quibus & olim in tabernaculo posita erant, & quotidiana sacrificia ministrabant. Altare uero æreum statuit ante templum contra ianuas, ita ut eis apertis,ad faciem essent uidentium sacrificia, & hostiarum maximæ opulentiæ: reliqua uero

uasa

uasa congregans intus in templo recondidit. Quumq; omnia sacerdotes circa ar-
cam constituissent, egressi sunt: & repente nō quidem metuenda, neq; qualis hye-
mali tempore imbre plena solet nubes assistere, sed diffusa & temperata effluxit,
& templum omne compleuit, & facies quidem sacerdotum obumbrauit, ita ut se
inuicem uidere non possent: mentibus autem omnium phantasiam quandam &
opinionem præbuit, quasi deus descendisset in templum, & libenter habitaret in
eo. Talem quidem opinionem hanc omnes habuerunt. Rex aūt Salomon de
loco ubi sedebat exurgens, fecit ad deum uerba, quæ diuinæ naturæ credidit esse
decentia: Tibi, inquit, domine perpetuam domū, quam ipse fabricatus es, esse no
uimus cœlum & terram, simul & mare: & quum tibi nequaq; hæc uniuersa suffi-
ciant, hoc tuo nomini constitui templū, ut ex eo orationes ad te sacrificātes & im
molantes, emittamus in aëra: & confidamus, quū nobis sis præsens, neq; à tuis se-
dibus procul abes. Vt enim omnia uideas, & audias uniuersa, neq; à loco ubi nūc
habitas, recedens, omnibus uicinus es: & unicuiq; nocte dieq; cogitāti semper as-
sistis. Quumq; hæc dixisset ad deū uerba, conuertit se ad populū, manifestās eis
dei potentiam & prouidentiam eius: quod Dauid eius pater omnia futura, sicut
iam multa prouenerāt, & forent uētura reliqua, prædixisset, quod ipse quoq; nō-
dum nato imposuit ei nomen, & quod templū ipse ædificaturus esset, & primus
post obitum patris regnaturus: & quū omnia secundum ipsius fierent propheti-
am, supplicabat ut deo benedicerent uniuersi, & in nullo de eius promissionibus
desperarent, quas pro eorum felicitate prædixerat, sed crederent hæc implenda ex
his quæ fuerant iam transacta. Quumq; hæc dixisset ad populū, expansis mani-
bus, ait: Operibus quidē impossibile est, ut ualeant homines pro his quæ meue-
rint, deo munera debita compēsare. Diuinitas enim nullius eget, & omniū rerum
cōpensatione superior est. In quo enim alijs animalibus per te domine meliores
sumus effecti, in eo tuam benedicimus maiestatē: & pro his quæ stirpi nostræ tri
buisti pius, necessariū est gratias agere populum Hebræorū. Nullū enim alium
magis optamus habere propitiū, & in eo tuam circa nos deuotionem cognosci-
mus per munera, quia per te est nobis uox quam ex aëre habemus, & per eū ite-
rum nouimus ascendentem. Per hanc ergo gratias tibi referimus primitus de hoc
templo, quod ex inuisibili ad tantā gloriam prouexisti: deinde pro meipso, cui o-
mnia usq; ad præsentem diem, sicut à te prædicta sunt, cōdonasti. Supplico ergo
de cætero, ut mihi ministres quæcunq; deo, hominibus honoratis præbere possi-
bile est: & nostram domum omnibus bonis adaugeas, sicut Dauid meo patri &
uiuenti, & circa obitū promisisti: & quomodo apud nos manebit regnum, & ge-
nus illius infinitis regum successionibus fiet honorabile. Hæc ergo nobis largire
quæ sufficiant, meisq; filijs uirtutē quæ tibi sit grata, concede. Super hæc aūt exo-
ro, ut pars aliqua tui spiritus in hoc templo habitet, quatenus & in terra circa nos
esse uidearis. Tibi siquidem habitatio parua est etiam omne cœlū, & alueus qui
sub eo est omnium existentium, non dicam hoc paruissimū templum: quod pre-
cor ut custodias ab omni uastatione bellorū, & tanquam propriæ possessioni fe-
ras auxilium. Supplico pariter, ut si quādo peccauerit populus tuus, deinde plaga
quadam pessima peccato digna, à te terris illata fuerit, aut sterilitas, aut corruptio,
aut fa-

aut fames,aut huiuſmodi paſſio quam tu iuſte trāſgreſſoribus ſoles inferre, prouenerit,& congregatus ad hoc confugerit templum,rogando te ut à peſte ſaluetur,exaudibilis ei effectus,uelut intus habitans,miſericordiam præbeas, & à malo ſuæ calamitatis euellas.Hoc auxilium nō Hebræis ſolummodo à te rogo conferri peccantibus,ſed etiam ſi à totius terræ finibus quidā aduenerint,aut de quolibet loco & pro aliquo bono preces effuderint,exaudi clemens, & poſtulata concede.Sic etenim omnes agnoſcent quia tu quidem ipſe à nobis tibi domum fieri uoluiſti.Nos autem non inhumani naturaliter ſumus,quando non eos qui contribules non ſunt,extraneos iudicamus: ſed communiter omnibus tuum adiutorium & bonorum effectum adeſſe ſuppliciter exoramus. Hæc dicēs,iterum proſtratus in terra,&* deuotius adorans deum poſt iſta ſurrexit,& in templo obtulit hoſtias,& replēs illud ſacrificijs,manifeſte deū uidit ſacrificia grate ſuſcipientem. Ignis enim ex aēre deſcendens omnibus uidentibus ad altare,hoſtias totas abripuit & abſumpſit.Hac igitur apparitione mōſtrata, populus quidem manifeſtationem hanc eſſe diuinæ habitationis in templo coniiciens,procidens adorauit in terra.Rex autem cœpit benedicere deum,cūctoſq;,ut hoc facerent adhortari,habentes iam circa ſe diuini fauoris indicium,ut quæ orarent, ſemper ſibi ab illo talia prouenirent: & ut mentem ſuam puram ab omni malitia conſeruarent ad iuſticiam diuinamq; culturam:& ad ſeruanda mādata,quæ per Moſen eis dementia diuina contulerat:quia ſic foret felix gens Hebræorum,& totius generis humani beatior.Rogabatq; pariter, ut in memoria haberent, quemadmodum bona præſentia cōquiſiſſent,eaq; firmiter tenerent: & maiora & ampliora de cætero ſuſtinerent.Non enim percepta hæc ſolūmodo propter pietatem atq; iuſticiā, ſed etiam obtinēda per hæc præmia curarēt:quia eſſet apud homines præcipuū non tantum aliquid conquirere, quantum acquiſita ſeruare,& nihil pro eorū amiſſione delinquere.Hæc ergo loquutus ad populum,dimiſit eccleſiam,quum ſacrificia celebraſſet pro ſe & uniuerſis Hebræis, id eſt, uitulos quidem uiginti duo milia, oues centum & uiginti milia. Tunc enim primum in templo ſacrificia celebrata ſunt, & in eo epulati ſunt omnes Hebræi cū uxoribus ſuis & filijs. Inſuper etiam & feſtiuitatem quæ uocatur Scenopegia,faciens,ante templum clare nimis & magnifice diebus quatuordecim, rex cū omni populo pariter epulatus eſt.Quumq; hæc fuiſſent ſufficienter exhibita,nihilq; deeſſet circa pietatis diuinæ culturam,dimittente rege,ſinguli ad propria remearunt: agentes gratias regi propter prouidentiam quam habuiſſet,& opera quæ feciſſet:& orātes deum,ut eis regem præberet longæuo tempore Salomonem. Agebant reuertentes cum gaudio ſuum iter,& cum delectatione hymnos decantātes, ita ut ea iucunditate ſine labore ad propria remearent.Sic itaq; dum arcam induxiſſent in templum, eiusq; magnitudinem uidiſſent pulchritudinemque,ſacrificijs maximis feſtiuitatibus impartitis,ad ſuas ciuitates ſinguli ſunt regreſſi. Apparuit igitur regi per ſomniū deus, ſignificans,quod eius exaudiſſet orationes, & quod conſeruaret templū, & in eo ſemper habitaret:nepotibus ſcilicet eius & omni multitudine facientibus iuſtitiā: ipſumq; primum,ſi in patris ſui monitis permaneret,ad excellētiam & infinitum cumulum felicitatis aſſeruit uehendum: & regnaturos ſemper in ea prouincia ex eius eſſe

Al. *diutius.*

Numerus hoſtiarum quas Salomon obtulit in templo.

3.Reg.9.

eius esse genere principes,& de tribu Iuda: Si uero mandata eius cõtemneret, obliuioniq; mandaret, & peregrinos imitatus coleret deos, esset radicitus abscindendus: & neq; reliquias ex eius genere mansuras, sed nec Israël ulterius nominãdos: populumq; terra quam patribus eorum dederat, & multis iustificationibus esse priuandum: multisq; bellis & malis exterminatos, & à terra quam eorum patribus præbuit electos, incolas alienæ terræ esse præciperet: templum quoq; nunc ædificatũ incendendum diripiẽdumq; contraderet inimicis: sed & ciuitates hostiũ manibus subuertendas: & eorum ærumnas faceret fabularum relatione dignissimas: & propter magnitudinem nimiæ infelicitatis incredulas: ita ut uicini eorum audientes mirarentur calamitates, & causas inquirentes pro quibus Hebræi tali odio haberentur à deo, qui primitus ab eo fuerint ad tantæ gloriæ atq; diuitiarũ culmen euecti, ab his qui relinquerentur audirent, quia pro peccatis & præuaricationibus legum paternarum talia pertulissent. Hæc enim ei per somnium deum dixisse conscriptum est.

De regia Salomonis extructa: & ænigmatis. Caput V:

POst templi uero fabricam, quam prædiximus septem annis fuisse perfectã; ædificium domuum regalium construere cœpit, quod tredecim annis uix impleuit. Non enim huiusmodi erat feruens studium sicut in templum. Sed illud licet esset quidem grande, & operatione mirabile, & cunctis simul inopinabile, cooperante deo cui fiebat, terminum in his annis accepit. Regiæ uero domus multũ templi dignitate minores erant, cum neq; materia tanto tempore aut largitatis fuisset opulentia præparata: & eo quod regum habitatio, & non quasi dei futura, tardius esset effecta. Hæc quidem secundum felicitatẽ Hebraicæ religionis, ac merito regis ædificata sunt: quorum totam expositionem & ordinem dicere necessarium est, ut ex hoc omnes coniiciant magnitudinem, cũ legentes uiderint huius rei descriptionem. Erat magna nimis basilica & pulchra, hæcq; innumera columnarum multitudine portabatur: quam ad iudicia rerumq; cognitiones distribuit, ut posset capere populi multitudinem ad iudicia uenientem. Cuius longitudinis magnitudo erat cubitorum centum, latitudinis uero quinquaginta, altitudinis autem triginta: columnasq; quadrãgulatas omnes habebat: tegebaturq; cedro opere Corinthio; phialis æqualibus, & scutilis mira arte cælatis: eratq; robusta, & uarijs decoribus exornata. Item alia erat basilica in medio totius amplitudinis constituta, habens latitudinem cubitorum triginta, & contra templum ualidis columnis extensum: eratq; in ea solium ualde decorum, in quo sedens rex iudicia proferebat. Huic erat iuncta alia quoq; reginæ basilica, & reliqua habitacula & sedilia, ubi post causas explicitas residebant, strata omnia tabulis cedrinis. Et alia quidem ædificauit ex marmoribus decem cubitorum, alia uero tabulis uestita sectilibus & pretiosissimis, exornauit secundum decus templorum, & miraculũ habitationũ regalium, cuius pulchritudo tribus ordinibus opere intexta Assyrio. Quarta uero pars cælaturis ornata, miraculum artis uidentibus offerebat. Eranteque illic sculptæ arbores & uniuersa poma, quasi in ramis & ex eis pendẽtibus foliis obumbrata, ita ut propter miraculum subtilitatis agitari quodammodo putarentur: alia uero pars dealbata erat, & uarijs depicta coloribus. Aedificauit autem

3. Reg. 7.

u tem

tem ſuper hæc domus alias epularum, porticus ualde protenſas, in domo regali poſitas, inter quas unam fecit omnino præclaram ad regum conuiuia neceſſari/am, & undiq; deauratam: necnon & omnia alia uaſa quæcunq; ſunt epulis op/portuna, fecit ex auro. Difficile nanq; eſt enumerare magnitudinem & uarieta/tem domorum aularumq; regalium, quanta erant magna, & quanta harum in/feriora, & quanta ſub terra quæ uideri non poterant: necnon & pulchritudinem ſolariorum & uiridariorum, quæ erant facta delectabiliter ad aſpectũ, quo exu/ſta corpora poſſent ab æſtus ardore refugere. Et ut breuiter dicam, totam regiam domum, ex albo lapide, & cedro, & auro & argento ſplendide nimis & opulentiſ/ſime inſtruxit: Cameras & parietes ueſtiuit auro: & eo modo quo dei templũ re/ſplendentes exhibuit. Fecit & ex ebore ſolium magnitudine nimis eximium, & cælatum ſchemate tribunalis: habebatq; ſex gradus, & in ſingulis eorum ex utra/que parte duo leones ſtabant, & in ſuperioribus gradibus alij totidem: in recli/natione uero manus erant portantes regem: eratq; ipſa reclinatio in uitulo reſpi/ciente poſt tergum, & ex omni parte tribunal auro circundatum. Hæc Salomon uiginti annis ædificauit. Cui multum aurum & argentum Tyri rex Hira ad ædifi/cium contulit: & inſuper ligna cedrina & cypreſſina, quem Salomon quoque mæ/gnis compenſationibus redonauit, mittens ei per ſingulos annos triticum, uinũ & oleum, quibus maxime indigebat rebus, eo quod habitaret in inſula, ſicut præ/diximus. Ad hæc autem & ciuitates Galilææ regionis uiginti numero, nõ procul à Tyro poſitas condonauit. Quas dum circuiſſet atq; conſideraſſet, diſplicuiſſet/que ei bonum, mittens ad Salomonem dixit ſe ciuitatibus non egere, & ex tunc hæ appellatæ ſunt terra Chabulan. Chabulan etenim interpretatũ lingua Phœ/nica, diſplicere ſignificat. Miſit itaq; prædictus rex Hira ad regem Salomonem, rogans eũ, ut quædam ſophiſmata & uerba parabolarum quæ ei direxerat ape/riret, & quæſtionum difficultates abſolueret. Qui cum eſſet aſtutus & intelligẽs, nihil horum ignorans, ſed in omnibus ratione prævalens, & eorum cauſas agno/ſcens, omnes obſcuritates earum perduxit ad lumen. Meminit autem horũ duo/rum regum & Menãder, qui ex Phœnica lingua antiquitates Sidoniorum in uo/cem conuertit Helladicam, ita dicens: Moriente autem Abybalo, ſucceſſit in eius regnum filius eius Hira, qui dum uixiſſet annis quinquaginta tribus, regnauit tri/gintaquatuor. Hic effodit amplum terræ ſpatium, & auream columnam quæ eſt in Iouis templo ædificauit: inſuper & lignorum materiam à monte Libano inci/dit ad tecta templorum, & deſtruens antiqua ſacraria templum ædificauit Her/culis & Haſthartæ, & primum Herculi hoc erexit menſe Pyritio, & contra Euche/os tributa non reddentes egit exercitum: eisq; ſibi ſubiectis denuo remeauit. Hu/ius tẽporibus erat Abdemonis filius iuuenculus, qui ſemper propoſitiones, quas imperaſſet Hieroſolymorum rex, euincebat. Meminit autẽ etiam Dion hiſtorio/graphus ita dicens: Abibalo moriente filius eius Hiram regnauit. Hic partem ci/uitatis poſitam ad orientẽ diruit, & maiorem urbem effecit: & olympici Iouis tẽ/plum deſtruens, medium locum ciuitati coniũxit, & aureis anethimatibus exor/nauit: aſcendensq; in montem Libanum, ſyluam maximam ad ſacrorum ſecuit ædificia. Adiecitq; ad hæc regem Hieroſolymorum Salomonem miſiſſe ad Hi/

Munera Hi/re.

3. Reg. 9.

Aenigmata Hire à Salo/mone ſoluta.

ram

ram Tyri regem figuras quaſdam,& petiſſe ab eo ſolutionem, ita ut ſi nō poſſet diſſoluere,ſoluenti pecunias daret.Cumq; fateretur Hira nō poſſe ſe illas ſolue re,multáq; foret pecuniarum detrimenta paſſurus,per Abdimum quendam Tyrium quæ propoſita fuerant ſoluta ſunt:& alia ab eo propoſita:quæ ſi Salomon non ſolueret,Hira regi pecunias multas daret.Et hæc quidē Dion ſic dixit.Cūq; rex Salomon uideret muros pro munimine turribus indigere,aliáq; tuitione(nā ſecūdum ciuitatis meritum,oportebat etiam copioſam firmitatem eſſe murorū) hæc effecit,& turribus præcipuis ciuitatem circundedit.

De extructis urbibus,& dilatato regno,Reginaq; Aethiopum. Caput VI.

COnſtruxit autē & ciuitates, inter præcipuas urbes annumerandas, Aſor, & Magedon,& *terram Gazarim:quæ cū fuiſſet in regione Palæſtinorū,Pharao rex Aegypti caſtrametatus,& obſidens eam cepit, & omnes eius habitatores occidit,eāq; ſubuertit,deditq; eam poſtea dono ſuæ filiæ Salomonis uxori.Qua propter ædificauit eam rex,cū eſſet natura munita, & ad bella temporumq; motus utiliter opportuna.Non procul ab hac duas alias ædificauit urbes,quarū una uocabatur Bitthora,altera uocabatur Balath.Vltra has autē fecit & alias ad uoluptatem & epulas opportunas:& rerum tēperamentis, pomorūq; fertilitate,& aquarum frigidiſſimarum poculis abundantes.Pergens enim & in deſertum ſuperioris Syriæ,eámq; capiens, conſtituit ibi maximam ciuitatem,duorum dierū itinere à Syria ſuperiore diſtantem,ab Euphrate uero unius,& à maxima Babylone ſex manſionibus procul extantē. Vt autē hæc ciuitas à partibus habitabilibus Syriæ ita diſtet,hæc cauſa eſt,eo quod in inferiori terra aqua nuſq; inuenia tur,in illo autem loco ſolūmodo fontes & putei abundent. Hanc itaq; ædificans ciuitatem,& muris eminentibus eam circūtegens,Thadamor appellauit:& hacte nus apud Syros ita dicebatur,quā Græci Palmirā uocant. Hæc itaq; Salomon rex illo tēpore agebat.Propter eos autem qui quærunt,quomodo omnes Aegyptiorū reges à Mineo qui Memphim ædificauit,& ante multos annos fuit,cūq; noſter progenitor Abraham,dū inter hæc uſq; ad Salomonem mille & triginta anni trāſierint: Pharaones uocati ſunt à quodam rege Pharaone,qui poſt priores his tēporibus imperauit:Pharaonum uocabulum aſſumens explanare hoc neceſſariū iudicaui:ut & caliginem eorū ignorationis auferā,& cauſam huius nominis declarare contendā.Pharao nomen ſecundum Aegyptios ſignificat regem.Reor aūt eos ab infantia aliis quidem nominibus appellatos:uenientes autem ad regnum,hoc quod lingua patria ſignificaret imperium eos fuiſſe participatos. Nā & Alexandriæ reges cum primitus aliis nominibus uocarentur,uenientes ad regnū nuncupati ſunt Ptolemæi:& Romanorum imperatores,à natiuitate aliis uocati nominibus, Cæſares appellantur:cum poteſtas & principatus eis nomen imponat,& non in iiſdem permaneāt appellationibus,quas à genitoribus ſuis primū ſuſceperunt.Puto ſiquidē & Herodotum Alicarnaſſeum propterea poſt Mineum,qui Memphim ædificauit, dixiſſe trecentos & triginta fuiſſe reges Aegyptiorum: & nequaq; eorum nomina declaraſſe,quia Pharaoth omnes cōmuniter uocabātur.Nam poſt horum obitum regnantis mulieris uocabulum poſuit, nomine Nicaulam eā uocitatam fuiſſe declarans:quia maſculi quidē reges Pha-

u 2 raoth

* Aliás terti am. 3. Reg. 9.

Palmira.

Pharaones dicuntur reges Aegypti.

raoth appellationem habere poterant,fœminæ uero nequaq̃,& propterea natu
rale huius nomen edixit. Ego autem & in libris noſtræ prouinciæ repperi,quod
poſt Pharaoth ſocerum Salomonis,nullus rex Aegyptiorũ hoc uocabulo nun-
cupatus eſt:& quod poſtea uenit ad Salomonem mulier quam prædixi,Aegy-
pti Aethiopiæq̃ regina: de qua non poſt multũ denuo referemus. Horum uero
ideo nunc memini,ut oſtẽderem, quia noſtri libri & Aegyptiorum de multis re-
bus cõcordare noſcuntur. Rex itaq̃ Salomon Chananæos,qui in monte Libano
morabãtur uſq̃ ad ciuitatem Amathi,inobedientes ſubdidit,& tributa eis impo
ſuit,& ut ei miniſtrarent ac ſeruile opus efficerent,& agriculturam exhiberent. Ex
his quoſdam annis ſingulis eligebat,quia nullus tunc ſeruiebat Hebræorũ. Non
enim erat irrationabile,ut cum deus eis multa milia gẽtium ſubdidiſſet, & ex his
oporteret eos habere ſeruitia,ipſi in hoc ſchemate permanerent: quando omnes
armati equis & curribus militarent potius,q̃ ſeruitia peragerent. Chananæis au
tem quos ad ſua miniſteria tulerat, conſtituit principes quingentos & quinqua-
ginta:qui ſuper eos omnes à rege poteſtatem perceperant, ut eos docerent opera
ſeu negocia,in quibus neceſſaria eſſe uiderẽtur. Fecit autem rex etiam multas na
ues in ſinu Aegyptiaco maris rubri,in quodam loco qui Aſiongaber appellatur,
nõ procul à ciuitate Elana,quæ nunc Beronice uocatur. Hæc em̃ regio fuit primi
tus Iudæorũ. Habuit aũt ad ædificandas naues beneficia regis Hiræ. Ipſe nanq̃
ei & multos uiros gubernatores,& in marinis rebus edoctos miſit :quos iuſſit na
uigare cum diſpenſatoribus ſuis ad locum qui olim quidem Ophyra, nunc autẽ
Terra aurea nuncupatur(eſt autem in India) ut aurum deferrent: & colligentes
quadringenta talenta,ad regem denuo ſunt reuerſi. Igitur reginã Aegypti & Ae-
thiopiæ ſapientia plenam,& alijs ualde mirandam,audiẽtem crebro Salomonis
uirtutem atq̃ prudentiam,& habentem deſiderium eius multum,& eorum quæ
illi de rege quotidie dicebãtur, ad ſemetipſam adduxit: ut experimento ei & nõ
auditu potius ſatiſfacere poſſet: quãdo opinio mendax ſæpius inuenitur,& pro
referentis narratione ſuſcipitur. Cum ergo ad eum uenire uoluiſſet,ut in præſen
ti ſapientiæ eius experimẽta perciperet,ſtuduit etiam quæſtiones proferre,& ea-
rum ſolutiones exigere. Venit ergo Hieroſolymam cum magna gloria,& appa
ratu multo diuitiarum, cum auro & aromatibus & lapidibus pretioſis :eamq́ue
rex grate ſuſcepit,& circa eam in omnibus extitit largiſſimus:& propoſitiones ſo
phiſmatum intellectu ſuo cito concipiens,uelocius quàm ſperari poterat exolue
bat. Cuius illa ſapiẽtiam ita ſe trãſcendentem, & potiorem quàm audierat agno
ſcens,uehementer obſtupeſcebat:& maxime culmina regalia mirabatur: earũ-
que pulchritudine mira & magnitudine delectabatur egregia:nihilominus & di
ſpoſitione uaria fabricarum,in qua multam regis prudentiam, aſtutiamq̃ cerne
bat:plus tamen eam obſtupeſcere faciebat domus quæ ſylua Libani uocabatur,
& quotidianarũ opulentia cœnarum: & apparatus eius,& miniſterium,& ueſtes
miniſtrantium,eorumq̃ decens circa ſuum officium diſciplina: præcipue tamen
ſacrificia quæ quotidie deo celebrabantur, & ſacerdotum circa hæc miniſterium,
nec non Leuitarum maxima diligentia. Hæc uidens diebus omnibus nimis ad-
mirabatur. Et cum non poſſet tacere miracula quæ uidebat, uerbis uoluntatẽ ſui

cordis

cordis aperuit,dicens ad regem, quibus ſuam mentem uictam eſſe monſtrauit: Cuncta,inquit,ô rex quæ per auditum ueniunt ad notitiam,cum quadam incredulitate ſeu dubitatione ſuſcipiũtur:tuorum uero bonorum quæ & ipſe in te poſſides,hoc eſt,ſapientiam & prudentiam,& quæ tibi præſtantur ex regno, non eſt mendax fama,ſed uera,licet multo minor,q̃ in præſenti conſpicio. Nam opinio aliquid auribus ſuadere nititur:dignitas uero rerum non ita fieri nota,ſicut aſpectu & ipſa præſentia comprobatur.Ego ſiquidẽ neq̃ his quæ nunciabantur propter multitudinem & magnitudinem credens,multo potiora cõſpexi: & beatum iudico populum Hebræorum, ſeruoſq̃ tuos pariter & amicos, qui quotidie tuo cultu fruuntur,& ſapientiam audire promerentur. Quis etiam nõ benedicat deum,ſic hanc diligentem prouinciam & eius habitatores,ut te ad regni culmen euehere? Oſtendens autem poſt hæc uerba quemadmodũ eius regis habuiſſet affectum,etiam muneribus aperuit ſuæ mentis indicium. Viginti nanq̃ auri talenta regi dedit,& aromatum innumeram multitudinem,& lapides pretioſos. Dicũt autem,quod & radicem balſami,quam hactenus fert noſtra prouincia,ipſa dederit regi. Cui etiã è diuerſo Salomon bona multa donauit,& maxime quæ ipſa deſideranter eligeret:nihilq̃ fuit, quod poſtulanti non præberet: proniusq̃ dabat,quæ illa peteret,quàm quæ ipſe magis offerret :eamq̃ ſuæ largitatis munere præcurrebat. Regina ſiquidem Aegyptiorum & Aethiopiæ dans rurſumq̃ dona recipiens,quæ prædiximus,ad propria remeauit.

Verba Reginæ ſibi ad Salomonem

De diuitijs Salomonis & concubinis regijs diuiſioneq̃ regni. Caput VII.

EOdem uero tempore delati ſunt regi de terra quæ uocatur aurea,lapides pretioſi,& ligna pinea,quibus uſus eſt ad fortitudinem tẽpli,domuúmq̃ regalium,& inſtrumentorum muſicorũ, fecitq́ue ex eis citharas,phialas & nablas,ut dicerent deo hymnum Leuitæ.Omnium uero rerũ quæ fuerunt quocunq̃ tẽpore regi delatæ ,præcipua fuerũt ea quæ illo die deuecta ſunt,magnitudine & pulchritudine præcellebãt.Nullus igitur arbitretur,quod ligna pinea,quæ nũc propter precia uendentium ſic appellãtur, illis uicina ſint:illa ſiquidem uiſione rotunda quaſi pinea ſunt,ſed iſta multo candidiora,& ualde fulgentia. Hoc autem dixi,ut nullus naturam ueræ pinus ignoret.Quia uero propter utilitatem regis eius memoriam fecimus,opportunũ etiam iudicauimus,ſignificare allati auri illo tempore quantitatem:quod fuit pondere taléta ſexcenta ſexagintaſex, nõ reputatis eis quæ negociatores emerãt:neq̃ quod dono Arabiæ toparchæ,regeſq̃ mittebant.Conflauit ergo aurum,ut ducentas lãceas faceret, quæ ſcidos ſexcentos haberent.Fecit & ſcuta trecẽta,unoquoq̃ habẽte auri minas tres:poſuitq̃ ea in domum, quæ ſylua Libani uocabatur: necnon & coopercula ex auro & lapidibus pretioſis ad conuiuia neceſſaria præparauit. Dumq̃ uno præcipuo artifice hæc feciſſet,ut etiam alia uaſorum opera largitate auri faceret,exquiſiuit.Nõ enim aurum aut argentum uendebatur,aut emabatur:ſed multæ fuere naues,quas rex in mari Tarſico conſtituit,ut interiora gentium penetrarẽt, & comparatum aurum argentumq̃ regi deferrent, necnon & elephantes Aethiopas, & ſimias. Naui gium uero euntes & redeuntes tribus annis implebant. Tunc enim regis illuſtris opinio omnes in circuitu prouincias circuibat, uirtutem eius & ſapientiam uni

3. Reg. 10.

Salomon conflauit auri ut ſcuta fierent

díque diuulgans, ita ut omnes undique reges deſiderarẽt aſpectum eius, propter incredulitatem rerum quæ de eo referebantur: magnísq; muneribus ſuum circa eum ſtudium demonſtrabant. Mittebant itaq; ei uaſa aurea & argẽtea, ueſtesq; purpureas, & aromatum genera multa, & currus, & equos, & onerigeras mulas quæ uirtute & pulchritudine regi placerent: ita ut curribus & equis priſtinis ex his qui dirigebantur accreſceret curruum numerus quadrigentorum: erant enim primitus mille: & item equi duo milia, cum primitus fuiſſent uiginti milia. Nutriebantur aũt, ut eſſent pulchri, pariter & curraces, & comparatione facta, nec decentiores alij, nec uelociores inuenirentur. Exornabantur autem & aſcenſores eorũ, primum decora iuuentute florentes, habentesq; magnam proceritatem, & ſatis alios excedentes: longamq; diffundentes in equorum ſeſſione cæſariem, ex purpura Tyria ueſte circumamicti, auricq; tincturam quotidie in ſuis comis adijcientes, ut* equorum capita percuſſa ſole, auro radiante fulgerẽt. His circa eum armatis exiſtentibus, arcusq; ferentibus, rex uectus in curru, & alba ueſte circumamictus, ſolitus erat exire ad quendam locum qui ab Hieroſolymis duobus funiculis abeſt, uocatúrque Itham, hortus aquarũ rigationibus gratus & locuples. Huc ergo cauſa delectationis rex egrediebatur, circa res omnes maxima prouidẽtia & ſtudio ſemper utens, & ubique cultus ac decorus exiſtens: neq; uiarum deſidiam habuit, ſed regias quæ ad Hieroſolymam ducerent, lapide nigro ſtrauit: ut etiam ambulantibus non poſſent eſſe difficiles, ut oſtenderẽt diuitiarum & imperij dignitatem. Diuidens autem currus, & diſponens, ut ſingulis ciuitatibus certus eorum numerus eſſet, paucos quidem circa ſe retinuit: urbes autẽ ubi diſperſi ſunt, ciuitates curruũ nominauit. Argenti uero tantam multitudinem fecit rex in Hieroſolymis abundare, quanta erat & lapidum. Sed & lignis cedrinis quæ primo non fuerant, ſicut arboribus mori, campos Iudææ ita compleuit. Iuſſit autem & negociatoribus cõmercia ex Aegypto deferentibus, ut uenderent ei currum cum duobus equis, dragmis argenti ſexcentis, quos ipſe regibus Syriæ, & trans Euphratem habitantibus deſtinabat. Qui dum fuiſſet omnium regum glorioſiſſimus atque religioſiſſimus, & prudentia & diuitijs excelleret omnes, qui ante eũ Hebræorum tenuerant principatũ, non in his uſque ad terminum uitæ ſuæ permanſit: quando relinquens cuſtodiam ſolennitatum paternarum, non ſecũdum ſimiles actus rerum, quas de Dauid prædiximus, conuerſatus eſt: ſed circa mulieres, & Venerem captus, & per intemperantiam turpiter exardeſcens, non prouincialium ſolummodo delectationem habuit fœminarum, ſed etiam multas ex alienigenis gentibus duxit uxores: Sidonias, Tyrias, Ammonitidas, & Idumæas: legesq; prævaricatus eſt Moſaicas, quibus ille cõtradixit alienigenis mulieribus Hebræos non debere miſceri: & deos earum cœpit colere, ut mulieribus, earumque amori placeret: cum legiſlator prædixiſſet, ne Hebræus alienigenæ regionis uxores duceret: ne forte illarum ſolennitatibus mixtus, & deos illarum coleret, & à uenerationeproprij dei pariter ſe abſtineret. Sed hæc quidem deſpexit Salomon, irrationabili amori conſtrictus: & ducens uxores principum, inſigniumque uirorum filias numero ſeptuaginta, & trecẽtas concubinas: ſuper has autem & filiam regis Aegyptiorum: repente ab his captus eſt, ita ut earum ſectaretur

Aliâs eorum.

Argenti copia quãta lapidũ.

3. Reg. 11.

ſtaretur quoque culturas. Et ideo cogebatur fauoris ſui eis præbere & dilectio-
nis indicia, ut more earum patriæ uiueret: & quæ illis eſſent grata, compleret. Ae-
tate ſiquidem procedente, & ratione pariter propter tempus infirmante, cum iam
non poſſet ſtudia patria retinere, deum ſiquidem proprium abiecit: & deos uxo-
rum iugiter honorabat: ſed etiam ante hæc peccauerat, & circa legum cuſtodi-
am iam deceptus fuerat, quando boum æneorum ſimilitudines fecit, quos mari
ſubiecit, & leonũ quos in ſuo ſolio regali decoris cauſa diſpoſuit. Non em̃ hæc fa-
cere fas erat, dum optimum & familiare paternæ gloriæ & uirtutis habuiſſet ex-
emplum, quod ei propter dei pietatem fuerat relictum. Hoc ergo non imitatus,
cum ſecundo eum deus per ſomnium patrem monuiſſet ſequi, in gloriam hu-
ius factus eſt expers. Venit ergo repente propheta miſſus à deo, dicens: Quod
neque iniquitas eius lateret eũ, neque diu in his eſſet lætaturus: interminatus ſi-
mul, quia ei quidem non auferret imperium, quoniam Dauid patri eius fuerit
promiſſum: moriente uero eo, citius eius filium hoc amittere: non tamen om-
nem ab eo populum receſſurum, ſed decem quidem tribus eius traderet ſeruo,
duas autem nepoti Dauid, huius filio reſeruaret, propter illum qui dilexit deum,
& propter Hieroſolymorum urbem, in qua templum habere decreuit. Hæc au-
diens Salomon, contremuit: & ualde turbatus eſt, ex omnibus penè bonis in
quibus erat, repente mutatus: non multo tempore tranſeunte, ex quo hæc ei pro-
uenere, quæ dicta ſunt à propheta. Mox ſuſcitauit ſuper eum deus inimicum A-
dad nomine, quarum inimicitiarum cauſa hæc fuit. Hic Adad puer erat, genere
Idumæus, de ſemine regio natus. Qui dum Ioab princeps militiæ Dauid ua-
ſtaſſet Idumæam, & omnes qui armis uti poterant, ſex menſibus peremiſſet, fu-
giens uenit ad Pharaonem Aegyptiorum regem, qui eum magna largitate ſuſ-
cipiens, dedit ei & domũ, & prouinciam habitandam. Et cum creuiſſet, dilexit eũ,
ita ut ei uxoris ſuæ ſororẽ nomine * Talphim daret uxorem: ex qua natus eſt ei fi
lius, & inter filios eiuſdem Pharaonis regis enutritus. Audiens uero in Aegypto
mortem Dauid, pariter & Ioab, accedẽs ad Pharaonem rogauit, ut eum ad pro-
pria remeare permitteret. Cumque requireret rex, cur hoc peteret, aut quid paſſus
eum relinquere feſtinaret, cum ſæpius ei importune & nimis inſiſteret atque ro-
garet, tunc quidem dimiſſus non eſt: ſed tempore cum iam Salomon in malis
erat propter præuaricationes prædictas, & dei pariter irã, dimiſſus Adad à Pha-
raone uenit in Idumæam. Et cũ eam non potuiſſet à Salomone recolligere, quia
multis præſidijs ſeruabatur, nec eſſet facilis eius inuaſio, ſurgens inde uenit in Sy-
riam. Iunctus eſt autem illic cuidam, Raaz nomine, qui regem Sophenæ Adra-
zarum dominum ſuum fugerat, & prouinciam latrocinijs deuaſtauerat: eiq; co-
pulatus amicitijs, cum haberet ille circa ſe latronum maximam multitudinem,
aſcendens & tendens in Syriã, rex eius effectus eſt. Tunc quoq; diſcurrens Iſraẽ-
litarum prouinciam affligebat: & adhuc uiuente Salomone uaſtabat. Et hæc
quidẽ Hebræis prouenerunt per Adad. Inter hæc autem Hieroboam filius Na-
bath, ſurrexit contra Salomonem, & quoſdam contribules ſuos, ſecundũ pro-
phetiam olim ſibimet dictam. Is cum puer eſſet à patre derelictus, & à matre
etudiretur, uidens Salomon robuſtum & nimis ſtrennuum, eum ſuper ædifi-

Aliàs Rad-
phim.

cium murorum constituit: quando munitionem propugnaculorum in Hierosolymis fecit. Qui ita in hoc opere laborauit, ut rex eum approbaret, eiqúe principatum militiæ super tribum Ioseph conferret. Illo siquidem tempore, cum Hieroboam ueniret ab Hierosolymis, occurrit ei propheta, de ciuitate Silo, nomine Achias. Quem dum salutasset, deflexit eum paululum ex itinere ad quendam locum, ubi nullus alius interesset: diuidensqúe suum pallium quo erat indutus, in duodecim partes, iussit, ut Hieroboam decem ex his sumeret: prædicens, quia deus hæc uellet, ut scisso principatu Salomonis, filio quidem eius propter promissionem Dauid, duas relinqueret tribus, & illi decem: quoniam Salomon in eo peccasset, & mulieribus earumq; dijs se improuide subdidisset: sciens, inquit, causam pro qua deus suam dilectionem à Salomone subtraxit. Esto iustus, & eius custodi præcepta, propositam habens palmam dei pietate & honore præcipuam: talis utiq; futurus, qualem nosti fuisse Dauid. Elatus itaq; Hieroboam prophetæ sermonibus, cum esset natura iuuenis feruētissimus, & rerū grandium appetitor immensus, non quiescebat: sed cum ueniisset ad exercitum, habens memoriam eorum, quæ ei dixerat Achias, repente uisus est populo suadere, ut à Salomone recederet, & regnum ei contraderet. Cognoscens autē Salomon eius uoluntatem & dolum, quærebat, ut eum comprehendens, uelociter interimeret. Quod dū cognouisset Hieroboam, fugit ad Sussachum regem Aegypti, usq; ad Salomonis obitum ibi moratus: & ne quid pateretur lucratus, & futuro seruandus imperio. Mortuus est itaq; Salomon, ualde longæuus: qui regnauit quidem annis* quadraginta, uixit autē quatuor & nonaginta: & sepultus est in Hierosolymis, cunctos felicitate & prudentia atq; diuitijs excellens reges: præter illa in quibus circa senectutem deceptus mulierum ardore, præuaricatus est: de quibus, & de malis quæ propterea prouenerunt Hebræis, opportunius explicabo.

Obitus Salomonis. Aliàs octoginta.

De Hieroboam regi Israël instituto & Roboam Salomonis filio rege Iuda Israëlisq; peccato. Caput VIII.

POst mortem uero Salomonis, in regnū succedēte filio eius Roboam, ex muliere Ammonitide, Naama nomine procreato, repēte miserunt in Aegyptū populi principes, ut reuocarent Hieroboam. Qui dum ueniisset ad eos in ciuitatē Sichimorum, etiam Roboam uenit in eam. Placuerat enim, ut illic conuenientes Israëlitæ, eum constituerent regem. Adeūtes ergo eum principes populi, simul & Hieroboam, rogabant dicentes, ut aliquid de seruitio relaxaret: & melior esset patre, cuius iugo fuerant prægrauati, ut & ipsi deuotiores essent, & propter mansuetudinem potius quàm timorem ei seruire diligerent. Qui cum post tres dies responsurum se eorum petitionibus dixisset, mox quidem eos suspectos fecit, cur non repente quæ petebantur annueret. Nam rem bonam & humanam facile esse iudicabant, & magis in iuuene: tamen & in eo quod cogitare se dixerat, & non repente negauerat, spem aliquam faciebat. Qui conuocatis paternis amicis, tractabat cum eis, quale deberet populo præbere responsum. Illi uero quæ deuoti facerent, naturam utique uulgi scientes, monebant, ut mansuete loqueretur ad populum, & communius quàm regius exigeret fastus: ut ita fauorem

3. Reg. 12.

omniū

omniũ ſibimet obligaret,cum naturaliter diligant ſubiecti manſuetudinẽ regum, atq; communionem. Tunc ille utile conſilium forſitan deo uolente deſpiciẽs,uocatis aduleſcentulis ſecum enutritis,eiſq; pandens conſiliũ ſeniorum,quid oporteret fieri requiſiuit. Illi uero cum neque iuuentus,neq; deus meliora eos tractare permitteret,monuerunt,ut aſperius loqueretur ad populum,& inferiorem ſuum digitum lumbis paternis diceret uaſtiorem. Et ſeueritatem,quam fuerant in illo comperti,in ſe multo potiorem agnoſcerent. In his delectatus rex,& credens dignitati regiæ cõuenire reſpõſum,dum die tertia plebs auditura ueniſſet,& omnis populus uideretur ſuſpenſus eſſe,ut uerba regis audiret:credens aliquid clementius eſſe,relinquẽs ille conſilium ſeniorum,reſpondit aduleſcentium. Hæc autem dei uoluntate gerebantur,ut quæ prædixerat Achias perducerentur ad terminũ. Tunc ergo cuncti eius ſermonibus,uelut opere iam percuſſi, & dolentes quaſi iã experimento ipſarum rerum quæ dicebantur, afficerẽtur,indignati ſunt: & omnes pariter uoce magna damauerunt, nihil ſibi poſt hunc diem eſſe commune ad genus Dauid,uel qui erant ex eo progeniti: ſed ſolum templum ei cedere, quod pater eius ædificaſſet: eúmque interminati ſunt ſe relicturos: & ſic amare iracundiam ſeruauerunt,ut dum miſiſſet rex Roboam quendam nomine Aduram, ſuper tributa conſtitutum,qui eos aliquo modo mitigaret: & poſt ſermones,qui petulanter ab ætate iuuenili prolati fuerant, ad concordiam reuocaret, paſſi non ſunt: ſed eum lapidantes interemerunt.Quod dum uidiſſet Roboam, credens ſe quoque lapidandum,metuens ne & ipſe tale aliquid ſuſtineret, aſcendens in currum, fugiensq́ue uenit mox in Hieroſolymam. Et tribus quidem Iuda,ſimul & Beniamin eum conſtituere regem :reliqua uero plebs ab illa die recedens à filijs Dauid, dominum ſibi Hieroboam conſtituit. Roboam uero Salomonis filius conuentu facto duarum tribuum,in quibus regnabat,ſumens ex eis electos milites centum octoginta milia uirorum, contra Hieroboam & contra populum dimicare cogitabat, quatenus eorum ſubderet ſibi bello ſeruitiũ, Prohibitusq́ue eſt à deo per prophetam* Semeiam, ut bellum non inferret: eiſque dicebat non eſſe iuſtum, ut aduerſus contribules dimicaret,cum ab eo dei uoluntate populus receſſiſſet. Quo facto,nequaquam egreſſus eſt ad prælium. Diuiſo itaque regno, prius narrabo,quæcunque Hieroboam Iſraëlitarum rex egit. Deinde,quæ à Roboam duarum tribuum rege geſta ſunt, explanabo. Sic enim totius ordo hiſtoriæ ſeruabitur. Igitur Hieroboam conſtitutus rex in Sichimorum ciuitate, ibidem morabatur:Non multo poſt dum ſcenopegiæ feſtiuitas immineret,cogitans Hieroboam quia ſi permitteret populũ,ut dominum deũ pergens in Hieruſalem adoraret, & feſtiuitatem illic ſolẽniter agens pœnitentia dũceretur:& propter templum,& propter dei religionem: forſitan & metuens ne eũ quidem relinqueret,ad regem uero priſtinum remearet:& ob hoc mortis periculum ſibimet immineret,opus hoc malignũ ſua cogitatione molitus eſt. Fecit duas uitulas aureas,& totidem templa conſtruxit:unum quidem in ciuitate Bethel, aliud uero circa Dan, quæ ad fontes Iordanis minoris uidetur exiſtere, poſuitq́ue has uitulas in templis quas prædiximus ciuitatum,& rex uocans decem tribus quibus ipſe regnabat, his uerbis concionem fecit ad populum: Viri contribules,

Cauſa defectionis tribuũ à Roboam.

Aduram lapidatur.

Aliàs Ramea.

De peccato Hieroboam

bules, noſſe uos uolo, quod omnis locus habeat deum, & non oſtenditur locus in quo proprie præſens eſt, ſed ubique ſemper exaudit, & cultores ſuos intendit. Vnde mihi non uidetur neceſſitatem uos pati ad Hieroſolymam properandi, ad hoſtium utique ciuitatem: & ut adoretis deum, longo itinere fatigari. Homo enim illud ædificauit templũ, & ego feci duas uitulas aureas deo æquiuocas, quarum unã quidem in Bethel ciuitate dedicaui, aliam uero in Dan urbe conſtitui: quatenus quicunq; ueſtrum eis urbibus ſunt uicini, adorent in eis deum. Conſtituamq; ex uobiſipſis ſacerdotes earũ, atq; leuitas, ut tribu Leui nequaq; neq; Aaron filijs indigeatis: ſed qui uoluerit ueſter eſſe ſacerdos, offerat uitulum deo & arietem unum, quod & primum pontificem Aaron feciſſe dicunt. Quod cũ dixiſſet, ſeduxit populum, ut à patria religione recedens, præuaricaretur leges. Hoc itaq; Hebræis malorũ fuit initiũ: & qui cuncta deuicerant prælijs, in alienigenarũ ſunt ditione ſubiecti. Sed hæc quidem opportune narrabimus. Igitur dum inſtaret ſeptimo menſe feſtiuitas, uolens & ipſe eã in Bethel ita agere, ſicuti duæ tribus in Hieroſolymis celebrabãt, ante uitulam quidem ædificauit altare, & ipſe pontifex factus cum ſacerdotibus ad altare conſcendit. Cúmq; eſſet hoſtias & holocauſta coram omnibus populis oblaturus, uenit ad eum ex Hieroſolymis propheta nomine Iadon, miſſus à deo. Qui ſtans in media multitudine, audiente etiã rege, faciens ad altare ſermones: deus, inquit, futurum quendã eſſe prædixit ex genere Dauid, nomine Ioſiam, qui temporis illius ſupra te falſos perimat ſacerdotes: ſed & oſſa etiam horum populorum ſeducentium, & erroneorum & impiorũ ſupra te tunc ſimul exurat. Vt tamen credant iſti hoc ita futurum, ſignũ eis prædico nunc fiendum: ſubito enim rumpetur hoc altare, & omnis pinguedo ſacrificiorum ſuper illud poſita, fundetur in terrã. Hæc dicente propheta, indignatus Hieroboam, manum extendit, præcipiens eum cõtinuo comprehendi. Cuius manus mox eſt arefacta, nec ualuit eam ad ſe denuo reuocare, ſed habuit eam marcidam & ſolutã. Ruptúmq; eſt repente ſacrariũ: & ſicut propheta prædixerat, cuncta diffuſa ſunt. Cúmq; uideret rex ueracem hominem, & præſcientiã diuinã habere cognoſceret, rogauit, ut ſupplicaret deo, quatenus eius dextera curaretur. Quo rogante deum, & manum ſibi naturaliter reſtitutam gaudebat: prophetamq; rogabat obnixe, ut eius conuiuijs intereſſet. Iadon uero dixit, nõ ſe pati, ut ingrederetur ad eum, nec panem aut aquam in ea ciuitate guſtaret: hoc ſibi præceptum à deo dicens, ut etiam alio quàm unde uenerat itinere rediret. Huius igitur abſtinentiam rex miratus, erat in timore poſitus: & permutationem rerum ex his quæ dicta fuerant, non proſperam ſibimet imminere credebat.

3. Reg. 13.

De falſo propheta ſeducente uerum. Caput IX.

5. Reg. 13.

ERat aũt quidam in ciuitate ſenior, malignus homo, falſuſq; propheta quẽ Hieroboam magnis ſtudijs honorabat: cũ eo dicente quæ illi grata forẽt, crebro deciperetur. Iſte itaq; tunc erat in lectulo propter ſenectutis infirmitatẽ. Filijs aũt indicantibus ei prophetam, qui de Hieroſolymis uenerat, & de ſignis effectis, & quomodo arefacta manus Hieroboam dextera, illo orante fuerat reſtituta, metuens ne peregrinus melior eſſet apud regẽ & potiori honore frueretur, præcepit filijs, ut ei repente ſtratũ ad iter aſinum præpararẽt. Quibus præceptis feſtinanter

nanter implentibus, aſcendens proſecutus eſt prophetam: & inueniens eum ſub alta & umbroſa ilicis arbore quieſcentem, ſalutauit primum, deinde obiurgauit, cur apud eum non intraſſet, & eius eſſet hoſpitalitate participatus. Quo dicente, ſe à deo prohibitum, ut apud quenquam in illa ciuitate guſtaret: non, inquit, prohibuit diuinitas, ut meam menſulam deuitares. Nam & ego propheta ſum, & in ea tecum religione communis: & adſum nunc miſſus à deo, quatenus te comeſurum ad me deducam. Ille uero credens mentienti, reuerſus eſt. Quibus adhuc prandentibus, & pariter epulantibus, deus apparuit Iadon: eiuſq; mandata prætiaricantem dixit ſupplicia ſuſtinere, & qualitatem pœnæ continuo declarauit: leonem ei occurſurum in itinere, quo dilaceraretur, & quod ſepultura patria priuaretur, edixit. Hæc autem facta reor uoluntate diuina, ut Hieroboam nequa quàm uerba Iadon metueret, quaſi fallacis & ita defuncti. Remeante ſiquidē Iadon rurſus in Hieroſolymam, occurrit ei leo, & deiiciens eum de aſino peremit: & aſino quidem in nullo nocuit, ſed cum eo ſedens, & illū & corpus prophetæ magna tuitione ſeruauit: donec aliqui iter agentium uidētes hoc, uenientes in ciuitatem falſo prophetæ denunciarent. Qui miſſis filijs, eius corpus deuexit in ciuitatē, & ſplendida pompa eius celebrauit exequias, præcipiens filijs ſuis, ut ipſum mortuum cum eo ſepelirent, dicēs: quod omnia quidem uera eſſent, quæcūq; ille prophetaſſet aduerſus ipſam urbē & altare, & ſacerdotes, necnon & cōtra falſos prophetas: & quia ipſe non pateretur iniuriam poſt propriam mortē, ſi cum eo ſepultus eſſet, oſſibus eius copulatus, qui propter ſocietatem oſſiū prophetæ nō poſſet agnoſci. Sepeliens ergo prophetā, & filijs iſta præcipiens, cum eſſet malignus & impius, acceſſit ad Hieroboā, eiq; dixit: Quare turbatus es uerbis fatui uiri? Cūq; illi rex de ſacrario & manu ſua narraret, ſanctum uere & prophetam egregium eū uocans, cœpit deſtruere eius opinionem: & ueriſimilibus utens, rerum geſtarū creditam conabatur imminuere ueritatem. Nitebatur enim & ſuadere, quia pro labore portandi multa ſacrificia, eius manus obſtupuiſſet: & deinde cum requieuiſſet, ad naturam propriam denuo remeaſſet. Altare autem cum prius fuiſſet uacuum, ſuſceptis multis hoſtijs & ingentibus, propter onus impoſitorū fuiſſe diſruptum, & cecidiſſe dicebat: ſignificauitq; ſimul ita mortem eius: & quia ſigna hæc prædixerat, eo fuiſſet à leone diſcerptus: & nihil eſſe quod ꝓpheta locutus eſſet. Hæc ergo dicens, regi ſatisfaciebat: eiuſq; mentem penitus auertit à deo, & à ſanctis operibus, & ad actus impios euocauit. Qui rex tantam deinceps contumeliam diuinitati fecit, & ita cōtra leges atrociter inſiluit, ut nihil aliud quotidie quæreret, cū ut aliquid noui ſuper ea quæ iā perpetrauerat ſcelera, cumularet. Igitur de Hieroboam in præſenti hæc dixiſſe ſufficiat.

De regno Roboam tranſgreſſione & pœna. Caput X.

2. Para. 11. 12.

FIlius aūt Salomonis Roboam, qui ſicut prædiximus, ſuper duas regnauit tribus, ædificauit munitiſſimas ciuitates & magnas: Bethlehē, & Itham, & Thecos, & Bethſura, & Socho, & Odollā, & Hippam, & Mariſſam, & Ziphā, & Aduram, & Lachis, & Zethurā, & Helum, & Hebron. Has quidē in ſorte Iuda primas ædificauit. Fecit & alias præcipuas in ſorte Beniamin, murisq; circūdans, cuſtodes inſtituit uniuerſis, & principes: multumq; frumentum, & uinum, & oleum: & alia quæ

Vrbes à Roboam edificate.

quæ ſingulis ciuitatibus pro cibarijs eſſent neceſſaria, largiſſima ubertate recon-
didit: inſuper etiam & ſcuta, & iacula nimis innumera. Conuenerunt autem ex o-
mnibus Iſraëlitis ſacerdotes ad eum in Hieroſolymam, pariter & Leuitæ, & qui-
cunque alij de populo erant boni uel iuſti, relinquentes proprias ciuitates, ut cul-
turam dei in Hieroſolymis exhiberent. Non enim libenter habebant, dum com-
pellerentur uitulas adorare, quas fecit Hieroboam: & auxerunt imperium Robo
am per tres annos. Qui dum cognatam quandam duxiſſet uxorem, & tres ex ea
filios ſuſcepiſſet, poſt eam quoq; duxit nomine Maachan, natam de Thamar fi-
lia Abſalom, quæ & ipſa uidebatur eſſe eius cognata: de qua natus eſt ei filius ma
ſculus, quẽ Abiam appellauit: habuitq; filios ex alijs cõiugibus, ſed ſuper omnes
potius diligebat Maacham. Habuit autem lege ſibi coniunctas uxores decem &
octo, concubinas uero triginta. Et filij quidem ei nati ſunt decem & octo, filiæ ue-
ro ſexaginta. Succeſſorem autem ſui regni cõſtituit Abiam ex Maacha procrea-
tum, cui & theſauros & munitiſſimas tradidit ciuitates. Reor enim quia ſæpius
cauſa malorum & iniquitatis exiſtat hominibus magnitudo rerũ, earumque ad
peiora conuerſio. Videns autem Roboam regnum ſuum his crementis augeri,
ad impias & iniuſtas cõuerſus eſt actiones: & ſpreuit dei religionem, ita ut & po
pulus eius imitaretur iniquitatem. Cum moribus nanq; principum corrumpitur
conuerſatio ſubiectorum: & cum uiderint illorum luxurias, ſuæ caſtitatis merita
reſpuentes, quaſi uirtutem eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera
principum approbare uidentur, niſi etiam ſimiliter hæc agantur. Hoc igitur acci
debat ſubiectis Roboam. Nam cum ille ageret impie & inique, ſtudebant & illi
nõ eſſe iuſti, ne rex uideretur offendi. Quapropter uindicem ſuper Hebræos mi-
3. Reg. 14. ſit deus regem Aegyptiorum nomine Suſſachum: de quo narrans Herodotus,
actus eius poſtremo adiunxit. Is enim Suſſachus quinto anno regni Roboam
cum multis milibus exercituum caſtrametatus eſt contra Hieruſalem: Sequeban
tur enim illum currus mille & ducenti, equitum uero ſexaginta milia, & quadra-
ginta milia peditum, quorum plurimos habebat Libyes & Aethiopes. Inuadens
itaq; Hebræorum regionem, munitiſſimas Roboam ciuitates ſine dimicatione
detinuit, & nouiſſimum armatus ad Hieroſolymam uenit, ubi Roboam & eius
exercitus propter militiam Suſſachi tenebatur induſus: deumque rogabant, ut
eis uictoriam ſalutemque conferret. Quos tamen non exaudiuit deus, nec eis pu
gnaturis uictoriæ ſpem promiſit. Propheta enim Semeias ait, deum eſſe inter-
minatum eos ſe relicturum, ſicut ipſi eius uidebantur deſeruiſſe culturam: Hæc
audientes animo ſunt ſoluti: & dum nullam uiderent in ſe ſalutem, confitebam-
tur omnes quod eos deus iuſte deſpexerit, cum ipſi circa eum impie crudeliterque
geſſiſſent, & eius legitima confudiſſent. Quos uidens deus ita deiectos, & ad pœ
nitentiam fuiſſe deductos, non ſe perditurum eos prophetæ dixit, ſed Aegyptijs
tantum fore ſubdendos, ut agnoſcerent utrum hominibus ſeruire eſſet infatiga
bilius, an certe deo. Capiens ergo Suſſachus non lege bellica ciuitatem, ſed pa-
ctis præcedentibus Roboam eum ſuſcipiente propter timorem, ingreſſus fœ-
Templũ ſpo- dera non ſeruauit, ſed & templum expoliauit, & theſauros dominicos & regios
liatur. exhauſit, auri & argenti multa milia, & innumerabilia ſecum deuehens ornamen-

ta, &

ta; & nihil omnino illic derelinquens. Abſtulit autem & aureas lanceas, & ſcuta quæ rex fecerat Salomon: ſed neq; pharetras aureas dimiſit, quas Dauid ſumptas à rege Sophene deo dicauerat. Quod cum idem Suſſach feciſſet, ad propria remeauit. Meminit autem huius prælij & Herodotus Halicarnaſeus, qui ſolum modo circa regis nomen errauit. Sed quia & gentes alias multas inuaſit, & Palæſtinam Syriam ſubiugauit, capiens ſine prælio cunctos in ea regione degentes: unde palàm eſt, quia noſtram gentẽ ſubditam Aegyptijs indicare uult. Ait enim quomodo & ſtatuas eorum, qui ſine prælio ſe tradiderunt, reliquerit: & mulierũ genitalia in eis cælauerit. Roboam etenim rex noſter ei tradidit ſine prælio ciuitatem. Dixit autem & Aethiopas ab Aegyptijs didiciſſe genitaliũ circunciſionem. Phœnices autem & Syri in Palæſtina fatentur hoc ſe ab Aegyptijs didiciſſe: & palàm eſt, quomodo nulli alij circuncidebantur Syrorum in Palæſtina habitantium præter noſtros. Sed de his ſentiat quiſq; ut uoluerit. Igitur diſcedente Suſſacho, Roboam rex pro aureis lanceis & dypeis ærea eiuſdem numeri fecit: & cuſtodibus regalibus ſeruanda tradidit: & qui cum ſplendido principatu & daritate rerũ debuerat imperare, ſub multo ſilentio & timore regnauit: fuit autem Hieroboam regi cunctis temporibus inimicus. Mortuus eſt autem cum uixiſſet annis quinquaginta & ſeptẽ, in quibus regnauit annis decem & * ſeptem, uir ſuperbus, & fatuus: & qui nolens paternis amicis credere, perdiderat principatum: ſepultus eſt autem in Hieroſolymis in tumulis regum. Roboam itaq; ſucceſſit in regnum filius eius Abias: cum Hieroboam octauum & decimum annum iam haberet in regno. Et hæc quidem huiuſmodi fine ſunt conſumpta.

Herodotus.

De circũciſione uariarum gentium.

Aliàs. octo.

De morte filij Hieroboam & quomodo uictus ab Abia rege Iuda. Cap. XI.

COnſequens eſt nunc, ut de Hieroboam dicamus, quemadmodum & ipſe fuerit conuerſatus. Is enim nõ quieuit iniquitates facere coram deo: ſed quotidie in excelſis montibus erigebat aras, & ſacerdotes de populo faciebat. Contra quas impietates, ſupplicia non poſt longum tempus in eius caput & totius generationis ipſius erat relatura diuinitas. Illa ſiquidem tempeſtate, cum filius eius nomine Abimen ægrotaret, dixit uxori ſuæ ut mutata ueſte priuatum ſchema ſuſcipiens, iret ad Achiam prophetam, aſſerens eum uirum eſſe mirabilem, & futura prædicere, qui etiam de regno ei ſignificaſſet: & ab eo quaſi peregrina requireret, ſi puer languorem poſſet euadere. Quæ mutata ueſte, ſicut maritus ei præcepit, uenit in ciuitatem Silo, ubi morabatur Achias. Cúmq; foret domum illius ingreſſura, cum eſſet iam prophetæ uiſus ſenectute grauatus, apparuit ei deus, utrunq; denuncians, & quia Hieroboam regis ueniſſet ad eum uxor, & quid deberet pro quibus aderat reſpondere. Qua in eius domũ ueniente, ueluti priuata ſimul & peregrina, ille clamauit: Ingredere uxor Hieroboam, quid te cælas? Deum latere nõ potes, qui mihi & te uenturam eſſe denunciauit, & imperauit quæ tibi dicam. Reuertens igitur ad maritum, dic ei hæc præcepiſſe deum: Quomodo te magnum ex paruulo & nihil exiſtente, conſtitui regem: & ſcindens regnum à genere Dauid, tibi contradidi: túq; horum nõ recordatus, meamq; religionem deſerens, fuſileſq; deos efficiens, illos potius honoraſti: deijciã te denuo, & omne tuum genus exterminabo, & canum uoracitati uolatilium q; dabo: & quidem à

3. Reg. 14.

me ſuſcitabitur rex totius populi, qui de genere Hieroboam nullum penitus remanere permittet. Participabitur autem iſto ſupplicio etiam populus, & copioſa hac terra priuabitur, & trans Euphratem ulterius diſpergetur: quomodo cuncti regis impietates ſecuti, deos ab eo factos adorauerunt, & meam religionem uenerabilem reliquerunt. Tu uero mulier hæc marito feſtina renunciare: filium uero tuum inuenies eſſe defunctum. Te nanque ingrediente ciuitatem, ſpiritum mox amittet, ſepelietúrq; planctu populi communiter honoratus. Hicnanq; ſolus ex genere Hieroboam bonus fuiſſe perhibetur. Hæc nanq; propheta perhibente, exiliens turbata mulier de morte filij & lamentans, per uiam feſtinabat iter, lugens & ingemiſcens, filium utiq; quem in ſpe dereliquerat, uiuum ulterius nõ uidura, quem continuo mortuum eſſe crediderat. Quæ dum ueniſſet in ciuitatem, filium quidem ſicut propheta dixit, inuenit extinctum, regi uero cuncta narrauit. Hieroboam itaque nihil horum cogitans, multo exercitu congregato cõtra Abiam filium Roboam, qui in duabus tribubus patri ſucceſſerat caſtrametatus eſt: deſpiciebat enim illum propter ætatem. Qui dum Hieroboam inuaſionem audiſſet, obſtupefactus eſt: ueruntamen ultra prudentiam iuuentutis ſpe bellandi roboratus, electo ex tribubus duabus exercitu, occurrit Hieroboam ad quendã locum qui uocatur mons Amorræorum: & caſtra circunfigens, bello neceſſaria præparabat. Erat enim eius exercitus *ſexaginta milia uirorum. Hieroboam uero manus duplex erat. Cúmq; exercitus ex utroque ad opus bellicum, & certamina committenda eſſet iam in acie cõſtitutus, inſtans in loco excelſiore rex Abias manu ſilentium imperauit, & Hieroboam petit ut cum quiete prius audiret, factoq; ſilentio cœpit hæc dicere: Nec uos equidem ignoratis, quod deus principatum Dauid & eius ſoboli in tempore uniuerſo conceſſerit: miror autem quomodo recedentes à meo patre, ſeruo Hieroboam indecenter adhæſeritis, & cum eo nunc pugnaturi contra eos, qui à deo regnare decreti ſunt: adueniſtis, ut eorum regnũ his prælijs auferatis. Hactenus itaq; regnum Hieroboam iniuſte detinuit, quod non reor maiori eum tempore poſſeſſurum: qui à deo pœnas etiam de præterito nunc ſoluens, ab iniquitatibus & iniurijs ceſſabit, quas ei hactenus inferre præſumpſit: ſed & uos talia perpetrare coëgit, qui nullam à meo patre paſſi contumeliam: ſed tantum quia non in cœtu quæ uobis placerent locutus eſt malignis hominibus credens, illum quidem ut putatis ira faciente reliquiſtis. Quod autem uerius eſt, à deo uos & eius legibus abſtraxiſtis: cum potius ignoſcendum fuerat non uerbis ſolummodo durioribus, uiri iuuenculi & contentionis ignari: ſed etiam ſi ad aliquam difficultatem operis per iuuentutem fuiſſet inexperientiamq; perductus, propter Salomonem patrem, illius beneficia uobis ſæpe collata: quia uenia danda eſt utiq; peccatis filiorum, pro beneficijs & affectu parentum. Vos autem nihil eorum cogitaſtis, neque tunc neq; modo, ſed uenitis ſuper nos tantus exercitus. Vel in quo de uictoria confiditis? An in uitulis aureis & aris in montibus conſtitutis, quæ ueſtræ ſunt impietatis & non religionis indicia? An certe ſpem uobis multitudo præbuit, quæ caſtra noſtra tranſcendit? Sed nulla uirtus illic eſt, ubi licet cum multis milibus unus pugnat iniuſte? ſolummodo enim iuſtitia & pietate diuina ſpes uictoriæ conſiſtit immota, quæ ſcilicet apud nos eſt,

Abimen filium moritur.

Aliàs. quadraginta.

nos eſt,ſeruantes à principio leges,& proprium deum uenerantes: quem nō ma/
nus de putreſcibili ſylua fecerunt,nec excogitatio mali regis populi ſeductione cō
ſtruxit,ſed cuius eſt opus principium finiſq; cunctorum. Vnde ſuadeo nunc uo/
bis,ut pœnitentiam præteritorum habeatis,& meliora cogitantes dimicare ceſſe/
tis,paternaſq; leges recolatis,& quicquid ad magnitudinem uos tantæ felicitatis
euexit.Hæc equidem Abias eſt locutus ad populum.Adhuc autem eo loquente,
quoſdam militum Hieroboam latenter immiſit,ut Abiam ex aliquibus partibus
circundaret:quas exercitus non uideret.Qui cum inter hoſtes apparuiſſent,exer/
citus quidem conturbatus expauit. Abias autem confortabat eos, ut in domino
ſpem haberent,poſcebat. Tunc illi pariter inuocantes dei ſolatium, ſacerdotali/
bus tubis cum clamore hoſtes aggreſſi ſunt. Et illorum quidem audaciam ac
iuuentutem diſſoluit deus, exercitum autem Abiæ fecit excelſiorem. Nam
quanta in nullo bello refertur cædes fuiſſe commiſſa, neque Græcorum, ne/
que Barbarorum:tantos interimentes de exercitu Hieroboam, mirabilem & fa/
moſiſſimam perceperunt deo conferente uictoriam* Quingenta enim milia ho/ *Aliâs.quin/
ſtium bello proſtrata ſunt, eorumq; munitiſſimas ciuitates diripuerunt: inſuper quaginta.
Bethel eiusq; regionem forti dimicatione tenuerunt. Hieroboam itaq; hac per/
ditione fatigatus,nequaquam uires habuit,quantocunq; tempore poſt hæc Abi
as uixit.Qui tamen poſt hanc uictoriam paruo tempore ſuperuiuens,obijt cum
regnaſſet annis tribus.Et ſepultus eſt in Hieroſolymis,in paternis monumentis.
Reliquit autem filios quidem duos & uiginti, filias autem decem & * ſex, quos *Aliâs. ſeptem
omnes de uxoribus uiginti*quatuor procreauit.Huic ſucceſſit in regno filius eius *Aliâs.ſeptem.
Aſa,cuius iuuenculi mater fuit nomine Maacha:Quo regnāte omnis prouincia *Abia mortuo
Iſraëlitarum pace potita eſt annis decem. Hoc ergo modo Abiæ filij Roboam ſuccedit Aſa.
nobis geſta ſunt tradita.Mortuus eſt ergo Hieroboam,rex decem tribuum,cum
uigintiduos annos tenuiſſet imperium: ſucceſſitq; ei filius Nadab, ſecundo iam
anno imperij regis Aſa tranſacto: Regnauitq; Hieroboam filius annis duobus,
patris impietati malitiæq; concordans. In his autem duobus annis caſtrameta/
tus eſt contra Gabathon ciuitatem Palæſtinorum.Cumq; eam foret obſeſſione
capturus, dolum paſſus à quodam amico nomine Baaſa Meheli filio, mortuus
eſt.Qui poſt eius obitum potitus imperio, omne genus Hieroboam interemit:
& euenit,ut ſecundum prophetiam dei, alij quidem cognatorum Hieroboam in
ciuitate mortui lacerarētur à canibus atq; conſumerentur,alij uero in agris à uola
tilibus deuorarentur.Et domus quidem Hieroboam pro eius impietate atq; ini/
quitate hac uice dignam pertulit ultionem.

De uictorijs Aſa & Baaſa regum Iuda & Iſraël. Caput XII.

REx autem Hieroſolymorum Aſa,dum moribus eſſet egregius,& ſemper ad
diuina reſpiceret: nihilq; gereret neq; cogitaret,quod non eſſet pietati con/
ueniens, aut ad legum cuſtodiam pertineret,ſuum compoſuit regnum, abſcin/
dens cunctam ab eo nequitiam, & ab omni macula emundans. Habuit autem
exercitum electorum uirorum,arma ferentium,ſcuta & lanceas,de tribu quidem
Iuda trecenta milia:de Beniamin autem ſcuta arcusq; portantium, ducentaquin
genta milia. Cumq; iam decem regnaſſet annis, caſtra contra eum mouit cum

magno nimis exercitu Zareas rex Aethiopiæ, ducens pedestrium quidem nonaginta milia: equestrium uero decem milia: & currus trecentos. Qui dum usq; ad ciuitatem Marissam quæ est in tribu Iuda, cum exercitu suo uenisset, occurrit ei Asa, & castris contra eum positis in quadam conualle nomine Sebatatha, non procul à ciuitate, cum uidisset Aethiopum multitudinem, posebat à deo cum da more magno uictoriam, & ut tam multa milia hostium ipse perimeret. Neque enim & in alio confidendũ esse dicebat, quàm in eo qui posset etiam paucos multorum potiores ostendere, & facere infirmos fortissimis prævalere. Hæc orante Asa, signum uictoriæ deus ostendit: & cum gaudio diuinæq; uirtutis auxilio bello congressus, multos Aethiopum perculit, & conuersos in fugam persecutus est usq; ad Geraritidem regionem. Relinquentes autem hostium occisionem ad direptionem ciuitatis Gerareth quam ceperant, eorúmq; ad castra protinus accesserunt: ita ut tollerent multum aurum, multúmq; nimis argentum, prædamq; deueherent ualde mirabilem & camelos & subiugalia, & pecudum greges innumeros. Asa autem & eius exercitus sumpta huiusmodi à deo uictoria atque præda, in Hierosolymã remeauit. Quibus uenientibus occurrit in uia Azarias nomine propheta: & præcipiens, ut paululum à gressu itineris sustinerent, cœpit ad eos dicere, quod illa uictoria fuisset eis à deo concessa, eo quod iustos se sanctósq; seruassent, & omnia dei uoluntate fecissent. Quos in eius mandatis permanentes dixit semper hostibus prævalere, & habituros diuina uirtute felicitatem & prosperitatem, relinquentes autem religionem, in contraria deuenire: futurúmq; tempus, in quo nullus inueniretur uerax propheta in eo populo, neq; sacerdos qui iuste aliquid responderet: ob quam rem ita & ciuitates subuertendas, & gentem in omni terra dissemĩandam, & uitam miserabilem & inopem habituros. Suasit quoq; eis ut dum hoc haberent, bene agerent, & nequaquam à diuina deuotione recederent. Hæc audiens rex & populus, gauisi sunt: multúmq; studiũ & omnes in commune, & singuli circa iustitiam exhibebant: misitq; rex in omnem prouinciam præcipiens, ut legitima diligenter ubiq; seruarẽtur. Sic igitur Asa regis duarum tribuum actio gerebatur. Reuertar autem ad regem Baasan, qui Israëlitico populo præsidebat, occideratq; Nadab filium Hieroboam, & eius tenuerat principatum. Is enim in Thersa ciuitate degens, & habitaculũ ibi constituens, regnauit quidem annis uigintiquatuor: sed fuit malignus & impius ultra Hieroboam & filium eius, & populum multis malis afflixit, & deo fecit iniuriam. Qui mittens ad eum Gimon prophetam, prædixit & se & omne genus eius exterminaturum, & eisdem malis quibus domum Hieroboam percusserat perditurum: quia rex ab eo constitutus, beneficium non repensauit, ut iuste & pie populo præsideret: quæ primitus ipsis prodessent, deinceps deo gratissima forent: sed magis imitatus pessimum Hieroboam: cuius dum periisset anima, uiueret tamen eius in isto malignitas: dicebátq; supplicium malorum illius hunc habiturum, qui ei similis extitisse uidebatur. Baasa autem quamuis per prophetam audisset futuram sibi suóque generi pro commissis sceleribus ultionem, tamen de reliquo non quieuit, neque respexit, quia male agendo deperiret inglorius, & pœnitendo pro malis præteritis à deo ueniam mereretur: sed tanquam illi quibus præmium proponitur la-

Victoria Asa de Aethiopibus.

2. Paral. 15.

Prophetia Azarie.

3. Reg. 15.

Gimon propheta mittitur ad Baasan.

tur laborare non ceſſant, donec ad propoſita dona perueniant: ſic & Baaſa prophetæ prædicente ſibi futura, tanquam ſi ad magna dona concurreret, in pernicie ſui generis, & totius domus interitum, peior fieri quotidie non ceſſabat. Nanque uelut athleta nequitiæ, in his agebatur malis. Nouiſſime uero exercitu ſumpto, * rurſus aggreſſus eſt quandam non ignobilem ciuitatem, quæ quadraginta ſtadijs ab Hieroſolymis aberat: eamque capiens, cogitauit ut in ea exercitum deſtelinqueret: quatenus exinde procedens, terram Aſa regis inuaderet. Metuens etiam Aſa conamen hoſtis, cogitans quia poſſit exercitus qui Ramatha ceperat, eius uiolare prouinciam, miſit ad regem Damaſcenorum legatos, ſimul & aurum & argentum, petens ab eo ſolatiũ, & commemorans quia amicitiam antiquitus habuiſſent. Ille uero & pecuniarum opulentiam grate ſuſcepit, & ſolatia præbuit, ſoluens amicitiam quam habuerat cum Baaſan, miſitq; ad ciuitates quæ Baaſa uidebantur imperio ſubiacere, ut eas affligerent. Qui alias quidem incenderunt, alias depopulati ſunt, id eſt, Elon & Dan & Iabellan: & alias multas. Hæc audiens rex Iſraëlitarum, ædificare quidem Ramathan atq; munire ceſſauit. Enimuero cum ſtudio feſtinauit, ut propriis ferret auxilium. Igitur Aſa ex apparatu ædificiorum quæ Baaſa congregauerat, conſtruxit in eo loco duas fortiſſimas ciuitates, quarum altera Gabaa, altera uero Maſpha uocabatur. Et poſt hæc non habuit iam Baaſa tempus pugnandi aduerſus Aſa. Peremptus eſt enim à Creone, & ſepultus eſt quidem in ciuitate Therſa: cui ſucceſſit filius Helan. Hic autem cum regnaſſet duobus annis defunctus eſt, quem occidit Zamarias, equorum ordinis dimidij princeps. Nam dum epularetur apud diſpenſatorem ſuum nomine Oſa, ſuaſit quibuſdam equitibus ut ſubito diſcurrentes, eum armigeris & principibus deſolatum reperientes, occiderent. Illi nanque cuncti circa obſeſſionem Gabathenæ ciuitatis in Palæſtina poſitæ, occupati uidebantur. Perimens itaque Helan regem princeps equorum Zamarias, ipſe regnauit, & omne Baaſan genus ſecundum prophetiam Gimon interemit. Eodem nanque modo eius domus propter impietatem radicitus eſt euulſa, ſicut genus Hieroboam perijſſe deſcripſimus. Exercitus autem qui Gabathon obſidebat, audiens quod de rege contigerat, & quod Zamarias occidiſſet eum & inuaſiſſet imperium, & ipſi principem ſuum Amarin conſtituerunt regem. Qui à Gabathena urbe mouens exercitum, uenit in Therſa: & accedens ad ciuitatem, manu bellica eam cepit. Zamarias autem uidens ciuitatem fuiſſe detentam, fugit ad locum aulæ regiæ ſecretiorem, & ſuccendens eam ſemetipſum pariter cõcremauit, cum regnaſſet diebus ſeptem. Mox itaq; Iſraëlitarum diuiſus eſt populus, & alij quidem Thaman regnare uolebant, alij autem Amarin. Cumque uiciſſet pars Amarin, interemptus eſt Thaman, & in toto exercitu regnauit Amarin. Trigeſimo autem anno regis Aſa, Amarin ſuſcepit imperium, & tenuit annis duodecim. Quorum ſex quidem annis in Therſa fecit, reliquos autem in ciuitate quæ Mareon appellatur, à Græcis uero Samaria. Hic autem appellauit eam Samareon à Samaro quodam, qui ei montem uenundauerat, in quo ciuitatem conſtituerat. In nullo autem differebat priorum regum, niſi quod peior erat. Omnes enim quærebant modum, quatenus ſuis impietatibus quotidie populum facerent à deo recedere: & propterea

Aliàs, obſidebat Ramath.

Samaria unde dicta.

diſcerpſit eos,& nullum permiſit ex eorum genere ſupereſſe.Et is ergo defunctus eſt in Samaria,ſucceſſitq; ei filius ſuus Achab.Ex his enim cognoſcitur,quantam prouidentiam humanarum rerum probatur habere diuinitas: & quomodo bonos quidem eligit,malos autem abhorret & à radice diſperdit.Iſraëlitarum deinque reges,propter ſuam iniquitatem & iniuſtitiam,alter ſuper alterum irruentes, multi paruo tempore perierunt, & eorum genus exterminatum eſt. Aſa autem rex Hieroſolymorum,qui duabus tribubus præſidebat:& propter pietatem atq; iuſtitiam,ad longam felicemq; perductus eſt ſenectutem:& cum regnaſſet quadraginta uno annis, bona morte defunctus eſt. Quo moriente,ſucceſſit ei filius ſuus Ioſaphat, de Abiatha matre procreatus. Hunc autem imitatorem proaui ſui Dauid,pietate atq; fortitudine cuncti ipſis operibus crediderunt. Sed de hoc rege non eſt modo referendi neceſſitas.

De Achab & Iezabel & de Heliæ geſtis & Abdiæ. Caput XIII.

IGitur Achab Iſraëlitarum rex habitauit in Samaria, tenuitq; principatū annis uiginti & menſibus duobus: nihil amplius innouans, quàm priſci fecerant reges,niſi quod mali magnitudine tenderet ad peiora: omnem eorū nequitiam, & quod ad diuinam pertineret iniuriam uiuaciter imitatus,& præcipue Hieroboam imitatus iniquitatem.Is nanq; uitulas ab illo conſtructas adorauit, & ſuper hæc alia potiora molitus, duxit uxorem filiam Iethebaal regis Tyri & Sidonis, nomine Iezabel,per quam didicit eius adorare deos.Erat enim mulier nimis acerrima,ſimul & audax,quæ ad tantam uenit luxuriam atq; ueſaniam,ut etiam templum deo Tyri quem Baal appellabant,ædificaret,& plantaret omnium arborū lucos. Conſtituit autem & ſacerdotes falſoſq; prophetas, huic deo miniſtratu-ros. Sed & ipſe rex multos huiuſmodi circa ſe fouebat, ſtultitia atque nequitia
3.Reg.17. omnes priores ſuos excellens. Quidam igitur propheta ſummi dei de ciuitate Thesbon Galaaditis regionis,ueniens ad Achab,dixit ei:Quia prædiceret deus, neq; imbrē,neq; rorē illis annis in ea prouincia ſe miſſurū, niſi ipſe rurſus apparuiſſet.Et in his dictis cū iuraſſet,acceſſit ad partes auſtrales,& habitauit circa torrentem quendam, unde poculi habebat auxilium: nam corui cibum ei quotidie
Corui paſcūt Heliam. deferebant.Cúmque fluuius ſiccitate nimia defeciſſet,in ciuitatem Sareptam nō procul à Sidone Tyróq; deuenit,quæ ciuitas in harum medio conſtituta eſt.Deus enim præceperat illic cuidam mulieri uiduæ, ut cibum ei præberet.Et cum non procul eſſet à porta,uidit mulierem uiduam ſibimet colligentem ligna. Cui cum deus ſignificaſſet,hanc eſſe quæ ei cibū miniſtratura eſſet,accedens ſalutauit eam, & ad bibendum aquam ſibi tribui poſtulauit.Quæ cum præcederet, denuo uocans eam,etiam panē ſibi poſcit afferri.Illa cum iuraſſet nihil ſe intus habere, niſi modicum farinæ & paululum olei:& propterea perrexiſſe ad colligenda ligna, ut cōſperſa farina ſibi quoq; ſuóq; filio panes faceret: cum aliud nihil ſupereſſet, niſi ut fame morerentur,ait propheta:Confidens perge,& in ſpe meliori conſiſte, & faciens primitus mihi pabulum defer. Prædico nanq; quia non tibi deficiet hydria farinæ,neq; uas olei,donec dei gratia imbrem fundat in terras.Hæc ei dicente propheta,ueniens ea,quæ dixerat,fecit. Et ipſa habuit pabulum, & filio miniſtrauit pariter & prophetæ:nihilq; horum defuit eis,donec ſiccitas deficeret.Me-

minit etia-

minit etiam ſiccitatis huius & Menander in geſtis Ithabali Tyriorum regis, ita dicens: Et ſiccitas ſuper eos facta eſt à menſe hyperueretæo uſq; ad alium annum hyperueretæi. Qui dum deo ſupplicaret, multa flumina ſunt emiſſa. Is nanq; ciuitatem Bothrum ædificauit in Phœnice & Auzoniblipſa. Et hæc quidem ait, ſub Achab factam ſignificans ſiccitatem. Hoc enim tempore etiam Ithabalus, cuius Menander fecit mentionem, regnauit in Tyro. Mulier itaque, quam paulo ante prædiximus pabulum prophetæ præbuiſſe, cum cecidiſſet eius filius in languorem, ita ut animam dimitteret, & mortuus appareret, deflens & manibus ſemetipſam ualde diſcerpens, uoccſque quas dictabat luctus emittens, accuſabat apud ſe factam prophetæ præſentiam, quaſi ipſe peccata eius argueret, & ideo puer fuiſſet extinctus. Ille uero eam æquo animo eſſe præcipiens, & ſibi filium cõtradi dicens, uiuum ſe eum reſtituere promiſit. Qua tradente, portans eum ad locum in quo ipſe degebat, & in lectulo collocans, damabat ad dominum dicens, quia non fuiſſet mulieri bene repenſatum quæ illum ſuſceperat & nutrierat, cum eius filius fuiſſet ablatus: rogabátque, ut denuo animam puer reciperet, eiq; uiuendi copia præberetur. Cúmque deus & matris habuiſſet miſericordiam, & uellet precibus prophetæ rogantis annuere, ne uideretur ad eam pro læſione ueniſſe, continuo contra omnem opinionem reuixit puer. Illa uero gratias prophetæ referens, tunc aperte ſe cognouiſſe dicebat, quia loqueretur ei uere diuinitas. Tranſacto ſiquidem paruo tempore, uoluntate dei pergebat ad regem Achab, futurum enunciaturus imbrem. Aerumna enim & neceſſariorũ inopia prouinciam nimis inuaſerat: ita ut non ſolũ homines propter ſiccitatem, ſed etiam cætera animalia fames afficeret. Rex igitur reuocans quendam Abdiam, qui erat ſuper iumenta eius, dixit ei, ut ad fontes aquarum & torrentes pergeret, quatenus paſcua animalibus inueniret. Qui dum miſiſſet in cunctum orbem terrarum, ad quærendum prophetam Heliam, nec inueniſſet, præcepit ut eum etiam ipſe requireret. Quod dum fieri placuiſſet, & rex & Abdias per ſingula itinera perrexerunt. Contigerat itaq; tempore quo Iezabel regina prophetas occiderat, ut centum prophetas iſte in ſpeluncis abſconderet, eoſque ſolummodo pane & aqua nutriret. Cum igitur Abdias receſſiſſet à rege, propheta ei Helias occurrit. A quo requiſitus quis eſſet, & agnoſcens eſſe prophetam, protinus adorauit. Cui propheta: perge, inquit, ad regem, & dic ei quoniam aſſum. Cui ille reſpondit: Quid mali paſſus es à me, ut illuc me mittas, ubi poſſim indubitanter occidi. An ignoras, quoniam nullũ reliquit locum, quò non direxerit, ut te repertum ad caſum necis adducat. Præcauebat enim, ne dum regi nunciaret, & illo alibi diſcedente mentiri uideretur, morti ſuccumberet: commemorabátq; ei quemadmodum cum Iezabel prophetas occideret, centum ipſe abſconſos, & multos alios in ſpelæo liberaſſet. Cui propheta, nihil metuens, ait, ad regem feſtinus accede: præbuitq; ei iuriſiurandi religionem, quoniam illa die ad Achab regem ipſe quoque ueniret. Cúmq; regi nunciaſſet, quia uidiſſet Heliam, mox occurrit Achab: requirens cum iracundia, ſi ipſe eſſet qui in populo Hebræorum autor inopiæ exiſteret. Tunc propheta in nullo formidans ait, eum potius mala omnia perpetraſſe, eiuſque genus in illam prouinciam deos alienos introduxiſſe: & deum qui ſolus eſt reliquiſſe. Sed nunc,

Menander hiſtoriographus

Helias filium uiduæ reſuſcitat.

Abdias unus ex duodecim prophetis.

3. Reg. 18.

Rex Achab Heliæ occurrit.

inquit, omnem populum ad montem Carmelum præcipe congregari, nec non prophetas tuos pariter & ſacerdotes, quotcunque ſunt numero, prophetasq; lucorum quaſi quadringentos. Qui dum omnes ad prædictum montem Achab uocante uenissent, ſtans in medio eorum Helias ait: Quousq; diuisam mentem & uoluntatem habentes, in hac conuerſatione perſiſtitis? Si quidem putatis noſtræ prouinciæ deum uerum & ſolum, eum ſequimini, eiusq; mandata ſeruate: ſi uero hæc non exiſtimatis, ſed peregrinis creditis, illisq; exhibendam etiam putatis eſſe culturam, eis nihilominus obedite. Cumq; nihil populus ad talia reſponderet, petijt Helias pro experimento fortitudinis alienigenarum deorum, & ſui, cuius ſolus ipſe propheta remanſerat, cum illorum eſſent numero quadringenti, ut ſumeret bouem, & eum occiſum ſuper altare poneret, nequaquam igne ſuppoſito: ſimiliter autem illos facientes inuocare proprios deos, quatenus illorum hoſtias concremarent: hoc, inquit, facto cognoſcetis ueram dei prævalere naturam. Quod dum placuiſſet, ait Helias, ut eligentes bouem illi primitus occiderent, & deos ſuos inuocarent. Quorum dum non audiretur oratio, deridens Helias, magna eos uoce ad deos ſuos clamare monebat, quia aut profecti aliquò fuiſſent, aut forte dormirent. Illis autem à matutino uſque ad mediam diem hoc facientibus, & ſemetipſos more patrio cultris & gladijs incidentibus, & nihil agentibus: cum ipſe eſſet etiam hoſtias oblaturus, illos quidem abire præcepit, populum uero in proximo iuſſit accedere: ut uiderent & cuſtodirent eum, ne ignem lignis latenter immitteret. Cumq; populus acceſſiſſet, ſumens duodecim lapides, ſecundum tribus Hebraici populi, conſtituit ex eis altare: & circa eum foueam fecit ualde profundam, & impoſuit ligna ſuper altare, & in his ſuperpoſuit hoſtias: præcepitq; ut quatuor hydriæ de fonte completæ funderentur ſuper altare, donec foueа illa quæ aquam ſparſam ex altari ſuſcipiebat, impleta manaret. Quo facto cœpit orare deum, & clamare, ut erranti populo multo iam tempore, ſuam manifeſtam faceret poteſtatem. Cumq; dixiſſet hæc, repente ignis de cœlo uidente populo cecidit ſuper aram, & conſumpſit hoſtias uniuerſas: ita ut etiam aqua ipſa concremaretur, & locus ad cineres uſq; perduceretur, qui hactenus ita perdurat. Hoc uidentes Iſraëlitæ, ceciderunt in terram, & adorauerunt unum deum, maximum, ſolum, uerumq; prodamantes: alios uero fallaciter ſe & uana opinione coluiſſe. Tunc cõprehendentes prophetas ſuos, cunctos Helia præcipiente peremerunt. Dixitq; propheta regi: Perge ad conuiuium tuum, nihil de cætero cogitans: poſt paululum nanq; à deo imbrem largiſſimum uidebis effundi. Igitur Achab poſt hæc uerba diſceſſit. Helias autem in culmen Carmeli montis aſcendens, poſitis in terra genibus, eisq; coniungens caput orauit. Quo facto, iuſſit ut eius miniſter pergens in quendam ſcopulum, ad mare reſpiceret, & ſi aliunde nubem ſuſcitari uideret, ipſi diceret. Tunc etenim erat aër ualde puriſſimus, & ſerenitate perſpicuus. Quo aſcendente ſæpius, nihilq; uidere ſe dicente, dum ſepties hoc feciſſet, ait ſe uidere aërem aliquo modo, non tamen amplius quàm unius hominis veſtigio, nigreſcentem. Quod dum audiſſet Helias, miſit ad Achab iubens, ut ad ciuitatem citius abiret, antequam imber irrumperet. Qui mox in urbem Iezraël feſtinus aduenit. Tunc repente ſiquidem aëre obducto caligine, & nubibus adoperto,

Helias probat ſuũ deum experimento.

Falſi prophetæ perimũtur iuſſu Heliæ.

Helia orante imber uberrimus effuſus eſt.

perro, ſpiritus uehemens exortus, & uberrimus imber effuſus eſt. Prophe-
ta diuinitus inſpiratus, ante currum regis ad ciuitatem Iezraël uſque perrexit.
Audiens itaque uxor Achab Iezabel ſigna quæ fuerant ab Helia celebrata, &
quia prophetas ſuos occidiſſet, indignata miſit ad eum nuncios, & per eos inter- 3. Reg. 29.
minata eſt ſe eum ita interfecturam, ſicut perdiderat ille eius prophetas. Tunc
formidans Helias, fugit in ciuitatem nomine Berſabee: hæc eſt autem in ultimo
ſortis Iudæ, in terra Idumæorum: quo relinquens ſuum miniſtrum, abſceſſit in
eremum, & orauit ut moreretur: non enim ſe meliorem patribus eſſe dicens, ut
illis perditis ipſe uiuere aliquatenus exoptaret. Quo facto circa quandam arbo-
rem obdormiuit. Et cum eum aliquis excitaſſet, ſurgens inuenit cibum & aquam.
Comedens autem & percipiens ex illius cibi refectione uirtutem, uenit ad mon-
tem Sinai, ubi Moſes legem à deo dicitur accepiſſe: inueniensq; in eo ſpelun-
cam quandam, ingreſſus in eam commorabatur. Cúmque eum uox quædam ex
incerto facta requireret, ut quid illic adeſſet, & cur reliquerit ciuitatem: ait, eò
quod occidiſſet prophetas alienigenarum deorum, & populo comprobaſſet quia
unus ſit deus, quem ab initio coluiſſent, ob hoc ad ſupplicium quæreretur à regis
uxore. Rurſus autem audiens, ut ſub diuo procederet, & quid oporteret fieri alte-
ra die cognoſceret, ex ſpelunca digreſſus eſt: & facto ſubito terræmotu, ſplendo-
rem fulgentis ignis inſpexit: factoq; ſilentio uox diuina nequaquam eum time-
re præcepit, quem nullus deterrere poſſet inimicus: iuſſitq; ut domum reuertens,
ungeret populi regem Hieum. Namaſſi filium: in Damaſco uero Syriæ Aſahel:
pro ſe autē prophetam conſtitueret Heliſæum de ciuitate Abela: ut totius impi-
os populi perimeret, alios quidē Aſahel, alios autem Hieus. Hæc audiens Helias
reuerſus eſt ad regionem Hebræorum, & inueniens Heliſæum filium Saphat
arantem, & cum eo quoſdam alios uſque ad iuga duodecim, accedens proiecit ſu-
per eum pallium ſuum. Heliſæus autem cœpit continuo prophetare, & relictis bo- *Heliſæus pro-*
bus ſecutus eſt eū: rogans ut ei permitteret, quatenus parentes proprios ſaluta- *phetæ efficitur*
ret. Quo iubente ut ita faceret, ualedicens eis, ſecutus eſt: & fuit Heliæ cuncto tem
pore eius uitæ diſcipulus & miniſter. De hoc itaq; propheta hæc dixiſſe ſufficiat.

De agro Naboth interfecti, & pœna Achab, eiusq; bellis in Syros, cum geſtis Ioſa-
phat & uerbis Micheæ prophetæ. Caput XIII.

QVidam igitur Naboth, de Azari ciuitate, regio agro uicinus, rogante rege, 3. Reg. 21.
ut ei uicinum agrum quolibet precio uenundaret, quatenus eo coniuncto
poſſeſſionem faceret meliorem: qui ſi nollet pecunias accipere, ex eius agris quem
uellet eligeret: Naboth dicente, hoc ſe facere nolle, ſed paternam ſortem quam
eligerat poſſidere: contriſtatus rex, quia alienum prædium non poſſet accipere,
neq; lauacris uſus eſt, neque cibis. Iezabel autem uxore ſua requirente cur ita con
triſtaretur, cum neque balneas, neque prandium appeteret, neque cœnam: nar-
rauit ei Naboth ſuperbiam: & quia dum ipſe manſuetis ſermonibus, & inferio-
ribus à regia dignitate locutus ei fuiſſet, nō impetrando quæ poposcerat, pertuliſ
ſet iniuriam. Illa uero rogabat, ut à puſillanimitate triſtitiaq; recederet, & ſuo cor
pori ſolenniter prouideret, ſe dicens de Naboth ſupplicio cogitare. Quæ mittens
literas ad iudices Iſraëlitarum ex nomine Achab, iuſſit ut ieiunarent omnes: &

habito

habito conuentu Naboth facerent præſidere, cum utiq; inſignis eſſet genere: & inſtruerent tres quoſdam uiros audaces, qui contra eum teſtimonium dicerent, quaſi deo blaſphemaſſet & regi: & hoc modo perimeretur. Naboth itaque ſecundum ſcripta reginæ & teſtimonio contra ſe perhibito quaſi deo blaſphemaſſet & regi, lapidatus & mortuus eſt. Audiens autem Iezabel, ad regem ingreſſa mox eſt, eiq; dixit: ut uineam Naboth gratis acquireret. Achab itaque lætatus in his quæ acta ſunt, exiliens è lecto, pergebat uineam Naboth inſpecturus. In hoc indignatus deus, miſit prophetam Heliam ad agrum Naboth, quatenus ad Achab accederet, eiq; de his quæ fuerant geſta loqueretur: & quod occidens uerum dominum agri, ipſe illius hæreditatem poſſideret iniuſte. Cum ergo uenisſet ad eum, dicente rege quid uellet, ait, quia peccato pollutum eum inueniſſet, in illo loco in quo Naboth mortuus canibus uidebatur fuiſſe deuoratus: eius que ſanguinem & uxoris ita fundendum, & omne genus eius eſſe perituru, eo quod huiuſmodi impietates effecerunt, & contra leges patrias ciuem iniuſte perimerint. Contriſtatus autem Achab, & pœnitentiam agens, ingreſſus eſt: & indutus ſacco nudis pedibus ambulabat, non appetens penitus cibum, & peccata ſua confitens, & deum hoc modo placare contendens. Tunc deus prophetæ dixit: Achab quidem uiuente, eius generi differendum eſſe ſuppliciũ, ſed eius filij temporibus inferendum. Et hæc quidem Helias cum regi dixiſſet, abſceſſit. His itaq; temporibus, Adadus filius Adadi regis Syriæ & Damaſci, collecto prouinciæ totius exercitu, & ſolatijs trigintaduorum regum habitantium trans Euphraten, contra Achab caſtrametatus eſt. Ille uero cũ par nõ eſſet exercitu, ad dimicandũ non præſumpſit accedere: ſed omnia neceſſaria in ciuitatibus munitis includens, ipſe manſit in Samaria. Habebat enim hæc muros ualde fortiſſimos, & erat inexpugnabilis obſidentibus. Rex uero Syriæ exercitu ſumpto uenit ad Samariam, & obſidens eam, præconem miſit ad Achab, petens ut eius legatos ſuſciperet, & quid uellet cognoſceret. Quod dum rex Iſraël fieri permitteret, uenientes legati rege mandante dixerunt diuitias & uxores & filios Achab Adado regi dandas: etſi promitteret hæc ita facienda, ut tolleret horum quæcunque uellet, caſtra ſolueret, & ab obſeſſione ceſſaret. Achab autem legatis dixit, ut euntes ſuo dicerent regi, quia & ipſe & omnis illius poſſeſſio eius foret. Hæc illis renunciantibus, miſit denuo, altera die miſſurum ſe famulos, qui eius regalia perſcrutarentur, & amicorum & cognatorum domos, & quicquid in eis optimum reperirent, auferrent: & quæ diſplicerent, ſola relinquerent. Achab itaque ſecunda legatione Syrorum regis uehementer affectus, collecto populo in eccleſia dixit, quia ipſe quidem paratus fuerit pro ſalute & pace cunctorum, & uxores ſuas, & filios, & omnem dare poſſeſſionem: & quia hæc rex Syrorũ prima legatione, quæſiſſet, nunc, inquit, denuo miſſa legatione, petit perſcrutandas domos, ut quicquid in eis optimũ inueniri poſſit, auferat: & occaſionem hanc machinatus oppugnat: & ſciens quia meis rebus non pepercisſem, ad ueſtras acceſſit: ego uero quod uobis placuerit, exhibebo. Populus autem reſpondit, ei non obediendum, ſed magis contemnendum eſſe: & ad bellandum ſe præparatos exiſtere. Legatis itaque rex reſpondit, ut abeuntes dicerent regi, quia primæ quidem petitioni paratus eſſet obedire: ma-

Naboth lapidatur.

Pœnitentia Achab.

Bellum Adadi Syrorũ regis cõtra Achab.

dire: maneret autem pro ciuium ſecuritate ſolicitus, nec ſecundam petitionem poſſet implere, dimiſitq; eos. Adadus autem audiens hæc, potius indignatus, tertiam legationem miſit ad Achab, interminando atq; dicendo, quia altiorem terræ congeriem muris, de quibus ille præſumebat, erigeret: ſi ſingulos terræ pugillos de exercitu ſuo unuſquiſq; portaret: & his eum interminationibus deterrebat. Achab autem reſpondente, quia non deberet gloriari, qui armis eſſet accinctus, ſed qui bello ſuperior demonſtratus: legati uenientes, & regē cum triginta* tribus, qui in eius ſolatio uenerant, regibus inuenientes in epulis, renunciauerunt ei reſponſum. At ille repente præcepit circundari ciuitatem, & aggeres circa eam extolli, & nullo modo ab obſeſſione relinqui. Achab autem erat in his geſtis cum omni populo in anguſtia conſtitutus. Tunc tamen ſecurior factus eſt & à formidine releuatus, cum ad eum quidam propheta ueniſſet, atq; dixiſſet, promiſiſſe deum, ut tanta hoſtium milia eius ditioni contraderet. Quo requirente, per quos hæc uictoria proueniret: per filios, inquit, principum, te ſcilicet eorum imperitiam præcedente. Conuocans autem filios principum rex, inuenit quaſi ducentos triginta duos: & agnoſcens Syrum ad conuiuium fuiſſe conuerſum, aperiens portas: filios principum mox emiſit. Exploratoribus autem renunciantibus Adado, quid geretur, deſtinauit qui eis occurrerent: præcipiens, ut ſiquidem ad prælium uenirent, eos ad ſe ligatos adducerent: ſi uero pacifici eſſent, idem efficerent. Achab autem exercitum habuit alium intra murum in ſubſidijs præparatum. Porrò filij principum congreſſi Syrorum cuſtodibus, multos eorum interemerunt, & alios uſq; ad caſtra ſecuti ſunt. Videns autem eos rex Iſraël uincentes, etiam alium exercitū dimiſit exire. Qui repente in Syros irruentes, prævaluerūt eis. Non enim Syri ſperabant, eos ſuper ſe ſic inopinabiliter uenturos. Quos propterea inuenientes nudos & ebrios, ita perſecuti ſunt, ut illi etiam arma ſua relinquentes, fugerent, & uix in equo rex potuiſſet euadere. Achab autem multo in itinere perſecutus interfecit Syros, & eorum caſtra diripuit: & inueniens in eis diuitias auri & argenti non paruas, & curuum Adadi, & equorum, in ciuitatem denuo remeauit. Dicente uero propheta, ut præpararet exercitum, quia futuro anno denuo ſuper eum Syri reuerterentur, Achab in ciuitate hæc agebat. Adadus autem cum quanto potuit exercitu, de prælio liberatus, cum amicis proprijs cogitabat, quem admodum cum Iſraëlitis denuo dimicaret. Qui in montibus equidem non pugnandum eſſe dicebant, quaſi dij eorum in locis talibus non prævalerent, & propterea tunc ab eis eſſent euicti: ſed ſi in campo gererent bella, deuincerent. Super hoc autem dabant cōſilia, ut reges quidem qui uenerant in ſolatium eius, ad propria remeare dimitteret: & eorum exercitum prælijs retinens, ſatrapas ordinaret: & in loco* occiſorum, exercitum de prouincia eorum eligeret: & equos, curruſque ſuppleret. Credens hæc ſibi bene dicta rex Syrorum, diſponebat exercitum: uerisque tempore caſtra mouens, accedebat ſuper Hebræos: ueniens que in ciuitatem Aphecam, in magno campo caſtra conſtituit. Achab autem occurrens cum ſua uirtute, è diuerſo tabernacula ſua fixit. Erat enim quantū ad Syros paruus ualde eius exercitus. Tunc rurſus acceſſit ad eum propheta, & uictoriam deū dare promiſit, ſuamq; uirtutem oſtendere: quia nō ſolū in montibus, ſed etiam in

Aliâs, duobus

Syri uincuntur.

Aliâs. caſtrorum.

etiam in campis existeret,quod apud Syros non ita constatet. Igitur diebus septem castris positis quiescebant: septima uero die diluculo procedentibus hostibus,aciemq; constituentibus,ad pugnandū è diuerso & Achab suum dirigit exercitum. Tunc congressus robustissima dimicatione commissa, hostes conuertit in fugam,& ad eorum interitū persequens imminebat. Illi uero suis curribus impediti,ad inuicem sunt extincti: paucique diffugere ualuerunt in ciuitatem Aphecam. Sed & ipsi sunt mortui:muris enim cadentibus super eos,uigintiseptem milia defecerunt. In prælio autem centum milia sunt occisa. Rex autem Syrorum Adadus fugiens,cum quibusdam sibi fidelissimis seruulorum in subterraneo loco cælatus est. Cui dum dixissent serui, quia clementes essent & misericordes Hebræi, & possent modo consueto rogati salutem ei conferre, si adeuntes rogarent Achab,dimisit eos hoc agere. Tunc illi induti saccis,& restibus sua capita alligantes (sic enim olim captiui rogabant) Syri ad Achab uenerunt,petentes eū ut Adadus rex mereretur salutem ab eo, qua gratia eius foret seruus. Ille uero dicens se libenter habere si uere uiueret,nec in bello defecisset: honorem quoque ac deuotionem exhibiturum se ei ut fratri debitam promisit. Tunc illi accipientes iusiurandum,quia nihil pateretur aduersum,eduxerunt eum de loco in quo uidebatur esse cælatus: & sedenti in curru obtulerunt Achab. Qui cum adorasset eum, dans ei Achab dexteram,eleuauit eum in curru,& osculatus est eum: iussitq; esse securum,dicens,ut nihil mali deberet de cætero formidare. Adadus autem gratias egit,& nullo tempore se obliuisci hæc beneficia compromisit: sed etiam ciuitates Israëlitarum,quas tulerant reges ante eum, se redditurum dixit, & Damascum: ut ita rex Hebræorum egrederetur ad suam, sicut maiores eorum in Samariam. Celebratis itaq; fœderibus inter eos,ita Achab multis muneribus donatum Adadum,ad proprium dimisit imperium. Igitur bellum Adadi regis Syrorum,quod habuit aduersus Achab & Israëlitas,hoc modo terminatum est. Interea quidam propheta nomine Micheas,accedens ad unum Israëlitarum, petijt ut eum in capite pro uoluntate dei percuteret. Quo nolente,prædixit ei,quia eo quod inobediens esset deo eiusq; præcepto,occurrente leone perimeretur. Quod dum illi homini contigisset, propheta rursus accessit ad alium, & ut idem faceret imperauit. Qui dum percussisset eum,& eius uerticem cruentasset,alligato capite accessit ad regem,dicens ei:quia dum esset in exercitu cōstitutus,accepisset à quodam tribuno seruandum captiuum: sibiq; ab eo dictum, ut si captiuus fugeret, ipse moreretur: quo fugiente,is qui eum tradiderat, mortem ei minaretur inferre. Tunc respondente Achab, mortem ei imminere iustissimam, soluens caput agnitus est Micheas esse propheta: Hac enim parabola utebatur, propter sermones quos erat ei dicturus. Ait nanq;,quoniam cum deus ei concessisset ut suppliciū hostis euaderet,ipse inimicū eis Adadum qui deum blaphemauit dimisisset,& propterea deus decreuisset ipsum quidem ab illo perimi,populum uero ab eius exercitus inuasione consumi. Iratus uero Achab prophetæ, illū quidem clausum seruari iussit. Confusus autem Micheæ sermonibus,ad suam domū remeauit. Igitur de Achab hæc dixisse sufficiat. Reuertar autem ad Hierosolymorū regem Iosaphat:is enim augens suum imperium,& exercitū in ciuitatibus & subiectorum

Numerus ceforum.

3.Reg.20.

3.Reg.22.

ctorum prouinciam uniuerſam cõſtituens,non minores q̃ auus eius,ab hoc tem pore quo Hieroboam ſuper decem tribus regnauerat, munitiones ubiq; conſti tuit.Habuit enim propitiam & cooperatricem ſibi diuinitatem,quum eſſet iuſtus & pius, & quid boni coram deo faceret,ſingulis diebus inquireret. Honorabant enim eum reges in circuitu conſtituti,munera conferentes, ita ut diuitias haberet ampliſſimas,& gloriam ualde prædaram.Anno ſiquidem tertio regni ſui,conuo cans prouinciæ ſuæ principes & ſacerdotes, iuſſit ut peragrantes ubique omnem populum ſub eo conſtitutum,docerent per ſingulas ciuitates leges Moſeos, atq; ut eas ſine præuaricatione ſeruarent, & circa eius religionem deuoti ſemper exi ſterent.In his etenim cuncta multitudo ita gauiſa eſt,ut nullus alius amplectere tur potius,neq; diligeret,quàm leges ſeruare,Sed etiam confines nimis amabant Ioſaphat,cum quo etiam pacis fœdera celebrabant: eiq; Palæſtini ſolita tributa reddebant:& Arabes annis ſingulis miniſtrabãt agnas trecentas ſexaginta & to tidem hœdos:muniuitq; maximas ciuitates atque fortiſſimas, & exercitus in eis contra hoſtes & arma præparauit. Tunc enim erat ex tribu quidem Iuda exerci tus armatorum trecenta milia uirorum, quorum principatum habebat He drous: Ioannes autem ducentorum milium princeps erat:de tribu uero Benia min Archarios habuit ducenta milia. Alter autem princeps militiæ nomine Ge zonat,armatorum habebat centum milia:& præter hos alia centum milia qui re gi famulabantur:quos direxit per munitiſſimas ciuitates. Is filio ſuo Ioram acce pit uxorem filiam Achab,qui decem tribubus imperabat, nomine Gotholiam. Quumq; poſt tempus ad Samariam perrexiſſet,opulenter eum Achab ſuſcepit: & populo qui eum ſequutus fuerat, daram ualde largitatem hoſpitalitatis exhi buit:id eſt,tritici & uini & pecudum ubertatem: rogauitq; ut contra regem Syro rum ei ſolatia non negaret, quatenus Ramatha ciuitatem in Galaad cõſtitutam auferret,quia eius patris primo fuerat,& à patre tunc regis Syriæ uideretur abla ta.Promittens uero Ioſaphat ſe ſolatia daturum,quãdo non ab illius minor erat eius exercitus,& euocãtes ex Hieroſolymis ad Samariam ſuum populum,egreſ ſi foras ciuitatem ambo reges,& in propriis ſoliis utriq; reſidentes, ſuum exerci tum diſponebant. Ioſaphat autem inter hæc iuſſit,ut ſi quis prophetarũ adeſſet, euocatus conſuleretur:ſi eſſet eo tempore prælium contra Syros agendum. Fue rat nanq; tunc pax Achab unà cum Syro permanens annis tribus, ex quo eum poſt captiuitatem dimiſerat ad propria remeare uſq; ad illum diem. Vocans er go Achab prophetas ſuos quaſi numero quadringentos,iuſſit conſuli deum,ſi ei aduerſus Adadum uictoriam pugnandi concederet, & captionem ciuitatis pro pter quam bellum præparabat,inferre. Prophetis autem dicentibus,pugnare ſi mul & uincere,& Syrum eſſe captiuandum ſicut & prius:intelligens in eorum ſer monibus Ioſaphat quia falſi eſſent prophetæ: requirebat Achab regem, ſi alter quis eſſet propheta dei, ut certius de futuris agnoſcerent. Achab autem eſſe qui dem dixit,ſed inuiſum ſibimet hominem:eo quod mala prophetaret,& prædixiſ ſet à Syrorum rege eum moriturum: quapropter in cuſtodia tunc teneretur: cu ius nomen erat Michẽas filius Obei. Quumq; petiſſet Ioſaphat eum uocari,mit tens Eunuchum,eduxit eũ.Et dum Eunuchus iſſet, indicauit ei omnes alios pro

Ammonitarum & Mo abitarũ contra Ioſaphat pugna atque deuictio,

Falſorum prophetarũ diuinatio,

phetas regi uictoriam prædixiſſe. Ille uero dixit, nihil ſe aliud de rege fore dictu-
rum, niſi quod deus in ore eius poſuiſſet. Quum ueniſſet ergo ad Achab, eumq;
coniuraſſet, ut quod uerum eſſet, ediceret: ait, oſtendiſſe deum ſibi Iſraëlitas fugi-
entes in perſecutione Syrorum, & ab eis cunctos diſpergi per mõtes, ſicut greges
paſtoribus deſolatos: dicebátq; ſignificatum ſibi, eo quod alíj quidem reuerteren
tur ad propria: ipſum uero ſolummodo periturum in prælio. Quumq; Micheas
hæc dixiſſet ad Ioſaphat, Achab ait: Nónne pauloante ſignificaui tibi, qualis ſit
circa me hominis huius affectus, & quia peſſima mihi prophetaret? Et quum Mi
cheas diceret eum oportere omnia, quæ à deo dicebantur, audire, & quia falſi pro-
phetæ eum exacuerint, ut ſpe uictoriæ egrederetur ad bellum, immineret autem
caſus eius in prælio, erat Achab triſticia remiſſus. Interea Sedechias quidam fal-
ſus propheta accedens ad regem, ait: non eſſe reſpiciendum Micheam, quia nihil
diceret ueritatis: & indicio ſimul utebatur Heliæ, qui prophetaſſet in Iazara ciui-
tate in agro Naboth ſanguinem eius à canibus lambẽdum: ſicut & Naboth qui
per eũ à populo fuiſſet occiſus. Quibus ab illo ſic prophetatis, Micheam dicebat
eſſe mendacem, quando meliori prophetæ dicere contraria uidebatur: & quia rex
tertia die moreretur. Cognoſcetis, inquit, repente, ſi uera ſunt quæ dicit iſte: aut ſi
poteſt ſpiritus ſancti habere uirtutem. Cæſus enim palmis à me noceat meæ ma
nui: ſicuti Iadon dextrã regis Icroboam aridam fecit, dũ eum comprehẽdere uo-
luiſſet. Hoc enim omnibus notũ eſt. Quumq; percuſſiſſet Micheã, & nihil fuiſſet
paſſus, confortatus Achab in ſemetipſo: contra regem Syrorũ mouit exercitum.
*Falſi pro-
phetæ uer-
ba præualu-
erunt.*
Vincebat, arbitror, illud quod immineret: & falſi prophetæ uerba plus q̃ erat ue-
ritas credibiliora fecit, ut ex occaſione peruenire ad finem. Tunc ſtans Sedechias
& faciẽs ſibi cornua ferrea, dixit ad Achab: quoniã manifeſtaſſet ei deus in illis o-
mnem Syriã ſubuertendam. Micheã uero dicentẽ: quia Sedechias non poſt mul
tos dies de cubiculo in cubiculũ ſe cælaret, ut quæreret pœnam ſui dedinare men
dacij: iuſſit rex in cuſtodiam duci ad Achamum principem ciuitatis, & nihil aliud
amplius ei, præter panem & aquam, miniſtrari.

Quomodo Achab contra Syros pugnando deuictus eſt, & ſagitta percuſ-
ſus, interijt. Caput XV.

3. Reg. 22. IGitur Achab & Ioſaphat Hieroſolymorum rex ſumẽtes exercitum, uenerunt
Ramatha Galaaditidis ciuitatẽ. Rex uero Syrorũ audiens eorum aduentum,
ſuum eis obiecit exercitum, & non procul à Ramatha caſtra fixit. Conſtituerunt
autem inter ſe Achab & Ioſaphat, ut Achab regium ſchema deponeret, Hieroſo
lymorum uero rex propria ueſtitus ſtola, conſtaret in acie. Et illi quidem qui Mi-
cheæ dicta contempſerat: etiam præter habitum regium, quod dicebatur, eue-
nit. Adadus nanq; rex Syriæ exercitui præceperat uniuerſo per principes ſuos, ut
nullum aliorum perimerent, niſi tantummodo Iſraëlitarum regem. Syri uero fa-
*Ioſaphat im-
petum Sy-
rorum eua-
dit.*
cta congreſſione, uidentes ante aciem regem Ioſaphat aſtantem, & eum creden-
tes eſſe Achab: impetum ſuper eum fecerunt, eumq; circundederunt. Quumque
appropinquantes, ipſum non eſſe cognoſcerent, receſſere poſt tergum. Ab ortu
nanq; diei uſq; ad ueſperam pugnãtes & præualentes, mandato regis neminem
penitus occiderunt, quærentes Achab interficere ſolum; & inuenire nequiuerunt.

Quidam

Quidam uero puer regis nomine Adan, quum ſagittaſſet inter hoſtes regem Achab per loricam, in pulmone percuſſit. At ille caſum ſuum exercitui manifeſtare noluit: ne timore conuerteretur in fugam: ſed aurigæ præcepit, ut conuerſo curru de prælio decinaret. Grauiter enim & mortaliter fuerat ſagittatus: & uſq; ad occaſum ſolis factus exanguis, interijt. Igitur Syrorũ exercitus nocte ſuperueniente ſignum dante præcone, diſceſſit ad caſtra: & agnoſcentes cuncti mortuũ Achab, ad propria ſunt reuerſi. Corpus aũt Achab ſui ad Samariam referentes, ſepelierunt: currumq; eius abluerunt in Iezara fonte Samariæ, regis ſanguine cruentatum: & tunc cognouerũt Heliæ prophetiam eſſe ueram. Canes nanq; eius linxerunt ſanguinem, & meretrices ad fontem, quod erat reliquum diluerunt. Mortuus eſt ergo in Ramatha, Michea hunc prædicente caſum. Dum ergo hæc Achab regi à duobus prophetis prædicta uideantur, oportet magnam iudicari diuinitatem, & honorari ſemper & coli: & quæ uera ſunt potius recipi, quàm ea quæ pro cuiuſpiam libidine dicuntur, amplecti: & arbitrãdum quia nihil utilius eſt, quàm uirorum talium præſcientia, præbente ſcilicet deo, quid unuſquiſq; debeat obſeruare: & cogitandũ ex his quæ regi prouenerũt: quia quod debetur, neq; dũ præſcitum fuerit, euitatur, ſed repit in animas hominum inutili ſpe blãdiendo, & hoc modo ſeducendo, donec à deo debita paſſio compleatur. Hoc ergo modo uidetur etiam Achab eſſe deceptus, ut prædicẽtibus quidem perditionem ſuam non crederet: prophetantibus autem ea quæ delectabatur audire credendo, moreretur. Cui Ochozias filius ſucceſſit in regnum.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER NONVS.

De religione Ioſaphat & iuſticia, eiusq; uictoria diuinitus conceſſa contra Moabitas. Caput I.

IOſaphat itaque rege ad Hieroſolymam remeãte poſt bellum, quo ſolatiũ præbuerat Achab contra Adadum regem Syrorum, ſicut prædiximus, occurrẽs Hiẽus propheta, culpabat eum, cur Achab ſolatia præbuiſſet homini impio pariter & maligno, deũ quidem dicens moleſte pertuliſſe hoc: ſed ei licet ualde peccaſſet, tamẽ propter naturam eius optimam, ab incurſu hoſtium peperciſſe. Et tunc equidem ad gratiarum actionem rex & ad ſacrificia dei conuerſus eſt. Poſt hæc autem cœpit omnem ſuam prouinciam circuire, & populum edocere, ut leges per Moſen à deo datas omnino ſeruarent, & pietatem circa deum nihilominus exhiberent. Conſtituensq; iudices in unaquaque ſui imperij ciuitate, præcepit ut pro nulla re ita agerẽt, quàm ut iuſticiam populis exhiberent: & neq; munera, nec cuiuſpiam dignitatem propter iudicialem faſtum, aut diuitias, aut genus conſiderarent: ſed omnibus æqua iura tribuerent, ſcientes quia etiã quæ occulte geruntur, à deo non ignorantur. Hæc autem quum docuiſſet in unaquaq; ciuitate duarum tribuũ, in Hieroſolymam denuo remeauit: cõſtituitq; etiam ibi iudices de ſacerdotibus, ac Læuitis, atq; primatibus: monens, ut

2. Paralip. 19. & 20.

Quæ occulte geruntur, à deo non ignorantur.

nens,ut diligenter & iuſte iudicia cuncta diſponerent:ſi autē de rebus maioribus quidam contribulium ex alijs ciuitatibus eos conſulerent, cum maximo ſtudio eis & iuſtiſſime reſponderent: quandoquidem rectum deberet eſſe iudicium in ea ciuitate conſtitutum,ubi & templum dei & habitaculum erat imperatoris. Horum autem principes conſtituit Amaſiam ſacerdotem,& Sabadaiam,qui erat de
2.Par.20. tribu Iuda. Rex igitur hoc modo cuncta diſpoſuit. Eo nanq; tempore caſtrametati ſunt aduerſus eū Ammonitæ & Moabitæ: & ſumentes ſecū Arabum maxi-
Mirabilis uictoria de Ammonitis. mam legionem,caſtra poſuerūt apud Gaddi ciuitatē,quæ eſt circa paludem Aſphaltiten,trecentis ſtadijs procul ab Hieroſolymis, in qua naſcitur palma præcipua , ſimul & opobalſamum. Audiens autem Ioſaphat quomodo hoſtes tranſeuntes paludem,in eius prouinciam deueniſſent,metuens,cōuocauit in cœtu populum Hieroſolymorum in diuino ſacrario , & ſtans contra faciem templi , orabat , & inuocabat deum,ut ei ſuum auxilium præberet & robur , quatenus hoſtibus præualeret: dum & is qui templum hoc ædificaſſet,idipſum rogaſſet , ut ipſe contra hoſtes dimicaret,& præſumentes cōtra eum manus inferre,comprimeret: qui utiq; ob hoc uenirent,ut terram quam eis ipſe præbuerat , molirentur auferre. Hæc autem orabat deflens , ſimul & populus uniuerſus cum uxoribus & filijs deo ſupplicabat . Quo facto,quidam Iazihel propheta progreſſus in medium cœtum,damauit ad populum,dicens & regi,quia deus eorum preces audiſſet , & contra hoſtes ſine dubio dimicare permiſiſſet: præcepitq; , ut altero die electo exercitu,occurrerent hoſtibus , eosq; inuenirent inter Hieroſolymam & aſcenſum
Al.lucis. Gaddi,qui * locus dicitur Culmen,& contra eos quidem non dimicarent,ſed tantummodo ſtarent , uidentes quomodo diuinitas eos expugnaret . Hæc uero dicente propheta , rex quidem & populus in terra proſtratus , deo gratias retulerunt. Læuitæ autem in organis ſolennibus inceſſanter dicebant hymnos . Die ſiquidem facto,procedens rex in deſertum,ſub ciuitatem Techua , dixit ad populum , quia oporteret uerba prophetæ audiri , & illa quidem non contradicere, ſed præponi debere ſacerdotes cum tubis , & Læuitas , ut hymnum dicentes , ſic deo gratias agerent , quaſi iam Hebræorum prouinciam ab hoſtibus liberaſſet. Placuit ſententia regis , & quæ præceperat,agebātur. Deus autem maximum terrorem & tumultum ſuper Ammonitas immiſit: & cædentes inter ſe hoſtes ſuos, mutuis ſe uulneribus occiderunt , ita ut ex tanta militia nullus penitus euaſiſſet. Ioſaphat autem reſpiciens in conuallem ubi hoſtium erat exercitus, & uidens eam plenam corporibus mortuorum , lætatus eſt in dei ſolatio , ſic inopinabiliter & euidenter allato , ut non laborantibus illis , ipſe per ſe uictoriam contuliſſet: iuſſitq; ut exercitus hoſtium caſtra diriperet , & mortuos expoliaret,diebusq; tribus exuentes eos , penè defecerunt : tanta erat multitudo utique peremptorum. Quarta uero die omnis populus congregatus in quadam conualle, de uirtute &
Cōuallis benedictionis. ſolatijs benedixit deum , pro qua re etiam locus ipſe uocatus eſt conuallis benedictionis . Exinde uero ducens exercitum ad Hieroſolymam rex,multis diebus ad hoſtias eſt cōuerſus & epulas. Igitur poſtquam hanc hoſtium eius uaſtationem alienigenæ gentes audiebant , omnes ualde ſunt territæ,deum eius auxiliatorem ſic aperte uidentes . Ioſaphat itaque ex illo tempore cum magna gloria & iuſti-

cia,di-

cia, diuinæq; pietatis amore degebat. Fuit autẽ amicus Achab filio Iſraëlitarum regi. Cum quo communione facta in conſtructione nauium, ut ad Pontum nauigaret ad emporia Thraciarum, nequaquam niſum ſuum implere prævaluit: naues enim præ magnitudine perierunt, & propterea naues ulterius non inſtruxit. Circa Ioſaphat igitur hæc ſunt geſta.

De perfidia Ochoziæ, & zelo raptuq; Heliæ. Caput II.

4. Reg. 1. *De filio Achab Ochozia rege maligno.*

ACháb autem filius regnauit in Iſraël, in Samaria degens, malignus homo, & per omnia ſimilis utriq; parenti, & Hieroboam, qui prius iniquitatem fecerat, & populum decipere inchoauerat. Quumq; iam in regno ſecundum haberet annum, rex Moabitarum rebellauit ei: & tributa quæ Achab eius patri reddebat, miniſtrare ceſſauit. Contigit autem ut Ochozias, quum deſcenderet de ſuperioribus domus ſuæ, caderet: & quum lãgueret, miſit ad deum Accaron Muſcam (hoc enim erat nomen illi deo) & conſuluit de ſalute ſua. Apparuitq; deus Heliæ prophetæ, præcipiẽs ut miſſis à rege nunciis occurreret, eosq; requireret, ſi deum proprium Iſraëlitarum populus non haberet, & ideo miſiſſet rex eorum ad alienum deum, ut de ſalute cõſuleret, ſimul & ut faceret eos ad regem reuerti: eiq; dicerent, quia non euaderet hunc languorem. Helia uero dei faciente præcepta, audientes nuncij, ad regem ſunt continuo reuerſi: admirantiq; reuerſionis uelocitatem, & requirenti cauſam, dixerunt, occurriſſe ſibi quendam hominem, & prohibuiſſe quidem eos ulterius procedere: reuertentes autem nos tibi dicere ex mandato Iſraëlitarum dei, mandauit quod non poſſis ab hac ægritudine liberari. Rege uero præcipiente, ut ei hominem qui talia diceret, indicarent, dixerunt eſſe uirum hirſutum, & pellicia zona circundatum. Ille uero per hæc agnoſcens Heliam eſſe quem nuncij deſignabant: miſit ad eum tribunum & quinquaginta armatos, ut eum adducerent. Tribunus autem qui miſſus fuerat, inueniens Heliã in montis uertice reſidentem, petebat, ut deſcendens ueniret ad regem, quoniam ille iuſſiſſet: qui ſi nollet, duceretur inuitus. Cui Helias: Vt agnoſcas, inquit, me prophetam uerũ exiſtere, deſcendens ignis de cœlo conſumat & milites tuos & te. Et continuo ueniens ignis flamma, conſumpſit & tribunũ, & qui cum illo pariter erant. Hac perditione regi denunciata, nimis iratus, ad Heliam tribunum alium cum totidem miſit armatis. Qui quum ueniſſet ad prophetam, credens ſe eum uiolenter adducere, ſi noluiſſet ſponte uenire: orans iterum propheta, eũ ſicut priorem fecit igne conſumi. Agnoſcens hoc rex, etiam tertium deſtinauit. Ille uero quum eſſet ſapiens & moribus ualde mitiſſimus, ueniens ad locũ ubi erat Helias, nimis blande ei loquutus eſt, dicens, quia inuitus regiæ iuſſioni parẽret, ad eum ueniens: & priores nõ uolũtarie, ſed coacti neceſſitate ueniſſent: rogabatq;, ut & illius & qui cum eo uenerant armatorum, haberet miſericordiam, & deſcendẽs, ueniret ad regem. Helias autem ſuſcipiẽs magnitudinem, & uerborum eius urbanitatem, deſcendens, ſequutus eſt eũ. Quumq; ueniſſet ad regem, prophetauit ei, dicens, hæc ſibi indicaſſe deum, eo quod ſpreuiſſet eum, quaſi non eſſet deus, & non uere de eius languore prophetare potuiſſet: miſiſſet autem ad deum Accaron, ut conſuleret qualis ei terminus languoris accideret: ob quam rem, inquit, cognoſce te moriturum. Et ille ſiquidem paruo tempore tranſacto, ſicut Helias prædixerat, defunctus eſt.

Caſus Ochoziæ.

Heliæ habitus.

Inuaſorum Heliæ ultio

ctus eſt. Cui ſucceſſit in regno frater Ioram: nam ille ſine filio mortuus eſt. Hic uero Ioram par Achab fuit malignitate: regnauit autem annis duodecim, homo omni iniquitate circa deũ & impietate plenus. Nam relinquens culturam dei ſui, deos uenerabatur extraneos: erat enim & in aliis nimis acerbus & peſſimus. Illo ſiquidem tempore Helias ab hominibus eſt ablatus, & uſq; ad hodiernum diem nullus finem eius agnouit. Diſcipulũ uero, ſicut prædiximus, reliquit Heliſæum. De Helia tantum & Henoch, qui fuit ante diluuium, in libris ſacris ſcriptum eſt, quia ſublati ſunt, quorum mortem nemo uidit.

Henoch & Heliæ mortẽ nemo uidit.

De bello regum contra Moabitas, deq; mirabilibus Heliſæi. Caput III.

4. Reg. 3. Bellũ Ioram contra Moabitas.

SVſcipiens itaq; regnum Ioram, contra regem Moabitarũ Miſa mouit exercitum, qui, ſicut prædiximus, ab eius fratre receſſerat, dum patri eorum Achab tributa ſolueret, ouium cum lanis ſuis ducenta milia. Cõgregans uero Ioram ſuum exercitum, miſit etiam ad Ioſaphat, rogans eum, quum eſſet olim patris ſui amicus, ut ei ſolatium contra Ammonitas pugnaturo præberet, qui ab eius receſſiſſe uidebantur imperio. Tunc ille non ſolũ ſe adiutorem eſſe cõpromiſit, ſed etiam regem Idumæorum, qui ſub eo erat, cõpulſurum, ut ei quoq; pugnaturus occurreret. Ioram autem talibus ſolatiorum promiſſionibus à Ioſaphat rege perceptis, ſumpto exercitu, uenit in Hieroſolymã, & dare nimis ab Hieroſolymorum rege ſuſceptus eſt: placuitq; eis ut iter ad hoſtes per deſertum facerent Idumææ, non credentibus inimicis, quia exinde eis fieri potuiſſet inuaſio. Tũc ergo tres reges ab Hieroſolymis properabant, rex ipſe Hieroſolymorũ, & Iſraëlitarum, atq; Idumææ: & dum ſeptem dies peragraſſent iter, ad inopiam aquæ exercitus & iumenta uenerunt: quũq; duces eorum ignorantia itineris oberraſſent, omnes equidem erant in anguſtia cõſtituti: præcipue tamen Ioram, qui nimia triſticia faciem te, damabat ad dominum: Quid mali facientes deduxiſti tres reges, ut ſine bello tradantur regi Moabitarũ? Quem Ioſaphat cõfortabat, quum eſſet iuſtus. Qui mittens in omnem exercitũ, requirere cœpit, an quis in eis eſſet propheta, ut per eum uoluntatem dei poſſent cognoſcere, & quid faciendũ eſſet, audirent. Et dum quidam famulus Ioram dixiſſet uidiſſe ſe, illic Heliæ diſcipulum Heliſæũ filium Saphat, tunc tres reges monente Ioſaphat, ad eũ pariter uenerunt. Dũq; ad prophetæ caſtra ueniſſent (habebat enim habitaculum ſuũ extra tabernacula conſtitutum) conſulebant eũ de futura militia, præcipue tamen Ioram. Cui quũ diceret, ut illi moleſtus nõ eſſet, ſed potius ad prophetas patris ſui matriſq; properaret, quaſi illi ueri eſſent, rogabat, & ſupplicabat, ut prophetaret, eosq; à periculo liberaret. Ille uero iurans per deum, quia ei non reſponderet, niſi propter Ioſaphat ſanctum & iuſtũ, deducto ad mediũ quodam homine ſciente pſallere, diuinitus inſpiratus præcepit regibus, ut in torrente multos lacus effoderent, dicens: Neq; nube neq; ſpiritu aliquo flante, neq; imbre diffuſo uidebitis fluuium aqua plenum, ita ut homines ac iumenta ubertatis poculo ſatientur: eritq; uobis non ſolũ hoc à deo, ſed etiam hoſtes ſuperabitis, & urbes Moabitarũ munitiſſimas capietis, & arbores quidem incidetis pomiferas, & uaſtabitis prouinciã, fontes autem fluuioſq; damnabitis. Hæc propheta dicẽte, altera die priuſq; ſol oriretur, torrẽs uehementer influxit. Cõtigerat autem, ut tribus diebus in Idumæa uehemens imber effun-

Prophetia Heliſei.

ber effunderetur,ita ut exercitus & iumenta abũdantia nimia irrigarẽtur.Quum q; audiſſent Moabitæ,tres reges per deſertum contra ſe uenientes,collecto exercitu, rex eorum iuſſit, ut montana exercitus eius aggrederetur,ne latenter hoſtes prouinciam inuaderent.Et quum non eſſet Hebræorum à Moabitis procul exercitus,reſpicientes Moabitæ de ortu ſolis aquam in torrente ſanguini ſimilem,ſuſpicati ſunt eo quod ſe tres reges inuicem peremiſſent,& fluuius eorum ſanguine redundaſſet. Quod dum arbitrati fuiſſent, petierunt à rege ſuo,ut eos ad ſpolia hoſtiũ deſtinaret.Et impetu facto,quaſi ad diuitias præparatas, ad inimicorum caſtra uenerũt,& ſpe ſua fruſtrati ſunt.Nã circundãtibus eos Iſraëlitis, alij quidẽ eorum perempti,alij uero per uniuerſam prouinciã ſunt diſperſi.Tres uero reges ingredientes Moabitarum ciuitates,& eas ſubuerterunt,& agros eorum populati ſunt,& uehementer exterminauerunt, replentes eos lapidibus torrentium,& arbores optimas abſciderunt, & fontes aquarum pariter obſtruxerunt, ac muros uſq; ad fundamenta depoſuerunt.Rex autem Moabitarum, dum perſequutionem & oppreſſionem nimiam pateretur,& uideret ciuitatem capi poſſe,impetum fecit cum ſeptingentis uiris,ut inter hoſtium caſtra quò poſſet effugeret:quod tamen implere non potuit.Nam ad quẽdam locum ueniens ualde munitum,dum fugere non ualuiſſet,reuerſus in ciuitatem, opus deſperationis & crudelis neceſſitatis ſic impleuit: Filium nanque ſeniorem,qui erat ei ſucceſſurus in regnum, eleuans ſuper murum,ita ut à cunctis hoſtibus uideretur, deo immolauit holocauſtum.Reges autem uidentes hoc factum eius neceſſitatis,ab urbe habuerunt miſericordiam,& humana paſſione oppreſſi, detentionem ſoluerunt, & ſinguli ad propria remearunt. Ioſaphat autem reuerſus ad Hieroſolymam, in pace degebat:& quum pauco tempore poſt illud præliũ uixiſſet, defunctus eſt. Qui uixit quidem annis numero ſexaginta,imperauit autem quinq; & uiginti, magnificamq; meruit in Hieroſolymis habere ſepulturã, ſimiliſq; fuit magnorum operum Dauid.Reliquit autem & filios multos,ſucceſſorẽ uero habuit ſeniorem filium Iorã,is enim nomen habebat fratris matris ſuæ regis Iſraëlitarũ filij Achab.

Rex Moabitarũ immolat filium.

Ioſaphat defũgitur ſuccedit q; Iorã

Veniens aũt de regione Moabitarum rex Iſraëlitarũ in Samariam,habebat ſecum Heliſæũ ſicut prophetam,cuius actus uolo narrare.Sunt enim ualde præcipui & hiſtoria digni,ſicut ex libris ſacris datur agnoſci.Aiunt enim quia acceſſiſſet ad eũ uxor Obeth diſpenſatoris Achab,eiq; dixiſſet, quia nõ ignoraret,quoniã uir eius liberaſſet à morte prophetas, dũ regis Achab uxor Iezabel requiſiuit ut eos occideret: & cõtracto debito, centum ex eis occulte pauiſſet,& poſt uiri ſui mortem à creditoribus urgeretur,atq; eius filij ad ſeruitiũ raperentur:ob quã cauſam rogabat,ut eius mariti miſereretur operibus,& aliquod ſolatium in neceſſitate præberet.Qui dum requiſiſſet,ſi quid haberet in domo,aliud nihil eſſe ſibi reſpondit,niſi paruum uas olei.Tunc propheta præcepit,ut multa uaſa uacua ſibimet à uicinis accõmodaret,& clauſis ianuis domus ſuæ exillo oleo in omnia uaſa diffunderet,quia deus ea cuncta impleret. Quod dum mulier feciſſet,& eius filij unumquodq; uas obtuliſſent:dum cõpleta fuiſſent omnia,& nullum uacuum remanſiſſet,ueniens ad prophetam,nunciauit hoc ei. Ille uero conſiliũ dedit,ut oleum uenderet,& pretiũ creditoribus daret: & ex ipſo olei pretio quod remaneret,

4. Reg. 4.

Multiplicatio olei.

4.Reg.5. ad alimentum filiorum efficeret. Inter hæc autem misit Heliſæus ad Ioram, ammonens ut cuſtodiret locum quendam, in quo eſſe Syrorum, uolentium eum occidere, dicebat inſidias. Tunc rex ad uenationem præparatam nequaquam egreſſus eſt, obediens uerbo prophetæ. Adadus autem rex Syrorum, dum ſe uidiſſet fuiſſe deceptum, quaſi aliquis hominum eius Ioram regi ſua conſilia prodidiſſet, indignatus ueluti proditores ſecretorũ regis occidere minabatur, quum utique hoc nulli alĩ niſi illis tantummodo credidiſſet. Et dum ei quidam præſentium dixiſſet: ne falſa opinione teneretur, nec crederet quoniam aliquis inimico eius conſilium prodidiſſet, ſed Heliſæum prophetam omnes regi factas inſidias prodidiſſe: miſit, requirens, in qua ciuitate Heliſæus habitaret. Illi uero qui miſſi fuerant reuertentes, indicauerunt, eum in Dotham urbe commorari. Tunc itaq; Adher qui & Adadus, miſit ad ciuitatem multum nimis exercitũ, equeſtrium ſimul & curruum, ut caperent Heliſæum. Qui tota nocte circumeuntes urbem, nihil egerunt. Die ſiquidem facto, cognoſcens hoc prophetæ miniſter, quia hoſtes eum comprehendere niterentur, prophetæ quod agebatur, indicauit. Ille uero ſecurus de auxilio dei, contemnebat hoſtes, miniſtrumq; metuentem crebro, fiduciam habere præcepit, ſperãs quoniam oſtenderet deus uirtutis ſuæ potentiæq; præſentiam. Tunc deus prophetæ orationes exaudiens, multitudinem curruum & equorum & armatorum, Hæliſæum circunſtantium, ut miniſter uideret, oſtendit, ita ut ille remoto timore, illa uiſione confortatus aſtaret. Poſt hæc autem Heliſæus rogabat dominum, ut etiam hoſtium aſpectus obcæcaret, & nebulam eis immitteret, per quam eum inſpicere non ualerent. Quo facto, ueniens inter medios inimicos, requiſiuit quem quærerent. Illis aũt prophetam ſe quærere reſpondentibus Heliſæum, promiſit eum ſe traditurum, ſi ad ciuitatem in qua eſſet ille, ſequerentur. Qui præcedentem prophetam, deo ſcilicet eorum mentes obcæcante, cum feſtinatione ſequebantur. Tunc Heliſæus deducens eos in Samariam ad Ioram regem, præcepit ut clauderentur portæ, & regis exercitus circa Syros ſtaret. Quo facto, rurſus orauit dominũ, ut hoſtium oculos aperiret, & caliginem ab eis auferret. Tum repente ab illa cæcitate reuocati, inuenerunt ſe inter medios inimicos exiſtere. Et obſtupeſcẽtes Syri, in nimia ſunt anguſtia cõſtituti, & qualis utiq; potuiſſet eis ſic inopinabili & diuino opere prouenire. Tunc rege Ioram cõſulente prophetam, ſi eos iaculari præciperet, hoc quidem fieri prohibuit Heliſæus, dicens iniuſtum eſſe, qui lege bellica non capiuntur, occidi: illos autem nihil mali feciſſe in eius prouincia, ſed neſcientes ad eum ueniſſe uirtute diuina. Deditq; conſilium, ut & hoſpitalitatem eis præberet, & menſa eius ſine læſione fruerentur. Ioram uero obediens prophetæ, dum conuiuia præbuiſſet opulentiſſima Syris, dimiſit eos ad proprium remeare regem.

Heliſeus hoſtes ad Ioram regem deducit.

De bello Syrorum contra Samariam, & mirabili uictoria de cœlo data precibus Heliſæi. Caput IIII.

4.Reg.6. *Adadus belli reparat aduerſus Ioram.*

HIs uero redeuntibus, & quæ prouenerant indicantibus, admiratus Adher inopinabilem Iſraëlitarum dei præſentiam atque uirtutem, pariter & prophetam, cui ſic adeſſet aperte diuinitas, latenter iam noluit contra regem Iſraëlitarum aliquid attentare, metuens Heliſæum: palàm uero pugnare diſpoſuit, mul-

fuit,multitudine militiæ,& exercitus ſui magnitudine ſe credens hoſtibus præua-
lere.Caſtra ſiquidem metatus eſt cum magna uirtute contra Ioram, qui credens
non ſe ſufficere ad reſiſtendũ Syris,ſemetipſum in Samaria clauſit,de murorum
munitione confidens. Adher autem cogitans quia & ſi non poſſet machinatio-
nibus capere ciuitatem,tamen inopia ciborum Samaritas obſtringeret,ad ciuita- *Obſidio Sa-*
tem accęſſit:& tanta fuit apud Ioram neceſſariorum inopia,ut propter magnitu- *marię.*
dinem famis in Samaria, octoginta argentëis numiſmatis caput aſini uendere-
tur,quinq; argentëis numiſmatis ſextarium fimi columbarum pro ſale compara-
rent Hebræi. Timebatq; Ioram,ne propter famem ciuitas traderetur inimicis,&
muros quotidie circuibat atq; cuſtodes,ne quis ab eis intus occultaretur,& actus
ciuitatis hoſtibus indicaret.Quod dum faceret,quadam die damante aliqua mu
liere:Domine miſerere:putãs eam aliquid cibi petituram, iratus maledixit ei,per
dominum dicens,nec aream ſibi eſſe,nec torcular, unde aliquid poſſet ei præbe-
re.Quumq; nihil horum illa ſe diceret poſtulare,nec pro cibo depoſcere,ſed ut e-
ius cauſam dignaretur audire, iuſſit ut loqueretur,atque diceret quæcunq; uellet.
Tunc illa feciſſe ſe dixit cum altera muliere uicina, & amica ſua hanc pactionem,
ut quoniam fames & inopia talis eſſet,interficerent filios ſuos utrąq; maſculos,&
diebus ſingulis comederent eos. Et ego,inquit,meum occidi,& præterito die me-
um ambæ comedimus:hæc autem non uult hoc facere, ſed pactum tranſcendit,
& filium ſuum,ne comedatur,abſcondit. Hæc quum audiſſet Ioram, uehemen-
ter afflictus eſt,& ſciſſa ueſte,crudeli uoce damauit. Deinde iratus, Heliſæũ pro-
phetam interficere uoluit,quia non ſupplicaret deo,quum potuiſſent omnes hoc
modo à malis præſentibus liberari: & repente miſit, qui eius caput auferret. Ille
ſiquidem ad necem prophetæ pergebat,Heliſæum uero regis ira non latuit. Se-
dens aũt in domo ſua cũ diſcipulis ſuis,indicauit eis,quia Ioram homicidæ filius
miſiſſet,qui caput eius auferret:ſed uos,inquit, dũ uenerit qui miſſus eſt,& intra-
uerit,obſerãtes ianuas claudite,eumq; paululũ retinete:ſequuturus eſt nanq; ue-
niens ad me rex,eo quod eum pœnituerit ſui præcepti. Tunc illi Heliſæi dicta fe-
cerunt. Ioram uero pœnitentia ductus,ob iram ſuam circa prophetam, & metu-
ens ne eum qui miſſus fuerat,occideret,feſtinauit,ut necem prohiberet,& prophe
tam à morte reduceret:ueniensq; culpabat eũ,cur à deo abſolutionem malorum
præſentium minime poſtularet,ſed ſic eos interire deſpiceret. Heliſæus autem 4. Reg. 7.
altera die ea hora qua uenerat rex ad eum,promiſit multam ciborum copiam af
futuram,ita ut uenderetur in publico duobus ſiclis ſatum hordei,& uno ſido ſimi
læ ſatum.Hoc autem dictum,& Ioram,& qui cum eo erant,conuertit in gaudia.
Prophetæ nanq; non poterant diſcredere, propter rerum præcedentium uerita-
tem:inopiamq; illius diei atq; miſeriam, ſpes iam futuræ abundantiæ leuigauit.
Princeps autem tertiæ partis quum regi amicus eſſet,ſupra quem tunc ipſe rex in-
cumbebat:Incredibile eſt,inquit, ò propheta,quod dicis: & ſicut impoſſibile eſt,
ut de cataractis cœli hordeum pluat deus, aut ſimilam, ita non poteſt credi
quod à te nunc dicitur, adimpleri. Ad quem propheta: hæc, inquit, uide-
bis hoc modo fieri, ſed non guſtabis ex eis. Quæ ſcilicet ſicut ab Heliſæo fue-
rant prædicta, completa ſunt. Lex igitur erat in Samaria, ut habentes le-

pram,&

pram,& qui à tali paſſione mundi non eſſent corpore,extra ciuitatem manerent. Quatuor ergo uiri propter hãc cauſam manentes ante portã,quũ nullus eis propter neceſſitatem famis aliquid afferret, & in ciuitatẽ ingredi propter legis mandata non poſſent:quibus uel ſi liceret ingredi,præ fame ibidem necarentur: cogitauerunt inter ſe dicentes,quia ſi illic manerent,propter inopiã deperirent,& propterea tradere ſe hoſtibus magis eligerent: qui aut parcendo,aut necando famis eos neceſſitatibus liberarent.Hoc conſiliũ inter ſe conferentes,nocte ad caſtra hoſtium deuenerũt.Incipiebat enim deus iam terrere & cõturbare Syros,& ſonum currũum & armorũ eis inferre,tanq; exercitus grandis ſuper eos accederet,& paulatim tubarum fragor eorũ auribus increpitaret: qui ita repẽte turbati ſunt,ut relinquentes caſtra propria,cõcurrentes ad regẽ, dicerent,quia Ioram rex Iſraëlitarũ cõducto ſolatio regis Aegyptiorũ & inſularũ,ſuper eos accederet,quibus uenientibus,ſonum tubæ uenientis audirent. Hæc eis dicẽtibus,etiam Adher quum ad aures eius ſonus ſimilis adueniſſet,populo credidit:& cum multa turba atq; confuſione relinquentes in caſtris equos atq; iumenta,innumerasq; diuitias, repente conuertuntur ad fugam. Leproſi autem qui diſceſſerant à Samaria, ad caſtra Syrorum ueniẽtes,& in eorum tabernaculis multum ſilentium taciturnitatemq; reperientes,ingreſſi in unum tabernaculum,dum nullum prorſus inſpicerent,comedentes atq; bibentes,portãtesq; multas ueſtes & aurum, & extra caſtra cælantes,deinde in aliud tabernaculum accedẽtes,ſimiliter & exinde res ſibi placitas ſumentes:dum hoc quater feciſſent,& nullus eos omnino uideret, arbitrati hoſtes abſceſſiſſe,culpabant ſemetipſos, cur Ioram regi & ciuibus hoc minime nunciaſſent. Tunc illi aduenientes ante ciuitatis murum,& cuſtodibus damantes,indicauerunt eis quæ de hoſtibus contigiſſent. Illi autem hæc regis cuſtodibus nunciauerunt,à quibus audiẽs hæc Ioram,uocauit amicos ſuos & principes, quibus ait, pro inſidijs arte callida Syrorum diſceſſiſſe regem: eo quod deſperaret fame capi potuiſſe ciuitatem: ut quaſi fugientibus illis,& egreſſis ad caſtrorum direptionem nobis, latenter irruerent & interficerent, & ciuitatem pariter deuaſtarent. Vnde uos,inquit,moneo,ut cuſtodiatis ciuitatem,& nuſquam abire tentetis,hoſtes fugiſſe credentes. Tunc dicente quodam,optime quidem arbitratũ à rege,& conſilium dante, ut duo equites uſque ad Iordanem fluuium mitterentur, qui cuncta perquirerent, ut ſi illi quidem capti ab inſidijs hoſtium deperirent, ſecuritas exercitui fieret: ne cuncti aliquid ſimile ſuſtinerent: pereũtes autem paucos annumerarent cum his quos uaſtauerat fames.Hoc dictum dum placuiſſet regi, exploratores miſit.Qui euntes,caſtra quidem inuenerunt hoſtibus uacua,locum uero plenum cibis & armis,quæ reliquerãt ut eſſent leues ad fugam.Hæc autem dum rex audiſſet,ad direptionem caſtrorum miſit exercitum. Qui nihil tulerunt uile nec prauum,ſed aurum multum pariter & argentũ,gregesq; multos iumentorum,frumentiq; & hordei multa milia,quantum nec in ſomno ſe uidere credebant.Quo facto, à malis priſtinis liberati,maximam copiam habuerunt, ita ut emerentur duo ſata hordei ſido uno: & ſatum ſimilæ duobus ſidis,ſecũdum prophetiam hominis dei Heliſæi. Satum itaq; fert modiũ unum & ſemis Italicum. Horum itaq; bonorũ ſolus ille princeps tertiæ partis, quam prædiximus,potitus non eſt.

Turbatio Syrorum à deo facta.

Quid ſit ſatum.

non eſt. Nam cõſtitutus à rege ut ſtaret ad portam, quatenus turbam moderate ab egreſſu ciuitatis emitteret, ne alterutros comprimẽtes ad pericula peruenirent: quodq; alios pati prohibebat, ipſe ſuſtinuit: & hoc modo ne guſtaret ex his quæ fuerant prophetata, defunctus eſt, Heliſæo prædicẽte eius mortem: dum ea quæ de ubertate ciborum ille prophetauerat, ſolus iſte non crediderat. Adher autem Syrorum rex dum ueniſſet in Damaſcum, & agnouiſſet quia diuinitas ei & eius exercitui timorem immiſiſſet & fugam, & non inuaſione hoſtium fuiſſet factum: nimis afflictus, eo quod ita deum haberet iratum, corruit in languorem. Illo 4. Reg. 8.
ſiquidem tempore dum propheta Heliſæus ueniſſet in Damaſcum, cognoſcens hoc Adher, fideliſſimum ſeruulorum Aſahel nomine miſit, ut ei occurreret & dona portaret, præcipiens ab eo requiri, ſi ægritudinis eius periculum poſſet euitari. Aſahel itaq; cum quadraginta camelis quæq; optima & pretioſa in Damaſcena prouincia ex domo regia dona regia portabat, & ueniens ad Heliſæum, & decenter ſalutans, ait miſſum ſe à rege Adher ad eum ut dona portaret, & de eius languore conſuleret, ſi poſſet euadere. Propheta uero Aſaheli iuſſit, ut nihil ei mali nunciaret, dixit autem regem moriturum eſſe. Et famulus quidem hæc audiens, contriſtabatur. Heliſæus autem flebat, & multas lachrymas effundebat, præuidens quæ mala populus paſſurus eſſet poſt mortem Adher. Dumq; Aſahel cauſam eius confuſionis inquireret: defleo, inquit, Iſraëlitarum populum, dolens in his malis quæ paſſurus eſt abs te. Interficies enim optimates eorum, & munitiſſimas ciuitates incendes, & paruulos lapidibus alliſos crudeliter trucidabis, & mulieres habentes in utero ſæua morte diſrumpes. Aſahel uero dicente: Quæ mihi uirtus eſt, ut per me poſſint talia prouenire: ait, deum ſibi indicaſſe, quia eſſet regnaturus in Syria. Aſahel itaq; ueniens ad regem, illi quidem bona nũciauit. Altera uero die infuſo laqueo uinciens eum, illũ quidem ſtrangulauit, ipſe uero apicem regiæ poteſtatis obtinuit. Erat enim uir efficax, multaq; Syrorum & populi Damaſcenorũ deuotione florebat, ita ut hactenus & ipſe Adher & Aſahel qui poſt eum regnauit, quaſi dij colantur, propter beneficia & templorum ædificia, quibus Damaſcenorum exornauerant ciuitatem. Iſti nanq; ſoli in pompa quotidie quaſi pro honore regio deferuntur, & Syri de eorum antiquitate gloriantur, ignorantes quia ſunt nouelli, & nõ habent iſti reges ultra mille & centum annos. Ioram uero rex Iſraëlitarum audiens Adher defunctum, à timore & formidine, quam propter eum habebat, aliquo modo reſpirauit, & pacem gratanter excepit.

De crudelitate Ioram regis Iudæ, & digna ſubſequente pœna. Caput V.

IGitur Ioram Hieroſolymorũ rex, qui & ipſe quidem, ſicut prædiximus, hoc nomen habebat, rerũ potitus, mox ad necem fratrũ ſuorum, & paternorũ pariter amicorum & principum eſt conuerſus, & maliciæ ſuæ hoc fecit initium, in quibus malis nil differens à regibus populi, qui ante eum iniquitatem fecerãt, in ſolennitatibus Hebræorum, & in religione diuina: docuit quoq; uulgus & in alijs eſſe malum, & extraneos adorare deos per Gotholiam Achab filiam cõiugem ſuam. Et *Athaliã uocant Biblia.*
deus quidem propter Dauid regis promiſſionem, genus eius noluit exterminare. Ioram uero nihil prætermittebat, quo minus aliquid quotidie nouæ impietatis efficeret, & quod non uaſtationem patriæ traditionis attenderet. Illo ſi-

quidem

quidem tempore ab eo recedentibus Idumæis, & primo quidem interficientibus regem, qui erat eius patri ſubiectus, & cõſtituentibus quem ipſi uoluerant, Ioram cum equitibus ſuis, & curribus noctanter in Idumæam uenit: & eos quidem qui uicini eius regno eſſe uidebantur, occidit. Longius autem non abijt: nihil tamen dum hoc feciſſet, utilitatis exhibuit. Nam omnes ab eo receſſerunt, ſimul & qui
Idumæa à Ioram deficit prouinciam Labennam habitabant. Erat autem ita ueſanus, ut etiam populum cogeret in excellentiſſimos montes aſcendere, & deos alienos adorare. Quumq; hæc ageret, & omnino leges patrias à mẽte ſua repelleret, delata eſt ab Helia propheta ad eum epiſtola, in qua pandebatur, magnam pœnam eũ fore paſſurum, quoniam patrum ſuorum nõ eſſet imitator, ſed Iſraëlitarum regum impietatem ſequeretur: inſuper cogeret tribum Iuda, & ciues Hieroſolymitas relinquentes ſanctam patrij dei culturam, ad idola conuenire, quæ Achab rex Iſraëlitarum in ſuo regno feciſſet: & quia fratres ſuos interemiſſet, & bonos uiros & iuſtos pariter occidiſſet: ſuppliciumq; quod pro his ſuſcepturus eſſet, propheta in literis indicabat, id eſt, dadem populi, & corruptionem uxorum regis & filiorum: & quia ipſe quoq; moreretur ægritudine longa nimis confectus, uiſceribus propter nimietatem internæ corruptionis effuſis, ita ut uideret ſuam calamitatem, nec poſſet ullatenus ſubueniri. Et hæc quidem epiſtola ſignificabat Heliæ. Poſt breue ſiquidem tempus exercitus Arabum iuxta Aethiopiam habitantium, & alienigenarum, Ioram regnum aggreſſi ſunt, & prouinciam uaſtauerũt & regis domum, inſuper & filios occiderunt pariter & uxores eius: unusq; ſolummodo filiorum eius
Al. Ochozias. nomine * Ozias hoſtes effugiens, derelictus eſt. Qui poſt hãc calamitatem præ-
Ioram moritur. dictum à propheta languorem incurrens, multo tẽpore fatigatus, diuinitate eius uiſceribus immittente, miſerabiliter ſuperna indignatione defunctus eſt; quum uiſcera ſua diffuſa uideret. Quem etiam populus mortuum multis contumelijs affecit: &, ut reor, credentes ita mortuum ira fuiſſe diuina peremptum, nec exequijs regalibus eum fecere dignum, nec in paternis ſepeliere monumentis, nec alium ei exhibuerunt honorem: ſed uelut priuatum tumulo tradiderunt. Qui uixit annis quadraginta, regnauit octo: tradiditq; principatum eius Hieroſolymorum populus filio eius Ochoziæ.

De Hieu ab Heliſæo inuncto in regem, & de uindicta in impios. Caput VI.

IGitur Ioram rex Iſraëlitarum, poſt mortem Adher, ſperans Ramathi ciuitatem ſe capere, & eam Syris auferre, cum magno apparatu caſtrametatus eſt ſuper eos. In qua obſeſſione à quodam Syro non mortifere ſagittatus, abijt in ciuitatem Iezraëlem, ut uulnus ſuum poſitus in ea curaret, directo in Ramatha omni exercitu, ſimul & duce nomine Hiëus, qui fuit filius Ameſſi, ut poſt curam
4. Reg. 9. reuerteretur ad pugnã. Heliſæus uero prophetam unũ diſcipulorum ſuorum dato ei oleo ſancto, miſit in Maratha, ut ungeret Hiëum, eiq; diceret, quoniam eum regem diuinitas elegiſſet, cui & alia pariter indicaret: præcipiens ei, ut ſub modo fugæ faceret iter, quatenus cunctos illic proficiſcendo lateret. Qui dum ueniſſet in ciuitatem, Hiëum quidem inuenit cum principibus militum reſidentem in medio, ſicut ei prædixit Heliſæus, & accedẽs ad eum, ait, ſe quædam ei fore dicturum. Qui dum ſurrexiſſet, & in cubiculum ſequutus eum fuiſſet, ſeorſum ſumens

eum iuue-

eum iuuenis,oleo eius caput infudit,dicens eum unctum à deo regem,ad Achab generis peremptionem,& ad uindicandum ſanguinem prophetarum,qui ab Iezabel nequiter fuiſſet effuſus: ut domus eorum ſicut Hieroboam Nabathei, & Abiſa propter impietatẽ propriam radicitus deperiret,& nullum ſemẽ de Achab genere remaneret. Et ille quidem cũ dixiſſet hæc,de cubiculo protinus exiliuit,ne ab aliquo in exercitu uideretur. Hiẽus autem uenit ad locũ unde ſurrexit, & cum aliis principibus reſidebat. Quibus requirentibus ut eis diceret,cur ad eum iuuenculus adueniret,inſuper & ueſanum eum dicentibus:recte,inquit,iudicaſtis: nam uerba ueſana locutus eſt. Quibus feſtinantibus,ut ea audirent,atq; rogantibus, ait eum dixiſſe,quia ipſe fuerit electus à deo rex. Hæc itaq; cũ dixiſſet,unuſquiſq; exuens ſe quod habebat,ueſtes proprias ei ſubſternebant:& mittentes tubas, Hiẽu regem eſſe clamabant. Ille uero exercitu congregato, pergebat ad Ioram in ciuitatem Iezraẽlem,in quam ſicut prædiximus pro uulnere curãdus abierat,quod ceperat cum obſideret Aramatha. Contigit autem,ut eo tempore Hieroſolymitarum rex Ozias ueniſſet ad Ioram (erat enim filius ſororis eius, ſicut iam dudũ diximus)ut uiſitaret eum propter uulnus quod in obſeſſione acceperat. Hiẽus uolens ſubito ſuper Ioram irruere, rogauit ut nullus militum diſcedens,regi Ioram quæ geſta fuerant nunciaret: dicens hanc eſſe maximam eorum circa ſe deuotionem,ſi eum regem hoc ordine demonſtrarent. Illi uero in his quæ fuerant dicta, gratãter itinera conſeruabant,ne quis latenter pergens,quod geſtum fuerat indicaret. Et Hiẽus quidem ſumptis electis equitibus, ſedens in curru ibat in Iezraël. Cumq; proximus fuiſſet ciuitati,explorator quem rex conſtituerat Ioram,ut ad ciuitatem uenientes inſpiceret, uidens cum multitudine Hiẽum uenientem,nunciauit Ioram regi uidere ſe equites uenientes. Ille uero repente aliquem mitti iuſſit equeſtriũ qui ei occurreret,& quis eſſet agnoſceret. Qui dũ ueniſſet ad Hiẽum, de exercitu requiſiuit,dicens à rege eſſe ſe miſſum. At ille nihil de his reſpondens, requirentem ſequi ſe iuſſit. Quod dum explorator uideret,indicauit Ioram: quia qui miſſus fuerat equeſtris,mixtus multitudini ueniret unà cum eis. Iterum rege mittente etiam alium,hoc idem eum facere Hiẽus imperauit. Quod dum explorator Ioram indicaſſet,nouiſſime in currum ipſe conſcendens,cum Ozia Hieroſolymiorũ rege in eius occurſum egreſſus eſt. Hiẽus autem cũ multa moderatione & diſciplina agebat iter. Cumq; Ioram ueniſſet in agrũ Nabuthei,requirebat ſi in exercitu recte omnia gererentur. Et cum ei Hiẽus amariſſime malediceret,matremq; eius ueneficam ac meretricem damaret,metuens eum rex,& nihil eum cogitare quod eſſet ſalubre credens,conuerſo curru ſuo ut poterat fugiebat:dicẽs ad Oziam,eo quod inſidijs & dolo fuiſſet captus. Hiẽus autem ſagittam poſt eum emittẽs,cor eius iaculo penetrauit: & Ioram quidem repente cadens flexo poplite animam dereliquit. Hiẽus autem cõtinuo iuſſit Vadraco principi tertiæ partis, ut corpus Ioram in agro proiiceret Nabuthei,recordans prophetiam Heliæ, quã patri eius qui fuit interfector Nabuthei prædixerat, quoniã & ipſe & eius genus in ipſo illius agro periret. Sic enim,cum ſederet tunc poſt tergum curruſ Achab, audiſſe ſe prophetam narrantem dicebat,quod etiam ſecundũ illius prouenit eloquium. Igitur cadente Ioram, metuens Ozias de ſua ſalute,currum in aliã itine-

Hiẽus Ioram ſagitta occidit.

ris partem diuertit,credens quod aliter effugeret Hiēu.Ille uero perſecutus eſt eū, & in quodam aſcenſu comprehendens ,ſagitta emiſſa eum percuſſit.Qui dereli-cto curru,aſcendens in equum effugit Hiēum in Mageddon : ibiq; curatus,poſt paucum uulneris illius tempus & ipſe defunctus eſt:portatusq; in Hieroſolymā, illic ſepultus eſt,cū regnaſſet anno uno. Fuit enim malignus,& plus ualde,quàm pater eius. Cum autē Hiēus intraſſet in Iezraēlem urbem, Iezabel ornata ſtans ſupra turrim:bonus,inquit,ſeruus qui occidit dominum ſuum. Ille uero reſpiciēs ad eam,quæ eſſet interrogauit,& deſcendētem ad ſe uenire præcepit. Nouiſſime uero Eunuchis imperauit,ut eam de turri deiicerēt.Quæ dum præcipitata fuiſſet, murum ſanguine ſuo aſperſit,& conculcata equorū pedibus expirauit.His ita geſtis,Hiēus ingreſſus palatium cum ſuis amicis,& ſemetipſum reficiebat & illos,cō uiuijs alijsq; rebus:præcepitq; famulis qui Iezabel peremerant,ut eā propter de-cus generis ſepelirent,erat em̄ ex regibus. Sed nihil de eius corpore, quibus hoc imperatū fuerat,inuenerūt,niſi tantūmodo ſummitates manuū & pedū:aliud uero corpus totum à canibus eſt abſumptū. Hæc audiens Hiēus,Heliæ prophetiā nimis obſtupuit:Is enim in Iezraēle prædixerat,hoc eā interitu fore periturā. Interea dū Achab filij ſeptuaginta in Samaria nutrirentur,miſit Hiēus duas epiſtolas:aliā quidem pædagogis eorum ,aliam principibus Samaritanorū : dicens,ut fortiſſimum filiorum Achab conſtituerent regem, cum & currus haberent multos & equos,& arma ad militiam,& ciuitates munitas:quod dum facerent,domino ſuo recompenſarent.Hæc autem ſcripſit,uolens Samaritanorum mētes agnoſcere.Relegentes uero literas,principes ac pædagogi,timuerunt:& cogitātes,quia nihil poſſent cōtra eum facere,qui magnis duobus præualuerat imperijs:ſcripſerunt profitentes,ſe eum habere dominum,& facere quæcunq; præciperet.Ille uero ad hæc reſcripſit,præcipiens,ut ſi ei obedirent,filiorum Achab abſcindentes capita ei deſtinarent. Tunc principes euocantes nutritores infantum,iuſſerunt ut occidentes eos,capita eorum abſcinderent,& mitterent ad Hiēu.Hæc illi nihil reſiſtentes egerunt : & componentes in quibuſdam uaſculis de uimine factis eorum capita deſtinarunt. His autem allatis ad Hiēu cum amicis cœnanti,nunciatū eſt, quod capita filiorum Achab uiderētur eſſe delata,qui iuſſit ante portam ex utraque parte ex eis capitibus aggeres fieri.Factoq; die, ad ea uidēda proceſſit,& inſpiciens dicere cœpit ad populum,quia ipſe quidem contra dominum ſuum militaſſet,& eum peremiſſet,hos autem omnes non ipſe peremerit:eosq; cognoſcere depoſcebat de generatione Achab:quia omnia ſecundum prophetiam dei fuerāt geſta,& domus eius ſicut prædixerat Helias deperiſſet. Cumq; necaſſet eos qui apud Ieſraēlitas ex Achab genere ſunt inuenti,cum equis ad Samariam properabat:per iter autem inueniens aliquos Oziæ Hieroſolymitarū regis,interrogauit eos quò properarent.Illi uero dicētes,quia uenirent ut Ioram ſalutarent,& regem ſuum Oziam,neſcientes quod ab eo ambo occiſi fuiſſent, Hiēus autem eos comprehēſos occidi præcepit.Erant autem numero quadraginta & duo. Poſt hæc autem occurit ei uir quidam bonus & iuſtus nomine Ionadab, olim amicus eius. Qui cum ſalutaſſet eum,cœpit laudare,eo quod omnia cum dei uoluntate feciſſet,& Achab genus exterminaſſet.Hiēus autem rogabat ut aſcendēs in currum,

Iezabel de turri præcipitata à canibus deuoratur.

De ſeptuaginta filijs Achab iuſſu Hiēu interfectis.

in

in Samariam cum eo ueniret,ei ſe demõſtraturum dicens,quia nulli parceret malignantium:ſed & falſos prophetas,& falſos ſacerdotes,& ſuadentes plebi,ut magni quidem dei religionẽ deſererent,& extraneos adorarent,ipſe puniret:cum eſſet utiq; optima nimis hæc inſpectio atq; gratiſſima,ut bonus & iuſtus uir uideret malos tormentis affligi.His conſentiens Ionadab,aſcendens in currum,uenit pariter in Samariam.Hiéus autem requirens omnes cognatos Achab,interfecit. Volens autem nullũ de falſis prophetis,neq; ſacerdotibus idolorum Achab ſupplicium declinare,deceptione quadam & dolo comprehendit uniuerſos.Congregato ſiquidem populo,dixit uelle ſe duplices deos introductos,quos Achab colebat,adorare :rogans ut eorum ſacerdotes & prophetæ & ſerui pariter aduenirẽt: quatenus copioſa ſacrificia,& præcipuas dijs Achab hoſtias immolaret:& eſſet morte multandus ſacerdos,qui tunc non foret inuentus.Deus autem Achab Baal appellabatur. Conſtituens itaque diem,quo uellet ſacrificia celebrare,miſit in omnem Iſraëlitarum prouinciam nuncios dicens,ut ad illum Baal ſacerdotes adducerent.Quibus pariter congregatis,iuſſit Hiéus pontifici ut daret omnibus ueſtes:eiſque ſumentibus ingreſſus in domum cum amico ſuo Ionadab,præcepit ut cum diligentia quæreretur,ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniretur:cum nollet ſacerdotibus idolorum,alios intereſſe fidelium:Illis uero dicentibus,nullum intereſſe peregrinum:& ſacrificia inchoantibus celebrare,conſtituit à foris octoginta numero uiros armatos,quos nouerat fideliſſimos:iuſſitq; eis ut falſos prophetas occiderent,& ipſi in paterna ſolennitate permanerent,quã multo tempore iam deſtituiſſent:& ſimul interminatus eſt,ut ſi qui effugerent,pro illis animas eorum auferret.Illi uero & omnes uiros interemerunt,& domũ Baal igne concremauerunt,& hoc modo à peregrinis ſolennitatibus Samariam liberauerunt. Hic itaque Baal Tyriorum fuit deus, Achab autem uolens parẽre ſocero Iobal,qui rex Tyriorum tunc erat & Sidonis, templum ei fecit in Samaria:ſacerdotesq; conſtituit,& omni eum cultura religionis honorauit. Cum hic igitur deus fuiſſet exterminatus,aureas tamen uitulas Iſraëlitas Hiéus adorare permiſit. Hæc autem dum feciſſet,& pro impiorum caſtigationibus cogitaſſet, deus ei per Prophetam prædixit,eo quod in quatuor generationes ſuper Iſraël eſſent eius filij regnaturi.Igitur circa Hiéu talia gerebantur.

Hiéus occidit ſacerdotes Baal.

Baal Tyriorũ deus.

De Gotholiæ reginæ digniſſimo interitu, & Ioas regis inſtitutione per Ioiadam ſacerdotem. Caput VII.

GOtholia uero Achab filia,audiens Ioram fratris ſui & Oziæ filij mortem, & totius generis regũ unam perditionem,ſtuduit ut nullum de domo Dauid relinqueret,ſed omne genus eius exterminaret,ut nullus ex eis ad regnum ulterius perueniret,& hoc quidem ſicut potuit,fecit.Euaſit autem unus filius Oziæ, mortẽ hoc modo diffugiẽs: Ochozias rex ex uno patre habuit ſororem nomine Ioſabeth,cui copulatus erat põtifex Ioiada. Hæc ingreſſa regiam domũ,ubi erãt interfecti filij regum,Ioas nomine infantulum anniculũ cælatum inueniẽs cũ nutrice,& portans in cubiculum dauſit,& latenter aluit ipſa & uir eius Ioada in templo ſeptem annis,quibus in Hieroſolymis ſuper duas tribus Gotholia regnauit. Septimo uero anno Ioada hunc ſermonẽ pandit quinq; uiris cẽturionibus:eiſq; ſuaſit.

4. Reg.11. Biblia Atallã uocant.

ſuaſit,ut ei conſentirent contra ea quæ à Gotholia fuerant perpetrata, & regnum infanti contraderent:perceptóq; ab eis iureiurando,quo ſecuritas talia gerẽtibus præpararetur,prodidit eis quæ gerenda forent atque complenda. Tunc uiri quibus ſacerdos Ioiada ſuum conſilium commiſerat,circumeuntes omnem prouinciam,ſacerdotes atque Leuitas congregantes ex ea,ſimul & principes tribuum,omnes Hieroſolymis ad pontificem adduxerunt. Qui mox fidem ab eis cum iureiurando,petijt,ut quod ab eo cognoſcerent,cum taciturnitate ſeruarent,donec niſus eius intentionis potuiſſet impleri. Quibus iurantibus ſecurus effectus,deducens eum quẽ de genere Dauid nutrierat:iſte,inquit, uobis ex illa domo rex erit, quam noſtis deum prophetaſſe ſuper nos omni tempore regnaturã. Moneo ſiquidem ut tertiam partem ueſtrum eum cuſtodire faciatis in tẽplo:quartam uero in omnibus templi ianuis ſtatuatis,reliqua uero pars teneat portam quæ ducit ad tecta regalia,alia uero inermis multitudo conſiſtat in templo:nullumq; armatum permittatis intrare,niſi tantummodo ſacerdotes. Eis quoq; præcepit,ut pars aliqua ſacerdotum & Leuitarum circa ipſum regem conſiſteret, eum euaginatis gladijs circundantes:ut ſi quis armatus in templum intrare præſumeret,repente perimeretur:& nihil metuentes regis tutamen fortiter cuſtodirent. Illi uero conſilio pontificis obedientes,ſuam uoluntatem opere declararunt. Interea Ioiadas aperiens armamentariũ quod erat in templo à Dauid cõſtitutum,diuiſit centurionibus & ſacerdotibus & Leuitis arma quæcũq; inuenit,lanceas & pharetras, & quodcunq; aliud apprehendit genus armorum:& armatos circa templum ſtatuit,ut manu ſua totum conſtipare uiderentur ingreſſum,& quaſi murum habita teſtudine molirentur,præripienteſq; in medio puerum,ei regium diadema impoſuerunt: & ungens eum Ioiada, regem ſolenniter ordinauit. Populus itaque gaudens damauit: Viuat rex. Porrò Gotholia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoſcens,uehementer perturbata cum ſuo exercitu de regalibus exiliuit. Et cum ueniſſet ad templum,ſacerdotes quidem eam protinus exceperunt,armatos uero qui ſequebantur introire prohibuerunt. Erant enim à pontifice præpoſiti,ſicut dictum eſt,ut templi aditus obſeruarent. Tunc itaq; Gotholia uidens puerum ſtantem ſuper tribunal regium,eiq; diadema regale ſuperpoſitum,ſciſſa ueſte ſua uehementer exclamans,iuſſit occidi qui ei fecerant inſidias,& principatum auferre tentauerant. Ioiada uero euocans centuriones, iuſſit ut educẽtes Gotholiam in conuallem cedron,eam ibi perimerent,ne templum illic uiolarent ueneficam in eo occidentes: unà præcipiens,ut ſi qui ei ferre uellet auxilia,pari ſorte perimeretur. Tunc quidem cui fuerat eius iniuncta peremptio,ſumens Gotholiam deduxit eam ad portam mularũ regis & illic eam interfecit. Cum uero hæc circa Gotholiam fuiſſent geſta, conuocans populum & armatos Ioiada in templo,coniurauit omnes,ut regi fauerent,& eius ſaluti proſpicerent,quando in deuotione regia deum potius honorarent, & ne tranſcenderent Moſeas leges, eos iuſiurandũ quoq; cõpulit exhibere. Poſt hæc concurrentes ad domum Baal,quã Gotholia & Ioram uir eius inſtruxit,ad iniuriam paterni dei & honorem Achab eam funditus euerterunt,& ſacerdotem eius Mathan nomine peremerũt:diligentiam uero atq; templi cuſtodiã ſacerdotes & leuitas Ioiada habere permiſit,& ſecundum

Ioas infantulus in regem ungitur.

Gotholia perimitur.

cundum regis Dauid præceptum, iuſſit eos ſecundo in die holocauſta & ſacrificia ſolēniter immolare, ut ſecundum legem incenſum offerrent. Fecit autem & quoſdam leuitarum portarios ad templi munimen, ne illic ſordidum aliquid latenter intraret. Hæc itaq; uniuerſa diſponēs cum centurionibus & principibus & omni populo, ſumens puerum de templo Ioiadas, eum cum uniuerſis ad regalia uſq; perduxit. Quo in ſolio regio reſidente, cunctus populus cum fauore ſolenni exclamauit, & ad epulas conuerſi ſimul feſtiuitatem multis diebus egerunt. Ciuitas ergo quietē habebat, Gotholia de rebus humanis ablata. Ioas itaq; adeptus regnum, erat annorum ſeptem, cuius mater erat nomine Sabia ex regione Berſabeæ, multamq; habuit cuſtodiam legum: & culturam diuinæ religionis exhibuit omni tempore quo uixit Ioiadas. Aetate uero congrua duxit uxores duas, dante ſibi pōtifice, ex quibus maſculi & fœminæ natæ ſunt. Igitur de Ioas, & quēadmodū inſidias Gotholiæ effugerit, regnūq; perceperit, hæc indicaſſe ſufficiat.

De reſtauratione templi per Ioas regem, & præuaricatione eiuſdem ſequente & pœna mortis ſucceſſoreq; filio Amaſia. Caput VIII.

ASahel autem Syrorum rex, dum pugnaret contra Iſraēlitas, & contra regē eorum Hiēu, uaſtauit prouinciam trans Iordanem, quæ erat ad orientem tribus Ruben, & Gad & Manaſſe, & Galaad, & Batthaneam, percurrens ubiq;, & cuncta diripiens, & uim reſiſtentibus inferens uniuerſis. In quo potuit quidem ulciſci Hiēu, dum cunctā prouinciam deuaſtaret: ſed circa diuinitatem ſuperbus & contemptor exiſtens, & legitima ſancta deſpiciens, mortuus eſt, cum regnaſſet ſuper Iſraēlitas annis ſeptem & uiginti. Sepultus eſt autem in Samaria, ſucceſſorem principatus Ioachazan derelinquens. Regem uero Hieroſolymorum Ioas, quoddam deſideriū apprehēdit, ut templum innouaret dei. Quadā ergo die euocans pontificem Ioiadan, iuſſit ut in omnem mitteret regionem, & Leuitas & ſacerdotes exigeret pro uniuſcuiuſq; capite dimidium ſidum argenti ad fabricam & renouationem templi, quod à Ioram, Gotholia, & eorum filijs uidebatur eſſe deſtructum. Pontifex equidem hoc non fecit, ſciens quia nullus conferret argentū. Tertio uero & uiceſimo anno regni ſui Ioas euocās ad ſe Ioadā ipſum & Leuitas, & quaſi inobdientes ſui præcepti culpans, iuſſit ut pro hac re in futuro anno pro renouatione templi proſpicerent. Quo facto conſilio pontifex uſus eſt pro congregatione pecuniarum, quod populus libenter habuit, & gratāter impleuit. Fecit nanq; ligneam arcam, & undique muniens eam, unum ei foramen aperuit: quam ponens in templo iuxta ſacrarium, iuſſit ſingulis ut quantum uellent in eā mitterent per foramen pro templi reparatione. Ad hoc itaque opus omnis populus libenter acceſſit: & multum argenti, multumq́ue auri largitus eſt. Quo facto euacuantes arcam rege præſente Scriba ſimul & ſacerdos gazophylaciorum, dinumerantes quod fuerat congregatum: deinde eandem arcam in ipſo loco repoſuerunt, & hoc diebus ſingulis faciebant. Cumq́ue populus quod ei uiſum fuerat obtuliſſet, miſerunt pontifex Ioiadas, & rex Ioas, ut cæſores lapidum inſtructoresq́ue conducerent, & ligna maxima de optima ſylua deponerent. Templo ſiquidem reparato, aurum quod remanſerat, & argentum non paruum, ad pateras, & uini fuſiorac oopercula, & uaſa reliqua deportarunt: ſacrificijsq́ue quo-

4. Reg. 14.

A Ioa prima fit reparatio templi.

tidie adolentes altare degebant. Et hæc quidem tempore quoad uixit Ioiadas competenti ſtudio gerebantur. Cum uero is mortuus fuiſſet, qui uixerat annis centum & triginta, iuſtus & per omnia uenerandus, & ſepultus fuiſſet in Hieroſolymis in regijs monumentis, quoniam generis Dauid repararat imperium, rex Ioas curam perdidit diuinæ religionis, cum quo etiam primates plebis pariter uitiati ſunt, ut circa ſolennitates & legitima iura delinquerẽt. Deus autem dure ferens tranſgreſſionem regis & aliorũ, miſit prophetas qui conteſtarentur eos, ut ab huiuſmodi geſtorum malignitate recederent. Illi uero in tali malorum more & deſiderio permanſerunt, ut nec alios qui ante ſe propter legitimorum iniurias fuerant caſtigati, neq; prophetas qui prædicebãt ut pœnitentiã agerent, & conuerterentur ab iniquitate, reſpicerent. Nam & Zachariam filium pontificis Ioiadæ, lapidibus in templo rex iuſſit occidi, beneficiorum patris eius oblitus. Quem cum deus prophetã conſtituiſſet, ſtans in media multitudine ſuadebat eis ſimul & regi, ut iuſtitiã facerent: & quod magna ſupplicia ſuſciperẽt, ſi nollent dei præceptionibus obedire. Qui tamen dum moreretur, ſuarum paſſionũ teſtem deum & iudicem proclamauit: quia pro bono cõſilio, & pro his quæ pater eius præſtiterat regi Ioas, ille amare & uiolenter occumberet. Rex autem Ioas non poſt multa temporis ſpatia, iuſtiſſimas pœnas horum, in quibus præuaricatus eſt, exoluit. Veniente nanq; Aſahel Syrorum rege in eius prouinciam, & Geth deuaſtante atque depopulante, cum eſſet iã ad Hieroſolymam deducturus exercitũ, metuens Ioas obſeſſionem, euacuatis omnibus dei theſauris atq; regalibus & miniſterijs templi, miſit Syrorum regi, his redimens eum, ne ciuitas pateretur obſeſſionem, aut periculum rerum omnium ſuſtineret. Cui dum ſatiſfactum fuiſſet ingenti multitudine pecuniarum, nequaquam ad Hieroſolymã caſtrametatus eſt. Ioas tamen cum peſſimum languorem incurriſſet, inſtantes amici qui mortẽ Zachariæ Ioiadæ filij defendebant, eiq; inſidias facientes interemerunt eum, & ſepultus eſt quidem in Hieroſolymis, non autem in monumentis patrum, quia fuerat diuinæ religionis inimicus. Vixit autem annos quidem ſeptem & ſexaginta, in eius autem imperium ſucceſſit filius eius Amaſias. Vigeſimo autem primo anno regni Ioas, Iſraëlitarum principatu potitus eſt Ioachas filius Hiẽu in Samaria, quem & habuit annis ſeptem & decem, patris quidẽ ſui nec ipſe imitator exiſtens: impie uero gerens, ſicut & primi reges qui deum ſpreuiſſe uidebantur. Hũc autem humiliauit, & eum extenta poteſtate contriuit, dum aduerſus eum caſtra mouiſſet. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abſtulit, & eius milites trucidauit. Hæc itaque paſſus eſt Iſraëlitarum populus ſecundum Heliſæi prophetiam: quando Aſahel, qui occidit dominum ſuum, regnaturum eſſe prædixerat ſuper Syros & Damaſcenos. Cumq́ Ioachas in his anxietatibus teneretur, ad preces dei ſupplicationesq́ue confugit: rogans ut eum de Aſahel manibus liberaret, nec pateretur ut ſub illius ditione uiueret. Deus autem pœnitẽtiam pro uirtute ſuſcipiens, & corripere magis quàm perdere hominem huiuſmodi uolens, cõceſſit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaque potita prouincia rurſus ad ſtatum priſtinum copiamq́; reuerſa eſt. Poſt mortem uero Ioachas filius eius Ioas ſuſcepit regnum. Cum ſeptem iam & triginta annos habe-

ret

Zacharias Ioadæ lapidatur.

Ioas.

Ioas occiditur ſuccedente filio Amaſia.

Aliâs quadra. 4. Reg. 13.

Ioachas filius Hiẽu rex Iſraël.

Aſahel.

ret in regno Ioas ſuper tribum Iuda, tenuit principatum iſte Ioas in Samaria ſuper populum Iſraël. Nam & ipſe idem habebat nomen, quod Hieroſolymorum rex: tenuitq; regnum annis ſedecim: fuitq; bonus, & in nullo paternæ naturæ cõſimilis. Illo ſiquidem tempore Heliſæus propheta cum iam in ſenectute conſiſteret, & ægritudinem incurriſſet, uenit Iſraëlitarum rex uiſitare eum. Et dum eum in nouiſſimis inueniſſet, flere cœpit eo uidente & ingemiſcere, patremq; & ſcutũ ſui regni uocare: præter eum ſe dicens nunquàm contra hoſtes armis egiſſe, ſed illius prophetia ſine dimicatione uiciſſe: qui dum à uita diſcederet, Hebræos Syris, & aliis inimicis captiuandos relinqueret. Quapropter nec ipſam uitam ſecuram ulterius fore dicebat: ſed gratum ſibi eſſe, ut cum eo à præſenti luce recederet. Hæc dicente atque gemente rege, Heliſæus conſolabatur eum, iuſſitq; ut allatum ſibimet arcum extenderet. Qui cum præparaſſet arcum, contingens manus eius Propheta iuſſit ut ſagittaret. Cũque tres ſagittas dimiſiſſet atq; ceſſaſſet, ait: Si plures dimiſiſſes, eradicaſſes Syrorum regnum. Quia uero in tribus ſolummodo quieuiſti, toties congreſſus Syris pugnando præualebis, ut regionem quam abſtulerunt à patre tuo, rurſus obtineas. Et rex quidem dum hæc audiſſet, abſceſſit. Poſt non multum uero tempus & Propheta defunctus eſt, uir iuſtitia famoſiſſimus, & ualde præclarus. Miraculum nanque & inopinabilia opera per ſuas prophetias oſtendit, & apud Hebræos memoriam claram & magnificam ſepulturam habere promeruit, & qualem uiro ita religioſo decebat impendi. Illo ſiquidem tempore contigit, ut quidam latrones in Heliſæi ſepulchrum mortuum, quẽ ipſi uidebantur interfeciſſe, proiicerent: cuius cadauer dum eius fuiſſet corpori ſociatum, continuo ſuſcitatum eſt. Et de Heliſæo quidem propheta, & quæcunque prædixit, & quomodo poſt mortem uirtutem diuinam habuit, hæc declarata ſufficiãt. Defuncto itaq; rege Syrorum Aſahel, ad filium eius Addan imperiũ peruenit: contra quem Ioas Iſraëlitarum rex dimicans, & tribus congreſſionibus eũ uincens, omnem prouinciam ab eo detraxit, & quoſcunq; uicos & ciuitates pater eius Aſahel de Iſraëlitarum regno ſubtraxerat, liberauit. Hoc itaq; ſecundũ prophetiam Heliſæi prouenit. Cũq; contigiſſet ut etiam Ioas moreretur, ille quidẽ ſepultus eſt in Samaria, regnum uero ſuo filio Geſſaban nomine dereliquit.

In ſepulchro Heliſæi mortuus reuiuiſcit.

De bello Amaſiæ contra inimicos, & inſolentia ſubſequente. Cap. IX.

ANno ſecundo Ioas regis Iſraëlitarũ, regnauit ſuper tribum Iuda in Hieroſolymis Amaſias, cuius mater erat nomine Ioad, genere ciuis, & iuſtitiæ prouiſione laudabilis, qui cum iuuenis eſſet, ueniens ad regnũ, cogitauit ut inimicos, qui patrem eius occiderant, puniret: & comprehenſos omnes occidit: Filijs autem eorum pepercit ſequens Moſeos leges, qui ſanciuit non propter peccata parentũ filios occidẽdos. Deinde eligens exercitum de tribu Iuda & Beniamin, qui in flore iuuentutis & circa uiginti annos exiſterent, & congregans quaſi * trecẽta milia, conſtituit ſuper eos centuriones: mittensq; ad regem Iſraëlitarum, conduxit centum argenti talentis centum milia armatorum. Deliberauerat enim ut Amalechitarum gentibus, & Idumæis, & Gabaonitis inferret bellum. Cumq; præpararetur ad prælium, & iam uideretur poſitus in procinctu, ſuaſit ei Prophe ta ut dimitteret Iſraëlitarum exercitum, quia eſſet impius, & deus eum uinci præ-

4. Reg. 14.

Aliâs triginta.

diceret,utq; ſuorum ſolũmodo ſolatijs uteretur,& hoſtibus præualeret cũ pauciſ contra eos pugnando,uolente deo.Cumq; grauiter hoc ferret rex,eo quod mercedes Iſraëlitis iam præbuiſſet ingentes,monebat Propheta, ut ageret quod deo placeret,cum poſſent pecuniæ ex ipſius muneribus abundare.Et illos quidem dimiſit,cedens etiam quas dederat rex mercedes:ipſe uero cũ ſuo exercitu ad prædictas gentes acceſſit.Et prælio geſto uincens,decem quidem milia occidit,& totidem uiuos cepit:eosq; deducens ad magnam petram quæ eſt in Arabia conſtituta,ex ea præcipitauit.Prædam autem & diuitias ex his gentibus abſtulit infinitas.Dum itaq; in his Amaſias conſiſteret,Iſraëlitæ,quos cum mercede data remiſerat,indignati,& credentes iniuriam quia quaſi pro uituperatione fuiſſent ab eo remiſſi,eius regni terras aggreſſi ſunt:& uſq; Betthoram procedentes,dirupuere prouinciam,& multa quidem abſtulere iumenta,& tria milia hominũ occiderunt.Amaſias autem uictoria ex his quæ geſta fuerant elatus,deum quidem qui ei horum omnium autor extiterat, cœpit ſpernere: ac deos illos,quos de Amalechitarum prouincia uexerat, adorare. Tunc accedens ad eum Propheta,mirari ſe dixit,cum eos deos rex arbitraretur adorandos,qui ſuos & à quibus honorabantur non poſſent adiuuare,nec ab huius manibus liberaſſent, ſed multos perè untes contempſiſſent,& ipſi quoque in Hieroſolymam ad inſtar hoſtium captiuorum uincti deducti fuiſſent.Hæc itaque regi mouerunt iram,& præcepit debere reijci Propheta,interminatus ſe eum puniturum ſi amplius loqueretur.Et Propheta quidem tacere ſe dixit: prædicens non eſſe præbiturum deum ea, quæ rex facere moliretur.

Iſraëlitæ cõducti conducto/ri Amaſiæ bellum indicunt.

Amaſias gloria elatus idola ueneratur.

De Amaſia contra Ioas bellante deuicto. Caput x.

AMaſias autem dum ſe abſtinere non poſſet in rebus felicibus conſtitutus, quas à deo perceperat,eiq; faciebat iniurias,ſcripſit ad regem Iſraëlitarũ Ioas,ut ei obaudiret & ipſe & populus uniuerſus: ſicut prius obaudiebant parentibus eius Dauid & Salomoni. Qui ſi parêre nollent, ſcirent quia bello terminum cauſa perciperet. Cui Ioas reſcripſit: Rex Ioas regi Amaſiæ. Erat in Libano monte cypreſſus omnino procera,& puluis exinde miſit ad cypreſſum,petens filiam eius ut filio ſuo daret uxorem. Et dum hæc ageret,beſtia quædam tranſiens puluerem conculcauit. Hoc ergo tibi erit exemplum ut maiora non appetas: nec quoniam Amalechitas uiciſti, in hoc exultans,tibi tuóque regno uideris inferre pericula.Hæc autem relegens Amaſias,ad bellum potius incitatus eſt: deo ut arbitror ad hoc impellente,ut pro his quæ fuerant ab eo commiſſa, pœnas exolueret. Cumq; produxiſſet exercitum contra Ioas, eſſetq; iam prælium commiſſurus,milites Amaſiæ repentinus terror & ſtupor inuaſit,qualem nõ propitius deus immittit:& anteq; uenirẽt ad manus,in fugam animi pauore cõuerſi ſunt. Illis ergo terrore diſperſis,contigit ut Amaſias deſolatus ab hoſtibus caperetur,eiq; Ioas mortem interminatus eſt,ni Hieroſolymitis ſuaderet,ut aperiẽtes portas,eum cum exercitu in ciuitatem ſuſciperẽt.Et Amaſias quidem mortis terrore cõpulſus,ſuſcipere fecit hoſtem.Qui deſtruens partẽ muri quaſi quadringentorum cubitorũ,cum curru ingreſſus eſt Hieroſolymã,Amaſiam captiuũ ducẽs: & dominus hoc modo Hieroſolymitanæ ciuitatis effectus, & dei theſaurũ abſtulit.

tulit,& aurum argentumq́,quod in Amaſiæ regalibus inuentum eſt,exhauſit: & ita eũ à captiuitate reſoluens,regreſſus eſt ad Samariam. Hæc itaq; geſta ſunt circa Hieroſolymitas anno quarto & decimo regis Amaſiæ. Qui poſt hæc paſſus inſidias amicorum, fugit quidem in ciuitatẽ Lachis:interfectus eſt autem ab eis mittentibus, qui eum illic interimerent. Cuius corpus referẽtes in Hieroſolymã, regaliter tumulauerunt. Igitur Amaſias hoc modo finiuit uitam propter ſuperbiam & contemptum,quem habuit circa deum:qui uixit annos quidem quatuor & quinquaginta,regnauit autem uigintinouem. Huic ſucceſſit filius ſuus nomine Ozias. *Amaſias occiditur.* *Succedit Ozias.*

De Hieroboam rege,propheta Iona,& Ozia ſacrificante punito. Cap. IX.

ANno autẽ quintodecimo regni Amaſiæ,regnauit in Iſraël filius Ioas,Hieroboam in Samaria annis quadraginta. Hic aũt rex circa deum quidẽ iniurioſus, & iniquus extitit uehementer idola colendo,& multa incongrua & opera extranea faciẽdo,populo uero Iſraëlitarum multorũ bonorum fuit occaſio. Huic quidẽ Ionas prophetauit, quia oporteret eũ Syros uincere dimicando,& regnũ proprium dilatare in partibus quidẽ aquilonis uſq; ad Hemathi ciuitatẽ:à meridie uero uſq; ad Aſphaltiten paludẽ. Antiquitus emi termini Chananæi iſti fuerunt,ſicut princeps Ieſus ea loca determinauit. Igitur Hieroboam caſtrametatus cõtra Syros,omnem eorũ prouinciã(ſicut Ionas prophetauerat) deuaſtauit. Neceſſarium uero iudicaui integritatẽ rerũ contradere, ſtudens quæcunq; & de iſto propheta in ſacris libris inueni ſcripta,omnia declarare. Hic enim iuſſus à deo ut iret ad Niniue regnũ,& ibidem prædicaret,quia eſſet amiſſura ciuitas principatũ: metuens nõ perrexit,ſed fugit deum in Ioppe:& inuenta naue ingreſſus in Tarſum ciuitatem Ciliciæ nauigabat. Cumq; tẽpeſtas immineret aſperrima,& nauis ſubmerſionis pericula ſuſtineret:nautæ quidem & gubernator, & ipſe nauclerus fundebant orationes,quatenus periculũ mortis euaderẽt: Ionas autem operiens ſemetipſum iacebat,& nihil enitebatur horũ quæ alios uidebat efficere. Cumq; tẽpeſtas potius augeretur,& uiolentius uentorum nimietate mare attolleretur in cumulũ, cogitantes ſimul quia aliquis nauigantiũ huius tẽpeſtatis autor exiſteret,conſtituerũt ut quicunq; is eſſet,ſorte proderetur. Quibus hoc faciẽtibus,ſors cecidit in Prophetã. Interrogantibus aũt illis unde eſſet aut qnid ageret,genere ſe quidem dixit Hebræũ,prophetam uero ſummi dei:eisq; ſuaſit:ut ſi uellent præſens periculum declinare,eum in pelagus proiicerent, qui tempeſtatis eorũ autor extiterat. Et illi quidem non hoc prius facere præſumpſerunt,impium iudicãtes, ſi peregrinum hominem,& qui eis ſuam commiſerat ſalutem,ad hæc mala compellerent,cum utiq; nondum nauis ſubmerſio proueniſſet:à propheta uero poſt hæc compulſi,& timore ſuæ ſalutis aſtricti,eum in pelagus proiecerunt,& tempeſtas quidem remotã eſt. Ille uero ſermo eſt,quia à ceto deuoratus, poſt tres dies totidemq́ue noctes in Euxino portu uiuus euomitus eſt, in nulla parte corporis maculatus: qui ſupplicans deo,ut ei ueniam concederet pro delicto, ad Niniuen profectus eſt ciuitatẽ:& ſtans in medio prædicauit,quia poſt breuiſſimũ tempus Aſiæ perderent principatũ. Hæc ergo indicãs eis eſt reuerſus. Hanc ergo narrationẽ explicui,ſicut ſcriptam inueni. Igitur Hieroboam rex cũ omni felicitate uitam degens, 4.Reg.14. *Ione.1.* *Hiſtoria Ionæ prophetæ.* *Naufragium Ionæ prophetæ.* *Ione.2.* 4.Reg.14.

4.Reg.14. degẽs,& regnans annis quadraginta defunctus eſt,& ſepultus in Samaria:cui ſuc
4.Reg.15. ceſſit in regnum eius filius Zacharias. Eodẽ uero modo & Ozias Amaſiæ filius
Aliâs decimo. quarto iam &*trigeſimo anno regni Hieroboã duabus tribubus in Hieroſolymis imperauit:cuius mater fuit Achelamas nomine,genere uero ciuis. Erat aũt hic bonus & naturaliter iuſtus atque magnanimus, & ad rerum prouidentiam nimis induſtrius. Caſtrametatus contra Palæſtinos, eoſq; bello deuincẽs,ciuitates eorum cepit,Geth,& Iamniam,ſed & muros earũ deſtruxit.Poſt hãc uero militiam aggreſſus eſt Arabes uicinos Aegyptijs:& ædificans ciuitatem circa mare rubrũ, conſtituit in ea cuſtodias.Deinde Ammonitas ſubdens,& tributa eis imponens, & omnia uſq; ad terminos Aegyptiorũ ſuæ ditioni ſubijciẽs,cepit de cætero Hieroſolymitarum curam habere.Nã quicunq; muri fuerant longo tẽpore aut regũ priorũ deſidia iam deſtructi, eos rurſus ædificauit & reparauit, necnon & quoſcũq; deſtruxerat Iſraëlitarum rex, quando patrem eius Amaſiam captiuum tenens,ingreſſus fuerat ciuitatẽ.Aedificauit autẽ & turres multas,ſingulis quibuſq; centum & quinquaginta cubitos habẽtibus. Fecit & in deſertis locis magnas ual
Ozie ſtudiũ. de munitiones,multos aquæ ductus inſtituens.Habebat autem iumentorum & aliorũ animalium innumeram multitudinem, quãdo & prouincia fertilis erat ad paſcua:eratq́ue præcipue terræ cultor,& curam habebat circa plantationes,& ſemina fructuum diuerſorum. Exercitum uero circa ſe habuit electorum trecẽta & ſeptuaginta milia uirorum,quorum duces & tribuni & millenarij erant ualde fortiſſimi,& qui ſuo robore non poſſent ferri numero duo milia. Conſtituit aũt per cohortes totum exercitum,& omnes armauit: dans unicuiq; iaculum & ſcutũ & loricas æreas,& arcus & ſplendonas. Super hæc autem & multa machinamenta ad oppreſſiones inſtituit, quibus petræ demitterentur, & iacula & harpagones,& his ſimilia præparauit. Dumq́ue hæc ita conſtituiſſet,mentis elatione corruptus, & mortali ſubſtantia ditatus,cõtra immortalem omni tempore agere nitebatur. Eſt autẽ immortalis ſubſtãtia,pietas circa deum,& cuſtodia mandatorũ. Lapſus eſt itaq; felicitatis euẽtu,& ad paterna peccata deſcendit:quæ etiam illum poſtq; claritatem bonorũ & rerum magnitudinem dereliquit,apprehenderũt.Hic enim
Præſumptio Oziæ regis. inſtante inſigni die & generali feſtiuitate,indutus ſtola ſacerdotali intrauit in templũ,oblaturus incẽſum in aureo altari deo .Pontifice uero Azaria cũ alijs octoginta ſacerdotibus eũ prohibente ne faceret quod nõ liceret: quoniã hæc ſolũmodo his adiacerẽt,qui erant ex genere Aaron :& clamantibus ei ut exiret ,& non ageret contra leges dei,iratus interminatus eſt eis mortem,niſi tacerent. Inter hæc autem terræmotus factus eſt magnus , & ſtupeſcente populo claritas ſolis nimis effulſit,& cecidit in faciem regis,& illi quidem lepra continuo prouenit.Ante ciuitatem uero in loco qui dicitur Eroge, ſciſſa eſt media pars montis ad occidentem,& ſua uolubilitate per quatuor ſtadia procedens,ad orientalem reſtitit montem,ita ut & uias clauderet,& regios hortos opprimeret. Cumq; ſacerdotes regis faciem lepram apprehendiſſe conſpicerent, pandenbant ei calamitatem ſuã,hortãtes,ut tanq; pollutus exiret à ciuitate. Ille uero confuſione huius euẽtus,& dum illi iam eſſet nulla fidutia,tremefactus quod iubebatur impleuit.Qui licet fuiſſet ultra humanas mentes elatus,& propter hoc impie geſſiſſet in deo,miſerabilẽ tamen hãc

& uilem pertulit paſſionem: & tempus quidem aliquod extra ciuitatem commoratus, in uita priuata degens, licet filio eius Ioathan regnũ ſuſcipiente, deinde mœſtitia geſtorum faciẽte defunctus eſt. Qui uixit quidem annis octo & ſexaginta, in quibus regnauit quinquaginta & duos: ſepultus eſt autẽ ſolus in proprijs hortis. Zacharias autem filius Hieroboam dum menſibus ſex regnaſſet in Iſraël, dolum paſſus occiſus eſt à quodam amico nomine Sellum, filio Iotauis, qui poſt eũ regno percepto non amplius q̃ diebus triginta tenuit principatũ. Princeps autẽ militiæ Manahen illo tẽpore, cum eſſet in ciuitate Tarſi, & audiſſet quod de Zacharia fuerat geſtum: ſurgens inde cũ omni militia, uenit in Samariam, & commiſſo prælio Sellum peremit, & ſemetipſum conſtituit regem. Surgensq; exinde in Thapſa ciuitatem uenit, cuius ciues obſeruãtes portas eius, regem ſuſcipere noluerunt. Ille uero ulciſcens in eis, & quæ foris erant depopulatus eſt, & ciuitatẽ obſeſſione fortiſſima cepit: & grauiter ferẽs, quod fecerant ciues eius, omnes occidit, neq; paruulis parcens, & quicquid ad *cultum pertinebat ferocitatis & ſæuitiæ nõ relinquens. Nam quod alienigenæ capiẽtes eos facere non potuiſſent, hoc iſte de ſuis contribulibus operatus eſt. Itaq; Manahen hoc modo regnauit annis decem fuitq; peruerſus & * rerum omnium ualde ſæuiſſimus. Cumq; aduerſus eum caſtra mouiſſet Phiolaus Aſſyriorum rex, ad certamen quidem pugnæ contra Syros nõ acceſſit: ſed mittens ei mille argenti talenta, egit * ut ab illo diſcederet. Ad hanc itaque cauſam profuit populus regi Manahen. Nam unuſquiſq; pro capite ſuo quinquaginta præbuit dragmas. Poſt hæc uero defunctus eſt, & ſepultus in Samaria. Phaceiam uero ſuum filium ſucceſſorem proprij regni dereliquit. Qui ſequens paternam crudelitatem, duobus tantummodo regnauit annis: deinde in conuiuio dolo cum amicis proprijs interemptus eſt. Phaceias enim millenarius, filius Romeliæ, ei fecit inſidias: qui & ipſe Phaceias tenuit principatum annis *uigintiduobus. Fuit autem impius & iniquus. Rex autem Aſſyriorum *Teglatphalaſſar nomine, caſtrametatus aduerſus Iſraëlitas, & cunctam Galaaditen regionem uaſtans, & trans Iordanem, & quæ Galilæa nuncupatur, & Tarſan & Aſaran, & habitatores unà captiuos ducens, eos in regnum ſuum migrauit. Igitur & de Aſſyriorum rege hæc nos dixiſſe ſufficiat. Ioathan itaque Oziæ filius regnauit in Hieroſolymis ſuper tribũ Iuda, cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis quæ uocabatur Ieraſis. Is aũt rex nulla uirtute minor fuit, ſed & rebus diuinis pius, apud homines autem iuſtus aſtabat: habuitq; curam rerũ ciuitatis: & quæcunq; reparatione & ornatu pariter indigebant, hæc largiſſime procurabat: fecitq; porticus in templo, & eius ingreſſus ornauit: muros quoq; qui ceciderunt rurſus erexit, turrésq; proceres & inuincibiles in eis ædificauit: & in reliquis omnibus quæ in regno neglecta uidebantur, opus fabricationis exhibuit. Qui dum Ammonitis intuliſſet bellum, eosq; uiciſſet, ſingulis annis illos tributa præcepit exoluere talenta auri centum, & tritici decem milia coros, tantundem & hordei. Sic autem proprium auxit regnum, ut hoſtibus quidem eſſet ualde terribilis, familiaribus uero præcipue felix.

Aliàs culmẽ.

Aliàs regum.

Aliàs à bello.

Phaceias patri Manahen ſuccedit.

Aliàs uiginti.

Aliàs Teclaphas.

Oziæ ſuccedit Ioathan.

Prophetia Naum hic inſerta. Caput XII.

EO ſiquidem tempore fuit propheta quidam nomine Naũm, qui de Aſſyriorum

Naum 1.2.3.

riorum ſubuerſione & Niniue urbe prophetans, hoc dicebat: quomodo Niniue piſcina aquæ commota, ſic & populus omnis turbatus & fluctuans commouebitur fugiens, cunctis dicentibus ad alterutros, ſtate & manete, aurumq; uobis argentumque diripite: & nullus hanc uoluntatem habebit, dū animas ſuas omnes magis quàm facultates ſeruare feſtinent. Crudelis enim alterutros decertatio habebit, & luctus & diſſolutio magna membrorū, & uultus eorum terrore palleſcēt. Vbi tunc erit habitaculum leonum? Dicit autem tibi deus Niniue: quoniam exterminabo te, & nequaquam leones progredientes ex te imperabunt mūdo. Super hæc autem & multa alia prædixit iſte propheta de Niniue, quæ dicere neceſſarium non putaui, ne legentibus uiderer importunus oſtendi. Hæc autem omnia prouenerunt Niniue poſt annos centum & quindecim. De his ergo nunc à nobis ſufficienter expoſitum eſt.

De impietate regis Achaz & digna pœna. Caput XIII.

4. Reg. 16. POrrò Ioathan mutauit uitam, cum uixiſſet annos unum & quadraginta, ex quibus regnauit ſedecim: ſepultusq; eſt in regijs monumentis, uenitq; regnū ad eius filium Achaz: qui impius circa deum exiſtens, & paternæ prætiaricator legis, reges Iſraëlitarum imitatus, in Hieroſolymis idolorum aras inſtituit, & ſuper eas ſacrificauit: in quibus etiam ſuum in holocauſtum obtulit filium, more Chananæorum: & ſuper hæc multa alia ſcelera perpetrauit. Cumq; circa hæc ita uefanus exiſteret, caſtrametatus eſt aduerſus eum Syrorum & Damaſcenorum rex Raſin, & Phaceias Iſraëlitarum: erant enim amici. Et claudentes eum in Hieroſolymis multis eam temporibus obſidebant, propter murorum munitionem eam capere non ualentes. Syrorum uero rex capiens ciuitatē Ailach, ad mare rubrum poſitam, & habitatores eius occidens, in ea Syros ſtatuit: & aliis in circuitu ciuitatibus ita fecit, perimens ubiq; Iudæos: qui multā deuehens prædam, in Damaſcum cum ſuo remeauit exercitu. Rex autem Hieroſolymorum cognoſcēs Syros ad propria remeaſſe, & credens ſe prætualere contra Iſraëlitarū regem, exercitum ſuum aduerſus eum armauit, & cōgreſſus bello ira dei faciente deuictus eſt, propter impietates ſuas multas & maximas. Ea nanq; die centum & uiginti milia eius militum ab Iſraëlitis occiſi ſunt: & Amaſias princeps militiæ Zachariam filium regis Achaz in bello peremit, & tutatorem totius regni Ezricam cōſtituit, & principem militiæ tribus Iuda nomine Elicam captiuū tulit, & ex tribu Beniamin mulieres & infantes, multamq; ſimul diripientes prædam, in Samariā ſunt reuerſi. Quidam uero Odidas illius temporis propheta, cū eſſet in Samaria, exercitui ante muros occurrens, magna uoce clamauit, dicens uictoriam eis nō propria uirtute collatam, ſed propter iram dei quam habuit ſuper Achaz regem: culpauitq; eos cur eis nō ſufficeret ſua felicitas, ſed etiam præſumpſerint ex tribu Iuda & Beniamin cognatos ſuos captiuos abducere: ſuaſitq; illis ut eos continuo ſinerent ad propria remeare, qui ſi non obedirent deo ſubderentur repente prælio. Populus igitur Iſraëlitarum in cœtu conueniens, quid de his fieret cogitabat. Tunc quidam Barachias nomine cum eſſet in Republica probatiſſimus, ſurgēs in medio, & cum eo tres alij dixerunt: Non eſt permittendum ut captiui in urbē introducantur, ne omnes à deo pariter pereamus. Sufficiant prima peccata, ſicut

prophe-

prophetæ dicunt,& non nouas impietates adiiciamus.Hæc ergo milites audientes, permiſerunt eis ut facerent quodcunque crederent expedire. Sumentes ergo prædicti uiri captiuos,lauantésque,& diligentiam exhibentes,& itineris dantes expenſas,innoxios ad propria dimiſerunt.Nihilominus & illi quatuor uenere cum eis,& uſque ad Hiericho deducentes eos non procul ab Hieroſolymis, in Samariam ſunt reuerſi.Rex autem Achaz hæc paſſus ab Iſraëlitis,mittens ad regem Aſſyriorum, popoſcit ab eo belli ſolatium aduerſus Iſraëlitas, & Syros, & Damaſcenos, multas pecunias ſe ei daturum promittens: miſitq; ei & munera ualde prædara.Ille uero legatis ad ſe uenientibus,uenit in auxilium regis Achaz, & caſtrametatus aduerſus Syros,& regionem eorum depopulatus eſt;& Damaſcum bellico iure cepit: inſuper & regem Raſin occidit.Damaſcenos autem in ſuperiorem Mediam deſtinauit, & quoſdam Aſſyriorum in ciuitate Damaſcena conſtituit.Iſraëlitarum uero terram nimis affligens,multos ex ea captiuos abduxit. Cum ergo hæc contra Syros egiſſet rex Hieroſolymorum auferens aurum quodcunque erat in regalibus theſauris,pariter & argentum,& quod erat in templo dei,& quod fuit optimum ornamentum,deuehens hæc uenit in Damaſcum, & ſecundum promiſſiones dedit hæc Aſſyriorum regi,& gratias ei pro omnibus referens,in Hieroſolymam remeauit.Hic autem rex ſic fuit ſtultus,& circa modũ ſuæ utilitatis à ratione alienus:quia neque dum bello comprimeretur à Syris,deos eorum adorare ceſſauit,ſed in eorum ueneratione permanſit, quaſi poſſent ei conferre uictoriam: & deuictus,Aſſyriorum denuo cœpit colere deos,& omnes potius uidebatur uenerari quàm patrium uerúmque deum, cuius ira fuerat eius perditionis cauſa.Qui ad tantam inſaniam cõtemptúmq; dei peruenit,ut omnino clauderet templum,& ſollennes offerri hoſtias prohiberet,& ornamenta eius auferret. His igitur rebus iniuriam faciens deo, mortuus eſt cum uixiſſet annis ſex & triginta, ex quibus regnauit ſedecim.Cuius filius Ezechias mox ſucceſſit in regnum.Eodem uero tempore mortuus eſt etiam rex Iſraëlitarum Phaceias, dolo cuiuſdam amici nomine Ozias,qui tenuit regnum annis nouem,fuitq; malignus & dei contemptor.

Rex Aſſyriorum Raſin occidit.

De Ezechia rege,reſtituta religione & azymorum feſto. Caput XIIII.

COntra hunc autem caſtrametatus eſt Aſſyriorum rex Salmanaſar:eúmq; cum utique Ozias deum non haberet propitium nec adiutorem, fecit ſibimet ſubditũ,& tributa definita præcepit exoluere. Anno ſiquidem quarto Oziæ regis,regnauit in Hieroſolymis Ezechias filius Achaz,& Abiæ quæ fuit genere eius.Erat autem huic uiro natura benigna,iuſta & ualde religioſa. Nihil enim ob aliud ſe credidit ueniſſe ad regnũ,neq; aliquid magis neceſſarium,nec utilius ſibimet,eiq; ſubiectis arbitratus eſt eſſe,quàm ut coleret dei religionem.Et cõuocans omnem populum,pariter & ſacerdotes atque Leuitas, concionem habuit apud eos,dicens: Non ignoratis, quoniam patris mei peccato,qui tranſgreſſus eſt dei ſanctam honorabilémque cultura,multa & maxima mala eſtis experti, & ab eo ueſtra mens corrupta eſt,ſuaſitq; quos ipſe colebat deos uos pariter adorare. Hortor itaque uos,poſt quàm opere cognouiſtis,quàm peſſimum eſt impie agere,ut illorum iam obliuionem habentes,purgetis uos à priori pollutione, & cum

4. Reg. 18.

ſacerdotibus atq; Leuitis conuenientes aperiatis templum, & purgantes illud lo-
lennibus ſacrificijs, ad honorem antiquum & patrium reuocetis. Sic enim uobis
deus propitius erit: & iraſci ſuper ueſtra peccata ceſſabit. Hæc dicente rege ſacer-
dotes aperuerunt ualuas templi dei & pollutiones eijcientes, ſacrificia ſolennia ſu
per altare impoſuerunt. Mittens autem rex in prouinciam ſibi ſubiectam omnẽ
populum ad Hieroſolymam conuocauit, ut feſtiuitatem celebraret Azymorum:,
multum enim tempus præterierat propter iniquitatem prædictorũ regum, quod
Ezechias reuocat ſacrificia diu intermiſſa non fuerat acta. Miſit pariter & ad Iſraëlitas: inuitans eos, ut relinquentes malæ
conſuetudinis conuerſationem, reuerterentur ad priſtinam dei culturam, dicens,
concedere ſe uenientibus in Hieroſolymam, ut Azymorum agerent feſtiuitatem,
& cum eis pariter epulas exercerent. Hæc autem dicebat, monens tantum, nõ ſibi
eos ſubiectos facere ſtudens, ſi tamen nollent: quod ſi uoluiſſent, utiq; beati fuiſ-
ſent. Iſraëlitæ uero uenientibus ad ſe legatis, & eis proprij regis mandata nunci-
antibus, non ſolum non acquieuerunt, ſed etiam legatos tanquam fatuos irriſe-
runt. Pariter etiam prophetas hæc monentes & prædicentes quæ paterentur, ſi ad
pietatem dei conuerti nollent, ſpreuerunt: & ad nouiſſimum eos comprehenden-
tes interemerunt. Et neq; in his ſolis iniquitatibus perſtiterunt, ſed horum quoq;
peiora faciebant: nec prius quieuerunt donec deus uindicans in eis, hoſtium eos
ſubderet ditioni. Et de iſtis quidem poſtea declarabimus. Multi tamen de tribu
Manaſſe, & Zabulon, & Iſachar obedientes monitionibus prophetarum, ad pie
tatis iura conuerſi ſunt. Et iſti omnes ad Ezechiam in Hieroſolymam concurre-
runt ut adorarent deum. His autem uenientibus rex Ezechias aſcendens in tem-
plum cum principibus & omni populo, ſacrificauit pro ſe tauros ſeptem, & toti-
dem arietes, & agnas ſeptem, & totidẽ hircos: & imponentes manus ſuper capi-
ta pecudum ipſe rex & principes, ſacerdotibus ſolennia ſacrificare permiſerunt. Et
illi quidem ſacrificabant & holocauſta faciebant: Leuitæ uero circunſtantes cum
muſicis organis cantabant hymnos in deum, atq; pſallebant ſicut docti fuerant
à Dauid: reliqui uero ſacerdotes tenentes tubas cum hymnum dicentibus concre
pabant. His itaq; factis proſtratus in faciẽ & ipſe rex & populus uniuerſus ado-
rauerunt deum: deinde ſacrificauerunt boues ſeptuaginta, tauros centum, agnas
ducentas. Populo uero ad epulas condonauit boues quidem ſexcentos, reliqua
uero pecora tria milia: & omnia quidem ſacerdotes ſecundum legis conſuetudi-
nem compleuerunt. In his itaque delectatus rex epulabatur cum populo gratias
agens deo. Inſtantem uero Azymorũ feſtiuitatem celebrantes, quod dicitur pa-
ſcha, alia de cætero ſacrificia diebus ſeptem exhibuerunt. Populo uero præter illa
quæ immolata ſunt, donauit rex quidem tauros tria milia, pecudum uero diuer-
ſorum ſeptem milia. Idem uero fecerunt & principes, mille nanq; tauros dederũt
eis, & pecora mille & ſexaginta. Et dum hoc modo à Salomonis tempore celebra
tio non fuiſſet effecta, tunc primum ſplendide & largiſſime probatur exhibita.
Cúmq; feſtiuitas fuiſſet impleta, egreſſi in prouinciam purgauerunt eam: ſed &
ciuitatem ab omnium idolorum pollutione mundauerunt. Conſtituitq; rex ut
quotidiana ſacrificia ex eius proprijs celebrarentur impenſis ſecundum legem, &
ſacerdotibus atque Leuitis dicatas dari à plebe decreuit primitias frugum, ut ſem

per circa

per circa religionem obſeruarent,& à cultura eius ſeparari nequirent, & populus quidem offerebat omnes fructus, ut moris erat. Domus autem & cubicula rex ædificans,ſingulis ſacerdotibus diſtribuit,& Leuitis,eorúmque filijs & uxoribus. & ita ad antiquam dei culturam denuo ſunt reuerſi. Hæc itaque prædicto modo rex ſtatuens,bellum egit aduerſum Palæſtinos,eiſq; deuictis tenuit omnes ciuitates hoſtium à Gaza uſque in Geth. Rex autem Aſſyriorum mittens ad eum interminatus eſt,omnem ſe eius ſubuertere principatum, niſi tributa quæ pater eius dabat prius exolueret.Ezechias autem de interminationibus non curauit,ſe curus de dei pietate & de prophetia Eſaiæ,à quo futura omnia certiſſime cognoſcebat.Et de hoc quidem rege hæc in præſenti dixiſſe ſufficiat.

De captiuitate regni Iſraël à Salmanaſar,Cuthæiſq; ſurrogatis. Cap. XV.

SAlmanaſar autem Aſſyriorum rex,dum ei nunciatum fuiſſet,quia Iſraëlitarũ rex Ozias latenter miſiſſet ad Suham Aegyptiorum regem, petens contra eum ab illo ſolatia, iratus caſtrametatus eſt in Samaria anno ſeptimo regis Oziæ.Et dum eum rex ſuſcipere noluiſſet, annis tribus obſidens Samariam, cepit eam nono quidem anno regni Oziæ, ſeptimo autem Ezechiæ regis Hieroſolymorum:& Iſraëlitarum regnum uehementer exterminauit,& omnem populum tranſmigrauit in Mediam & Perſidam. Inter quos & regem Oziam uiuum cepit & tranſmigrauit. Aliaſq; gentes ex quodam loco nomine Cuthi,qui ex flumine Perſico ita uocantur,in Samariam & Iſraëliticam regionem conſtituit.Migrauerunt ergo decem tribus Iſraëlitarum de Iudæa, poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptem,à quo tempore egredientes ex Aegypto maiores eorum, hanc tenuere prouinciam ſub principe Ieſu: ex quo autem recedentes à Roboam,qui fuit ex genere Dauid, regnum Hieroboam tradiderunt, ſicut & prius à me ſignificatum eſt,anni tunc erant ducenti & quadraginta,& menſes ſeptem & dies ſeptem.Hic ergo finis apprehendit Iſraëlitas tranſgredientes leges,atq; prophetis non obedientes,qui eis hanc prædixere calamitatem, nec ab impietatibus recedentes.Cœpit autem malorum eorum cauſa fabricari,ex quo ſeditione facta circa Roboam nepotem Dauid, Hieroboam eius ſeruum fecerunt regem,qui in deum peccando fecit eum uniuerſis populis inimicum,imitantibus ſuum malũ. Et ille quidem quam dignus erat exoluit pœnam. Rex autem Aſſyriorum inuaſit pugnando cunctam Syriam, & Phœnicem uniuerſam. Nomen autem regis huius in archiuis Tyri conſcriptum eſt.Pugnauit enim aduerſus Tyrum,cum in ea regnaret Heliſæus.De quibus teſtatur & Menander,qui temporum facta conſcripſit,& Tyrorum antiquitatem in Græcam linguam conuertens, ſic ait: Heliſæus nomine,regnauit annis triginta & ſeptem: hic recedentibus Cuthæis nauigans reduxit eos:contra quos denuo Salmanaſar Aſſyriorum rex inſurgens,cunctam Phœnicem inuaſit. Qui facta pace cum omnibus, poſt terga ſua reuerſus eſt.Receſſit autem à Tyro ciuitas Sidon,& Arce & antiqua Tyrus,& multæ aliæ urbes,quæ ſemetipſas Aſſyriorum regi tradiderunt.Quapropter Tyrijs nõ ſubiectis, denuo rex aduerſus eos egreſſus eſt, Phœnicibus exhibentibus ei naues ſexaginta,& remiges octingentos.Contra quos Tyrij nauigantes in duodecim nauibus, diſperſis hoſtiũ nauibus cepere captiuos uiros quingentos. Vnde honor

4. Reg. 17.

Cuthi.

Menander hiſtoricus.

De Tyriorũ obſeſſione.

Tyriorum propter hoc creuit eximie. Reuertens autem Assyriorũ rex, dispoſuit cuſtodias ſuper fluuium & aquæductus ciuium, ut Tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hoc quinq; annis fuiſſet factũ, tulerunt de effoſſis puteis bibentes aquam. Hæc in archiuis Tyri de Salmanaſar Aſſyriorũ rege ſcripta ſunt. Igitur dum fuiſſent in Samariam tranſmigrati Chutæi (hoc enim uocabantur nomine hactenus, eo quod de prouincia Perſida, & à quodam flumine quod Chuta uocabatur, migrati uiderentur) ſecundum gentem propriam ſinguli eorũ deos in Samariam portauerunt: erant autem quinq;. Et cum eos more proprio colerent, ad iracundiam & furorem maximum deum prouocauerunt, uenitq; peſtilentia ſuper eos: per quam corrupti, cum nullam malorum medicinam inuenire poſſent, deum maximum colere pro ſalute cœperunt. Mittentes itaq; ad regem Aſſyriorum legatos, ſupplicauerunt, ut ſacerdotes eis ex captiuis Iſraëlitarũ, quos pugnando tenuerat, deſtinaret. Quo mittente ſacerdotes, leges dei & culturam eos docuerunt. Et cum cœpiſſent eum ſumma deuotione uenerari, peſtilentia repente ceſſauit: & hactenus ipſas ſolennitas celebrare noſcuntur. Hi ſiquidem ſecundum eloquium Hebræorum Hebræi, ſecundum genus Cuthæi, græce autem Samaritæ uocantur, qui pro rerũ motu ſemper parati ſunt: & quando uident Iudæos eſſe felices, cognatos eos appellãt, quaſi de Ioſeph nati uideantur, & ex illo cum eis habeant ſocietatis initium: quando uero deiectos uident, nequaquam eis deuotione aut genere communicari uolunt: ſed & tranſmigratos & alienigenas ſemetipſos edicunt. Sed de his quidem opportunius edicemus.

Cutheorũ trãſmigratio.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVS.

Bellum Sennacherib contra Hieroſolymam: & Rapſacis blaſphemia. Cap. I.

4. Reg. 18.

Vm Ezechias duarum tribuum rex, quartum & decimum annum haberet in regno, Aſſyriorum rex nomine Sennacherib maxima manu aduerſus eum caſtrametatus eſt, & forti brachio omnes ciuitates tribuum Iudæ & Beniamin tenuit. Cúmque ad Hieroſolymam tenderet, præuenit eum miſſis legatis Ezechias, promittens & obedire ſe ei, & tributa quæ ei imponeret exoluere: Sennacherib uero cognoſcens quæ legati ferebant, dignum iudicauit bello deſinere: & precantium ſuſcipere dignitatem, tunc promiſit. Qui accipiens trecenta argenti talenta, auri triginta, amicus diſceſſit, dans legatis iuriſiurandi fidem, quia ei nihil diſcedendo noceret. Ezechias autem credens & euacuans theſauros, miſit ei pecunias, ſperans ſe à periculo belli & regni amiſſione liberari. Aſſyrius autem hæc ſumens, ex his quæ promiſerat cogitauit nihil, ſed ipſe profectus eſt ad Aegyptios & Aethiopas, principem uero militiæ Rapſacen cũ multo exercitus robore & duobus aliis ad uaſtandam Hieroſolymam dereliquit, quorum nomina erant Dathara & Anadris. Tunc itaque uenientes ante muros caſtra fixerunt, miſeruntq; ad Ezechiam petentes, ut cum ipſo poſſent ha-

ſent habere colloquium. Ille uero per ſe quidem propter metū non abijt: tres autem neceſſarios ſibi amicos miſit: hoc eſt, Heliachim tutorem regni, & Sobnean & Ioan, qui ſuper ſcribas erat. Iſti ſiquidem procedentes è diuerſo ante principem militiæ Aſſyriorum ſteterunt. Quos dum uidiſſet Rapſaces princeps militiæ petijt, ut euntes dicerent Ezechiæ: Rex magnus Sennacherib requirit ab eo: de quo præſumens atq; cōfidens refugit dominū ſuum, & obedire nō uult, neq; ſuſcipere eius exercitum? An certe propter Aegyptios, ſperans exercitum ſuum illorum ſolatio ſubleuari? Si autem hoc expectat, fatuus eſt, & ſimilis homini incumbenti calamo fracto, qui cum ceciderit, inſuper manu uexata ſentiet plagam. Sciat autem quia etiam uoluntate dei contra eum caſtrametatus eſt, qui conceſſit ei Iſraëlitarum uaſtare regnum, & eodem modo, quo ſubiectos eius, diſperderet regnum. Dum hæc Rapſaces Hebraica lingua diceret, habebat enim linguæ huius experimentū, Heliachim metuēs ne populus audiens metu corrueret, popoſcit ut Syrorum magis loqueretur eloquio. Ille uero intelligens ſuſpicionem eius & metum, maiori uoce amplius damans reſpondit Hebraice, dicens: Audiant omnes præcepta regis, & quod utile eſt eligant, & ſe nobis tradant. Palàm eſt enim quia uos & rex populum uana ſpe decipitis, & repugnare ſuadetis. Si uero præſumitis ut exercitum noſtrum repellere uos dicatis, dante me duo milia equos de exercitu mihi cōmiſſo, totidem aſcenſores præbentes ueſtrum exercitum nobis oſtendite, ſed nō habetis tot homines. Quid igitur tardatis tradere uoſmetipſos maioribus qui uos capturi ſunt & inuitos, dū ſpontanea traditio ſecurior ſit uobis, inuita uero ualde periculoſa, ut cauſa calamitatis exiſtat? Hæc audiētes & populus & legati, dicente Aſſyriorum principe, ea Ezechiæ renunciauerunt. Ille uero hæc audiens, exutus ueſte regali, indutuſq; ſacco & habitu miſerando lege patria, proſtratus in facie rogabat deum, ut adiuuaret, nullam aliam ſpem habentem ſalutis, mittensq; & amicos quoſdam & ſacerdotes ad Eſaiam prophetam, popoſcit ut oraret, & factis ſacrificijs pro ſalute omnium rogaret deum, quatenus & hoſtium ſpem frangeret, & populo ſuo miſericordiam cōdonaret. Propheta uero hæc faciens, admonitus à deo confortauit regem & eius amicos, prædicens quia ſine bello deuicti hoſtes turpiter ab urbe recederent, & non eos fortitudine illa ualere quam ſe habere credebant, deúmque prouiſurum ut fortiter uaſtarentur. Sed & ipſum regem Aſſyriorum Sennacherib non prævalentem aduerſus Aegyptios, cum ad propria remearet ferro periturum eſſe prædixit. Ipſo ſiquidem tempore ſcripſit Ezechiæ Aſſyrius epiſtolas, in quibus fatuū eum eſſe dicebat, credentem; quia eius ſeruitium poſſet euadere, qui multas gentes & maximas ſubdidiſſet: & interminabatur funditus ſe eum diſperdere, dum caperet urbem, niſi portas aperiens ſponte in Hieroſolymis exercitum eius exciperet. Quæ cum relegiſſet Ezechias, ſpreuit propter ſpem quam habebat in deum: Epiſtolam uero plicans in templo repoſuit. Rurſus autem cum deo uota & orationes effunderet pro ciuitate & ſalute cunctorum, Eſaias propheta eum aſſeruit exauditum, & nec in præſenti tempore eſſe ab Aſſyrijs obſidendum, & in futuro omnes qui ab illo iam capti fuerant eſſe reuerſuros, & tertio anno cum pace opus ſuum facturos, & propriarum poſſeſſionū ſine timore diligentiam habituros. Interea paruo tem-

pore tranſeunte, Aſſyriorum rex bello quod Aegyptijs intulerat fruſtratus, ob huiuſmodi cauſam ſine effectu remeauit ad propria. Is enim cum multo iam tempore fuiſſet commoratus in obſeſſione Peluſij,& dum aggeres contra muros eleuati fuiſſent, quibus ciuitati nitebatur obſiſtere, audiuit Aethiopum regem Tarachen cum multo exercitu ad Aegyptiorum uenire ſolatium, & per deſertū iter facere,ut ſubito in Aſſyriorum caſtra irrueret. Turbatus ergo rex Sennacherib ad ſacerdotem Vulcani caſtra ſe metari dicebat, quaſi iſte rex ad eum regem Aegyptiorum ueniſſet, qui eſſet Vulcani ſacerdos: & obſeſſionem Peluſij huiuſmodi cauſa diſſoluit.

Strages magna Aſſyriorum, eorumq; regis. Caput II.

4. Reg. 19. ORante itaq; rege Hieroſolymorū ad deum, & deus exaudiens maximam plagam miſit in eum,& multi perempti ſunt. Herodotus autē de rege Sen-
Herodotus. nacherib errorem ideo facit,quia non Aſſyriorum dicit regem,ſed Arabum: adij-
ciens quia ſoricum multitudo una nocte arcus & arma reliqua comedit Aſſyrio-
rum: & propterea cum non haberet rex arcus,exercitum à Peluſio reuocauit. Et
Beroſus. hæc quidem Herodotus. Beroſus autem qui Chaldaicam conſcripſit hiſtoriam, meminit regis Sennacherib,& quia regnauit ſuper Aſſyrios,& caſtrametatus eſt contra omnem Aſiam & Aegyptum,ita dicens: Reuerſus autem Sennacherib à prælijs Aegyptiorum, ad Hieroſolymam cum ueniſſet, exercitum quem Ra-
piaces dimiſerat,inuenit in periculo peſtilentiæ conſtitutū: deus enim morbū po-
pulo eius immiſerat,ita ut prima nocte eorum qui obſidebant, deperirent centū octogintaquinq; milia uiri cum iudicibus & tribunis. Propter hanc calamitatem in nimio terrore & anguſtia cōſtitutus,de cuncta iam militia metuens,fugit cum ſua manu ad proprium regnum, in ciuitatem quæ appellatur Niniue. Et dum
Aſſyriorum rex à filijs perimitur. modicum tempus ibidem commoratus fuiſſet, dolo à ſenioribus filijs Adrame-
lech & Selenſaro eſt peremptus in proprio templo, quod dicitur Araſci. Et illi quidem pro cæde patris effugati,ad Armeniam diſceſſerunt. Succeſſit autem in eius regnum Aſaracoldas. Terminus igitur obſeſſionis Aſſyriorum contra Hie-
roſolymitas, tali occaſione prouenit.

Ezechias moriturus uitæ productionē obtinuit: ſolis quoq; retroceſſio. Cap. III.

4. Reg. 21. EZechias autem inopinabiliter à terroribus liberatus,gratificas hoſtias cum omni populo celebrauit deo,& cognoſcens quia nulla alia cauſa hoſtes alios quidem peremiſſet,alios uero timore morti ſimiles effugaſſet ab Hieroſolymis, niſi diuino ſolatio,omni ſtudio & largitate uſus eſt circa dei cultum, nō poſt mul-
tum graui languore detentus, à medicis equidem deſperatus eſt: nihilq; nec ipſe
Grauis languor Ezechiæ. de ſe,nec eius amici ſpei ulterius ſuſtinebant. Adijciebatur autem regi & alia ma-
gna anguſtia,eo quod filios non haberet,& quod moriturus eſſet,deſolatam re-
linquens domum,nec ſucceſſorem ſui generis habiturus. Dumque nimis in hac parte fatigaretur,rogauit deum ut ei paruo tempore uitam concederet,donec fi-
lios habere poſſet: & non prius anima priuaretur,antequam fieret pater. Cui mi-
ſertus deus petitionémque ſuſcipiens,quia non dolebat eo quod priuandus eſſet bonis imperij,ſed ut filios haberet, qui in eius principatum ſuccederent, mittens

Eſaiam

Eſaiam prophetam iuſſit ei dicere, quia poſt tertiam diem caſum languoris euaderet, & poſtea annis quindecim ſuperuiueret, & filios generaret. Dum hæc dei mandata Propheta dixiſſet, propter nimietatem languoris, & ea quæ inopinabiliter promittebantur non credens, ſignum aliquod & indicium petijt ut faceret Eſaias, quatenus hæc dicenti ſibi crederet, & à deo eum miſſum uere cognoſceret. Nam ea quæ ultra rationem ſunt, & fortiora ſpe uidentur, huiuſmodi rebus creduntur eſſe ueracia. Et dum Propheta interrogaſſet eum, quod uellet fieri ſignũ, umbram ſolis petijt decem gradibus ad ea loca unde uenerat, remeare. Et dum Propheta rogaſſet deum ut fieret, uidens rex impletum eſſe quod uoluit, repente ſolutus à languore conſcendit in templum, & adorans deum uota debita celebrauit. Eo ſiquidem tempore contigit Aſſyriorum regnũ à Medis diſſolui, quod tamen in alijs indicabo. Rex itaq; Babyloniorum Baladas miſit legatos ad Ezechiam portantes munera, & ab eo popoſcit ut ei eſſet ſocius & amicus. Ille uero legatos libenter ſuſcipiens, & theſauros eis oſtendens, & armorum inſtructionem, & aliam copiam quam in auro & gemmis habebat, ſimul etiam munera præbens regi Baladæ deferenda, dimiſit eos. Tunc uenit ad eum Eſaias propheta, & quæſiuit qui eſſent qui uenerãt. Cui dixit, de Babylonia eos & à ſuo rege ueniſſe, & oſtendiſſe ſe eis uniuerſa, ut uidentes diuitias & uirtutem regni cognoſcerent, & regi ſuo renunciarent. Cui Propheta reſpondens: Scito, inquit, non poſt multum tempus in Babyloniam filios tuos & diuitias tranſmigrandas, inſuper & nepotes tuos eunuchos faciendos, & amiſſuros uirile nomen, & regi Babyloniæ ſeruituros. Hæc enim prædixit deus. Ezechias autem contriſtatus in his quæ dicta fuerant, ait, non ſe quidem uelle ſuam gentem in talibus ærumnis incurrere: ſed quia impoſſibile eſt quæ apud dominum deliberata ſunt, poſſe mutari, rogabat ut uſque ad uitam ipſius pax permaneret. Meminit autem Baladæ regis Babyloniorum Beroſus. Cum itaque propheta Eſaias indubitanter & mirabiliter de ueritate confideret, & nihil falſi penitus loqueretur, omnia quæcunq; prophetauit, ſcribens dereliquit in libris, ut ex effectu poſtea hominibus apparerent. Et nõ ſolus iſte Propheta, ſed & alij nnmero duodecim idem fecerunt: & omne ſiue bonum, ſine contrarium ſit apud nos, ſecundum illorum dictum prouenire dinoſcitur. Sed horum ſingula denuo declarabimus.

De impietatibus Manaſſæ regis. Caput IIII.

EZechias autem rex dum ſuperuixiſſet tempus quod prædiximus, & omne illud ſpatium in pace degiſſet, mortuus eſt anno uitæ ſuæ quinquageſimo & quarto, in quibus regnauit uiginti & nouem. Cui ſucceſſit in regnum filius proprius nomine Manaſſes de matre quidem nomine Echibene, qui à paternis uoluntatibus abſciſus, & ad diuerſa cõuerſus, omne genus malignitatis oſtẽdit, & nihil impiũ dereliquit: ſed iniquitates Iſraëlitarũ imitatus eſt, quibus in deũ delinquentes affligebantur. Præſumpſit autẽ & templũ dei polluere ſimul & ciuitatẽ, pariterq; omnem regionem. Nam ſpernendo deum ad hoc uſque peruenit, ut omnes Hebræorum iuſtos occideret, & neque prophetis parceret, quorum quotidie ſingulos perimebat, & eorum ſanguine Hieroſolymorum plateas irrigabat. In his autem iratus deus, miſit prophetas ad regem & populum, per quos inter- 4. Reg. 21.

minatus est easdem eis futuras calamitates, in quibus incurrerant fratres eorum Israëlitæ, cum ei iniurias intulissent. Illi uero eorum non crediderunt uerbis, quibus lucrari potuerant ut nihil mali paterentur, sed operibus uera fuisse cognouerunt, quæ prophetæ prædixerunt.

De conuersione Manassæ, & insigni pietate filij sui Iosiæ regis optimi. Caput V.

4. Reg. 21. IGitur dum in eis perseuerarēt, bellū super eos intulit rex Babyloniorū & Chaldæorum. Is enim misso exercitu in Iudæam, & regionem eorum depopulatus est, & regem Manassen dolo captū & ad se deductū, habuit ad ea quæ uoluit tormenta subiectū. Manasses autē intelligens in quibus malis tunc esset, & horum omniū se arbitratus autorē, supplicabat deo ut ei hostem suū clementem faceret atq; misericordem: cuius orationes deus exaudiens, hoc ei cōcessit: & remissus à rege Babyloniorū, ad sua regna reuersus est. Cūmq; uenisset ad Hierosolymā, priorum quidem delictorū quæ circa deū gesserat, pœnitens studebat etiam memoriam malorū, si esset possibile, ab animo suo repellere, & ad seruitiū dei & omnem diuini cultus religionē accedere, templumq; purgauit & ciuitatem: & ad hoc solū erat de cætero cōstitutus, ut gratias deo pro dono salutis exolueret, quatenus ei in omni uita eius propitius permaneret. Hæc autē ipsa & populū agere docuit, agnoscens in quibus calamitatibus incidisset propter ritū, qui sanctæ cōuersationi erat aduersus: ædificansq; rursus altare, solennes hostias immolabat, sicut constituit Moses diuinam exponendo culturam. Eodem itaq; modo & pro Hierosolymorum cautela cogitauit, ita ut etiam muros antiquos cū magno studio repararet, & alium ultra eos erigeret, & turres eminentissimas exaltaret: custodias uero quæ ante ciuitatē fiunt, multa munitione firmauit: & sic in omnibus à priori cōuersatione mutatus est: & post hæc uitam habuit beatissimā, ut multi imitatores eius essent, ex quo dei cœpit colere pietatem. Qui cum uixisset annis *septuaginta & septem, & regnasset quinquaginta & quinq;, defunctus est, & sepultus in suis hortis. Cuius regnū peruenit ad eius filiū Amon, cuius mater fuit nomine Maselmis de ciuitate Iechabath. Qui dū imitaretur opera patris, quæ ille in iuuentute præsumpserat, dolū passus à suis, in domo sua peremptus est, cum uixisset annis quatuor & uiginti, & in regno fuisset duos. Populus autem peremit eius interfectores, eumq; cum patre sepelierunt, regnumq; Iosiæ eius filio tradiderunt cum esset annorum octo. Cuius mater quidem de ciuitate fuit Voscheti, nomine Ezi de ciuitate Vasuroch. Erat enim iste natura benignus, & ad uirtutē utiliter præparatus: & in studijs Dauid regis, & intentione & in regula totius dispositionis eius intentus. Cumq; ad duodecimū ætatis uenisset annum, pietatem & iustitiam in se mirabilem esse monstrauit. Cunctúmque populum correxit & monuit, ut derelicta idolorum secta, quasi non essent dij, colerent patrium deum: & opera maiorū regum, in quibus deliquerant, uelut senior emendabat: quæ uero bene & opportune facta cognouerat, obseruabat, & eorum imitator erat, & per suam sapientiam & intellectum naturalem similia celebrabat: consilijs utique bonis tradens sensum. Sequens enim legem uelut ordinem ciuitatis, & pietatem circa deum gerens, omnia prospere gubernabat, & maxime quod à priorum regum iniquitate recedebat. Qui & omnem in circuitu ciuitatem atque prouinciam purgauit,

Aliàs. sexaginta.

Amon.

4. Reg. 22.

Iosiæ regis laus.

purgauit,& lucos extraneos qui facti fuerant abstulit, & ornamenta quæ in eis à prioribus fuerant ad iniuriã dei oblata depulit:& tali modo populũ ab huiusmodi secta retractũ,ad religionis diuinæ iura cõuertit. Qui & legitimas hostias obtulit,& holocaustorũ sacrificia altari solenniter rursus exhibuit,& in unaquaq; causa iusticiam nõ minus quàm animæ suæ coluit medicinam;misitq; in totam ptouinciam, iubens ut qui uellent aurum argentumq; deferrent ad reparationẽ templi pro sua uoluntate atq; uirtute. Dumq; pecuniæ allatæ fuissent, ad solicitudinem templi & eius expensas præposuit Amasiam,qui erat supra ciuitatem,& scriptorem Saphan,& scribam monimentorũ Ioan,& pontificem Heliachim. Qui dilationẽ nulla segnitie facientes,sed instructores,& omnia quæ erant necessaria præparantes operabantur:& hoc modo celebrata reparatione templi,pietas regis ostensa est. Qui dum octauumdecimũ imperij haberet annũ,misit ad Heliachim sacerdotẽ,iubens ut pecuniæ quæ remanserant cõflarentur,& fierent exinde crateres,& libatoria & phialæ ad ministeriũ dei: insuper & quantuncunq; aurũ uel argentum esset in thesauris, etiam hoc proferret ad crateras, & ad uasa huiusmodi facienda. Proferens autẽ Heliachim pontifex aurũ , inuenit sacrũ librũ Moseos, in templo positum,quem simul eijciens dedit scribæ Saphæ. Qui dum relegisset uenit ad regem,& dum omnia terminum habere significasset,relegit & ei librum illum. Tunc ille cum uerba libri eius audisset,scissa ueste uocauit pontificẽ Heliachim,& ipsum scribam,& necessarios simul amicos:misitq; eos ad quandam mulierem prophetissam nomine Oldam,uxorem Salomi cuiusdam, insignis uiri & nobilitate clari:iussitq; ut euntes cõsulerent eam, si propitius eis foret deus , cum metuerent ne præuaricando Moseos leges & mandata maiorũ, periculũ transmigrationis incurrerent , & ad extraneas terras deuenientes,uitam agerent miserabilem. Audiens autẽ prophetissa quæ fuerant à rege mandata, iussit ut remeantes dicerent regi,quia diuinitatis quidẽ decretũ,quod iam cõtra eos protulerat precibus infirmari nõ posset,id est,ut populus nõ periret,aut nõ de prouincia peteretur,aut bonis tunc præsentibus minime priuaretur,dum transgressi fuissent leges,& tanto tempore pœnitentiam non egissent:prophetis utiq; monentibus,ut sobrie uiuerent, & impietatis supplicia deuitarent:quæ facienda dicebat ut crederent,quia deus est,& nequaquã mentitur in uerbis, quæ per prophetas suos prænunciauit: propter iusticiam tamen regis retinendas istas ærumnas , & post eius obitum diffinita supplicia populis inferenda. Illi igitur qui missi fuerant mulieris prophetiam remeantes nunciauerunt regi. Tunc ille mittens ubiq;,populũ iussit ad Hierosolymam cõuenire,& sacerdotes atq; Leuitas, & omnem ætatem simul adesse præcepit. Quibus congregatis,primum quidem eis sacrum relegit librum, & stans in tribunali in media multitudine,coëgit cunctos fidẽ & iuramenta præbere,ut apud deum flerent , & Moseos leges per omnia custodirent . Illi uero & promptissime iurauerunt,& præcepta legis implere promiserũt. Mox itaq; sacrificia celebrantes,deum poscebant sibi esse propitium. Rex autem sacerdoti præcepit , ut si quod aliud uas à parentibus eius oblatum idolis , aut dijs extraneis inueniretur in templo , proferret . Et dum fuissent multa collecta , comburens ea , cineres eorum conspersit in fluuium : & sacerdotes idolorum , qui ex genere Aa

Reparatio sacrificiorum.

Olda prophetissa.

4. Reg. 23.

nere Aaron non erant, interfecit. Dum hæc ergo feciſſet in Hieroſolymis, proceſſit in uniuerſam prouinciam, & lucos qui ab Hieroboam rege ad honorem deorum extraneorum facti uidebantur, exterminauit: & oſſa falſorum prophetarũ ſuper altare, quod prius Hieroboam conſtruxerat, concremauit. Ea igitur quæ uenies Propheta ad Hieroboam, cum ille ſacrificaret, & omnis populus audiens, quæ futura eſſe prædixerat, hoc modo terminũ perceperunt: quando ex genere Dauid Ioſias nomine fecit ea, quæ prædicta ſunt ante annos trecentos ſexaginta & unum. Poſt hæc autem rex Ioſias profectus eſt ad cunctos Iſraëlitas, qui captiuitatem & ſeruitium Aſſyriorum effugerant: eiſq; ſuaſit, ut impios actus, & honores deorũ extraneorum relinquerent, & maximum patrium cq; colerent deum, eiq; dicarent & domos & uicos. Perſcrutatus eſt autem & ciuitatem, ne aliqui forte idolũ habentes intra ſua tecta cælarent: necnõ & currus, qui ædificati fuerant à prioribus regibus, & quæcq; alia huiuſmodi erant, quæ uelut deos adorabant, cuncta pariter amputauit: & hoc modo purgata omni prouincia, ad Hieroſolymam omnem populum conuocauit, & ad Azymorum feſtiuitatem, quæ paſcha dicitur, eos adduxit: donauitq; populo nouellos hœdos in paſcha, & agnos triginta milia, boues autem ad holocauſta tria milia. Præbuerunt autem & primi Iudæorum propter paſcha ſacerdotibus agnos quinque & ſexcenta milia: & Leuitis agnos duo milia eorum præſules obtulerunt, boues uero quingentos. Et dum eſſet hæc abundantia quadrupedũ, ſacrificia faciebant Moſeos, hoſtias ſingulas enarrantibus ac miniſtrãtibus legibus: nec fuit alia ſimilis feſtiuitas apud Hebræos à Samuelis prophetæ temporibus. Cauſa uero huius feſtiuitatis hæc erat, ut omnia ſecundũ leges, & antiquam traditionẽ paternæ ſolennitatis efficerentur.

Azymorum ſolennitas.

De obitu Ioſiæ. Caput VI.

4. Reg. 23. POſt hæc autem, dum Ioſias in pace atq; diuitijs, & gloria ſuper omnes excelleret, Nechaon rex Aegyptiorum caſtra poſuit ad Euphratem fluuiũ, ut cõtra Medos & Babylonios dimicaret, qui Aſſyriorum ſoluerunt principatum. Habebat autem deſideriũ ut regnaret in Aſia. Et dum ueniſſet in ciuitatem Medin, quæ erat de regno Ioſiæ, prohibebat eum Ioſias per ſuam prouinciam cõtra Medos iter facere. Tunc mittens legatos Nechaon, ſignificauit non ſe contra eum exercitum mouere, ſed ad Euphratem fluuium properare: adijciens ut eum prouocare non deberet ad ſua bella, prohibendo ne aliena iret ad prælia, quò tendebat. Ioſias uero non acquieſcebat uerbis Nechaon, ſed inſtabat ne iter ſuum per eius faceret regionẽ. Reor, urgebat eum, ut quod imminebat accideret. Nam cum aciem exercitus ſui cõponeret, & in curru uectus à * cornu tranſiret ad cornu, quidam iaculatus eum Aegyptiorum, à belli feſtinatione ſuſpendit. Mox enim uulnere nimis affectus, iuſſit exercitum reuocari, & ad Hieroſolymam remeauit. Qua plaga defunctus eſt, ſepultuſque magnifice in patrijs monumentis. Qui uixit annis triginta & nouem, regnauit autem ex eis unum & triginta, omniſq; populus eum multis diebus cum magno luctu gemituque defleuit. Sed & Hieremias propheta pro morte eius carmen lamentabili modulatione compoſuit, quod hactenus noſcitur permanere. Hic uero Propheta futuram ciuitatis ademptionem prædicens, ſcripto reliquit ſimul & captiuitatem, nunc apud nos habitam, & in

Aliàs. curru, currum.

Ioſias moritur

& in Babylonem uariam migrationem. Et non ſolũ iſte Propheta prædixit hæc populis eſſe uentura, ſed & propheta Ezechiel primus de his duos libros conſcribens populo reliquit. Erant autem ambo genere ſacerdotes, ſed Hieremias quidem in Hieroſolymis eſt cõmoratus à tertiodecimo anno regis Ioſiæ, uſq; dum ciuitas uaſtaretur & templum. Quæ tamen de hoc Propheta prouenerunt, loco proprio declarabimus. Mortuo ſiquidem Ioſia, ſicut prædiximus, ei ſucceſſit in regnum filius Ioachaz cum *trium & uiginti eſſet annorum. Et hic quidem regnauit in Hieroſolymis, matrẽ uero habuit Amital de ciuitate Thobona, fuitq; impius & ſceleſtus. *Aliàs ſeptem.

De rege Ioachim captiuo & de uictoria Nabuchodonoſor cõtra regẽ Aegypti. Cap. VII.

REx igitur Aegyptiorum dum fuiſſet à pugna reuerſus, euocauit Ioachim ad ſemetipſum de ciuitate Syriæ, quæ dicitur Hemath. Qui dum ueniſſet, eum repente uinxit: & ſeniori eius fratri, ex eodem patre progenito, nomine Eliachim, tradidit regnũ, mutans ei nomen Ioachim. Prouinciæ uero tributum impoſuit centum argenti talenta, & unum auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachaz autem deduxit in Aegyptum, qui etiam mortuus eſt in ea, dum regnaſſet tres menſes, & dies decem. Ioachim uero mater uocabatur Zabud de ciuitate Abuma. Hic autem uir erat natura iniuſtus, & ualde nequiſſimus, & neq; circa deum ſanctus, nec circa homines manſuetus. Cumq; quartum iam regni haberet annum, Babyloniæ principatum quidam Nabuchodonoſor accepit: & eodem tempore cum magno apparatu ad Archamim ciuitatem uenit, quæ eſt iuxta Euphratem, pugnaturus contra regem Aegyptij Nechaon: ſub hoc enim Syria erat uniuerſa. Dumq; cognouiſſet regis Babyloniæ uoluntatẽ Nechaon, penitus nõ expauit, ſed cum magno brachio ſuper Nabuchodonoſor ad Euphratem uenit. Qui facta cõgreſſione deuictus eſt, & multa milia uarijs belli rebus amiſit. Transiens autem Euphratem Babyloniæ rex, omnem Syriam uſq; ad Peluſium cepit, præter Iudæam. Quarto igitur anno Nabuchodonoſor regis, qui erat octauus Ioachim regis Hebræorum, contra Iudæos cum magno exercitu caſtrametatus eſt Babylonius, tributa exacturus à Ioachim, aut certe dimicaturus. Ille uero metuens eius minas, & pacem habere deſiderans, præbuit ei tributa quæ præceperat annis tribus. 4. Reg. 24.

De Ioachim regis defectione & morte, decq; Hieroſolymæ captiuitate. Cap. VIII.

TErtio uero anno audiens Aegyptios denuo cõtra Babyloniũ pugnaturos, tributa nõ reddidit, ſed ſpe Aegyptiaci belli deceptus eſt. Nam pugnare cõtra eum Aegyptij minime præſumpſerunt. Propheta ſiquidem Hieremias quotidie prædicebat, quia fruſtra Aegyptiorũ ſpe tenerentur, & quia immineret ciuitati ut à rege Babylonio uaſtaretur, & rex Ioachim ſubderetur ab eo. Sed hæc nulla utilitate dicebat, quando qui crederet nullus erat. Nam & populus & principes audientes hæc, negligebant: & indignantes ſuper his quæ dicebantur, quaſi auguriũ aduerſus regẽ Propheta ferret, accuſabant eũ: & ſubiectũ iudicio ut ad ſuppliciũ quoq; traderetur, cõtra eũ dari ſententiã poſtulabant, qđ multi quidẽ aduerſus eum fieri decreuerũt, ſeniores autem receſſerunt. Quin ea uoluntate, qua iuſte 4. Reg. 24. Hieremias ſperuitur.

Propheta

Prophetam abſoluerant,ea ipſa etiam alijs ſuadebant,ne quid mali fieret Hieremiæ: dicentes,quia non ſolum iſte ciuitati futura prædiceret, ſed & Micheas ante eum olim talia prædixiſſet,& multos ſe ſcire huiuſmodi uerba dixiſſe,quorum nullus tunc à regibus aliquid pertuliſſet, ſed quaſi prophetæ dei fuerunt honorati. His itaque uerbis mitigantes turbas,eripuerunt Hieremiam à definito ſupplicio. Qui omnes prophetias ſuas conſcribens,ieiunante populo, & in eccleſiam cõgregato,in templo menſe nono quinti anni regis Ioachim,relegit librum, quem de futuris rebus ciuitati & populo templóque conſcripſiſſe uidebatur. Audientes itaque principes, tulerunt ab eo librum: iuſſeruntq; eum & ſcribam Baruch de medio tolli,ne quibuſdam fierent manifeſti. Ipſum uero librum portantes, regi dederunt. Qui præſentibus amicis iuſſit ſcribam ſuum relegere, & audiens quæ ſcripta noſcebantur in libro,iratus rex dirupit eum,& igne cremauit: & requiſitos Hieremiam & Baruch iuſſit ad ſe puniendos adduci. Illi ſiquidem eius tunc iram declinauerunt. Non poſt multum uero tempus uenientem contra ſe magno cum exercitu regem Babyloniorum,fœderis iure ſuſcepit,propter metum eorum quæ dicta fuerant à Propheta, credens nihil ſe fore paſſurum, neq; per obſeſſionem neq; per pugnam. Cumq; Babyloniæ rex intraſſet in ciuitatẽ,fidem nequaquam ſeruauit,ſed iuuenes fortiſſimos & pulchritudine decoros Hieroſolymitarum occidit unà cum rege Ioachim. Quem etiam ante muros inſepultum proijci iuſſit. filium uero eius Ioachim conſtituit regem uniuerſæ prouinciæ. Eos autem qui erant in dignitatibus cõſtituti,numero tria milia captiuos duxit in Babyloniam, inter quos erat & Propheta Ezechiel cum eſſet adhuc puer. Hic ergo finis habuit Ioachim regem,qui cum uixiſſet annis ſex & triginta,regnauit undecim. Succeſſor uero eius regni Ioachim,de matre nomine * Ioas, regnauit menſibus tribus, & diebus decem.

Aliàs. Onas.

De captiuitate regis Ioachim in Babylonem & Sedechiæ obſtinatione contra Hieremiam prophetam. Caput IX.

4. Reg. 24. REgem uero Babyloniorum, qui Ioachim conceſſerat principatum, repente timor inuaſit. Formidatus eſt enim,ne forte habens mali memoriam pro nece paterna, prouinciam eius inuaderet. Et mittens exercitum,regem Ioachim in Hieroſolymis obſidebat. Ille uero cum eſſet natura benignus & iuſtus, noluit ciuitatem propter ſe uidere pericula ſuſtinere: ſed ſumens matrem & cognatos, tradidit obſides ducibus qui fuerãt à Babyloniæ rege directi: accipiens ab eis iuſiurandũ, ut nihil mali paterentur,nec ipſe nec ciuitas,quorum fides nequaquam manſit inuiolata. Non enim ſeruauit eam Babyloniæ rex, ſed præcepit principibus ſuis,ut omnes qui erant in ciuitate iuuenes,captiuos ſumerẽt,pariter & artifices,eoſq; ad ſe ligatos adducerẽt,qui omnes fuerant decẽ milia,octingenti,triginta & duo: ſimul & Ioachim cũ matre pariter & amicis,quos deductos ad ſe habuit in cuſtodia: Patruũ uero Ioachim,nomine Sedechiam,cõſtituit regẽ: accipiẽs ab eo iuſiurandũ,ut ei prouinciã cuſtodiret,& nihil hoſtiliter ageret,nec faueret Aegyptijs. Sedechias autem erat quidem annorũ uiginti & unius, quando accepit regnum,& nomen matris eius Amias. Fuit enim cõtra iuſticiam ſuperbus,circa quem impij locum maximum habere uidebantur. Quapropter & propheta Hieremias

remias ad eum ueniens,crebro teſtabatur,dicens, ut reliquas quidem impietates & iniquitates deſereret,& iuſticiæ prouideret,& neq; duces qui eſſent maligni,reſpiceret,neq; falſis prophetis eum ſeducentibus crederet,quaſi nequaquam cõtra ciuitatem Babyloniæ rex dimicaret,quia Aegyptij contra eum bella rurſus inferrent & uincerent,quoniam hæc uerba non eſſent, nec hoc modo uentura forent. Sedechias autem dum audiret prophetam hæc dicentem, conſentiebat ei per omnia tanquam uera loquenti,& quaſi prodeſſet ei ut eius crederet uerbis,ſed rurſus amici eius ſubuertebant mentem, & à prophetæ dictis ad ea quæ uoluerant, adducebant. Prophetauit autem Ezechiel de Babylone futuras calamitates populi,& miſit in Hieroſolymam. Sedechias autem eorum prophetijs non credidit propter huiuſmodi cauſam: Alia ſiquidem uniuerſa conſona à prophetis edicta ſunt,quomodo & ciuitas uaſtaretur, & ipſe Sedechias duceretur captiuus in Babyloniam:diſcordauit autem Ezechiel,dicens, quia Sedechias Babyloniam non uideret,quum Hieremias dixiſſet, quia uinctum eum rex Babyloniæ duceret, & eo quod non idem uterque dixiſſet, etiam illa quæ concordabant, non eſſe uera dicebat, licet omnia ei ſecundum eorum euenerint prophetias: quæ tamen opportunius declarabimus. Igitur ſocietatem Babyloniorũ, quam habuit octo annis, diſſoluit, & ſemetipſum ad Aegyptios tranſtulit, ſperans cum illis contra Babylonios prævalere.

Prophetat Hieremias in Iudæa, Ezechiel in Chaldæa, et non audiun tur.

De deſtructione Hieruſalem à Chaldæis. Caput x.

INterea dum hoc cognouiſſet Babylonius rex, caſtra mouit aduerſus eum: & afflicta prouincia, & munitiones eius unà diripiens, ad ipſam Hieroſolymorum ciuitatem obſidendam cum magno ueniebat exercitu. Rex autem Aegyptius audiens,quia & Sedechias amicus eius eſſet,ſumpta uirtute maxima bellatorum, uenit ad Iudæam quaſi eius ſoluturus obſeſſionem. Babylonius autem receſſit ab Hieroſolymis,& occurrit Aegyptijs,eiſq; congreſſus,prælio ſuperauit,& eos in fugam cõuerſos,de Syria coëgit exire. Quumq; Babylonius diſceſſiſſet ab Hieroſolymis,deceperunt falſi prophetæ Sedechiam,dicentes,quia neq; Babylonius denuo contra eum pugnaret,& contribules eorum quos de prouincia ad Babyloniam demigrauerat,cum dei uaſis omnibus,quæ rex detulerat de templo,reuerterentur. Sed Hieremias his contraria atq; uera,tranſiens in medium,prophetauit,dicens,quia male quidẽ facerent illi, qui regi talia ſuaderent,quãdo per Aegyptios nihil iuuari poſſent:quos utiq; deuincens Babyloniæ rex, in Hieroſolymam remeauit:eamq; fortiter obſideret, & populum fame corrumperet, ac reliquos captiuos abduceret,ſubſtantiasq; diriperet, ſimul & diuitias templi exhauriret,& eum inſuper cõcremaret,ciuitatemq; ſubuerteret:& eſſent ſeruituri Babyloniæ regi,eiusq; nepotibus,annis ſeptuaginta. A quorum ſeruitio nos, inquit, tunc remouebũt Perſæ & Medi,Babyloniorum deſtruentes imperiũ: & ad hanc remeantes urbem,ædificabimus templum rurſus,& Hieroſolymam denuo reparabimus. Hæc dicente Hieremia,plurimi quidem crediderũt: principes autem & impij,exceſſiſſe eum à ſua mente dicebant,eumq; ſub hoc fomite deridebant. Igitur quum ei placuiſſet ad patriam properare, quæ dicitur Anatoth, uiginti ſtadijs procul ab Hieroſolymis conſtitutam,inueniens eum in itinere quidam prin-

Hieremias uinctus abducitur.

cipum comprehenſum detinuit, calumniam faciens ei,quaſi ad Babylonios iret. Ille uero mentiri quidem illum,& calumniæ ſibi crimen inferre, ſe uero ad patriam remeare,dicebat. Qui ad hæc uerba nõ flexus,uinctum deduxit ad iudicium magiſtratuum:à quibus omnia uerbera & tormenta perpeſſus,ad necis ſupplicium reſeruabatur, qui quoddam tempus hæc quæ prædiximus,nimis iniuſte ſuſtinuit. Anno uero nono Sedechiæ regis,decima die menſis decimi,uice ſecunda,Babyloniæ rex ad Hieroſolymam caſtrametatus eſt:& ſedẽs circa eam decem & octo menſes,cum ſtudio magnæ uirtutis obſedit, obſeſſoſq; Hieroſolymitas, duo mala & alia maxima deprimebant,morbi languor,& fames eis uehementer obſiſtens.Hieremias uero propheta,quum eſſet in cuſtodia,non ceſſabat,ſed damabat & prædicabat aperte,monendo populum,ut regem Babyloniorum portas aperientes ſuſciperent: hoc enim facto,eos cum omni domo poſſe ſalũari,alioqui radicitus aſſerebat euelli: prædicabatq; pariter,quoniam ſi quis maneret in ciuitate,omnino periret, aut fame conſumptus, aut gladijs hoſtium. Si uero ad hoſtes confugeret,& inimicos & mortem quodammodo declinaret.Principes autem hæc audientes,nec inter ipſa conſiſtentes mala,patiebãtur eius uerba animo ſuo percipere:ſed cum ira graui uenientes,indicauerũt regi,& accuſantes eũ,quaſi ueſanum occidendum eſſe prophetam poſcebant, qui eorum animos frangeret, & malis promiſſionibus audaciam populi ualde molliret:quando dum parati eſſent omnes pro eo & patriæ ſalute pugnare, ille moneret ut ad hoſtes fugerent uniuerſi,quia ciuitas capienda foret,& omnes in ea pariter perituri.Rex ergo ipſe pro bonitate quidem & iuſticia iratus non eſt. Sed ne principibus tali tempore uideretur eſſe cõtrarius,permiſit eis ut facerẽt prophetæ,quod uellẽt.Qui hoc ſibi cõceſſo à rege, mox ingredientes in carcerem, & ſumentes eum,in quendã lacum plenum cœno depoſuerunt,ut morte propria ſuffocatus,extingueretur.Ille uero uſq; ad guttur in luto depoſitus, in his degebat anguſtijs. Quidam uero ſeruorum regis honoribus decoratus,& genere Aethiops,ærumnas prophetæ nũciauit regi,dicens,non recte amicos & principes eius feciſſe,quod Hieremiam in cœno ſubmergerent, quod opus omni morte & uinculis eſſet amarius. Hæc quum audiſſet rex,pœnitentia ductus,quia prophetã principibus tradidiſſet, iuſſit Aethiopi,ut ſumptis triginta regis miniſtris,& funibus,& quicquid expediret ad ſalutis eius utilitatem, cum feſtinatione Hieremiam extraheret. Aethiops autem ſumens quod præceperat rex,prophetã de lacu reduxit, & ſine cuſtodia eſſe permiſit.Euocante uero eum latenter rege,& requirente, ſi quid diuinum ei in rebus præſentibus poſſet edicere:ille ſe habere quidem quod diceret,aſſerebat,ſed non fore ſibi credendum,nec dum moneret, audiendum: quando iam quaſi malum aliquod agentem eius amici perdere decreuiſſent. Vbi ſunt,inquit,nũc qui Babylonium nequaquam dimicaturum eſſe dicebant,audientesq; fallebant? Sed & ſi nunc dixero ueritatem,morte me non condemnes? Quumq; rex ei iuſiurandum præbuiſſet,quia nec ipſe eum perimeret, nec principibus ſupplicij iure cõtraderet, data fide,ſecurus ſuadebat ei,ut Babylonijs traderet ciuitatẽ. Hæc enim dicebat, deum ei per ſe prophetare,ſi liberari uellet,& præſentia pericula declinare:& neq; ciuitatem uſq; ad fundamẽta deijci,nec templum ab hoſtibus concremari:quod

Obſidio Hieroſolymorum.

Conſultat rex prophetam.

ſi non

ſi non fieret,ipſe malorum autor & ſibi & ciuitati huius calamitatis exiſteret.Hæc audiens rex,uelle ſe quidē quæ monebat facere,dixit,& expedire ſibi: ſed metuere contribules, qui ad regem Babyloniæ iam perrexiſſent, ne accuſantibus eum, periculo ſubiacerent.Quem propheta confortabat,& fruſtra ſupplicium ſuſpicari dicebat:nihil mali paſſurū,ſi Babyloniis traderet ciuitatem,nec ipſum,nec uxores,nec filios eius,inſuper & quia templum maneret illæſum. Et Hieremiam quidem quum hæc dixiſſet,dimiſit rex, præcipiens,ut nulli ciuium quæ loquuti fuerant,prodceret,ſed neq; principibus aperiret:qui ſi cognoſcentes eum à rege uocatum,requirerēt,ut quod cum eo loquutus fuerit,illis quoq; narraret, diceret quia popoſciſſet,ne in uincula aut in carcerem denuo traderetur. Qui ſcilicet hoc eis dicebat,dum uenientes à propheta,requirerent,quid locutus fuiſſet ad regem.Hæc quidem ita geſta ſunt. Babylonius autem obſeſſionem grauius inferebat, faciens turres cum magnis ædificijs,& aggeres ingentes exaltans, ex quibus reſiſtebat de muris repugnare nitentibus: multas quoq; machinationes erexit,æquans muris per circuitum ciuitatis.Illi ſiquidem qui erant intra urbem,fortiter & promptiſſime reſiſtebant, neq; fame,neq; languore fatigati: & licet intus his paſſionibus angerentur,animo fortes uidebātur ad prælium,in nullo adinuentiones inimicorū & machinamenta expaueſcentes:ſed contrarias machinationes in omnibus quæ faciebant illi,opponere cogitantes,ita ut magnum certamen eſſet Babyloniis cum Hieroſolymitis,uelocitatis atq; prudentiæ:illis quidem nihil arbitrantibus amplius cōmodi, quàm captionem illius ciuitatis: his autem ſalutem ſuam non in alia cauſa ponentibus,niſi ut magno ſtudio laborarent,& nō deſperarent excogitare,quibus modis hoſtium machinamenta deſtruerent. Et hæc paſſi ſunt menſibus octo & decem,donec fame uaſtarentur & gladijs, quos de turribus iaculabantur aduerſus eos hoſtes. Capta eſt uero ciuitas undecimo anno Sedechiæ regis,quarto mēſe, die nono: ceperūtq; eam principes Babyloniorum,quibus obſeſſio à rege Nabuchodonoſor uidebatur eſſe cōmiſſa. Ipſe autem in Reblata ciuitate morabatur. Nomina uero principum qui Hieroſolymam obſiderunt,hæc ſunt:Nergella,Serrarem,Matuſe,Megarus,Nabuzardan, Saris. Capta ſiquidem ciuitate circa mediam noctem, & principibus hoſtium ingreſſis in templum,agnoſcens hæc Sedechias rex,ſumptis uxoribus & filijs,& principibus, & amicis,de ciuitate fugit per deſertū ualde tutiſſimum. Quod dum quibuſdam traditicijs principibus Babyloniorum indicatum fuiſſet, diluculo eū perſequi aggreſſi ſunt. Quem dum circa Hierichuntem apprehendiſſent,eum unà circūdederunt.Amici uero & principes qui cum Sedechia fugiebāt, dum hoſtes proximos eſſe conſpicerent,relinquunt eum,alter ad alterum locum fugiens, & unuſquiſq; ſe liberare contendens.Quem comprehenſum cum paucis,hoſtes cum uxoribus & filijs perduxerūt ad regem. Venientemq; ad ſe,Nabuchodonoſor impium & infelicem uocare cœpit,& iuriſiurādi immemorem, quod præbuerat ut ei prouinciam cuſtodiret.Super hæc autem eum obiurgauit ingratum:quia dum ab eo ſuſcepiſſet imperium,quod ab eius fratre tulerat, & illi tribuerat,contra munificum largitorem egiſſe uidebatur hoſtiliter. Dixitq; poſt hæc:Magnus deus,qui odio habens tuam nequitiam,noſtro te ſubiugauit imperio.His igitur uerbis uſus ad-

Studiū Babyloniorū in urbe capienda.

Hieruſalem capta.

Sedechias capitur.

uersus Sedechiam,filios eius iussit pariter & amicos continuo perimi,ipsò scilicet Sedechia,& aliis captiuis inspicientibus:deinde oculos eruens Sedechiæ,eúmque uinciens, perduxit in Babyloniam. Hæc autem prouenerunt ei,quæ Hieremias Ezechielq́ prophetauerunt, quia comprehensus duceretur ad Babyloniam,& loqueretur ei ore suo,& nō eam uideret,sicut Hieremias dixit:cæcatus autem & ductus ad Babyloniam,eam non uidit,sicut Ezechiel prædixit.Hæc igitur,quæ sufficienter possunt dei manifestare naturam,nescientibus explicauimus,quia diuersa est atq; multimoda,& uniuersa ordine suo conspiciens, & quæ congruant agi prædicens,ignorantiamq́ hominum & infidelitatem redarguens,per quæ curari nequiuerunt ab his quæ erant passuri.Nam quum ea quæ prædicebantur,custodire nollent,calamitatibus noscuntur esse contraditi, ita ut esset impossibile talia declinare. Igitur qui de genere Dauid regnauerunt,huiusmodi conuersationem habuisse noscuntur. Fuerunt autem uiginti & unus usq; ad ultimum regem:regnauerūtq́ omnes annis quingentis & quatuordecim,& mensibus sex,diebusq́ decem.Ex quibus principatum tenuit primus eorum Saul,annis uiginti, non tamen ex ea tribu consistens. Porrò Babylonius misit principem militiæ suæ Nabuzardam in Hierusalem,ut expoliaret templum,præcipiens ei,ut & illud incenderet,& regalia pariter & ciuitatem ad pauimentum usq; deponeret,& populum in Babyloniam migraret. Qui dum uenisset ad Hierosolymam undecimo anno regis Sedechiæ,& templum subuertit,& uasa dei aurea argenteaq́ tulit, nec non & maximum cantharum,quem posuit Salomon: insuper & columnas æreas, & capita earum,aureasq́ mensas,& candelabra: & hæc auferens,templum quoque succendit mense quinto in initio mensis,anno undecimo Sedechiæ regis,decimo octauo autem Nabuchodonosor. Succēdit autem & regalia,ciuitatemq́ destruxit. Et templum ita concrematum est post *trecentos & septuaginta annos, & menses sex,diesque decem, ex quo illud constat ædificatum. Ab egressu autem populi ex Aegypto anni tunc erant mille,sexaginta duo,mēses sex,diesq́ decem. A diluuio uero usq; ad uastationē templi omne tempus fuit annorū mille nongentorum quinquaginta septem,mensium sex,dierum decem. Ex quo factus est Adam,usq; ad ea quæ prouenerunt templo,anni sunt tria milia quingenti tredecim,menses sex,dies decem. Tantus ergo numerus est annorum.Quæcunq; uero gesta sunt,singula ut prouenere,manifestauimus. Princeps itaq; regis Babylonij,postq̄ Hierosolymam & templum subuertit,sumens captiuos,migrauit eos, & pontificem Sarream,& sacerdotem Iosedech secūdarium eius,& custodes templi tres,& Eunuchum qui erat super armatos,& amicos Sedechiæ septem, & Scribam eius,& alios principes sexaginta, quos omnes cū uasis quæ deprædatus est, deduxit ad regem in Reblata,prouinciæ Syriæ ciuitatem. Rex autem, pontificis quidem & principum capita ibi iussit abscindi:ipse uero omnes captiuos & Sedechiam deduxit in Babylonem. Vinctum uero circumegit & Iosedech Pōtificem, filium Sarreæ Pontificis, quem occidit Babylonius in Reblata Syriæ ciuitate, sicut dudum iam designatum est.Igitur quia genus regium explanauimus, & qui fuerunt,& eorum tempora cuncta narrauimus:necessarium iudicaui etiam nomina Pontificum referare,qui Pontificatum regum temporibus habuerūt. Primus

Quot & quādiu reges Hierosolymorū regnauerint.

*Al. quadringentos.

siquidem

ſiquidem Sadoch Pontifex templi fuit, quod Salomon ædificauit: poſt eum filius eius Achimaas in eius honorem ſucceſſit: Achimaam Azarias: poſt hunc autem Ioram: & poſt eum Anxioramus: deinde Phideas: poſt Phideam uero Sudeas.: poſt hunc autem Hilus: Hilo uero ſucceſſit Ioathan: cui rurſus Vrias: Vriæ uero Nerias: poſt Neriam autem Ideas fuit: poſt hunc uero Sallum: deinde Helchias: poſt hunc Zaroch: & poſt hunc fuit Ioſedech, qui captiuus in Babyloniam ductus eſt. Iſti ſiquidem omnes in Pontificatu, filius patri, per ordinem ſucceſſerunt. Veniens autem in Babyloniam rex, Sedechiam ſecum habuit donec aduixit in carcere. Quem dum regaliter ſepeliſſet, uaſa quæ in Hieroſolymorum templo fuerat deprædatus, diſs dicauit ſuis, & populum in Babyloniorum regione conſtituit: Pontificem uero ſoluit à uinculis. *Catalogus Pontificū.*

De reliquiſs Iudæorum, & morte Godoliæ, malicia Iſmaëlis. Caput XI.

PRinceps itaque militiæ Nabuzardan, dum captiuaſſet populum Hebræorum, pauperes & eos qui ſe tradiderant, dereliquit: conſtituens eis principem nomine Godoliam, filium Aichan, de nobilibus natum, manſuetum & iuſtum: iuſſitq; ut opus in terra prouinciæ facientes, regi definita tributa perſoluerent. Hieremiam uero prophetam ſoluit à carcere, eiq; ſuaſit, ut ad Babyloniam ſecum ueniret: fuerat enim ei hoc à rege iuſſum, ut illi per omnia placide miniſtraret: qui ſi nollet hoc facere, indicaret, ubi manere uellet, quatenus hoc regi ſignificaret. Propheta uero nec ſequi uoluit, nec alibi commorari: ſed libenter ſe habere dixit in deſerta patria, & cum miſerrimis habitare reliquiſs. Cognoſcens autem eius uoluntatem militiæ princeps, Godoliæ quem conſtituerat in Hieroſolymorum urbe, præcepit, ut eius prouidentiam in omnibus haberet, eiq; miniſtraret quibus egeret: & donatis prophetæ multis pretioſiſque muneribus, dimiſit ad propria. Et Hieremias quidem manſit apud Godoliam in ciuitate prouinciæ, quæ dicitur Maſphat: rogauitq; Nabuzardan, ut cum eo dimitteret diſcipulum Baruch, filium Neric, ex magna ualde familia, & qui lingua patria præcipue fuerat eruditus. Hæc dum feciſſet Nabuzardan, in Babyloniam profectus eſt. At illi, qui obſeſſa Hieroſolymorum urbe diffugerant, diſperſi per certa loca, dum receſſiſſe Babylonios cognouiſſent, & quaſdam reliquias in Hieroſolymorum urbe reliquiſſe, & qui eam incolerent, ſupereſſent, undiq; collecti, uenerunt ad Godoliam in Maſphat. Erant enim principes eorum, Iohannes filius Zarij, & Saræas, & Iezonias, ſimul & alij. Porrò de genere regio erat quidam Iſmaël, uir malignus & callidus: qui quum obſideretur Hieroſolyma, ad regem euaſit Ammonitarum nomine Vachalim, & ibi illo tempore commoratus eſt. Igitur qui ad Hieroſolymam concurrerant, fecit eos Godolias ibi manere, nequaquam Babylonios metuentes: colentesque terram nihil mali paſſuros eſſe dicebat: & hæc quoque iuramento firmauit: adijciens, quia & ſolatium cunctis præberet: & ſi quis ab alio grauaretur, illius mereretur auxilium: ſuaſitq; ut ſinguli in qua uellent ciuitate, manerent, & ut mitterent cum eis qui eorum habitacula repararent: & ipſe quoque faceret, dum tempus eſſet ut triticum, & uinum, & oleum reconderent, quatenus hyemis tempore pabulis non egerent. Hæc quum dixiſſet, dimiſit eos ad prouinciæ loca, quæ unuſquiſque uoluiſſet. *4. Reg. 25.* *De Iſmaële maligno.*

Fama uero diſcurrente ad genus Iudææ, quia uenientes ad ſe de fuga, Godolias clementiſſime ſuſciperet & ad terram colendam habitare dimitteret, ut regi Babylonio tributa perſoluerent, concurrebant omnes ad Godoliam, & in prouincia habitarunt: conſiderantesque prouinciam in pace regi, & Godoliæ benignitatem atque dementiam, Iohannes & principes qui cum eo erant, ualde diſſexerunt eum: dicebántque mittendum ad regem Ammonitarum Vachalim, ut Iſmaëlem latenter occideret, quatenus ipſe ſecurus eſſet in Iſraël: quia ille erat de regio genere, qui ſolus poterat rebellare. Cuius dolum dicebant poſſe declinare, ſi potius Iſmaëlem ipſe perimeret, ut metum de cætero non haberet: adijcientes inſuper ſe timere, ne Godolia magis ab illo peremptо, funditus Iſraëlitarum reliquiæ deperirent. Ille uero acquieſcere noluit, dicens, non eſſe rectum contra uirum qui adhuc nihil malignitatis geſſerat, inſidias exercere: non enim ueriſimile eſſe, quia in tali deſolatione huiuſmodi malitiam exerceret: & quem in tanta neceſſitate fouerat, & ab inimicis alijs eripuerat, ipſe perimeret: ſed & ſi è diuerſo faceret ille dolum, melius eſſe, ut ipſe perimeretur ab illo, potius quàm homo qui ad illum confugerat, ſuamque ſalutem ei tradiderat, & commendauerat uitam, dolo perimeretur iſtorum. Et Iohannes quidem, & principes qui cum eo erant, quum non potuiſſent perſuadere Godoliæ, protinus receſſerunt. Tempore ſiquidem dierum triginta tranſacto, uenit ad Godoliam in ciuitatem Maſphat Iſmaël cum uiris decem, quos Godolias ſplendidis epulis muneribuſque ſuſcepit. Tunc Godolias inter conuiuia Iſmaël ſæpius (ut aſſolet) inuitato, debriatus eſt. Quem Iſmaël uidens ita uino repletum, & uelut inſenſatum in ſoporem ebrietatis conuerſum, ſurgens cum decem ſuis amicis, eum occidit, & eos qui cum illo in cõuiuio recumbebant. Et poſt eorum peremptionem egreſſus per noctem, cunctos pariter in ciuitate Iudæos & milites trucidauit, qui à Babylonijs fuerant derelicti. Altera uero die cũ muneribus ueniebant ad Godoliam de prouincia octoginta uiri, nihil ſcientes quod de eo fuerat geſtum. Quos quum uidiſſet Iſmaël, eos quaſi ad Godoliam acceſſuros, interius euocauit. Quibus ingreſſis, aula clauſa, cũctos occidit: eorumque corpora in lacum profundiſſimum ne uiderentur, abiecit. Ex his itaque octoginta uiris, aliqui erepti ſunt: qui ſe rogauerunt non prius occidi, anteq; occultas in agris diuitias, & pallia ſimul & ueſtes reconditas, & frumenta, monſtrarent. Hæc audiens Iſmaël, pepercit eis. Populum uero qui erat in Maſphat, cum uxoribus & filijs captiuum duxit, inter quos & filias Sedechiæ regis, quas Nabuzardan Babyloniorũ princeps Godoliæ reliquerat conſeruandas. Hæc quum egiſſet, uenit ad regem Ammonitarum. Audiens autem Iohannes, & principes qui cum eo erant, quæ in Maſphat fuerant geſta ab Iſmaël, mortemque Godoliæ, nimis exaſperati ſunt: & ſumentes ſinguli arma ſua, egreſſi ſunt, ut Iſmaël uiriliter expugnarent. Quem quum apprehendiſſent circa fontem Chebron, illi qui ab Iſmaël captiui ducebantur, uidentes Iohannem & principes, releuati ſunt, ſolatiũ ſibi ueniſſe iudicantes: & relinquentes eum qui illos ceperat, ad Iohannem ſe contulerunt. Iſmaël itaque cum uiris octo fugit ad regem Ammonitarum. Iohannes autem ſumens quos de manibus eripuerat Iſmaëlis, & eunuchos, & mulieres, & infantes, uenit ad quendam locum, quem

Interitus Godoliæ p malitiam Iſmaëlis.

Caulas

Caulas appellant: & illo die ibi manſit. Deliberauerunt autem ut inde ſurgentes, abirent Aegyptum, metuentes, ne eos Babylonij perimerent propter Godoliæ mortem, qui ab eis dux fuerat inſtitutus. Et dum in tali cõſilio permanerent, petierunt Hieremiam prophetam Iohannes, & principes qui cum eo erant, ut deum conſuleret, quatenus eis in anguſtia conſtitutis, quid deberent facere, demonſtraret: iurantes ſe facturos, quicquid eis Hieremias ediceret. Quumque propheta oraturum ſe pro eis apud deum compromiſiſſet, poſt dies decem apparuit ei deus, dicens, ut indicaret Iohanni, & principibus, & uniuerſis, quomodo conſiſtentibus eis in illa prouincia, ferret diuina prouidentia ſolatium, & à Babylonijs quos metuebant, ſeruaret illæſos: proficiſcentes autem in Aegyptum, perituros: & ab Aegyptijs illa paſſuros, quæ fratres eorum conſtat eſſe perpeſſos. Hæc quum dixiſſet Iohanni & populo propheta deum prædicere, non ei credebant, quia deus eos in prouincia habitare præciperet, ſed ut præſtaret Baruch diſcipulo ſuo, mentiretur quidem de diuino mandato: ſuaderet autem eis ibi manere, ut à Babylonijs interirent. Populus autem & Iohannes, non obedientes conſilio dei, quo eos monuerat per prophetam, diſceſſerunt ad Aegyptum: ducentes & Hieremiam pariter, & Baruch. Quumque illic eſſent, indicauit prophetæ diuinitas, uenturum regem Babyloniorum ad Aegyptum: iuſſitque prædicere populo Aegypti, futuram captiuitatem, & quia alios quidem eorum occideret, alios captiuos ſumens, in Babyloniam perduceret. Et hæc ita completa ſunt. Quinto ſiquidem anno captiuitatis Hieroſolymorum, qui eſt tertius & uiceſimus regni Nabuchodonoſor, ca ſtrametatus eſt idem Nabuchodonoſor in inferiori Syria, eamque detinens, expugnauit Ammonitas & Moabitas. Quumque ſubdidiſſet has gentes, perrexit in Aegyptum, eamque ſubuertit: & regem quidem qui tunc erat, occidit: aliumque in ea conſtituens, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniam. Et Hebræorum quidem genus eiuſmodi termino Euphratem tranſiſſe percepimus. Igitur per Aſſyrios corruit populus decem tribuum de Samaria, quum regnaret apud eos Ozias: deinde duarum tribuum multitudo à Nabuchodonoſor rege Babyloniorum & Chaldæorum, captis Hieroſolymis, eſt uaſtata. Salmanaſar etenim tranſmigrans Iſraëlitas, in eorum regione conſtituit Cuthæorum gentem, qui prius in interiori parte Perſidæ & Mediæ morabantur: tunc tamen Samaritæ uocati ſunt, uocabulum prouinciæ ſumentes, in qua habitare uidebantur. Babyloniorum uero rex quum duas tribus captiuas duxiſſet, neque gentem aliam in eorum habitare fecit prouinciæ, & propterea deſolata omnis Iudæa, & Hieroſolyma, & templum annis ſeptuaginta permanſit. Omne ſiquidem tempus à captiuitate Iſraëlitarum uſque ad duarum tribuum tranſmigrationem, fuit annorum centum triginta, menſium ſex, dierumque decem.

Hiſtoria Danielis. Caput XII.

POrrò rex Babyloniorum Nabuchodonoſor, ſumens omnes Iudæorum nobiliores, & cognatos regis eorum Sedechiæ, qui & puritate corporum, & Dan. 1.

aſpectus pulchritudine reſplendebant,pædagogis pro diligentia exhibenda eos contradidit, eoſq; caſtrauit: quod etiam eis quoque, quos ceperat ex alijs gentibus quas uaſtauerat, quum eſſent in ætatis huius pulchritudine conſtituti, feciſſe dinoſcitur:iuſſitq; eis miniſtrari de mēſa ſua cibos,& erudiri prouincialibus literis, pariter & Chaldæis. Erant autem iſti ſapientia quidem idonei, habentes exercitium potius. Inter quos erāt aliqui de genere Sedechiæ,quatuor optimi & natura benigni: quorū alius quidem Daniel,alius Ananias,alius Miſahel,quartus aūt uocabatur Azarias. Horum nomina Babyloniorum rex commutauit,& alijs iuſſit appellari uocabulis. Danielem quidem uocabat Balthaſar, Ananiam uero Sidrach, Miſahel autem Miſach, Azariam uero Abdenago. Hos autem rex quum eſſent nimis ingenioſi, & circa literarum doctrinas aſſidui, habebat in honore, & dilectione præcipua. Palcuitq; Danieli cum cognatis ſuis, ut ſe à cibis regiæ menſæ ſuſpenderent, & ab omnibus animatis generaliter abſtinerent. Et accedentes ad Aſchanen eunuchum, cui eorum diligentia à rege fuerat commiſſa, rogauerunt eum, ut ea quæ rex iuſſerat eis expendi, ipſe perciperet,& eis legumina comedenda præberet, uel quicquid aliud inanimatum uellet: ad iſtos cibos ſe eſſe dicentes deditos, & alios ſibi ualde contrarios. Ille uero paratū quidem ſe eſſe dicebat, eorum uoluntatibus obedire,ſed metuere regem,ne per corporis maciem, uultusq; mutationem proderentur regi, eo quod ab epulis abſtinerent:dicens eſſe conſequens,ut pro qualitate cborum, eorum quoque color & corpora mutarentur: & dū alij pueri bene refecti à rege uiderentur,iſti & periculi & ſupplicij autores exiſterent. Dum igitur Aſchanes formidinem hanc haberet, perſuaſerunt ei,ut pro experimento decem diebus hæc miniſtraret illis:& dū habitus eorum corporis minime uerteretur ad peius,in his ſine dubio permanerent, tanq; ex hoc lædi non poſſent: ſi uero eos ſubtiliores inſpiceret uel deteriores ab alijs,ad priora conuiuia reuocaret. Quos dum non ſolum cibus ille non noceret, ſed etiam magis q; aliorum pinguiora atq; decentiora eorum corpora reperiret, ita ut illi quibus regalia conuiuia præbebantur,inferiores eſſent:Daniel autem & qui cum eo erant,crederentur in magna copia,epuliſq; conuiuari:ex illo tempore Aſchanes audacter ea quidem quæ de mēſa regia quotidie illis pueris mittebantur,ipſe ſumebat:& illis quæ prædicta ſunt,miniſtrabat.Et illi quaſi & animæ eorum propter hoc eſſent lympidæ, & ad doctrinas euectæ, corporáq; eorū ad laborem apta conſiſterent (non enim aut animas hebetes habebant, & pro cborum uarietate confuſas,aut corpora per eaſdem epulas molliora)omnes uelociter didicerant doctrinas, quæcunque apud barbaros erant, & apud Chaldæos: præcipue tamen Daniel ſapientia erat idoneus, & ad ſomniorū interpretationes expertus,eiq; reuelabatur aperte diuinitas. Igitur poſt annum ſecūdum Aegyptiacæ uaſtationis,rex Nabuchodonoſor uidit ſomniū ualde mirabile, cuius explanationem ipſe ei per ſomniū deus aperuit. Quod dū euigilaſſet,oblitus,mox Chaldæos uocauit,& magos atq; diuinos: dixitq; ſe uidiſſe ſomnium,& expoſitionem eius,& hæc ſimul oblitum:iuſſitque, ut dicerent ſomnium,& quid ſignificaret.Illis uero dicētibus,hoc inuenire eſſe hominibus impoſſibile:ſed ſi uiſionem exponeret,ſomnij explanationē ab eis audiret:interminatus eſt eis mortem, niſi

De Daniele & tribus ſocijs eius.

Dan.2. Rex oblitus ſomnij cōuocat magos.

ſomnium

ſomnium eius edicerent. Et dum faterentur non poſſe quod iubebat fieri, omnes unà præcepit occidi. Daniel autem audiens, quoniam omnes ſapientes rex iuſſiſſet interimi, inter quos & ipſe cum ſuis cognatis periculo ſubiaceret, acceſſit ad quendam Ariochim, cui fuerat principatus cõmiſſus ſuper regis armigeros, eúmque rogauit, ut ei cauſam ediceret, pro qua rex omnes ſapientes & Chaldæos & magos iuſſiſſet occidi: & dum de ſomnio cognouiſſet, & quia iuſſiſſet rex indicari ſibi quam uiderat uiſionem, quod dum non potuiſſent facere, ad ſuum interitum prouocaſſent regem, rogauit Ariochim, ut ingreſſus ad regem, unam noctem peteret, ut à magorum nece ſe retineret: ſperare ſe dicens, quod ea nocte ſupplicans deo, ſomnium regis agnoſceret. Ariochis uero nũciauit regi inducias quas poſceret Daniel. Et rex quidem magorum ſuſpendi iuſſit interitum, donec promiſſionem cognoſceret Danielis. Tunc ille puer cum ſuis cognatis ad habitaculum proprium ueniens, tota nocte rogauit deum, ut ei ſomnium regis indicaret: ne magi & Chaldæi, & inter eos ipſi quoq; perirent, ſed ut eos potius ab ira regis eriperet, eíq; oſtenderet uiſionem, quam rex reuelatam ſibi nocte præterita noſcebatur oblitus. Deus autem miſericordiam habens illorum qui periculo ſubiacebant, ſimul & Danielis, ſomnium ei & modũ explanationis innotuit: ut ab eo rex etiam quod ſignificaretur, agnoſceret. Daniel autem à deo hæc ſibi reuelata cognoſcens, gauiſus ſurrexit: & hoc fratribus indicans, illos quidem de uita deſperatos, & iam paratos ad mortem, ad ſecuritatẽ & ſpem uitæ reduxit. Deo autem gratias præcipuas egit, qui miſericordiam ætatis eorum habuiſſet. Factoq; die, uenit ad Ariochim: petens, ut eũ introducere deberet ad regem, adijciens uelle ſe ſomniũ quod uiderat tranſacta nocte, narrare. Ingreſſus igitur ad regem Daniel, hoc primo poposcit, ne ſapiẽtior putaretur ab alijs Chaldæis & Magis, quia dum illi ſomnium nequaq; inuenire potuiſſent, ipſe ei indicaturus, accederet: quando nõ experimento humano, nec quia maiori ſtudio mente propria laboraſſet, hoc ſciret: ſed miſeratus, inquit, deus omnium qui in mortis uidebantur periculo cõſtituti, & mei, ſimul & qui eiuſdem ſunt gentis, ſomniũ & explanationem eius mihi aperuit. Nõ enim minus pro illis, q; pro nobiſipſis uitæ termino te iubente multatis, ſolicitus eram: dũ utiq; uiros bonos & optimos iniuſte mori præceperas, quos nihil quod ſit humanæ ſapientiæ, præcepiſti facere: ſed quod dei ſolius eſt, ab eis exigere uoluiſti. Tibi ſiquidẽ cogitanti, quis totius mundi teneret principatũ, uolens deus omnes poſt te regnaturos oſtendere, huiuſmodi ſomniũ reuelauit. Vidiſti eñ ſtatuam ualde proceram, cuius caput quidem erat aureũ, humeri uero & brachia argentea, uenter aũt & fœmora ærea, crura pedesq; ferrei. Deinde uidiſti lapidẽ de monte abruptũ, decidiſſe ſuper ſtatuam: eamq; proſtratam contriuiſſe totam, & nullam eius partem integram reliquiſſe: aurũ uero & argentum, & æs, & ferrum plus farina contritum, & ſpiritu uehementi flante direptum, atq; diſperſum: lapidem uero creuiſſe tantum, ita ut omnis terra ab eo uideretur impleta. Somnium itaque quod uidiſti, hoc eſt: cuius interpretatio hunc ſenſum habet: Caput quidem aureum te ſignificat, & qui ante te in gente Babylonia regnauerunt. Duæ, inquit, manus & humeri, indicant, quia à duobus regibus ueſter poſſit deſtrui principatus. Illorumque denuo, alter quidem ab occidente erit deſtruc-

Daniel prodit regi ſomnium.

turus

cturus imperium, similis æramento: cuius rursus regnũ cessare faciet, qui ferro uideatur æqualis, teneatq; omnia, quanto ferri natura sit robustior auro & argento, simul & ære. Signauit equidem & de lapide regi Daniel, quod mihi non placuit indicare: sed præterita quæ sunt iam facta describere, non futura tractare. Si quis autem integritatem desiderans, uult hæc perscrutari, & de incert[illegible]trum fiant studet agnoscere, festinet legere librum Danielis, quem inueniet inter literas esse diuinas. Rex aũt Nabuchodonosor hæc audiens, & somniũ sum agnoscens, obstupuit ingenium Danielis: & procidens in faciem, eo modo quo deus adoratur, salutauit Danielem: eiq; sacrificari quasi deo, præcepit. Cui etiã propriũ dei imposuit nomen, & procuratorem totius regni constituit esse cum suis cognatis, qui per inuidiam & dolum, pericula sustinuerunt, & regem ex huiusmodi causa offendisse uidebantur.

Rex statuã adorari iubet.

Interea rex, dum fecisset statuam auream, altitudine sexaginta cubitorum, latitudine sex, & eam statuisset in campo maximo Babyloniæ, dedicaturus eam, conuocauit ex omni terra (cui præerat) principes uniuersos: præcipiens eis primo, ut dum audirent tubæ sonum, prostrati, statuam pariter adorarent: qui uero hoc non facerent, eos in ignis caminum interminatus est esse mittendos. Omnibus ergo post tubæ sonitũ adorantibus simulachrum, Daniel & cognati eius minime hoc fecisse dicuntur, nolentes utiq; leges prauaricari paternas. Qui dum uincti fuissent, repente in ignem missi, & inopinabiliter diuina prouidentia liberati, mortis pericula effugerunt. Non enim contigit eos ignis. Reor itaque eo quod nihil iniuste fecissent, ut in caminum missi, non sint ab igne contacti. Et facta est flammæ natura debilior, habẽs in se dei ministros, qui eorum corpora esse talia præparauit, ut non potuissent ab igne consumi. Hoc ergo factum ostendit eos iustos apud regem, atq; religiosos: pro qua re habebantur ab eo in honore præcipuo.

De pueris in caminum ignis proiectis.

Dan. 4.

Post paululum itaq; tempus denuo uidit in somnis rex aliam uisionem, quia casurus de regno, cum bestijs esset habitaturus: & quũ degisset hoc modo annis septem in deserto, reciperet denuo principatum. Hoc quum uidisset somnium, magos denuo conuocauit: eisq; referens quod uiderat, interpretationem congruam exigebat. Et aliorum quidem nemo potuit uirtutem somnij comprehendere, neque regi manifestare. Daniel uero solus & hoc exposuit: & sicut ei prædixerat, ita prouenit. Nam quum habitasset prædictum tempus in eremo, nullusq; præsumpsisset illis septem annis rerum dominium detinere, supplicans deo ut regnum rursus reciperet, denuo ad eum reuersus est. Nullus igitur me culpet, eo quod ita narrauerim singula, sicut in antiquis libris inueniuntur scripta. Nam in ipso historiæ meæ principio, propter eos qui quæstionem faciunt, aut in aliquo culpare nitũtur, astruxi, dicens, translaturum me libros Hebraicos in eloquium Græcum: & hos uolentibus aperire, neque adijcere ipse aliquid seorsum, necq; subtrahere me promittens. Porrò Nabuchodonosor dum uixisset annis quadraginta & tribus, defunctus est: uir illustris, & prioribus regibus ualde felicior. Meminit huius actuum & Berosus in libro tertio historiæ Chaldæorum, ita dicens. Audiens autem pater eius Nabuchodonosor, quia satrapa qui cõstitutus fuerat in Aegypto, & locis Syriæ inferioris, & Phœnicis, recessisset ab eo, quũ ipse iam fatigari nõ posset, cõmittens filio Nabuchodo-

Berosus historiographus.

buchodonoſor iuueni quandã partem exercitus,miſit aduerſus eum.Nabucho-
donoſor autem congreſſus aduerſus eum,qui ab eius patre receſſerat,facta dimi
catione,& eum uicit,& prouinciam ex iſto principio ſuo ſubiugauit imperio.

De regno Babyloniorum inſtaurato,& finito. Caput XIII.

EO ſiquidem tempore contigit, ut pater Nabuchodonoſor ægrotaret in Babylone ciuitate,& à uita recederet:qui regnauit annis uiginti & uno. Nabuchodonoſor autem non poſt multum tempus mortem patris agnoſcens,& diſponens cauſas Aegypti,reliquamq; prouinciam,& captiuos eius,& Phœnicum, & Syrorum,& gentium Aegyptiarum, & præcipiens quibuſdam amicis,ut cum magna uirtute & omni utilitate ad Babyloniam cuncta deferrent:ipſe cum paucis per deſertum uenit ad Babyloniam: & potitus rerum quæ tunc gubernabantur à Chaldæis,à quodam uiro ſibi optimo,reſeruatarũ totius regni paterni dominus eſt effectus.Captiuis aũt uenientibus,habitationem conſtituit in locis op portuniſſimis Babyloniæ ciuitatis: ipſe uero de manubijs hoſtiũ & templum Belis,& reliqua largiſſime nimis ornauit,& antiquæ ciuitati aliqua contulit,& priſca reparauit: ita ut nequaquam obſidentes ualerent fluuium conuertere, & ciuitati aliquo modo præualere.Erexitq; tres porticus intrinſecus,& tres extrinſecus de latere cocto:decenterq; muniens eam,& exornans ualde munifice, paternis quoq; regalibus alia proxime regalia fabricatus eſt: quorum ſpatia, & reliquam multitudinem pulchritudinis, credo ſuperuacuum dicere. Veruntamen hoc ſciendum, quia dum eſſent hæc magna, & nimis eximia, diebus ſunt quindecim conſummata. In iſtis uero regalibus lapides poſuit, quorum ſimilitudo erat inſtar montis: & plantauit diuerſas arbores,fecitq; hortum quod ſuſpenſile dicebatur, eo quod uxor eius poſſeſſionem regionis propriæ uidere deſideraret, quæ nutrita fuit in locis Mediæ. Horum itaq; meminit etiam Megaſthenes in quarto Indicorum libro: ubi nititur approbare hunc regem fortitudine & actuum magnitudine Herculem tranſcendiſſe. Dicit enim eum uaſtaſſe Libyen ciuitatem, & Iberiam. Sed & Diodes in ſecundo Coloniarum libro, meminit huius regis: & Philoſtratus in Indicis & Phœnicijs hiſtorijs dicit,quia iſte rex obſedit Tyrum annis tribus & decem menſibus: quum illo tempore in Tyro regnaret Ioathabalus.Hoc ergo modo diuerſi ſcriptores huius regis fecere memoriam.Poſt mortem uero Nabuchodonoſor,Amilmathapacus qui & Abimatadocus,filius eius ſuſcepit regnum: & Hieroſolymitarum regem Iechoniam,qui & Ioachim,ſoluit à uinculis: eumq; inter amicos neceſſarios habuit, & multa ei dona conceſſit: fecitq; eum in Babylonia inter reges haberi. Nam pater eius fidem non ſeruauerat Iechoniæ, qui ſe utiq; cum uxoribus & filijs & omni cognatione ſponte tradiderat pro ciuitate ſua,ne,ſicut prædiximus,obſeſſione capta,uaſtaretur.Moriente uero Amilmathapaco,poſt annos octo & decẽ ſui regni, * Egreſſarius filius eius,tenuit principatũ quadraginta annis. Eoq; mortuo,ad eius filium Laboſordarchum peruenit imperium. Quod dum nouem menſibus habuiſſet,eo defuncto, tranſijt ad Balthaſar, qui Naboan nuncupabatur. Contra hunc itaq; regem caſtrametati ſunt Cyrus Perſarum rex, & Darius Medorum. Quem dum obſiderent in Babylonia, mirabile quoddam prodigium contigiſſe dinoſcitur.

Magnificentia ſecundi Nabuchodonoſor.

Megaſthenes.

Diocles.

Philoſtratus.

Succeſſio regum Babyloniorum.

Al.Egeſarius.

Dan.5.

Iacebat

Iacebat nanq; cœnans in domo maxima,& conuiuijs regalibus opportuna,cum ſuis concubinis pariter & amicis: placuitq; ei, ut de proprio templo uaſa dei deportarẽtur:quæ de Hieroſolymis deprædatus Nabuchodonoſor, uſus quidẽ eis non fuerat,ſed in templo ſuo dicauerat.At ille ſuperbia ductus eſt,ut eis uteretur ad pocula,& hoc modo blaſphemaret deum. Tunc itaq; uidit de muro uenientem manum,& in pariete quaſdam ſyllabas conſcribentem.Qua uiſione conturbatus,conuocauit magos atq; Chaldæos,& omne genus ſimiliũ,quod inter barbaros ſomnia & huiuſmodi ſigna diſcernere prævalebat, ut ei quæ fuerãt ſcripta, manifeſtarent. Quũq; magi nihil penitus inuenire,neq; intelligere ſe poſſe dicerent,in anguſtia rex conſtitutus, & multa triſticia propter hanc ſic inopinabilem cauſam,in omni prouincia prædicari fecit,ut qui literas illas,& quæ per eas ſignificarentur,poſſet exponere,ei torquem aureã, ueſtemq; purpuream daret,ſicut regibus Chaldæis mos erat uti,& tertiam partem ſuĩ pariter principatus. Quo facto,dum multi magi concurrerent,ut propoſitam magnificentiã regis haberent, inuentionem aut ſignificationem literarum nequaq; inuenire poterant. Dumq; regem uideret in anxietate ſua auia conſtitutum,cœpit eum confortare ac dicere, eo quod eſſet quidam de Iudæa captiuus,ex eorũ genere,quos deduxerat Nabuchodonoſor,quum Hieroſolymam uaſtaſſet,cui nomen erat Daniel,uir ſapiens & argutus,ut poſſit res inuenire difficiles,& quæ ſoli deo notæ uiderentur:qui etiam Nabuchodonoſor regi,quum nullus alter potuiſſet dicere, quibus egeret,ad agnitionis lumen adduxerat quod quærebat: adijciens,ut eũ aduocaret, & peteret,quatenus de literis eo narrante,cognoſceret,quod nullus poterat inuenire, ſi triſte aliquod ſignum ſignificaretur à deo.Hæc audiens Balthaſar,Danielem ad ſe uenire præcepit.Cui quum dictum fuiſſet de eo,eiusq; ſapientia, & quia ſanctus ſpiritus ei ineſſet,& ſolus inuenire poſſet,quæ alij neq; mente cõciperent,poſcebat,ut ei quæ ſcripta fuerant,& quæ ſignificare poterant,indicaret.Quod ſi faceret,purpura ueſtiẽdum,& torquem auream circa collum eius dandam eſſe promiſit: inſuper ei & tertiam partem regni pro honore ſapientiæ conferendam, ut ex eis,inſignis uidentibus appareret.Quo facto,Daniel dona quidem eum retinere apud ſe dixit:ſapientiam nanq; & diuinitatem ſine ſuffragijs ſemper exiſtere,& gratis prodeſſe credentibus:ea uero quæ ſcripta uidebãtur,ei ſignificaturum ſe eſſe promiſit:dicẽs,hæc eius uitæ ſignificare ſubuerſionem,eo quod neq; ex his, ex quibus parens eius propter iniurias dei fuerat caſtigatus, ille didicit eſſe pius, & nihil ultra humanam cogitare naturam: quando & Nabuchodonoſor mutatus in beſtiam,propter ea quæ impie geſſerat, poſt multas preces ac ſupplicationes miſericordiam potuit promereri,& ad humanam redire conuerſationem, ac regna priſtina reparare: qui poſt hæc ſolum deum omnem habere uirtutem, & humano generi prouidere,donec aduixit,aſſeruit.Tu,inquit,obliuionem horum habens,multumq; diuinitatem blaſphemans,in eius uaſis unà cum tuis concubinis tibi miniſtrari feciſti.Quæ uidens deus & iratus, per ea quæ ſcripta ſunt,pronunciauit,qui tibi terminus ſit futurus.Illæ uero literæ deſignant hæc: MANE, quod Latina lingua ſignificare poteſt numerum: quia uitæ,inquit,tuæ deus tempus & regni dinumerauerit,& paruum tibi ſupereſſe decreuerit. TETHEL quidem,hoc

De manu in pariete ſyllabas cõſcribente.

Scripturam Daniel explanat.

dem,hoc ſignificat pondus. Apponderans,inquit,deus uitæ tuæ tempus,iam il-
lud declinare pronũciat. PHARES,ſed & hoc fragmentum ſignificat lingua Ro
mana. Franget,inquit,deus regnum tuũ,& Medis illud Perſiſq; diſtribuet. Cũq;
Daniel hæc indicare dixiſſet quæ in pariete conſcripta fuerant; Balthaſar qui-
dem regem triſtitia,qualis poterat pro tantæ calamitatis ſignificatione prouenire
detinuit: non tamen prophetæ quaſi malarum rerum indici,dona quæ promiſe
rat denegauit,ſed cuncta conceſſit:cogitans,quia illa quidem pro quibus daren-
tur propria eius,& non prophetantis eſſent:illũ uero qui hæc uere diſcreuerit,ui-
rum bonum dicebat ſimul & iuſtum. Igitur non poſt multum tempus & ipſe eſt
captus,& ciuitas,Cyro Perſarum rege aduerſus eum fortiſſime dimicãte. Baltha-
ſar enim is eſt,ſub quo capi contigit Babyloniam, cũ regnaſſet iam decem & ſe- *Babylon à Cy-*
ptem annis,nepos Nabuchodonoſor regis,cuius talem uitæ terminũ fuiſſe perce- *ro & Dario*
pimus. Darius autem Aſtiagis filius,qui Babyloniorum principatum deſtruxit, *capta.*
cum Cyro cognato ſuo, annum agebat ſexageſimum & ſecundum, cum Baby-
lon fuiſſet inuaſa: qui tamen alio nomine uocabatur à Græcis: quiq́ue Danie-
lem prophetam ſumens ad ſe,in Mediam duxit,& omni honore eum celebrauit. *Aliâs trecẽtos*
Erat enim unus inter tres ſatrapas,quos Darius ſupet *trecentos ſexaginta ſatra- *tantum.*
pas inſtituerat.

De Daniele in lacum coniecto & liberato, deq; uiſionibus arietis & hirci. Caput XIIII.

DAniel itaq; cum eſſet apud Darium in honore præcipuo,ita ut quaſi ſoli in- *Danie.6.*
derentur cuncta commiſſa,inuidiæ apud cæteros crimine laborabat. Mor-
dentur enim, qui quoſdam apud principes plus quàm ſe ualere conſpiciunt. Et
dum quærerent occaſionem,& derogationis fomitem,uidentes eum apud Dari-
um eſſe probabilem,nullam inueniebant cauſam. Nam dum eſſet ſuper theſau-
ros,& omne ſuffragium oblatum à quocunq; deſpiceret,cui turpe uidebatur ali-
quid etiam pro bonis rebus accipere,nullam criminis cauſam accuſatores inueni-
re faciebat. Illi uero dum nihil haberent,quod contra Danielem dicerẽt,ut regio
eum poſſent honore priuare, alium quæſiere modum, quo eum minorem apud
gratiam regis oſtenderent. Videntes nanq; eum tertio in die orantem ad deum,
occaſionem ſe inueniſſe putabant, per quam perderent Danielem. Et uenientes
ad Darium,nunciauerunt ei,quia ſatrapis eius & principibus placuiſſet,ut trigin
ta diebus populus requieſceret, quatenus neque ipſum aliquis, neque deos eorũ
adiret: ſimiliter nec oraret:quorum ſiquis ſententiam tranſcẽderet,in lacum leo-
num periturus induderetur. Rex autem eorum nequitiam non intendens,neque
hæc contra Danielem arbitratus molimina facta,dixit placere ſibi quæ ab eis de-
creta uidebantur,& eorum ſententiam confirmare promiſit:propoſuitq; decretũ
in populo,quod ſatraparum placita deſignabãt. Et cæteri quidem iuſſa cuſtodi-
entes,ne tranſcenderent quæ præcepta uidebantur à rege,quieſcebãt:Danieli ue-
ro nulla fuit in iſtis cura:ſed ut erat ſolitus,ſtans deum cunctis uidentibus adora-
bat. Satrapæ occaſione ſumpta,quam contra Danielẽ inuenire quærebant,mox
uenerunt ad regem accuſantes,tanquam ſolus Daniel eius præcepta tranſcende-
ret:quia dum nullus alter apud eos orare præſumpſerit,quod non quidẽ propter

impietatem,ſed propter cuſtodiam fieret præceptorũ,ille contemnens præcepta, ad ſuum oraret deum. Credẽtes etenim quia propter magnum fauorem,quo eũ Darius diligebat,etiam illorum decreta contemnens,Danieli ueniã daret, in hoc potius habentes inuidiam,magis inſtabant,& ad nullam manſuetudinem recedebant:ſed eum ſecundum legem datam in lacum leonum proĳciendum eſſe poſcebant. Sperans autem Darius quia eum eriperet deus,& nihil ab eis ſuſtineret aduerſum:conſolabatur eum,ut fortiter ferret euentum.Rex itaq;,dum fuiſſet in lacum miſſus Daniel,ſignato lapide,qui pro ianuis in eius poſitus erat ore,diſceſſit:& incœnatus totam noctem duxit inſomnem, mœſtus & pro Daniele nimis afflictus. Die uero facto ſurgẽs,uenit ad lacum:& inueniens ſignaculum ſanum, quo lapidem obſignauerat,aperiens clamauit uoce magna,Danielem requirens, ſi ſanus eſſet.Quo reſpondente regi,quia nil paſſus fuiſſet mali,iuſſit eum repente de lacu protrahi beſtiarum.Inimici uero uidentes nihil mali pertuliſſe Danielem,dicebant regi,non eum diuina prouidẽtia cuſtoditum, ſed ſatiatos leones copĳs contingere eũ noluiſſe.Ille uero eorum nequitiam uidens,iuſſit leonibus multas carnes apponi,eisq; ſatiatis inimicos Danielis in lacum leonum præcepit immitti:ut ſi reuera per ſatietatem ad eos leones minime accederent,hoc aperte cognoſceret. Quo facto,& ſatrapis in lacum depoſitis,Dario manifeſtatũ eſt,quia diuinitas ſaluauerit Danielem. Leones enim nulli eorum penitus pepercerũt,ſed omnes pariter diſcerpſerunt:quaſi rabida fame pleni,& nulla cibi copia recreati. Arbitror enim quia non fuerũt ab hoc fame prouocati leones, qui utiq; pauloante uidebantur carnium abundantia ſatiati,ſed hominum nequitia etiam irrationabilibus erat animalibus manifeſta,ſimul & quia dei uoluntate uocabantur ad pœnam.Peremptis itaque hoc modo Danielis inimicis,rex Darius quod actum fuerat diuulgauit in omni prouincia, laudans deum quem Daniel colebat, eũq; uerum & omnipotentem aſſeuerans eſſe ſolum.Habuit autẽ etiam Daniel in honore præcelſo,principem eum ſuorum faciens amicorum.Dũ ergo Daniel ſic eſſet inſignis & clarus,eo quod religioſus exiſteret, ædificauit in Egbatanis Mediæ mauſoleum ualde prædarum,& mirabiliter nimis inſtructum:Sic eius pulchritudo uidetur noua,& ſolida,nullaq; ſenectute tam magni temporis longæuitate cõfecta: cum ædificia eadem quæ homines patiantur,& ad uetuſtatem ueniant,& ſua fortitudine longæuitate careant,ac proprĳ decoris amiſſione marceſcant.Manet enim hactenus & uidentibus creditur nuper ædificatum,ita ut ea die qua conſpicitur putetur eſſe conſtructum. Hactenus enim ſepeliuntur ibi Medorum reges atq; Perſarum,pariter & Parthorũ: & cui hæc cura committitur,ſacerdos eſt Iudæorum,& hoc ſit uſq; ad præſens tempus.Dignum eſt enim de Daniele dici, quod maxime quilibet audiens debeat ammirari. Qui dum mirabiliter,& quaſi in uno quodam maxime loco poſitus omnia prophetaſſet, & uitæ ſuæ tempore apud reges & plebem in honore fuit, & gloriam & memoriam poſſidens ſempiternam.Omnes nanq; libri quoſcunq; conſcribens dereliquit,leguntur hactenus apud nos: & ex his credimus,quia Danieli loquebatur deus.Non enim ſolũ futura ſicut alĳ quoq; prophetæ dixit, ſed etiam tempus definiuit,quo hæc neceſſe ſit adimpleri.Prophetis nanq; prioribus mala prædicẽtibus,& propterea à regi-

Daniel in lacum leonum mittitur.

Mauſoleum à Daniele conſtructum.

Autoritas Danielis.

bus

bus & populo non bene ſuſceptis, Daniel bonarū rerum propheta fuit apud eos: & propter famam rerum quas prædicebat, fauorem uidebatur habere cunctorū: per euentum uero cauſarum ueracium, acquirebat dictorum fidem, & opinionē diuinitatis in populo habebat. Reliquit enim nobis ex his quæ cōſcripſit, unde integritas eius prophetiæ, & nulla mutatio poſſit cognoſci. Ait enim quia cum eſſet in Suſis in metropoli Perſide, cum ſuis ſodalibus exiuit in campum, & repēte terræmotu facto, relictus ſit ſolus, amicis eius per diuerſa fugientibus, & cōturbatus in faciem ſuper ambas ceciderit manus. Tūc quodam tangente eum, & inter hæc ut ſurgeret imperante, quatenus ea quæ erant poſt multas generationes ciuibus euēturа conſpiceret: dum ſurrexiſſet oſtenſum ſibi dixit arietem magnum, multa quidem cornua habentem, nouiſſimū uero eorum ualde præcelſum: deinde quidem reſpexiſſe ad occidentem, & uidiſſe hircum exinde ferri per aērem, congreſſumq; arieti, & eum ſecundo cornibus impetitum proſtraſſe in terram, & undiq; conculcaſſe: deinde uidiſſe hircum de frōte cornu maximum produxiſſe: quo fracto, orta ex eo loco cornua quatuor, & ad uentos ſingulos eſſe cōuerſa, inter quæ aliud paruulum ortum fuiſſe conſcripſit. Quod dum creſceret, dicebat deus qui hæc eidem monſtrabat, expugnaturum fore eius gentem, & ciuitatem fortitet eſſe capturum, templumq; concrematurū, & ſacrificia fieri prohibiturum diebus mille, ducentis ſexagintaſex. Hæc quidem in campo qui eſt in Suſis, Daniel ſe uidiſſe cōſcripſit: & tali modo deum ſibi hanc aperuiſſe uiſionem expoſuit: arietem quidem regnum Perſarum & Medorum ſignificare dicens: Cornua uero, eos qui regnaturi forent: nouiſſimū uero cornu ſignificare dicebat ultimū regem, & hunc diuitijs & gloria priorū eſſe præcipuum. Hircum autem ſignificare narrabat, quia aliquis de Græcis regnaturus eſſet, qui ſecundo congreſſus aduerſus Perſam, eum bello deuinceret, & omnem gloriam eius principatus auferret: & ex maximo cornu quod erat in hirci fronte primum, ſignificari regem: & ortum quatuor cornuum illo cadente, quæ quatuor partes terræ uidebantur aſpicere, ſucceſſionem uniuſcuiuſque poſt obitū primi regis dixit annunciari: & diuiſionem regni inter eos eſſe faciēdam, dum ille prior nec filios nec cognatos eſſet habiturus: multisq; annis in terrarum orbe eſſe regnaturos: & ex eis quendam oriri regem, expugnaturum gentem eius, & leges atq; conuerſationem pariter ablaturum, & templū deprædaturum, & ſactificia celebrari tribus annis prohibiturum. Et hæc utique noſtra gens ſuſtinuit per Antiochum, qui appellatus eſt Epiphanes, hoc eſt præclarus, ſicut uidit Daniel, & ante multos conſcripſit annos, quæ omnia deo ſibi monſtrante conſcribens reliquit, ut legentes & quæ iam prouenere conſiderantes, credant in honore diuino fuiſſe Danielem: & per hæc quæ ſunt ita ueriſſima, Epicuræos errare cognoſcāt, qui & prouidētiam uitæ negant, & deum res humanas curare non exiſtimant, neque à beata incorruptibiliq́ue ſubſtantia pro ſtabilitate cunctorum gubernari iudicant uniuerſa: ſed hunc mundum ſine rectore, & ſine cura aliqua ferri ſponte confirmant. Quæ ſi, ut aiunt, ſine præſule eſſet, ſicut naues gubernatoribus deſolatas uentorum uiolentia ſubmergi conſpiciunt, aut currus ſine agitatore confringi, ita & mundus ſine prouidētiæ regimine olim potuit deperire quaſſatus. Ego nanq; Danielis dicta reſpiciens, ualde puto à uera opinione rece-

Daniel. 8.

Viſiones Danielis prophetæ.

ne recedere eos, qui nullam prouidentiam humanarũ rerum dicũt habere deum? Non enim si hæc sponte gererentur, secundum illius prophetiam omnia prouenire conspiceremus. Ego siquidem ut de his inueni & legi, ita conscripsi. Siquis autem uult opinionem aliam sequi, crimen pro diuersa sententia habebit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER VNDECIMVS.

De reditu Iudæorum ad Hierosolymam licentia Cyri & ædificatione templi.

CAPVT PRIMVM.

1. Esd. 1. 3. Esd. 3.

PRimo imperij anno regis Persarũ Cyri, cui septuagesimus concurrebat, ex die quo nostrum populum contigit ex propriis finibus ad Babyloniam migrare, miseratus est captiuitatis deus, & illius calamitatis infeliciũ Iudæorũ: & sicut per Hieremiam prophetã ante prædixerat cꝫ ciuitas euerteretur, postquam seruierunt Nabuchodonosor eiusꝯ nepotibus, & hanc sustinuerunt seruitutem per annos ferè septuaginta, rursus eos ad propriam restituit terram, & templũ reædificare, & præterita frui felicitate decreuit. Concitans ergo animum Cyri, fecit eum per omnem Asiam scribere: Cyrus rex hæc dicit: Quoniam me maximus orbis terrarum deus regem constituit, credo hunc esse quem gens Israëlitarum adorat. Is enim & meum prædixit nomen per prophetas, & quomodo templum eius ædificaturus essem in Hierosolymis in terra Iudæa. Hæc autem cognouerat Cyrus legens librum quem inter suas prædicationes Esaias reliquerat ante ducentesimum & decimum annum. Sic enim in arcano prædicauerat dixisse deum: Quoniam uolo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem constitui, mittere populum meũ ad propriam terram, & templum mihi reconstruere. Hæc Esaias prædicauerat, ante annos centum & quadraginta destructionis templi. Quem dum legeret Cyrus, & miraretur nomen domini, impetus quidam eum accepit, ut munificam scripturam impleret. Conuocans autem dariſſimos Iudæorum, qui Babylonem habitabant, dixit se cõcedere Iudæos ad propriam remeare prouinciã, & ciuitatem Hierosolymam, & templum dei reconstruere, se eos scilicet adiuuãte. Tunc scripsit suis ducibus illius terræ uicinis, ut aurum conferrent & argẽtum ad templi renouationem, insuper & immolanda pecora. Hæc Cyrus cum Israëlitis dixisset, egressi duarum tribuum principes, Iudæ ac Beniamin, unà cum Leuitis & sacerdotibus, ad Hierosolymam peruenerunt. Multi uero resederunt Babyloniæ, minime passi possessiones suas relinquere. Quò dum uenissent, omnes amici regis adiuuabant eos, & conferebant ad templi renouationem, alij aurum, alij argentum, quidam autem & equos ac iumẽtorum multitudinem, & uota deo reddebant, & constitutas secundum ueterem consuetudinem immolationes celebrabant, tanquàm creatam & antiquam religionis consuetudinem rediuiuam. Trãsmisit etiam Cyrus uasa dei, quæ auferens à templo rex Nabuchodonosor,

Relaxat Cyrus captiuitatẽ Iudæorum.

ad

ad Babyloniam uſq; portauerat. Quæ reuehenda tradidit Mithridati ſuorũ thẽ ſaurorũ cuſtodi, præcipiens ea dari ſeruanda Abaſſaro, donec templũ reædifica-retur: perfecto autem eo, traderet ſacerdotibus & principibus uulgi reponenda in templo. Direxit etiam epiſtolam Cyrus ad Syriæ ſatrapas, hæc continentem: Rex Cyrus Siſinnio & Sarabaſnæ ſalutẽ: Iudæos terram meã inhabitantes, qui uoluerũt ad ſuam patriam remeare permiſi, & ciuitatem renouare, templũq; dei in Hieroſolyma rurſus ædificare, in eodẽ loco in quo prius fuerat conſtitutũ. Miſi autem & Mithridatem theſaurorum meorum cuſtodem, & Zorobabelũ principem Iudæorum, ut fundamenta reſtituant, templumq; recondant. Cuius altitudo ſit ſexaginta cubitorum, eorũdem & latitudo: & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito, & unum parietem ligneum ex materijs ipſius prouinciæ: ſimiliter & altare, ſuper quod immolent deo. Sumptus uero de meo in his omnibus uolo fieri. Tranſmiſi etiam uaſa, quæ de templo rex Nabuchodonoſor abſtulerat, tradens ea Mithridati pecuniarum mearum cuſtodi, & Zorobabel principi Iudæorum: quatenus ea ad Hieroſolymam reportent, & templo dei reſtituant. Quorum numerus eſt tantus: Refrigeratoria aurea quinquaginta, argẽtea *quingenta: ſitulæ aureæ quinquaginta, argenteæ quingenta: libatoria aurea triginta: pateræ aureæ triginta, argenteæ duo milia quadringentæ: & uaſa alia maxima mille. Concedo etiam eis honorem, quo potiebantur parentes eorum. Præterea pro iumentis, & oleo & uino, dragmas ducentas, quinq; milia quingentas: & ad ſimilam tritici, uigintiquinque milia, quadringentas artabas: quæ iubeo præberi de tributis Samariæ, faciantq; ei immolationes in Hieroſolymis ſacerdotes ſecundum leges Moſaicas, & offerentes ſupplicent deo pro ſalute regis & generis eius, ut regnum Perſarum permaneat. Eos uerò qui hæc contempſerint uel infirmauerint, iubeo crucifigi, ſubſtantiasq; eorum eſſe regales. Et epiſtola quidem hæc habuit. Hi autem qui ex captiuitate ad Hieroſolymam conuenerunt, fuerũt milia *ſexcentaduo, & quadringentiſexagintaduo.

Epiſtola regis Cyri.

Aliâs xl.

Aliâs xlij.

De prohibitione Iudæorum à templi ædificatione præſidum factione. Cap. II.

SEd cum mitterẽt templi fundamenta, & nimis circa ædificia feſtinarẽt, omnes in circuitu gẽtes, præſertim Cuthæi, quos à Media & Perſida terra Salmanaſar rex Aſſyriorum migrans, habitare fecit Samariam, cum exinde populum Iſraẽlitarum tuliſſet, petebant ſatrapas, & eos qui ædificia curabant, ut impedirent Iudæos, ne inſtaurarent ciuitatem templumq́ue conſtruerent: qui pecunijs corrupti, uendiderunt Cuthæis negligentiam & ſocordiam ædificationum. Hæc Cyrus ad bella occupatus ignorabat, qui exercitum ducens contra Maſſagetas, uita priuatus eſt. Cambyſe autẽ filio Cyri principatum ſuſcipiente, qui in Aſſyria & Phœnice & Ammonitide & Moabitide & Samaria morabantur, epiſtolam mittunt hæc continentem: Domine, ſerui tui Rathimus omnia accidentia ſcribens, & Semelius ſcriba, & curatores Syriæ iudicesq; Phœnicis. Cognoſcere te oportet rex, Iudæos qui Babyloniam deducti fuerant, ad nos rediſſe, & ciuitatem rebellem ac maliuolam & fores eius, ac muros ædificare, templumq́ue reconſtruere. Scito autem, his perfectis neque tributa eos pati reddere, neque obaudire, ſed

1. Eſd. 4.
3. Eſd. 2.

etiam regibus reſiſtere, & magis imperare quàm obſequi feſtinare. Dum autem ædificatur tẽplum, & fieri feſtinatur, optimum nobis uiſum eſt, reſcribere tibi quatenus monumenta parẽtum tuorum inquiras, in quibus inuenies rebelles Iudæos & regibus inimicos, ideóque ciuitatem eorum fuiſſe deſtructam. Propterea uiſum eſt nobis & hoc uobis certum fore, quod fortaſſe neſcitur: quoniam ſi ciuitas ſic renouata, & muris undique munita fuerit, uia tibi claudetur ad inferiorem Syriam & Phœnicen. Poſtquàm uero Cambyſes hanc legit epiſtolam, natura maliuolus exiſtẽs mouetur, & hæc ſcripſit dicens: Rex Cambyſes Rathimo accidentia ſcribenti, & Beleſemio, & Semelio ſcribæ, & reliquis conſtitutis, & habitantibus Phœnicen & Samariam, hæc dicit: Legens miſſos à uobis apices, iuſſi parentum meorum inquiri uolumina: & inueni ciuitatem hanc inimicam regibus ſemper exiſtere, & ſeditiones ac bella habitatores eius commouiſſe, regeſq; eorũ cognouimus potenter & uiolenter tributa inferioris Syriæ ac Phœnicis exegiſſe: Igitur præcipio, minime concedi Iudæos ciuitatem ædificare, ne plus creſcat eorũ malitia, qua ſemper contra reges uſi ſunt. Cum has literas legiſſent Rathimus & Semelius ſcriba, & qui cũ eis erant, ſtatim equis deuecti, propere ad Hieroſolymã ducentes ſecum multitudinem, aduenerũt: & ciuitatem & templum Iudæos ædificare uetabant. Quæ quidem opera per annos nouem impedita ſunt, uſque ad ſecundum annum Darij regis Perſarum. Nam Cambyſes ſex annis regnauerat. Qui cum ſubiectis Aegyptijs reuerteretur, defunctus eſt in Damaſco.

De propoſitæ quæſtionis diſſolutione, Iudæorum reditu & templi reſtauratione impedimentoq; multiplici. Caput III.

POſt Magorum uero interitum, qui defuncto Cambyſe, principatum Perſarum anno tenuerunt, hi qui ſeptem domini nuncupabantur apud Perſas, filium Hiſtaſpis Darium regem ordinauerunt. Qui dum priuatus eſſet, deũ orauit, ut ſi fieret rex, omnia dei uaſa quanta Babyloniæ inuenirentur, ad templum Hieroſolymitanum mittere ſe promiſit. Contigit autem eodem tempore proficiſci Zorobabel ducem captiuorum Iudæorum ab Hieroſolymis ad Dariũ, qui regi quondam amicus extiterat. Vnde etiam corporis eius cuſtos cum alijs duobus dignus iudicatus, quẽ ſperauerat honore potitus eſt. Primo uero imperij ſui anno, Darius ſummo apparatu cœnam exhibuit amicis, & uernaculis ſuis, & ſatrapis Perſarum, & præfectis Indiæ & Aethiopiæ, magiſtratibuſq; centumuiginti ſeptem prouinciarum. Cum autem completis dapibus unuſquiſq; ad dormiendũ rediſſet, rex Darius ad cubiculum ueniens, paucumq; noctis requieſcens & expergefactus, quod noctis reſtabat reliquum inſomne protraxit: ſermonemq; ad tres corporis ſui cuſtodes conuertit, promiſitq; ſummo honore fulciẽdum, qui eius interrogationi ſapienter & uere reſpondere ualuiſſet: & ueſtimento purpureo, & in poculis aureis bibere, & ſuper aurum dormire, curruq; frenis aureis ornato uehi, & cidari byſſina ac torque aurea uti, & poſt ſeipſum ſedere propter ſapientiam, affinemq; ſuum eſſe uocitandum. Cum igitur hæc illis dona promiſiſſet, primum interrogauit utrum fortius ſit uinum, ſecundo utrum rex, tertio utrum mulieres, aut his omnibus magis fortior ſit ueritas. Has cũ illis propoſuiſſet quæſtiones requieuit. Luceſcente autem die conuocauit omnes magiſtratus, & ſatrapas.

3. Eſd. 3. 4.

Quæſtio Darij cubicularijs ſuis propoſita.

pas,& præfectos Perſarum & Medorum:ſedensq; in ſolio quo ſolebat,unūquē-
que corporis cuſtodem coram omnibus iuſſit pronunciare,quid eis de propoſitis
quæſtionibus uideretur. Tunc primus excellentem uini fortitudinem oſtendens,
ait:Cū ego uere uini fortitudinem conſpicio,omnia eū hoc modo uincēs inuenio.
Nam mutat & decipit bibentiū mentes,& animas :Reges etiam pupillo & infan
ti ſimiles facit: ſeruo ac libero quoq; audaciā cōcitat,& pauperes ſimiles diuitibus
parat. Cōuertit enim & reformat animas,& calamitatibus cōpreſſas reficit:mœſti
tiam extinguit, alienæq; debitores pecuniæ ad obliuionē perducit,ita diſponens
eos,ut ſe omnibus ditiores putent,nihilq; uile loquantur:ſed memores diuitiarū,
felicibus utantur uocabulis,& reges magiſtratusq; contemnant. Amicorū quoq;
ſolitam expellit memoriam. Nā ſcit homines etiam contra amiciſſimos armare,
ſocietatesq; diſſoluere:& cū ad ſobrietatem,per noctem uina relinquentes,perue
nerint,excitantur,nihil penitus de his quæ in ebrietate cōmiſerant cogitātes. Hæc
ergo conſiderans, omnibus fortitudinem uini comperio potiorē,& uiolenter o-
mnia uincentē. Poſtq; hæc primus de fortitudine uini quæ dicta ſunt diſſeruit,ſe- *De fortitudi-*
cundus dicere cœpit de regis fortitudine,oſtendens eū ſuperiorem ac potētiorem *ne regis.*
his quæ ualida iudicantur. Modum autem approbationis hinc aſſumpſit,& di-
xit:Dum omnia ſub hominū coërcentur poteſtate,qui mare ac terras cogunt cō-
petenter ſibi ſeruire,etiam ipſi homines ſub manu regū ac poteſtate degunt. Qui
ergo ſuper tam potens & ualidum animal dominantur,cur non inſuperabiles il-
li uirtute ac fortitudine iudicentur? Vnde & bella & pericula ſubiectis imponen-
tes audiuntur,& eos contra inimicos dirigentes propter ſuam fortitudinem ha-
bent obediētes:montes quoq; dirui,muros ac turres deponi iubent,propterea oc
cidere ac interfici patiuntur,ne regū præcepta tranſcendere uideantur. Vincētes
autem prædam quam ab illis abſtulerint bellis,regi reportāt. Hi quoq; qui nō mi
litant,ſed terrā colunt arantes,cum laborauerint,& omnem operum miſeriam to
lerauerint,meſſem facientes ac fructus colligentes, tributa regibus offerūt,& qd
uel dixerint uel iuſſerint ſine dilatione completur. Qui cū omni luxuria uel libidi-
ne ſaturati dormierint,aliis uigilantibus cuſtodiūtur, tanquā ipſo timore uictis:
minime em̄ audent dormientē relinquere uel diſcedere, & ſibi prouidere:ſed unū
opus hoc exiſtimant neceſſarium, ut permanentes cuſtodiant regem. Cur itaq;
non uidetur rex cunctos fortitudine ſuperare,cui tot populi obſecundare præci-
piuntur? Iſto quoq; tacente de mulieribus & ueritate tertius Zorobabel cœpit *De mulieris*
docere,dicens:Sic equidem forte uinum,fortis & rex eſt,cui omnes obaudiūt,ſed *fortitudine.*
his potentior pulchritudo mulieris exiſtit. Nam regem enixa mulier ad uitā edi-
dit,& eos qui uites plantauerunt, unde profluit uinū,mulieres creauerunt & alue
runt. Nihil autem eſt,quod non ab his habeamus. Nam & ueſtes nobis ab his
texuntur, & domus noſtræ per has curantur atq; ſeruantur, & non poſſumus à
mulieribus ſegregari. Sed etiam aurum multum & argentum ſi poſſideamus, &
quicquid aliud fuerit precioſum & induſtria dignum ,cum uiderimus decorā mu
lierem,omnia relinquentes ,ſpeciem eius obſtupeſcimus: patimur omnia conce-
dere quæ poſſidemus, ut deſiderata pulchritudine potiamur. Patres,& altricem
terram,ſæpius & amicos obliuiſcimur propter uxores , & animas unà cum ipſis

perdere non timemus. Nónne laborãtes, & omnem tolerantes miſeriam per ma re ac terram, cum aliquid per laborem acquirimus, totũ offerentes uxoribus, tan quàm dominis credimus uel tradimus? Regem quoque uidi aliquando tan torum dominum, à filia Arabazaci Themaſi, nomine Apama, concubina eius, alapis percuti: & diadema tollentem capiti eius & ſibimet imponentem, & hæc o mnia tolerantẽ: ridebatq; cum illa riſiſſet: & cum irata fuiſſet, mœſtitia cõfuſus, & blandimentis placauit mulierem, rogans eam, & ſe nimis humilians, ſi quãdo eam uidiſſet triſtẽ. Poſt hæc inuicem aſpicientibus ſatrapis & ducibus, idem Zo robabel diſputare de ueritate cœpit, euidenter quidem oſtendens, quantũ mulie res fortes exiſtant: debiles tamen & iſtæ & rex ad comparationem ueritatis ap parent. Nam ſi terra maxima eſt, & cœlũ altum & uelox, hæc omnia uoluntate dei mouentur. Verus aũt deus & iuſtus eſt, & ex eadem cauſa oportet ueritatem fortiſſimã iudicari, quodq; nihil contra eam iniquitas ualet, inſuper & cætera qui dem quæ fortia uidẽtur, mortalia & citius deficientia probantur. Veritas autẽ & immortalis eſt & ſempiterna, nobis aũt non pulchritudinem tempore tabeſcen tem accõmodat, neq; ſubſtantiam caſibus auferendam, ſed iuſta & regalia diſcer nit, ab his quæ iniuſta uel iniqua mõſtrantur. Cũ ergo terminaſſet Zorobabel de ueritate ſermonẽ, laudante multitudine optime eum dixiſſe, quomodo ueritas for titudinem immutabilem & non ſeneſcentem ſola poſſidet, imperauit ei rex pete re præter promiſſa quæ uellet: nam præſtaturũ ſe ei dixit, eo quod ſapientior & prudẽtior alijs apparuiſſet. Iuſſitq; etiam ſecũ eum ſedere, & affinẽ uocari. Tunc Zorobabel ammonuit eũ, ut uotum quod deuouerat ſi regnum perciperet, ad impleret. Votũ autem quod deuouerat hoc erat: reædificare Hieroſolymam, tem plũq; dei conſtruere, & uaſa reſtituere, quæ auferẽs Nabuchodonoſor rex ad Ba byloniã deportauerat: Et dixit hanc meam eſſe petitionẽ, quam nũc iubes me po ſcere, propter quod iudicatus ſum ſapiẽs ac prudens. Rex autẽ in hoc lætatus ſur rexit, & eũ oſculatus, toparchis & ſatrapis ſcripſit, præcipiens ut deducerẽt Zoro babel, necnon & eos qui ad tẽpli renouationẽ cum eo profecturi eſſent. Præterea mãdauit Syriæ ac Phœnicis magiſtratibus, ligna cedrina à Libano deciſa Hiero ſolymã tranſmittere, & cum eis recondere ciuitatẽ. Scripſit etiã liberos eſſe omnes Iudæos, qui à captiuitate redierũt ad terram Iudææ: prohibuitq; ſatrapas ac pro curatores ſuos imperare Iudæis opera regalia. Super hæc præcepit & oẽm terram quã colere uoluiſſent, ſine tributis eos poſſidere: Iuſſitq; etiã Idumæos & Sama ritas, & eos qui humilem Syriã habitabant, reddere uicos Iudæorum quos tene bant. Inſuper ad templi ædificationem quinquaginta dari talenta mandauit. Sa crificare quoq; eos legitimas immolationes permiſit: omnem autẽ impenſam, & ſacram ueſtem, qua ſeruiunt in templo principes ſacerdotũ & reliqui ſacerdotes, & Leuitis inſtrumenta quibus domino cantẽt, de ſuo fieri præcepit. Cuſtodibus quoq; ciuitatis & tẽpli, iugera terræ per ſingulos annos, & pecunias cõſtitutas ad neceſſaria uitæ dari decreuit. Tranſmiſit etiam uaſa, & omnia quæ Cyrus ante ip ſum de Iudæorũ reſtitutione facere uoluit, eadẽ Darius definiuit impleri. His o mnibus à rege donatis, Zorobabel exiens de domo regia, reſpexit ſurſum ad cœ lum, & cœpit agere gratias ſapientiæ, per quã uictoriam Dario præſente percepe rat.

Nihil fortius ueritate.

Munificentia Darij in Iudeos.

Zorobabel proficiſcitur reparaturus templum & urbem.

rat,dicēs:Nequaquā his dignus fuiſſem,niſi te domino propitio. Ita deo gratias agēs de præſentibus,petebat ut ei in futuris adiutor exiſteret. Peruenit autem ad Babyloniam,& cōtribulibus ſuis regis mandata patefecit. Audientes illi deo gratias referebant,qui eos patriæ ſuæ reſtituebat: & ad potum conuiuiaq; conuerſi, per ſeptem dies ſumma lætitia fruebantur, & reſtaurationem & regreſſionem patriæ feſtiua gratulatione celebrabant. Poſtea omnes principes tribuū ad Hieroſolymam profecturi,cū uxoribus & filijs ac ſubiugalibus,elegerunt homines Darij, quos cum eis rex uſq; ad Hieroſolymam deſtinauit,& cum lætitia & iucundita te uel cantibus tibijſq; ac ſonantibus cymbalis ibant. Præcedebat autē eos & reliqua multitudo Iudæorum cum ludis. At illi ad Hieroſolymam cōſcendebant ab unaquaque parte patrum tribuumq; certus numerus exiſtēs. Sed mihi minime uiſum eſt nomina patrum recenſere,ne legentium animos à rerum conſequentia ſuſpendens,obſcuram eis facerem narrationem. Septem uero cantores & cantatrices ducentæ quadraginta quinq;,cameli quadringentitriginta. Sūma uero multitudinis euntium,qui circa duodecimum annū ætatis habebāt, ex tribu Iuda & Beniamin,fuerunt quater mille milia, & ſexcentaui gintiocto milia, Leuitæ autē quater milia ſeptuaginta. Mulierum autem & infantium commixtim corpora fuerunt quadraginta milia,ſeptingentiquadragintaduo. Præter hos uero Leuitas fuerunt cantores centū uigintiocto, ianitores centumdecē, ſerui templi trecenti nonagintaduo inſuper & alij ſexcenti ſexagintaduo, dicentes ſe quidem Iſraëlitas, nullo modo tamen ualentes ſuum oſtendere genus. Repulſi uero ſunt quidam à ſacerdotali honore,qui uxores ſibi copulauerāt. Hi nec ſuum genus dicere præualebāt, nec in generatione Leuitarū uel ſacerdotum inuēti ſunt,qui fuerunt quaſi quingenti uigintiquinque. Mancipiorum uero multitudo ſequebatur eos qui ad Hieroſolymam pergebant,numero ſeptem milia trecenti uigintiquinque,ſubiugalia uero quinque milia quingenta uigintiquinque. Dux uero dinumeratæ multitudinis Zorobabel fuit, filius Salathiel,ex filijs Dauid genitus de tribu Iuda,& Ieſus filius Ioſedech, princeps ſacerdotum,nec non & Mardochæus, & Serebæus, qui à populo principes fuerant cōſtituti, & contulerūt auri quidem minas centum,argenti autem quinq; milia. Sacerdotes autem & Leuitæ,parsq; totius populi Iudæorum,quanta in Babylone fuit,ita ad Hieroſolymorum rediens ciuitatem ibidem habitauit,reliqua uero multitudo ad ſuas patrias diſceſſit. Cumq; ſeptimus ueniſſet menſis,ex quo de Babylone egreſſi ſunt, mittens Ieſus princeps ſacerdotū,& Zorobabel iudex,cunctos ex prouincia Hieroſolymis congregauit. Qui ſine dilatione conſtruxerunt altare in loco quo prius ædificatū fuerat,& legitimas ſuper ipſum hoſtias obtulerunt ſecundum legem Moſi. Dumq; hæc facerent, gentes offendebantur uicinæ,quæ eis odioſæ erant. Celebrauerunt autem illo tempore dies tabernaculorū, quemadmodum legiſlator Moſes præceperat. Præterea & oblationes,& quos dicunt Endeelchiſmos,& hoſtias ſabbatorum, & omnium ſanctorum dierum ſacrificabant uota reddentes,à primo die ſeptimi menſis. Cœperunt etiam renouare templum,multas præſtantes pecunias lapidum cæſoribus & ædificatoribus, inſuper & alimenta operantibus miniſtrabant. Sidonijs uero leue & ſuaue uidebatur à Libano ligna cedrina deponere:quæ

1. Eſd.2.cr.30 cr.5.

Numerus Iudæorum repetentiū Hieroſolymam.

1. Eſd.3.

Templi repetitio.

re:quæ ligantes in modum ratium,ad portum Ioppe transferebãt. Nam sic ante præceperat Cyrus,sed tunc iubente Dario fiebat.Quæ secundo anno profectionis Iudæorum ad Hierosolymam mẽse secundo deuecta sunt:cum & templi renouatio urgeretur, & fundamentis restitutis superædificaretur, à prima die sequentis mensis anni secundi. Operibus uero præposuerunt Leuitas, uicesimum iam annum ætatis agentes:& Iesum & filios eius & fratres,& Abdoilum fratrem Iudæ,& Aminadab,& filios eius. Itaque templum omni studio fabricãtibus eis qui ædificationem curabant,propere quàm sperabatur cõsummatio euenit. Perfecto autem templo,sacerdotes cum tubis,ornati habitu solenni,& Leuitæ & filij Asaph surgentes,laudabant dominum laudibus quas Dauid prius eis ostenderat. Cumque sacerdotes & Leuitæ, & seniores prouinciarum uetus recordarentur templum ingenti magnificentia conditum, & nouum uiderent per inopiam non ita constructum: arbitrati quantum à priori felicitate minores existerent, tristes ac dolorem minime tenere ualentes,ad lachrymas lamẽtationesq; prorumperunt. Populus uero præsentia diligebat,& de templi ædificatione lætabatur,nullam prioris memoriam faciens,nec antiqui comparatione cruciabatur. Vincebãt autem tubarum sonos,& populi lætitiam sacerdotum & seniorum lamentationes,eo quod eis uidebatur minor templi constructio institisse.Cumque clangores tubarum audissent Samaritæ,odium erga tribum Iudæ & Beniamin habentes, concurrebant,causam tubæ uolentes agnoscere:uidentesq; quod captiui Iudæi à Babylone redeuntes,templum reædificassent, petierunt Zorobabelum & Iesum principes tribuum,ut ipsis quoq; permitteretur unà cum eis templum renouare,& in cõmune laborare.Nam non colimus dicebant minus ab illis deum, quoniam & religionis cupidi ex illo tẽpore sumus, ex quo nos hic Salamanasar Assyrius rex ex Chutia & Media migrauit.Postq; hæc locuti sunt,Zorobabel & princeps sacerdotũ Iesus,& duces tribuum Israëlitarũ responderunt quidem impossibile esse eis cõmunicare, quoniã ipsis permissa esset templi innouatio,prius quidẽ à Cyro, nunc autem à Dario: adorare uero si uellent licere,& hoc solũ illis esse commune,& omnibus hominibus uenientibus in templum adorare deum. Cutheorũ insidiæ. Postquàm uero hæc audierunt Cuthæi (nam hac appellatione Samaritæ uocantur)indignati persuaserunt gentibus Syriæ petere suos satrapas eodẽ modo quo prius sub Cyro & Cambyse,ut cum illis templi renouationem prohiberent,& festinantibus Iudæis moram afferrent ac tarditatem.Per idem tempus ascenderũt ad Hierosolymam Sisinnius Syriæ ac Phœniciæ præfectus, & Sarobozanes cũ alijs & interrogauerunt Iudæorum magistratum, quis eis concessisset templum sic ædificare,ut magis castrum uideretur esse quàm templum,uel cur *portas & ciuitatem tam munito circundedissent muro. Alia porticus. Zorobabelus uero & princeps sacerdotum Iesus,seruos quidem se esse maximi dei dixerunt,hoc uero templum ipsi deo quondam à rege suo felicissimo,& qui omnes uirtute mortales uicerat, fuisse constructum, multisq; temporibus permansisse: sed cum sui patres iniquitatẽ coram deo gessissent, Nabuchodonosor rex Chaldæorum & Babyloniæ,sua potentia superans ciuitatẽ euertit,templũq; depopulatus incendit,& populũ captiuũ ad Babyloniam migrauit.Cyrus aũt qui post eũ Persarũ & Babyloniæ rexit

imperiũ

imperium,ſcripſit ut templum reædificaretur,& exinde omnia quæ Nabuchodonoſor extulit ornamenta & uaſa, Zorobabelo & Mithridati cuſtodi pecuniarũ tradidit,præcipiens ut hæc iterũ ad Hieroſolymam reportarent,& in propria renouato reſtituerent templo. Hoc enim mandauerat feſtinanter fieri,ideóq; Sabaſſarum aſcendere iuſſit ad Hieroſolymã,ut operi faciendo omnimodis immineret. Qui poſtq; à Cyro literas accepit,ueniens ſtudioſe fundamenta diſpoſuit, & ex illo tempore hactenus hæc conſtruxit, ſed propter malorum inuidiam imperfectum adhuc remanſit. Igitur ſi uultis ac probatis, ſcribite Dario,ut inquirat imperatorũ monumenta,& inueniet nihil penitus nos fuiſſe mẽtitos. Hæc dicente Zorobabelo & principe ſacerdotũ, Siſinnius & qui cum eo erant,ædificationẽ quidem tẽpli uetandam iudicauerunt,donec regi Dario ſuggererent. Statim uero ei propter hæc conſcripſerunt. Tunc Iudæi timentes & exterriti,ne aliud q̃ prius iuſſerat,regi uideretur de templi conſtructione, fiduciam à duobus prophetis, qui per idem tempus apud eos erant,Aggeo & Zacharia acceperunt,dicentibus nihil penitus à Perſis durum eſſe metuendum,cũ diſpoſitum templum prædixerit innouari. Qui cũ credidiſſent prophetarum ſentẽtiæ,ædificationem curabant nullum prætermittentes diem. Dario uero ſcribentibus Samaritis, & accuſantibus per epiſtolam Iudæos,qui ciuitatem munirent,& templum caſtello magis ſimile q̃ templo conſtruerent, & dicentibus non ea quæ fiunt ei prodeſſe: inſuper epiſtolas oſtendẽtibus,per quas Cambyſes templi ædificationẽ fieri uetuiſſet,cognoſcens rempublicam ſuam non eſſe tutam Hieroſolymis reſtitutis,cũ literas à Siſinnio & ab his qui cum eo erant directas legiſſet,iuſſit in monumentis regalibus de his inquiri:& inuentus eſt in Egbatanis cõſtructa turre in regione Mediæ codex,in quo hæc conſcripta leguntur: Primo imperio ſui anno rex Cyrus iuſſit templũ in Hieroſolymis renouari,& altare cuius altitudo eſſet cubitorũ ſexaginta,latitudo eorundem,& tribus parietibus lapideis lapide polito,& ligneum parietem unũ ex materijs ipſius regionis. Sumptus autem à rege fieri diſpoſuit, & uaſa quæ abſtulit Nabuchodonoſor,& ad Babyloniã portauit,reddi Hieroſolymitis. Quorum curam Sabaſſaro Syriæ ac Phœnicis præfecto,& magiſtratibus collegis eius iniunxit,ut ipſi quidẽ à locis illis recederent, ſeruis uero dei Iudæis & magiſtratibus eorum,templũ ædificare permitterent. Iuſſit quoq; ut adiuuarent eos ad opera,& ex tributis prouinciæ quam curabant,darent Iudæis immolationis cauſa tauros & arietes,agnos ac hœdos & ſimilam, oleumq; & uinum,& alia quæcunq; peterent ſacerdotes,ut orarent pro ſalute regis atq; Perſarum. Eos uero qui eius mandata contemnerent, crucifigi præcepit,& eorum ſubſtãtias regiæ domui deputari:deprecatusq; orationibus deum:ut ſi quis auderet templi renouationem uetare,hunc talem percuti,eumq́ue à ſua iniquitate ſuſpendi. Hæc inueniens in commentarijs Cyri Darius,reſcripſit Siſinnio & collegis eius,dicẽs: Rex Darius Siſinnio equitum præfecto & Sarabazeni, & collegis eius ſalutem: Exemplar epiſtolæ, quam in monumentis inuenimus, tranſmiſi, & iubeo omnia fieri quæ in ea continentur. Valete. Igitur epiſtolam cognoſcentes Siſinnius & qui cum eo erant, regis uoluntatem de reliquo competentia faciebant:& inſtabant ſacris operibus, adiuuantes ſeniores & magiſtratus Iudæorum, & proce-

Eſdræ.5.

Eſdræ.6.

Epiſtola Darij ad præfectos.

debat

debat ſummo ſtudio templi conſtructio, prædicantibus Aggeo & Zacharia ſecundum mandata dei: & cum uoluntate Cyri & Darij regum ædificatum eſt ſeptem annis. Nono autem imperij anno Darij, uiceſimatertia die menſis*undecimi, quem Hebræi uocant Adar, Macedones Diſtrum, ſacerdotes & Leuitæ reliqua Iſraëlitarum multitudo, poſt captiuitatem pro renouatione ueterum bonorum, & dedicatione templi obtulerunt hoſtias, & tauros centum, arietes duocentos, agnos quadringẽtos, & hircos duodecim pro duodecim tribubus: (nã tantæ ſunt tribus Iſraël) pro ſuis unaquæq; peccatis. Sacerdotes uero & Leuitæ ſecundum legem ordinauerunt ianitores per ſingulas ianuas. Nam ædificauerãt iam Iudæi templi porticus, in circuitu interioris ſacrarij. Veniente autẽ die feſto Azymorum primo mẽſe quem Macedones Xanticum, nos autẽ Niſan nominamus, omnis populus ab agris in ciuitatem confluxit: dieſq; feſtos ſanctificati, cum ſuis uxoribus & filijs ſecũdum patriam legem celebrauerunt. Sacrificium etiã quod paſcha dicitur, quarta decima die eiuſdem menſis immolauerunt, & per ſeptem dies nullis abſtinuere delicijs. Holocauſtum autẽ offerentes, deo ſacrificabant, agentes gratias, quod iterũ eos terræ patriæ legibusq; reſtituiſſet, mentemq; regis Perſarum propitiam eis præbere dignatus eſt. Quibus rebus admoniti, deo munifice nimis & locupletabiliter immolabant. Habitabant autem in Hieroſolymis, & optimatũ gubernatione regebantur. Nam ſacerdotes tractabant eorũ negotia, uſq; quo regnare contigit nepotes Aſamonei. Nam ante captiuitatem & tranſmigrationem, à Saul & Dauid, qui primi imperium gentis Iudaicæ ſuſceperunt, alia illis erat forma reipublicæ, per quingẽtos trigintaduos annos, mẽſes ſex, dies decem. Ante hos autem reges, præſules eos regebant, qui appellabantur iudices & monarchæ. Et hac republica uſi ſunt annis plus quingẽtis, poſt mortem Moſi & ducis Ieſu. Hæc quidem reductis à captiuitate Iudæis temporibus Cyri & Darij omnia contigerunt. Samaritæ uero inuidi uel moleſti aduerſum eos erecti, multa in Iudæos operati ſunt, diuitijs confidẽtes & cognatione Perſarum, quoniam ex his fuerant progreſſi. Nam quanta iubebantur à rege immolationis cauſa de uectigalibus præberi, nullatenus dare uolebant: & ut præfectos equitum fauentes ſibimet in hoc & cooperantes haberẽt, aliáq; multa, quibus nocere Iudæis per ſe aut per alios potuiſſent, non eos pigebat efficere. Placuit igitur Hieroſolymitis mittere legationem ad regem Dariũ, quo accuſarent Samaritas. Legatus itaq; miſſus eſt Zorobabel, & alij quatuor* de ſenioribus. Cũ uero crimina & cauſas, quas contra Samaritas ferebant, à legatis rex cognouiſſet, dedit eis epiſtolam reportandam ad præfectos equitum, & curiam Samariæ, quæ huiuſmodi erat ſcripta: Rex Darius Tanganæ & Sambalæ præfectis equitum, & Sadracæ, & Velueni Samaritis, & reliquis cõſeruis eorum in Samaria conſtitutis: Zorobabel, & Iamnias, & Mardochæus legati Iudæorum uos accuſant, tãquam moleſtos & impedientes templi cõſtructionem, & nullatenus uelle præſtare ad hoſtias quos uobis præcepimus ſumptus. Volo igitur, ut legentes præſentem epiſtolam præbeatis his ex regalibus theſauris, & tributis Samariæ omnia, quæ illis ad immolationem ſunt utilia, quemadmodum ſacerdotes uobis indixerint: ut non prætermittant diurnis ſacrificijs, & pro me & pro Perſis* ſacrificare deo. Epiſtola quidẽ hæc continebat,

Aliâs duodecimi.

Dedicatio tẽpli.

Qualis ante captiuitatẽ et poſt fuerit Iudeorũ reſpublica.

Samaritæ accuſãtur apud Darium.

Aliâs magiſtratibus.

Aliâs ſuppliçare.

continebat.

De redeuntibus Hieroſolymam ſub Ezdra & Neemia: de uxoribus abdicatis: & muro extructo opera Neemiæ. Caput V.

DArio autem defuncto, filius eius Xerxes regnum ſuſcipiens, uoluntatis paternæ colendi & honorandi deum hæres apparuit. Omnia nanq; faciebat, quæ religionis erant, patremq; ſecutus Iudæis liberaliter utebatur. Per illud tempus princeps fuit ſacerdotũ filius Ieſu, nomine Ioachim. Erat autem in Babylone uir iuſtus, & gloria magna potens apud multitudinem, primus populi ſacerdos, nomine Eſdras. Qui cum legum Moſi integram haberet experientiam, Xerxi regi amicus factus eſt. Ad Hieroſolymam autem aſcendere deliberans, & ducere quoſdam ſecum de Babylone Iudæos, à rege popoſcit epiſtolam ſibi ad ſatrapas Syriæ dari, per quam noticiæ eorum quis eſſet, intimaretur. Rex autem ad ſatrapas huiuſmodi direxit epiſtolam: REX regum Xerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis dei, ſalutem. Opus eſſe meæ dementiæ putans, eos qui uolunt ex gente Iudaica, uel ſacerdotes, uel leuitas ſub noſtro regno conſtitutos, pergere ad Hieroſolymam præcipio, ſi deſiderant ut eant, quemadmodum & mihi, & ſeptem conſiliarijs meis uiſum eſt, quatenus uiſitent Iudæam, & ſecundum ritus legum dei portent dona deo Iſraël, quæ deuoui ego, & amici mei. Aurum & argentum, quantũ inuentum fuerit in terra Babyloniæ deo dicatum, hoc omne ad Hieroſolymam deportetur pro ſacrificijs dei: nec non & quodcunq; uolueris ex auro uel argento conſtruere, liceat tibi cum tuis fratribus facere. Vaſa etiam ſacra quæ tibi tradita ſunt, diſpone: & quicquid mente cogitaueris ut fiat, impendi à nobis iuſſimus, ut ex regalibus theſauris efficias. Scripſi etiam cuſtodibus pecuniarum Syriæ & Phœnicis, ut diligentiam habeant circa ea, quæ per Eſdram ſacerdotem uel lectorem legũ dei, mandata noſcuntur. Igitur ut nequaquam de me aut de nepotibus meis iram deus aſſumat, omnino præcipio ad uſq; tritici modios centum deo ſecundũ legem dari. Vos autẽ ſacerdotibus & leuitis, ac ſacris cantoribus & ianitoribus, ſacriſq; ſeruis templi ſcribis nullo modo aut tributa imponatis, aut aliquid captioſum, uel oneroſum. Sed etiam tu Eſdra ſecundũ dei ſapientiam cenſores ordina, qui omni Syriæ & Phœnici, tuam legẽ ſcientibus indicent, eamq; diſcendam ignorantibus trade. Et ſi quis ex gente tua, dei ſui legem uel imperatoris tranſgreſſus fuerit, puniatur: & nõ tanq; ignorans uideatur tranſgredi, ſed cognoſcens audacter negligere comprobetur. Ergo huiuſmodi cõtemptores aut morte, aut pecunijs cõdemnentur. Vale. Tunc Eſdras hanc epiſtolam accipiens, lætatus deum adorare cœpit: & regiæ beneuolentiæ ipſum cõfitebatur autorem. Ideoq; omnes ipſi gratias dicebant eſſe referendas. Legens autẽ epiſtolam Iudæis Babyloniæ cõſtitutis, eam quidem ſignauit. Exemplũ autẽ eius ad omnes Iſraëlitas, & Mediam habitantes tranſmiſit. Hi uero cognoſcentes regis circa deũ pietatem, & fauorẽ quem in Eſdram habere probabatur, eum dilexerunt omnes. Multi ſiquidem facultates ſuas deportantes, ad Babyloniam uenerũt, cupientes ad Hieroſolymã deſcendere. Totus autẽ populus Iſraël in illa prouincia permanſit: ideoq; duæ tantum tribus cõſiſtunt per Aſiam & Europam obſequentes Romanis. Decem autẽ tribus hactenus trans Euphratem cõmorari probantur, qua-

1. Eſd. 7.

Epiſtola Xerxis regis pro Iudæis.

Duæ tantũ tribus rediere Hieroſolymã

rum multitudines inæſtimabiles minime poſſunt numero cõprehendi. Venerũt etiam ad Eſdrã multi ſacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, cantoresq́, ſacriq́ ſerui: quos cõgregans de captiuitate, trans Euphratẽ tribus diebus moratus ieiunia eis impoſuit, ut deo uota perſoluerent, ne quid in uia paterentur aduerſum, aut per hoſtes, aut p aliam quandã difficultatẽ forſitan accidentẽ. Nam Eſdras regi prædicens, quod deus eos perduceret, iam non petijt qui eos præcederent equites: & poſtq́ uota perfecerunt, ab Euphrate ſurgentes, die duodecimo primi menſis, ſeptimo imperij anno Xerxis, ad Hieroſolymã peruenerũt, quinto menſe eiuſdem anni. Et illico Eſdras cuſtodibus pecuniarũ, ex ſacerdotali genere exiſtẽtibus, reſtituit ſacras pecunias, argenti talenta ſexcenta, quinquaginta uaſa argentea talẽtorum centũ, uaſa aurea talentorũ uiginti, & uaſa ærea auro meliora, habentia pondo talenta duodecim. Hæc nanq́ rex & cõſiliarij eius, & omnes Iſraëlitæ Babyloniam habitantes donauerunt. Cumq́ Eſdras tradidiſſet ea ſacerdotibus, obtulit deo legitimas hoſtias in holocauſtũ, tauros tredecim: pro cõmuni uero populi ſalute arietes nonaginta, agnos ſeptuagintaduos, hœdos pro purgatione delictorũ, duodecim. Regis quoq́ diſpenſatoribus, & præfectis *humilis Syriæ & Phœnicis, regias literas obtulit, qui denunciationẽ eius agere cõpellebantur, gentemq́ honorabant, & ad omne op⁹ bonũ cũ eis elaborabant. Hæc igitur quẽadmodũ & ipſe Eſdras deliberauerat, proceſſerunt: deo eum, ut arbitror, dignũ in his quæ uoluit iudicante, propter iuſtitiam ac benignitatẽ eius. Quẽ pauco tempore tranſeunte, aliqui adierunt, accuſantes, quod quidam ſacerdotũ & Leuitarũ tranſgreſſi ſunt patrias leges, uxores alienigenas ducentes, & genus ſacerdotale cõfundentes: petebantq́ ut legibus ſubueniret, ne cõmunis ſuper omnes uiniẽs ira calamitatibus iterũ eos inuolueret. Quæ cũ audiſſet, mox præ mœrore ueſtẽ diſrupit: & caput barbamq́ cõtumelioſe dilacerans, ſeſe proſtrauit in terram, quod tale facinus populi primates cõmiſiſſent: exiſtimãs, quia ſi præciperet eis uxores cũ earũ filijs deſerere, nemo eorũ obediret: & ideo permanebat in terra iacens. Concurrebant autẽ omnes meliores eorũ ad eum, & dolorũ eius in his quæ facta ſunt, participes erant. Cum autẽ Eſdras à terra ſurrexiſſet, & manus ad cœlũ tetendiſſet, dicebat: Confundor quidẽ à deo propter populi delicta ueniam ſuſcipere, qui etiam de ſua memoria parentum noſtrorũ iniquitates remiſit. Rogabat uero deũ, qui ſemen aliquod & reliquias ab illa eorũ calamitate, uel captiuitate ſeruauerat, & rurſus ad Hieroſolymam & propriam terram reſtituerat, qui & reges Perſarũ impendere eis miſericordiam præparabat, ut ueniam ſolita pietate concederet: ſe uero morte quidem digna commiſiſſe, bonitatis autem dei eſſe hos tales à tormentis eripere. Qui poſtquam orando conticuit, cunctis lugentibus qui cum uxoribus & filijs ad eum conuenerant, quidam Achanomius nomine primus Hieroſolymitanus, accedens ad eum dicebat ipſos quidem peccaſſe, cohabitantes cum alienigenis uxoribus: perſuadebatq́ ei omnes iurare, quatenus ſuas uxores cum earum filijs amouerent: & hos punirent, qui legi obedire contemnerent. Flexus igitur Eſdras, fecit principes tribuum, & ſacerdotum, & Leuitarum, & Iſraëlitarum iurare, quod uxores ſuas & filios ſecundum Achanomij conſilium incunctanter abijcerent. Suſcipiens uero ſacramenta, ſtatim egreſſus è templo ingreſſus eſt

Eſdras uenit Hieroſolymã

Alijs omnib.

1. Eſd. 9. 10.

ſus eſt habitaculum Ioannis filij Eliaſib, & nihil penitus illo die propter mœrorem comedens, ibidem cõmoratus eſt. Facta autem prædicatione, iubet omnes qui ex captiuitate redierant, ad Hieroſolymam colligi: & hos qui non ante biduum aut tres dies occurriſſent, alienari à multitudine, & ſubſtantias eorum auferri decernens, ſecundum iudicia ſeniorum. Conuenerunt itaque intra tertium diem ex tribu Iuda & Beniamin, in uiceſimo die noni menſis, qui ſecundum Hebræos Kiſleu, ſecundum Macedones Apellæos uocatur. Cúmq; in ſuperiori loco templi conſediſſent, præſentibus ſenioribus, & propter * zelum uehementer afflictis, ſurgens Eſdras criminabatur illos, qui præter legis cõſuetudines, alienigenas duxiſſent uxores: nunc ergo facturos eos rem deo gratam, & ſibi utilem dicebat, ſi uxores eijcerent. Cúmq; omnes ſe id perfecturos clamarent, ſed abundantem eſſe multitudinem, tempuſq; hyemale, & hoc opus non unius aut duorum eſſe dierum, oportere dicebant, ut duces & alij, qui non cum alienigenis habitabant uxoribus, tempus acciperent dilationis: & ſeniores cohabitantes cum alienigenis uiſitarent multitudinem. Cum hæc decreuiſſent, cœperunt quærere à primo die menſis decimi, eos qui cum alienigenis habitabant, uſque ad primum diem ſecundi menſis: & inuenerunt multos ex nepotibus principis ſacerdotum Ieſu, & fratrum eius ſacerdotum, & Leuitarum, ac Iſraëlitarum, qui uxoribus filijſq; earum dilectionem magis legum ſuarum præponentes, eas illico refutarunt. Quo facto, hoſtias placantes deum, immolatis arietibus, obtulerunt. Quorum nomina minime uiſum eſt nobis dicere neceſſarium. Igitur prædictum nuptiarum peccatum ſic Eſdras purgauit, ut de cætero hæc cõſuetudo nõ permaneret. Septimo uero menſe ſcenopegiam celebrantes, & toto penè populo congregato, aſcendentes ad ſuperiora templi ad orientalem portam, Eſdram rogabant, ut leges eis Moſaicas legeret. Qui ſtans in medio populi, à ſolis ortu legit uſque ad medium diem. Et cum audiſſent recenſitam legis iuſtitiam, ad præſens quidem & in poſterum docebantur: de præteritis autem gemebant, lachrymasq; fundebant: & recordati ſunt, quod ſi legem cuſtodiſſent, nihil ex tot ſupradictis malis perpeſſi fuiſſent. Cúmq; uideret Eſdras ſic eos afflictos, præcepit eos ad ſua diſcedere, & à lachrymis abſtinere propter feſtos dies, in quibus minime liceret affligi: hortabatúrq; magis ad epulationes eos conuerti, & facere quæ ſunt grata, & conuenientia celebrationi præſenti: pœnitentiam uero & mœſtitiam de prioribus peccatis habendam, & obſeruandum ne quid in poſterũ eis ſimile eueniret. Poſtquàm uero eos Eſdras hortatus eſt, cœperunt habere læticiam. Cúmq; hoc per dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent, ad propria diſceſſerunt: laudantes deum pro emundatione communium peccatorum, Eſdræq; gratias referebant. Quem contigit poſt gloriam, quam apud deum habuerat, in ſenectute ueneranda finire uitam, & in Hieroſolymis cum multa ſepeliri liberalitate. Sub idem tempus & Ioachim defuncto principe ſacerdotũ, filius eius Eliaſib in principatu ſacerdotali ſucceſſit. Quidam autem ex captiuis Iudæis Xerxis regis pincerna, nomine Neemias, occurrẽs quibuſdam peregrinis ante metropolim Perſarum Suſi, ex longo itinere ad ciuitatẽ intrantibus, & audiens eos ad inuicem Hebraice loquentes, conſulebat unde eſſent profecti. Illis autẽ reſpondentibus, ſe à Iudæa ueniſſe, rurſus interrogabat,

2. Eſd. 9.

Aliàs. zelu.

2. Eſd. 8.

qualiter ſe haberet eorum multitudo,& metropolis Hieroſolyma. Cúmq; ei diſſent,male habere ciuitatem,& depoſitis in ſolum muris, multa mala gentes in circuitu poſitas inferre Iudæis,& die tota percurrere deuaſtantes prouinciam, & nocte tanta mala cõficere,& multos à prouincia uel ab ipſis Hieroſolymis captiuos abducere, & quod omnes uiæ ſingulis diebus inueniebantur plenæ cadaueribus occiſorum, tunc Neemias propter ſuorum calamitatem fleuit: & attendens paululum ad cœlum,dixit:Domine,uſque quo deſpicis, quæ noſtra patitur generatio? Sic rapina,uel ſpolia omnibus ſumus effecti? Remorante autem eo in porta,& hæc deflente, quidam nunciauit iam regem accumbere præparatum. Qui ſtatim ſicut erat illotus,ad miniſterium poculi regij feſtinauit. Vt uero rex cœnauit, ſuauitate plenus ad iuuenem reſpexit mœſtum: & quærebat,cur triſtis eſſet. Tunc ille precatus deum,ut gratiam ei quandam poſtulanti præſtaret, quomodo,inquit,poſſum tibi rex non talis apparere,neq; animo non dolere, dum audierim patriæ meæ Hieroſolymorum, in qua & monumenta & ſepulchra meorum ſunt parentum,muros in terra iacentes, & portas eius incenſas? Sed præſta mihi proficiſcenti muros reſtituere,partemq; templi cadentem denuo recõſtruere. Tunc rex annuit dare ſe donationem ei quancunq; ſupplicaſſet,& ad ſatrapas literas deportandas,quatenus eum honorarent,& omnia quæ opus haberet,præberent ei, dicens:Repelle triſtitiam,& de reliquo gaudens nobis miniſtra. Igitur Neemias deum adorans,& regi gratias agens,mœſtitiam uultus, confuſionémque ſuam pollicitationis hilaritate mutauit. Poſtero autem die conuocans eum, præbuit Syriæ & Phœnicis & Samariæ præfecto Addeo epiſtolam deferendam:in qua de honore iuuenis,& impendijs ædificationis mandauerat exhibendis. Veniens ergo ad Babyloniam, & multos gentis ſuæ ſponte eum ſecutos adducens, ad Hieroſolymam peruenit, uiceſimoquinto anno regnante Xerxe: & demonſtrans epiſtolas porrexit Addeo.& alijs præfectis equitum: & cõgregans omnem populum ad Hieroſolymam,ſtetit in medio templi,talem ad eos effundens orationem: Vos ſcitis uiri Iudæi,deum quidem in memoria patrum Abraham,& Iſaac,& Iacob permanere:& per illorum iuſtitiam non derelinquere prouidentiam noſtri. Vnde & adiuuit me,ut acciperẽ à rege poteſtatem muros ueſtros refabricare, ac reliquam partem templi perficere. Volo autem uos uicinarum gentium certe ſcire inimicitias: & quia ſi cognouerint magnificenter nos ædificia reparare,reſiſtent:& multa molientur,ut nos impedire præualeant. Primum ergo in deum confidere debemus, qui illorum inimicitijs poteſt reſiſtere: nec die uero,nec nocte ſtudium ædificandi relinquere,dum tempus opportunum exiſtit. Cúmq; hæc dixiſſet, iuſſit & magiſtratibus muros metiri, & opera eius diuidere populo per uicos & ciuitates, ſecundum uniuſcuiuſque poſſibilitatem: pollicitus & ſeipſum cum ſuis ſeruis ædificationem adiuuare. Solutáq; concione, Iudæi ſtatim opus aggreſſi ſunt. Iudæi uero dicti ſunt ex die, qua à Babylõe profecti ſunt ex tribu Iuda, quæ prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipſi, & prouincia à tali appellatione uocitantur. Audientes uero murorũ ædificationem accelerari Ammonitæ, & Moabitæ, uel Samariæ, & omnes qui inferiorem Syriam habitabant,moleſte ferebant,& meditabantur inſidias eis contexere,quatenus uoluntatem eo-

2. Eſd. 2. 3.

tem eorum impedirent:multoſq; interficiebant Iudæos:ipſum etiam Neemiam dilacerare quærebant:quoſdam alienigenas conducentes,qui eũ perimerent.Propterea in timore & turba diſperſis rumoribus eos mittebant, tanquam multis gẽtibus præparatis,contra eos arma proferre:quibus turbati rumoribus,cõſtructionem penè reliquerant.Neemias autem nullo modo his permotus,ſtudium operis dereliquerat:ſed cuſtodiæ cauſa corporis ſui agmine ſatellitum circumſeptus, ſine uulnere permanebat:operis deſiderio tribulationem non ſentiens. Ita ſiquidem intentus agebat,ac prouidebat ſuæ ſaluti,nõ timore mortis, ſed cognoſcens poſt ſuum interitum minime concedi ſuis ciuibus muros conſtruere. Vnde præcepit in poſterum, ut armis ædificatores præcincti fabricarent. Igitur ædificatores,uel impenſarum portatores,gladios habebant:clypeos autem iuxta eos poni decreuit. Buccinatores autem à quingentis pedibus ſtatuit:præcipiens, ut ſi hoſtes apparuerint,ſignificarẽt hoc populo,quatenus armati reſiſterent, ne eos nudos inermésq; oppugnarent. Ipſe autem nocte circumiens ciuitatẽ,minime aut operibus,aut ſomno,aut cibo fatigabatur,nihil autem horũ ſuauiter, ſed ſub neceſſitate utebatur. Quos labores ſuſtinuit per annos duodecim & menſes quatuor. Nam tanto tempore Hieroſolymorum ſunt muri perfecti:octauo autem & uiceſimo anno,& menſe nono imperij Xerxis. Poſtquàm muri perfectionem acceperunt, Neemias & reliqua multitudo ſacrificauerunt deo pro eorum ædificatione,ac per octo dies ſunt epulati. Gentes autem quæ Syriam habitabant,audientes perfectam conſtructionem murorum,grauiter angebantur. Neemias autẽ in ciuitate uidens paucos homines habitare,rogauit ſacerdotes & Leuitas, ut uicos relinquentes,ad ciuitatem migrarent,& in ea manerent:fabricans eorum domicilia propriis expenſis. Populum etiam agros colentem decimas fructuum ad Hieroſolymam iuſſit offerre:ut habentes ſacerdotes & Leuitæ alimenta, perpetua religionis iura non derelinquerent. Et hi quidem libenter ſequebantur decreta Neemiæ. Ciuitatem uero exinde contigit hominũ multitudine compleri. Multa etiam talia bona & laudibus digna,cum ſumma feciſſet magnificentia Neemias,ad ſenectutem perueniens,defunctus eſt,uir benignus & natura iuſtus,atque munificentiſſimus erga propriam gentem: qui in memoriam æternam ſui, muros Hieroſolymitanos reliquit. Hæc ergo imperio Xerxis ſunt acta.

Labor Neemiæ & cura.

Neemias moritur.

Hiſtoria Heſter. Caput VI.

DEfuncto uero Xerxe, regnum ad eius filium Cyrum (quem Græci Artaxerxem uocant) contigit transferri. Quo regente Perſarum imperium, peruidicata eſt tota gens Iudæorũ cum mulieribus & filijs. Cauſam uero paulo poſt demonſtrabo. Nam decet primum de rege diſſerere, quemadmodũ Iudæam duxit uxorem de regio genere, quam noſtram dicunt ſeruaſſe gentem. Nam cum regnum Artaxerxes accepiſſet,& ordinaſſet ab India uſq; ad Aethiopiam centũ & uigintiſeptẽ ſatrapas,tertio imperij ſui anno,amicos ſuos & gentes Perſis ſubiectas cum ducibus earum magnifice pauit:ſicut regem oportuit,qui diuitiarum oſtentationem per centum & octoginta dies parauerat. Poſtea gentes aclegatos earum in Suſis per ſeptem dies delicijs ſaginauit: quorum conuiuiũ huiuſmodi erat inſtructũ. Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteiſq; columnis, uela

Heſter.1.

Aſſueri conuiuium.

purpurea ſuper eas extendens,ut multa milia diſcumbentium operirent. Miniſtrabatur uero poculis aureis,& lapidibus pretioſis,ad delectationē ſimul & ſpectaculum præparatis.Præcepit itaq; miniſtris, ne cogerent bibere eos,potionem eis offerentes,quod apud Perſas fieri ſolet, imò ut concederent unicuiq; diſcumbentium,ut quemadmodum uellet epularetur.Miſit autem per omnem prouinciam,denuncians, ut opera relinquerent, multiſq; diebus pro eius imperio lætarentur. Regina quoq; mulierum conuiuiū in aula collegit.Quam rex prandentibus uolens oſtendere,ad conuiuium iuſſit accedere, cunctas mulieres pulchritudine præcellentem.Quæ pro legum Perſarum cuſtodia,prohibentium ab extraneis alienas coniuges uideri, non acceſſit ad regem. Cumq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret inuitantes,nihilominus ſuum denegans aduentum permanſit.Vnde rex ira cōmotus,ſoluit conuiuiū:& ad ſe conuocans ſeptem Perſas,apud quos legum mandata ſeruantur, accuſabat uxorem, dicens,qualiter fuiſſet ab ea contemptus,cum ſæpius ad conuiuiū uocaretur,nec ſemel paruiſſet. Præcepit ergo, ut pronunciarent cōtra eam,quādam legis definitionē. Tunc unus ex his,nomine Nocheus,locutus eſt,dicens,nō ipſi ſoli hanc iniuriam factam fuiſſe,ſed omnibus Perſis,periculū uitæ patientibus,ut turpiter à ſuis cōtemnantur uxoribus:nulla enim,inquit, iam pudore tenebitur, exemplū reginæ ſuperbiam aduerſum te omniū rectorem habens: & ideo hortabatur,ut eam quæ ſic iniuriata fuerat regem, maximis damnis afficeret: & hoc facto cunctis gentibus denunciaret,quæ ſunt in reginā decreta. Placuit ergo,ut regina Vaſthis abijceretur, & honor eius aliæ mulieri præberet. At ille amore cōiugis detentus,grauiter diſiunctionē eius ferebat:& cōciliari quidem propter legem nō poterat: triſtis tamen in ſolicitudinibus permanebat.Quem uidentes amici nimio mœrore confectū,perſuadebant, ut memoriam quidem uxoris & amorem nihil profuturū deponeret:& quæreret per uniuerſam terram uirgines decoras,ex quibus pulchriorem haberet uxorem: extingui enim prioris ſic poſſe cupidinem aiebant,alia introducta: & deſiderium paulatim à muliere proiecta ſubtractū,ad cohabitantem poſſe conuerti.Hoc flexus cōſilio,ſtatim quibuſdam iuſſit de palatio eligere præcellentes pulchritudine uirgines,& ad ſe deducere.Cum uero cōgregatæ multæ fuiſſent, inuenta eſt quædam puella in Babylonia,ambobus orbata parentibus,quæ apud auunculū nomine Mardochæū nutriebatur.Is enim fuerat ex tribu,Beniamin. Omneſq; primas Iudæorū Heſter(hoc enim nomen ei erat)pulchritudine ſuperabat, & gratia uultus ſui reſpicientiū magis delectabat aſpectum. Quæ tradita cuidam eunucho pro diligentia,cuncta rerum prouidentia fruebatur, affluentia aromatū, odore & largitate ungentorum,quibus corpora utuntur,irrigabantur:& his fruebantur per menſes ſex,numero quadringentæ. Cumq; putaſſet uirgines p præ dictum tempus diligentiæ ſatis habuiſſe, & dignas iam regio factas eſſe cubiculo,per ſingulos dies ad concubitū unam regi mittebat.Qui poſt concubitum ſtatim eas ad eunuchū remittebat.Veniente uero ad eum Heſter,delectatus eſt: & in amorem incidens puellæ,legitime eam duxit uxorem,& nuptias celebrauit imperij ſui anno duodecimo,menſe qui dicitur Adar.Deſtinauit autem per omnes gentes,eos qui Aggari dicūtur,præcipiens eis,pro ſuis nuptijs feſta celebrare.Ipſe

Heſter 2.

autem

autē Persas & primos gentiū pascebat per totū mensem pro nuptijs suis. Quam cū introduxisset ad aulā, corona eam induit. Habitauitq; cū eo Hester, minime ei prodens, ex qua esset natione. Transiens autē & auunculus eius à Babylone ad Persicam Susim, & habitans illic, singulis diebus in palatio cōmorabatur: requirens qualiter puella cōuersaretur, quam tanq; filiam diligebat. Cumq; legem rex posuisset, ut nemo familiariū ad eū non uocatus accederet, cū super soliū sederet. Sedebat itaq; etiam ipse rex uirgam auream ferens. Quam cum aliquē liberare uoluisset horū, qui nō uocati uenirent, porrigebat ei: & cū tetigisset, uitabat periculū mortis. De his quidē sufficiēter à nobis dicta sunt. Interiecto uero tempore insidiantib⁹ regi Bagatheo & * Theodesito Barthani eunuchis, seruus alterius eunuchorū, genere Iudæus, cū intellexisset insidias, reginæ auunculo indicauit. Mardochæus autē per Hester manifestans, insidiatores prodidit regi. Turbatus autē rex ueritatē inueniens, eunuchos quidē crucifixit: Mardochæo autē tūc nihil præstitit, quamuis salutis eius nuncius extitisset, nomen tantū eius annalibus monumentis inseri præcepit, & in palatio eum permanere: ut amicus regis necessarius existeret: Quo tempore Aman Amadathi filiū, genere Amalechitā, ad regē introeuntē, peregrini & Persæ salutabant. Nam hunc ei honorē Xerxes ab omnibus iusserat exhiberi. Mardochæū uero propter sapientiā, & patrias leges nō adorantem Aman, custodiri fecit: & interrogauit eum ex quo genere esset. Audiens autē Iudæū esse, indignatus dixit: Omnes liberi Persæ adorant me: hic seruus existens hoc facere dedignatur. Et punire uolens Mardochæū, ipsum quidē à rege petere ad tormenta paruū putauit: gentē autē eius decreuit totam unà perimere. Nam Iudæos in odio satis habebat: quoniā Amalechitarū genus, è quibus ipse fuerat, ab ipsis omne perierat. Adiens ergo regē, accusabat Iudæos, dicens, gentē esse malignā, dispersam per uniuersum orbē, quæ ei⁹ nō seruiret imperijs, nec mixtam, nec alij genti coadunatam, nec eandē cū cæteris religionē colentē: quæ nec legibus, inquit, similibus utitur, & inimica moribus & professionibus tui populi, & hominibus cunctis existit. Sed si uis aliquod subiectis beneficiū cōmodare, iube radicitus eā perire, nec eius reliquias aliquas remanere, nec aliqs eorū ad seruitutē aut ad captiuitatē seruet. Verūtamē ut nullū patiaris damnū, tributa eorū de propria substātia ipse me præbere polliceor, quadraginta milia pecuniarū talenta, ubicunq; præceperis. Has autem pecunias libenter offero, si pacatum ab his malis tuum fuerit imperium. Postquam Aman hæc intimauit, rex ei & pecunias & homines donauit, quicquid de his uellet, efficeret. Desiderio autem adepto, Aman statim mandat, tanquam à rege per omnes gentes præcepta, hunc modum continentia: REX maximus Artaxerxes ab India usq; Aethiopiam, centum uigintiseptem prouinciarū principibus & iudicibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem dicit. Cum pluribus gentibus imperassem, & uniuersum orbem meæ ditioni subiugassem: uolui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: ut absque ullo timore uitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus, pace fruerentur. Quærente autem me à consiliarijs meis, quomodo hoc posset impleri, unus qui sapientia ac fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in

Aliās. Thrō/ dēsto.

Hester. 3.

Odium Amā in Iudæos.

Hester 13.

toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui non noſtris uteretur legibus: & cõtra omnium gentium faciens cõſuetudinem, regum iuſſa cõtemneret, & uniuerſarum cõcordiam nationũ ſua diſſenſione uiolaret. Quod cum didiciſſemus, uidentes unam gentem rebellem aduerſus omne genus hominũ, peruerſis uti legibus, noſtriſq; iuſſionibus contraire, & turbare ſubiectarũ nobis prouinciarũ pacem atq; cõcordiam, iuſſimus, ut quoſcunq; Aman, qui omnibus prouinciis præpoſitus eſt, & ſecundus meus eſt pater, monſtrauerit, cum coniugibus ac liberis deleãtur ab inimicis ſuis, nulluſq; eorũ miſereatur, quartadecima die duodecimi menſis Ader, anni præſentis: ut nefarij homines uno die ad inferos deſcendentes, reddant pacem imperio noſtro, quam turbauerunt. Hoc per ciuitates & prouincias ueniente præcepto, omnes ad interitũ Iudæorũ cõſtituta die parabantur: qd̃ etiam in Suſis præparabatur. Rex ergo & Aman epulationibus uacabant: ciuitas uero turbabatur. Quod Mardochæus cognoſcens, ueſtẽ rupit: & ſacco indutus, cineréq; perfuſus, ciuitatem circuibat, clamans interimi gentem quæ nihil peccauit. Et hoc dicens, ad aulam peruenit: & ante ipſam ſtetit. Nam minime ei licebat ingredi, tali circumamicto habitu. Idem & omnes fecerunt Iudæi, per ciuitates, quibus de hoc literæ proponebãtur, lugentes & plangentes nunciatas ſibi calamitates. Cum uero quidam reginæ nunciaſſet Mardochæũ in tam miſero ante aulam habitu ſtantẽ, audito ſermone turbata, miſit qui eius ueſtitũ mutarent. Quo nolẽte ſacco exui, quia nondũ erat malum finitũ, pro quo ſaccũ induerat, uocans aſſiſtentem eunuchũ Acrathcon, ad Mardochæum deſtinauit: interrogans, quid ei triſtitiæ contigiſſet, quod hunc habitũ nec ea petente deponeret. Tunc Mardochæus indicauit eunucho cauſam, & literas contra Iudæos per omnes prouincias ſub * rege conſtitutas, tranſmiſſas: & promiſſionẽ pecuniarum, per quam à rege perditionẽ gentis cõparauerat Aman. Harum etiam exemplũ ad Heſter tradidit reportandum, quæ propoſitæ in Suſis fuerant: mandans ei, quatenus de his regi ſupplicaret: nec recuſaret pro ſalute gentis habitũ humiliorem accipere, per quem regi oſtenderet, Iudæis periculũ imminere. Aman, inquit, qui ſecundum honorẽ poſt regem obtinet, accuſando Iudæos, regem aduerſum eos incendit. Hæc cum regina cognouiſſet, rurſus mittit ad Mardochæum, dicens, quod non eſſet à rege uocata: & ſi quis ad eum non uocatus intraret, moreretur: niſi uolens quendam ſeruare, porrigeret ei uirgam auream. Nam inuocato & ad eũ intranti, ſi hoc rex fecerit, hic ſolus non interimitur, ſed ueniam accipiens liberatur. Mardochæus uero hæc uerba deportanti ſibi ab Heſter eunucho, renunciare præcepit, non ſuæ ſaluti prouidere, ſed totius gentis periculum amouere. Nam ſi nunc ipſa, inquit, contempſerit, adiutorẽ quidem genti deum omnibus modis futurum: ipſam uero & paternam eius domum ab illis quos contempſerat, perituram. Heſter autem denunciauit Mardochæo per eundem miniſtrum, ut pergens ad Suſas, conſtitutos illic Iudæos ad concionem congregaret, & ieiunare cunctos triduo pro ipſa præciperet: quod & ipſa cum ſuis agens ancillis, promiſit ſe præter legem adire regem, & ſi mori oporteret, non recuſaret. Mardochæus autem ſecundum Heſter mandata, populum fecit ieiunare, deúmque ſuum petere, ut nec eam, nec gentem eius perituram contemneret, ſed ut ſæpe ante prouidit, & peccanti ueni-

Heſter 4.

Luctus Mardochæi.

Aliàs lege.

canti ueniam conceſſit, & nunc à denunciato dudũ interitu liberaret. Non enim propter aliquod peccatum ita cogebatur ſine gloria deperire, cum & ipſe dominus noſſet cauſam furoris Aman, quod eum nõ ſalutabat. Neq; enim, inquit, honorem quem tibi domine offerebam, hunc illi quoq; patiebar offerre: ideoq; iratus, cõtra eos qui tuas leges nõ tranſgrediuntur, talia machinatus eſt. Eaſdem etiam uoces uulgus emittebat, petens deũ prouidere ſuæ ſaluti, cunctoſq; Iſraëlitas per omnẽ liberare terram à futura calamitate: nam iam præ oculis eam ſperabant, & ſimul habebant. Rogabat etiam Heſter deũ, patria ſe lege proſternens in terram, lugubriq; ueſte circumamicta. Cibũ autem & potũ, omniáq; ſuauia renuebat per tres dies, deũ petens, ut adiuuaret eam, quatenus regi uideretur ſupplicans ſuauis eloquio, ſpecie uero pulcherrima, ut ex utroq; ſuſtẽtata, & ipſa periculũ euitaret, & gentis ſuæ ſalutẽ acquireret: Aman quoq; regis odiũ concitaret. Sic deũ per tres dies deprecans, lugubrẽ ueſtẽ depoſuit, & habitu mutato ornata, ſicut oportebat reginam, ibat cũ duabus ancillis: quarũ una leuiter eam incumbentem ſuſtentabat, altera ſequens longitudinẽ ueſtis utiq; ad terram profuſam ſummis eam digitis deportabat. Quæ ita facie rubore plena, uerecundũ ac modeſtum habens decorẽ, adibat regẽ etiam cũ timore. Cum uero ad faciẽ eius ſedentis in ſolio deueniſſet, & uidiſſet eum circundatũ ornatu, qui ex uaria ueſte uel auro, uel lapidibus pretioſis ualde fulgebat, terribilioremq; magis eum propter hæc intuens, cumq; & ille aſperius eam uultúq; iracũdo aſpiceret, membrorũ eam debilitas cõprehendit: & ſuper ancillas quæ prope latera eius erant, repente collapſa eſt. Rex autẽ uoluntate arbitror dei mentẽ mutauit, & timens ne quid mali uxor eius timore pateretur, ſurrexit à ſella, ſuóq; eam gremio colligens fouebat, & oſculabatur, blandéq; loquebatur: cõfidere petens eam, nec aliquid mali metuere, qd ad eum nõ uocata ueniſſet: nam legẽ iſtam propter ſubiectos eſſe poſitã, ipſam, autẽ ſimiliter cum eo regnantẽ omnẽ habere licentiam. Hæc dicens, ſceptrumq; in manu eius ponens, uirgam ſuper ceruicẽ eius tetendit propter legem, liberans eam à mortis diſcrimine. Illa uero reſpirans: domine, inquit, nõ habeo facultatem explanandi, quæ mihi ſubito contigerunt. Nam ut te uidi maximũ, & pulchrum atq; terribilem, ſtatim: ſpiritus meus receſſit, & à mea anima ſum relicta. Vix illa cum debilitate hæc loquente, etiam regem anxietas habuit: deinde confidere, melioráq; ſperare Heſter inuitabat. Nam mediũ ei regnum ſe concedere, ſi hoc peteret, promittebat. Heſter uero ad conuiuiũ eum cũ Aman amico ad ſe uenire ſupplicabat, paraſſe ei cœnam ſe dicens. Cúmq; annuiſſet, & adueniſſet, inter poculorum læticiã iuſſit rex Heſter aperire quid uellet: nihil enim ſe negaturũ eſſe promiſerat, etiam ſi partẽ regni poſcere uoluiſſet. Tum illa in poſterũ diem explanaturam ſe ſuum conſiliũ promiſit, ſi rurſus ad conuiuiũ cum Aman ueniret. Cúmque rex promiſiſſet, Aman egreſſus eſt, gaudens quod ſolus apud Heſter cum rege meruit epulari, dum nullus alius talem honorẽ potuiſſet adipiſci. Videns uero in aula Mardochæũ nimis indignatus eſt, quod nõ aliquam ab eo uenerationẽ ſibimet exhiberi ſenſiſſet. Tunc ingreſſus ad ſemetipſum, uxorẽ Zaraſſam cum amicis uocauit. Quibus præſentibus honorẽ expoſuit, quo frueret nõ apud regẽ tantũ, ſed & apd reginam: & qualiter illo die ad eam cũ rege ſolus accitus eſſet, & in poſte-

Oratio Mardochei.

Triduanũ Heſter ieiunium.

Heſt. 5. et. 15.

Heſter ad regẽ ſupplicatura ingreditur.

in posterum diem rursus inuitaretur. Dicebat autem, non ei placuisse, quod Mardochæum uiderant in aula Iudæum. Cui respondit uxor sua Zarassan: Iube lignum secari quinquaginta cubitorum, & mane pete Mardochæum à rege crucifigendum. Cuius consiliũ laudans, præcepit famulis lignum paratũ in atrio statuere, quod ad pœnam Mardochæi seruarent. Deus autem spem malignam Aman deridebat: & accidentia præuidens, de futuris delectabatur. Nam regi somnum per illam noctẽ abstulit. Qui nolens in otio uigilias perdere, sed ad gubernationẽ sui principatus habere, scribam iussit ferentẽ prædecessorũ suorum & suorũ factorum monumenta relegere. Cúmq; detulisset, & recenseret, inuentus est quídam, qui pro uirtute sua pretium agros acceperat, quorum & nomen signatum erat: alter uero pro fide donationẽ impetrauerat. Post hæc legendo uenit ad Bagatheum & Theodestum eunuchos insidiatores regis, quos Mardochæus indicauerat. Et cum hoc tantũ scriba pronunciasset, & ad alterius tranfisset actus, rex eum detinuit: consulens, siquid ei pro remuneratione datum scriptum haberetur. Scriba respondit, nihil. Tunc rex iussit eum tacere, & interrogabat eos quibus hoc cõmissum fuerat, quæ esset hora noctis. Audiens autem iam diluescere, præcepit, ut quem inuenirent amicorum ante aulam præsentem, nunciarent. Euenit autem Aman inueniri. Nam præter solitam horam maturius processerat, mortem Mardochæi petiturus. Cúmq; serui renunciassent Aman ante ædem stare, præcepit eum uocari. Cum ergo intrasset: amicum, inquit, te sciens fidelem, peto ut consilium mihi præbeas, quemadmodum debeam secundũ meam munificentiam honorare quendam mihi ualde charissimum. Aman uero putans consiliũ quod dedisset, hoc pro se futurũ, nam amari se solum à rege credebat: quam existimabat optimam esse sententiam, regi dedarauit, & dixit: Si uis quem dicis hominẽ dilectum gloriæ meritis honorari, fac eum super equum procedere tua ueste indutum, & torquẽ auream habere, & præcedere unũ ex tuis necessarijs amicis, damãtem per totam ciuitatẽ, quod tale beneficiũ merebitur, quem rex honorificari uoluerit. Igitur Aman huiusmodi largitatẽ arbitratus ad se uenturam, talia persuasit. Rex uero delectatus hac monitione: uade, ait, habes equum, & stolam & torquem, require Mardochæum Iudæũ, & his illum induens, antecede equum eius. Nam tu, inquit, amicus es mihi præ cunctis. Ergo perfice consiliũ, cuius utilis suasor extitisti: & hæc ei à nobis donentur, qui meam animam liberauit. Postquàm hæc præter spem omnem audiuit, mente confusus, & mœstitia perculsus, exijt, equum ducens cum purpura & auro: & Mardochæum reperiens, ante aulam sacco indutum, iussit exutum purpura circundari. Tum ille nescius ueritatẽ, sed deludi se putans: pessime, inquit, omnium hominum, ita calamitatem nostram deridens? Vt uero certe cognouit, quod ei rex hunc honorem donauerit pro salute quam illi præbuerat, insidiatores eunuchos redarguẽs, purpura induitur, qua rex sæpe uestitus degebat: & torque ceruicem circundatus, & super equum sedens, totam circuibat undique ciuitatem, præcedente Aman & prædicante, quod huiusmodi fruatur donis, quem rex amauerit, & dignum honore probauerit. Cúmque totam circuisset ciuitatem, Mardochæus ad regem ingreditur. Aman autem ex confusione ad se recedens, cum lachrymis uxori & amicis quæ contigerant, indicauit.

Hester 6.

Consilium Amã insperatũ.

indicauit. Illi nequaquam puniri posse Mardochæum dicebant: deum enim ef-
se cum ipso credebant. Dumque hæc adinuicem loquerentur, uenerunt Hester
eunuchi, Aman urgentes ad cœnam. Sabuchadar uero unus ex eunuchis, uidens
crucem fixam in domo Aman, quam Mardochæo parauerat, consuluit aliquem
seruorum, cuius causa eam parasset: & audiens, quod reginæ auunculo, quem Hester 7.
Aman à rege petiturus erat ad pœnam, tunc quidem tacuit. Cumque rex unà cum
Aman epulatus, interrogaret reginam, ut diceret quam uellet ab eo donationem
impetrare, completurum enim se eius desiderium promittebat: tunc regina pro
populi deprecabatur periculo, eo quod tradita fuisset ad perditionem cum sua
gente: ideoque sermones ad eum facere decreuisset. Neque enim molestum sibi dice-
bat, si amaram eius seruitutem imponeret, paruum enim ei hoc esse malum, sed
supplicabat hæc amoueri. Itaque interrogante rege, à quo hæc sancita fuissent, ac-
cusabat iam manifeste Aman: & maleuolum cõtra eos existentem, has molitum Hester accu-
insidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus, à conuiuio ad hortos egreditur. He- sat Aman.
ster uero reginam Aman petere cœpit, & ueniam pro peccatis expoſcere, nam in-
tellexerat in quibus iam malis esset. Cumque super lectum procidens reginam pe
teret, superuenit rex: & huiusmodi uisu magis incitatus, dixit: Pessime omnium,
uxori meæ etiam uiolentiam irrogare conaris? Ad quod Aman obstupuit, & ni-
hil potuit respondere. Tunc Sabuchadar eunuchus cœpit accusare Aman, quem
admodum inuenisset in atrio eius paratam crucem ad mortẽ Mardochæi: nam
hoc illi interroganti seruus indicauerat, cum ad ipsum inuitaturus eũ ad cœnam
uenisset: crucem autem dicebat esse altitudine cubitorũ quinquaginta. Quod rex
audiens, in illam eum pœnam tradere decreuit, quam cõtra Mardochæũ ipse tra
ctauerat: statimque iussit cruci suspensum interimi. Vnde mihi cõtigit mirari no-
men dei, & sapientiam, & iustitiam eius agnoscere, quod nõ solũ maleuolentiam
Aman quem puniuit, sed quod excogitata cõtra aliũ tormenta in eum cõuertit:
& cæteros hoc sentire permisit, quoniam qui cõtra aliũ quædam molitus fuerit,
hæc in se primũ parata cognoscat. Itaque Aman honore, quẽ à rege perceperat, su
pra modũ abusus, huiusmodi cruce cõfixus est. Rex autẽ substantiam eius regi- Hester 8.
næ donauit: & Mardochæũ aduocans, dedit ei annulũ quẽ Aman ipse præstite-
rat. Nam iam Hester ad notitiam eius perduxerat cognationẽ quam ad illũ ha-
bebat. Donauit ergo & regina Mardochæo Aman possessionem, & supplicauit
regi liberari à mortis metu gentem Iudæorum: nota ei faciens, quæ per uniuersas
prouincias scripsisset Aman filius Amadathi. Nam patria gente sua perempta,
nullatenus se uitam posse tolerare dicebat. Cui rex promisit, nihil eam frustra pe
tere, nec studio eius aliquid contrariũ prouenire. Vnde præcepit, ut scriberet quæ
uellet de Iudæis nomine regio, signaretque eius sigillo, & transmitteret per omne
eius imperium. Si quis enim legeret signatas epistolas sigillo regio, minime san-
ctionibus obuiaret. Scribas ergo regales conuocans, iussit scribere gentibus &
primatibus & magistratibus pro Iudæis, ab India usque Aethiopiam centumui Hester 16.
gintiseptem prouinciarum. Epistolæ autem hunc ordinem continebant: Rex
magnus Artaxerxes, ab India usque Aethiopiam, centumuiginti septem pro-
uinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ obediunt ditioni, salutem dicit.

Multi

Multi bonitate principum,& honore qui in eos collatus eſt,abuſi ſunt in ſuperbiam: & non ſolum ſubiectos regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias cogitare: nec contenti ſunt gratias non agere, beneficijſque & humanitatis in ſe iura uiolare, ſed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiam: & in tantum ueſaniæ proruperunt,ut eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cũcta agunt,ut omnium laude ſint digni, mendaciorũ funiculis conentur ſubuertere. dum aures principum ſimplices,& ex ſua natura alios exiſtimantes,callida fraude ſubuertũt. Quæ res & ex ueteribus probatur hiſtorijs,& ex his quæ geruntur quotidie,quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus regum ſtudia depranuantur. Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarum: nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus,ex animi noſtri uenire leuitate: ſed pro qualitate & neceſſitate temporum,ut reipublicæ poſcit utilitas ferre ſententiam. Et ut manifeſtius quod dicimus intelligatis: Aman filius Amadathi,& animo & gente Macedo, alienúſque à Perſarum gente,& pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans,peregrinus à nobis ſuſceptus eſt: & tantam in ſe expertus humanitatem, ut pater noſter uocaretur,& adoraretur ab omnibus poſt regem ſecundus. Et in tantum arrogantiæ tumorẽ ſubleuatus eſt, ut regno nos priuare niteretur & ſpiritu. Nam Mardochæũ,cuius fide & beneficijs uiuimus,& conſortẽ noſtri regni Heſter,cum omni gente ſua nouis quibuſdã atq; inauditis machinis expetiuit ad mortẽ: hoc cogitans,ut illis interfectis inſidiaretur noſtræ ſolitudini,& regnũ Perſarũ transferret in Macedonas. Nos autẽ à peſſimo mortalium Iudæos neci deſtinatos, in
Aliàs. culpa. nulla penitus*cauſa inuenimus,ſed è cõtrario iuſtis utentes legibus,& filios altiſſimi & maximi ſemperq; uiuentis dei:cuius beneficio & patribus noſtris,& nobis regnum eſt traditum,& uſq; hodie cuſtoditur. Vnde & eas literas, quas ſub nomine noſtro ille direxerat,ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius urbis,id eſt,Suſis,& ipſe qui eſt machinatus,& omnis cognatio eius pendet in patibulis:nõ nobis,ſed domino ei reddente quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis urbibus proponatur, ut liceat Iudæis uti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe adminiculum,ut eos qui ſe ad necem eorum parauerant,poſſint interficere decimotertio die menſis duodecimi,qui uocatur Adar. Hũc enim diem omnipotens deus mœroris & luctus eis uertit in gaudium. Vnde & uos inter cæteros feſtos dies hanc habetote diem,& celebrate eam cum omni lætitia: ut & in poſterum cognoſcatur,omnes qui fideliter Perſis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem inſidiantur regno eorum, perire pro ſcelere. Omnis autem prouincia & ciuitas,quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps, gladio & igne depereat: & ſic deleatur, ut non ſolum hominibus, ſed etiam beſtijs inuia ſit in ſempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ. Igitur equites epiſtolas deportantes exierunt,& uiam propoſitam peragebant. Mardochæus uero regia indutus ſtola,& corona aurea & torque proceſſit ornatus. Quẽ uidentes ita honorificatum à rege Iudæi Suſis inhabitantes,cõmunem æſtimauerunt felicitatem. Præterea gaudium & ſalutare lumen,propoſitis regalibus ſanctionibus per ciuitates & prouincias, Iudæos circundedit,ita ut etiam multæ gentes pro-

tes propter timorem Iudæorum perterrerentur, libertatem ex periculo eis compa ratam inſpicientes. Nam duodecimi menſis tertiadecima die: qui apud Iudæos Adar, apud Macedones Diſtros uocatur: portatores regalium literarum nuncia bãt, quemadmodum deberent die, quo ipſis periculum imminebat, inimicos con ſumere. Tunc præſides ſatrapum & tyranni & reges & ſcribæ ſummum Iudæis reddebant honorem, quoniam timor Mardochæi eos ad temperantiam coërce bat. Poſtquam edictum regis per omnes prouincias lectũ eſt, in Suſis Iudæi ini micorum quingentos interemerunt. Cumq; rex peremptorum in ciuitate nume rum Heſter nunciaſſet, & in prouincia quid actum fuiſſet ambigeret, ſi quid am plius uellet interrogauit eam. Illa petiuit eum, ut præciperet Iudæis, & in poſterũ diem ita facere in reliquos inimicos ſuos, & ut decem Aman filij crucifigerẽtur. Quod quidem Iudæis rex cõceſſit, nequaq; reſiſtere uolẽs Heſter. Iudæi uero pa rati decimoquarto die Diſtri menſis, occiderunt rurſus aduerſariorum trecentos, nihil penitus poſſeſſionis eorum tangentes. Interfecti ſunt etiam per prouinciã aliásq; ciuitates à Iudæis ſeptuagintaſex*milia inimicorum, quos ſtrauerũt tertia decima die menſis, quem feſtum celebrauerunt. Similiter autem & Iudæi in Su ſis collecti, die decimaquarta & decimaquinta eiuſdem menſis epulati ſunt. Vn de hactenus omnes in orbe terrarum Iudæi hos celebrant dies, particulas de con uiuijs ſibi inuicem mittentes. Scripſit etiam Mardochæus omnibus ſub imperio Artaxerxis degentibus Iudæis, quatenus hos obſeruarent dies, ſemper eos cele brantes, & nepotibus traderent per omnia tẽpora celebrandos, ne aliquando ob liuioni traderentur, quod in his fuerant ab Aman perituri: iuſtumq; eſſe, cũ ui taſſent periculum, & inimicos puniſſent, honorare eos, gratias offerẽtes deo. Vn de prædictos dies Iudæi celebrant, appellantes eos conſeruatores. Mardochæus aũt magnus & clariſſimus erat apud regẽ, principatumq; eius regebat, & potieba tur communi conuerſatione cum regina. Tunc Iudæi ſuper omnes libertatis li centia fruebantur. Hæc quidem ſub imperio Artaxerxis ſunt geſta.

Iudæi multos inimicorũ trucidant.

Alias. 71

Decreta Mardochei ſuper diebus feſtis.

Reliquas huius undecimi hiſtorias non habent Biblia.

De Vagoſe duce, & Manaſſe ſacerdotium ambiente. Caput VII.

DEfuncto autem Eliaſibo principe ſacerdotum, Iudas filius eius principatũ ſacerdotalem ſuſcepit. Defuncto autem & hoc, Ioannes filius eius honorẽ ſuſcepit. Porrò Vagoſus dux alterius Artaxerxis templum uiolauit, & tributa Iudæis impoſuit: nec prius dimiſit quotidianas offerri hoſtias, quàm pro uno quoque anno uectigal exigeret dragmas quinquaginta. Hoc autem ex huiuſmodi cauſa contigit: Frater erat Iohannis Ieſus, cui Vagoſus amicus exiſtens, pro miſit ſacerdotij principatum dare. Qua confidentia Ieſus altercatus in templo aduerſus Iohannem, incitauit fratrem, ut eum interficeret, & petimeret: auſus tan tum in templo facinus Iohannes in fratrẽ committere, quod nunquam nec apud Græcos, nec apud Hebræos ita crudeliter uel ſcelerate factum eſt. Vnde nec de us hoc impune dimiſit, ſed populum propter hanc cauſam ad ſeruitutem rede git, & templum uiolari à Perſis permiſit, dicente Vagoſe: auſi eſtis homicidium in ueſtro templo committere. Ego perempto in templo mundior ſum. Et hæc

Frater fratrẽ ob ſacerdotiũ in templo occidit.

uerba faciens, in templum ingreſſus eſt. Hac igitur uſus occaſione Vagoſes, annos ſeptem eos pro nece Ieſu puniuit. Finiente uero Iohanne uitam, ſuccedit principatui ſacerdotum filius eius Iaddus. Erat autem etiam huic frater Manaſſes nomine, cui Sanabalath miſſus à Dario ad Samariam ſatrapa, genere Cuthæus, ex quibus & Samaritæ deſcenderunt, audiens claram eſſe ciuitatem Hieroſolymã, & reges eius multa Aſſyrijs, & habitatoribus humilis Syriæ pericula feciſſe, libenter copulauit ſuam filiam nomine Iſacham: arbitratus per affinitatem obſidem ei futuram ad fidem gentis Iudæorum. Per idem tempus & Philippus rex Macedonum in Aeggæis à Pauſania filio Ceraſtæ, genus ab Oreſte trahente, inſidias paſſus perimitur. Succedens uero filius eius Alexander imperio, tranſijt Helleſpontum, & duces Darij deuicit, ſuper Granicum flumen confligens cum eis. Cumque percurriſſet Lydiam, & Ioniam captiuaſſet, Syriamque prædaſſet, ad loca Pamphiliæ peruenit, ut alibi explanatum eſt. Hieroſolymorum uero ſenio-
De Alexãdro Magno.
res indignabantur, quod principis ſacerdotum Iaddi frater, alienigenæ cohabitans uxori, ſacerdotij particeps exiſtebat. Arbitrabantur enim hoc connubium initium fieri occaſionis præſtandæ, uolẽtibus leges tranſgredi pro uxorum copulationibus, quas ab alienigenis ſibi coniungere feſtinabant. Nam extitiſſe etiam priorem ciuitatis captiuitatem per hæc coniugia mala putabant, eo quod multi peccaſſent, dum non uxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo Manaſſem diſiungi ab uxore, aut non introire ſacrarium. Principes quoque ſacerdotum cũ populo hoc indigne ferebant. Manaſſes autem prohibitus à fratre ad altare accedere, ad ſocerum Sanabalath peruenit, amare ſe dicens filiam eius Iſacham: ſacerdotalem uero honorem maximum eſſe apud gentem & ciuitatẽ & genus Iudæorum, nec uelle ſe propter huiuſmodi coniugium ſacerdotij iure priuari. Itaque Sanabalath non ei ſolũ ſacerdotium, ſed etiam principatum ſacerdotij & potentiam, ac honorem omnium locorum ſibi ſubiectorum dare promiſit, uolens ſuam apud eum filiam permanere. Dicebat etiam templum ei ædificare ad inſtar Hieroſolymorum, ſuper montem Garizin, qui altior omnibus Samariæ mõtibus apparebat, ſed hoc facere cum regis Darij ſententia. His promiſſionibus eleuatus Manaſſes permanſit apud Sanabalath, principatum ſacerdotij arbitratus ſe acceſturum, Dario conferente. Nam iam Sanabalath uergebat in ſenium. Multis uero ſacerdotibus & Iſraẽlitis, huiuſmodi ſibi iunctis uxoribus, non parua ſedi-
Manaſſes prohibetur à fratre accedere altare.
tio Hieroſolymitas habebat: dum plures ad Manaſſen tranſirent. Quibus Sanabalath pecunias miniſtrabat, & terram colendam habitationemque deputabat, omnibus modis genero ſuo cõcordans.

De geſtis Alexandri apud Hieroſolymam, pro Iudæis. Caput VIII.

EOdem tempore Darius audiens Alexandrum Helleſpontum trãſiſſe, ſatrapasq; ſuos ſuper Granicum flumen pugna uiciſſe, & ulterius acceſſiſſe: delectorum equitum & peditum colligens exercitum, occurrere ſtatuit Macedonibus prius quàm omnem percurrentes Aſiam deuaſtarent. Tranſiens ergo fluuiũ Euphratem, & montem Ciliciæ Taurũ, hoſtes ipſe in Cilicia ſuſtinebat, illic eos ſperans expugnare. Tũc Sanabalath propter diſceſſum Darij gauiſus, ilico Manaſſen dicebat promiſſa complere, Dario poſt captionem hoſtium reuertente. Nam crede-

credebat non ipſe tantum, ſed etiam omnes Aſiam habitantes, nec ad manū bel
li Macedonas cum Perſis propter multitudinem eſſe uenturos. Aliter uero quàm Darius ab
ſperabatur euenit. Nam congreſſus cum Macedonibus rex, eſt uictus: multam- Alexãdro uin
que partem exercitus perdens, & captis matre pariter & uxore, & filijs, ad Perſas citur.
fugiens remeauit. Alexander autem ad Syriam uenies, Damaſcum cepit: & ſub
iugata Sidone, Tyrum obſidebat. Literas uero ad principem ſacerdotum Iudæ- Obſidio Ty
orum miſit, inuitans eum auxilium ſibi mittere, & uenalia exercitui præparare: & ri.
quanta prius Dario conferebant, ei præberet: eumq; inuitauit amicitiam Mace
donum eligere, ne in poſterum pœniteret. Cumque princeps ſacerdotum litera
eum portatoribus reſpondiſſet, ſacramenta Dario ſe dediſſe, ut nequaquàm con
tra eum arma portaret, nec poſſe uiuente Dario conſtituta tranſcendere: Alexan
der incitatus, Tyrum quidem relinquere non decreuit, paulò poſt capi futuram,
qua uicta, minabatur contra principem ſacerdotum gentis Iudæorum exercitum
ducere, ut omnes per eum diſcerent, quibus deberent conſtituta ſeruare. Quapro
pter intentius in obſidione perſeuerans, uaſtauit Tyrum. Cumque eam cepiſ- Obſidio Ga
ſet, ad ciuitatem Gazam peruenit, eamque cum duce ſuo nomine Bibimaſin ob zæ.
ſidebat. Arbitratus autem Sanabalath opportunum ſe inueniſſe tempus, Dario Sanabalath
iam deſperato, eligens de ſuis ſubiectis octo milia, ad Alexandrum proficiſceba ab Alexãdro
tur: quem reperit inchoantē Tyri obſidionem. Cui etiam promiſit dare loca ſub obtinet pote
ſua poteſtate conſtituta, magisque ipſum dominum libenter habere quàm Da ſtatem cõdẽ
rium. Cumque intellexiſſet grate ſuſceptum, confiſus iam, & de præſentibus fre di templi.
tus uerba Sanabalath offerebat, dicens ſe generum habere Manaſſen, fratrē Iad
di principis ſacerdotū Iudææ gentis, multosq; alios cum eo præſentes ex ea gen
te, quos uelle aiebat ſub eo templum locis conſtitutis ædificare: hoc autem & ipſi
profuturum uideretur, ut in duas partes eſſet Iudæorum potentia diuiſa, ne ea
dem concordia gens coniuncta rebellaret, aut in aliquo regibus obuiaret, quem
admodum prius & Aſſyrijs contingebat. Concedente uero Alexandro, omni ſtu
dio adniſus Sanabalath, ædificauit templum, & ſacerdotem Manaſſen cõſtituit,
maximum arbitratus præmium ex filia nepotibus profuturum. Septem autem
menſibus in obſidione Tyri tranſactis, & duobus in Gazæ, Sanabalath mortu
us eſt. Alexander autem capta Gaza, ad ciuitatem Hieroſolymitarū aſcendere fe
ſtinauit. Quod princeps ſacerdotum Iaddus audiēs, in pauore eſt cõſtitutus, mul
tisq; ſacerdotibus in timore cõſtitutis, moliebatur Iaddus quemadmodū Mace
donibus feſtinus occurreret, rege indignāte propter priorem contumaciam. Præci
piens igitur populo ſupplicationem & immolationem deo offerre, ipſe depreca
batur ſubuenire genti, uenturisque eam liberare periculis. Obdormiēti uero poſt
ſacrificium, deus præcepit, ut confideret, feſtisq; ciuitatē ornaret, protinusq; por
tas aperiret: & alios quidem cum ueſte alba, ipſum autem & reliquos ſacerdotes
cum legitimis ſtolis iuſſit occurrere, nihil ſæuum ſperantes pati, deo prouidente.
Cumque à ſopore ſurrexiſſet, ualde congaudēs, nocturnum oraculum omnibus
indicauit: & quæ uidit in ſomno cunctis facere mandans, regis præſentiam expe Princeps ſa
ctabat. Quem audiens non longe eſſe à ciuitate, proceſſit cum ſacerdotibus & terdotū cum
ciuili multitudine, ſacram & maiorem alijs gentibus ei præparans occurſionem: reliquis Ale
xandro occur
rit.

ad aliquem locum qui Saphin appellatur,quod nomen latine tranſlatum ſcopulum ſignificat,ex quo loco Hieroſolyma templumq; potuiſſet uideri. Phœnices uero & Chaldæi regem ſecuti ,putabant quia quicquid potuiſſet furor imperialis permittere in ciuitatem,ipſe committeret:& ut principem ſacerdotum ſummis afficeret cõtumelijs. Quod è diuerſo contigit euenire. Nam Alexander præuidens multitudinem ueſtibus albis indutam, antiſtites uero cum byſſinis ſtolis,& principem ſacerdotum hyacinthina & aurea ſtola,ſuper caput habẽtem cidarim,& ſuper laminam auream,in qua ſcriptum erat dei nomen :adijt eum ſolus,& numen adorauit,& principem ſacerdotum primus ueneratus eſt. Omnibus uero Iudæis una uoce Alexandrum ſalutantibus & circũaſtantibus,Syriæ reges & reliqui hoc facientem ſtupuerunt,corruptamq́ue regis mentem putauerunt. Parmenio uero ſolus eum interrogauit,cur omnibus eum adorantibus ipſe adoraſſet principem ſacerdotum gentis Iudææ. Cui ille:non hunc,inquit,adoraui,ſed deũ cuius principatu ſacerdotij̃ functus eſt. Nã per ſomnium in huiuſmodi eum habitu conſpexi,adhuc in Dio ciuitate Macedoniæ conſtitutus. Dumq; mecũ cogitaſſem, poſſe Aſiam uincere,incitauit me ut nequaquã negligerem,ſed confidenter tranſirem. Nam ſe perducturum meum dicebat exercitum,& Perſarum traditurum potẽtiam :ideóq; neminem alium in tali ſtola uidens,cum hunc aduertiſſem,habens uiſionis & probationis nocturnæ memoriam,ſalutaui. Exinde arbitror diuino iuuamine me directum,Dariumq; uiciſſe,uirtutemq; ſoluiſſe Perſarum. Propterea & omnia quæ meo corde ſperantur,prouentura confido. Poſtquam Parmenioni locutus eſt principem ſacerdotum honorans, occurrentibus reliquis ſacerdotibus,ad ciuitatem uſq; peruenit: & ad templum aſcendẽs,ſacrificauit deo, ſecundũ ſacerdotis oſtenſionem. Ipſe autem ſacerdotum principi,& reliquis ſacerdotibus munificẽter multa donauit. Allato uero ei uolumine Danielis,in quo ſcriptum erat,quendam Græcorum deuicturum Perſarum potẽtiam,arbitratus ſe ipſum eſſe quem ſcriptura ſignificabat,gauiſus eſt:tunc quidem multitudinem dimiſit. Poſtera autem die conuocans eos iuſſit petere , quas uellent donationes accipere. Principe uero ſacerdotum petente,ut liceret patrijs uti legibus,& ſeptimum annum ſine tributis eſſe mandaret,omnia conceſſit. Cumq; ab eo poſtulaſſet ut Iudæos in Babylone & Mediæ gente præciperet ſuis potiri legibus,promiſit libenter facere quæ poſcebant. Dicente uero ipſo ad multitudinem , ſiquis eligeret ei militare,permanens in patrijs legibus,& ſecundum eas uiuẽs,paratum ſe eos ducere,ſe pugnaturos cũ eo dixerunt. Igitur Alexander ita diſponens Hieroſolymam,duxit ad reliquas exercitum ciuitates,& omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus :Samaritæ metropolim tunc Sichimam nomine habentes, poſitam iuxta Garizin montem,in quo tranſgreſſores habitabant Iudæi,uidentes ab Alexandro ita magnifice Iudæos honoratos, coacti ſunt Iudæos ſe fateri . Nam huiuſmodi Samaritæ naturæ ſunt,ſicut prius alibi demonſtrauimus,in calamitatibus merſis Iudæis negant ſe eſſe cognatos,ueritatem cõfitentes : & cum uiderint darum eis aliquid oblatũ , tunc ſocios ſe Iudaico generi profitentur,originem ſuam à nepotibus Ioſeph , Ephraim,& Manaſſe recenſentes. Tunc ergo daritatem,& multum animi ſui affectum oſtendentes,occurrerũt regi,pau-

Somnium Alexandri.

Alexãder deo ſacrificat.

Benignitas Alexandri erga Iudæos.

Samaritæ cuius fuerint nobilitatis.

gi, paulò minus quàm Hierosolymitæ. Cumq; laudasset eos Alexander. Sichimitæ adierunt regem Alexandrum cum militibus, quos ad eum Sanabalath transmiserat, petentes ut ad ciuitatem perueniret, & templũ apud eos positum honoraret: qui reuertens ad ipsos se uenire promisit. Petentes autem tributorum septimi anni concessionem (nam neq; ipsi seminant) in eo cõsuluit, qui essent qui talia postularent. Cumq; respondissent Hebræos se quidem esse, Sichimitas autem à Sidonio nuncupari: iterum interrogauit eos, utrum Iudæi essent. Illis autem dicentibus non esse: & ego, inquit, hæc Iudæis concessi: sed reuersus quidẽ, à uobis certius edoctus, quæ uisa fuerint agam. Et Sichimitis quidem ita postulationem negauit. Similiter uero *amicos Sanabalath sequi præcepit ad Aegyptũ, ibi daturum se eis iugera terræ promittens: quod & postea fecit, Thebaidam custodire prouinciam eis iniungens. Igitur defuncto Alexandro, principatum à successoribus eius constat diuisum: templumq; super Garizin montem permansit. Et siqs culpam habuisset apud Hierosolymitas, aut de cibo ilicito, seu de transgressione sabbatorum, aut de huiusmodi peccato, ad Sichimitas recedebat, dicens se iniuste culpari. Defunctus est autem illo tempore princeps sacerdotum Iaddus, & Onias filius eius principatum sacerdotalem suscepit. Et in his constituti Hierosolymitæ degebant.

*Al. milites.

*Mortuo Iaddo succedit Onias.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DVODECIMVS.

Historiæ huius duodecimi usq; ad caput. vi. non habentur in Bibliis.

De statu Iudæorum post mortem Alexandri. Caput I.

ALexander rex Macedonum ubi regnum Persarũ subegit & dissoluit, Iudæamq; disposuit, ut prædictũ est, à uita discessit. Cumque multos principatus sui successores reliquisset, Antigonus quidem Asiam apprehendit, Seleucus autem Babylonem, gentesq; uicinas obtinuit, Lysimacho cessit Hellespontus, Macedoniã rexit Cassander, Ptolemæus filius Lagi Aegyptum possedit. Qui dum aduersum se seditiones haberent, suumque dilatare contenderent principatum, diuturnis bellis ciuitates concussæ, multis suis ciuibus inter certamina pereũtibus, ingemiscebant. Tunc & omnis Syria sub Ptolemæo filio Lagi, qui saluator nuncupabatur, contraria nominis eius est perpessa. Nanq; hic etiam Hierosolymam depugnauit, fraudibus & dolis ciuitatem die sabbatorum ingressus, sub specie sacrificij, nequaquàm Iudæis resistentibus, quomodo hostile nihil existimabãt, & ideo otiose uel insuspecte segnes erant. Qui cum sine labore ciuitatem apprehendisset, crudeliter eis dominabatur. Testis est orationi meæ Ouidius Abatareides, qui successorum Alexandri facta conscribens, superstitionem nostram pro qua libertatem amisimus exprobrauit, cum hæc diceret: Est gens quæ Iudæa dicitur, ciuitatem munitam & magnam Hierosolymam habens, quæ contẽpsit sub Ptolemæo

*Ouidius Abatareides.

lemæo conſtituta, dum arma capere deuitaſſet, propter ſuperfluam ſuperſtitionẽ ſæuiſſimũ dominum pertulit habere. Abatareides quidem hæc de gente noſtra conſcripſit. Ptolemæus uero multos captiuos à montanis Iudææ, uel à uicinis locis Hieroſolymitarũ, id eſt, à Samaria, uel à Gargazo trahens, ad Aegyptũ commigrauit. Sed cum cognouiſſet eos, quos ab Hieroſolymis abſtraxerat, firmos iuriſiurandi ueri dei cultores exiſtere, cum Alexandro legationem ad eos mittenti ſic reſpondiſſent: Dario uiuente contra eum arma nequaq; ſumere: unde poſt Darij expugnationem multos ad caſtella deputauit, & pares cum Macedonibus Alexandriæ ciues ſtatuit: fidemq; ab eis recepit, ut nepotibus ſuis ſocietatem cuſtodirent, cum & alij non pauci Iudæi ſponte ad Aegyptum peruenirent, opulentia locorum, Ptolemæiq; munificentia inuitati: quorũ nepotes ſeditiones contra Samaritas, dum ſuæ gentis patriam oblationem ſeruare feſtinarent, excitabant. Nam Hieroſolymitæ defendebant, dicentes ſuum templum ſanctum exiſtere, & immolationes illic tranſmitti oportere. *Samaritæ uero ad Garizin montem deſtinari iubebant.

Sichimitæ.

De Bibliorum translatione & ſeptuaginta interpretibus, donisq; uiciſſim reditis à Ptolemæo rege Iudæis. Caput II.

POſt decimũ uero & ſecundum annũ imperij Alexandri, & poſt quadrageſimum Ptolemæi ſaluatoris, regnum Aegyptiorũ Philadelphus obtinuit, per annos triginta nouem, qui & legem Iudæorum interpretatus eſt, & famulãtes in Aegypto Hieroſolymitas à ſeruitutis uinculo reſoluit, uſq; ad centũuigintimilia, ex huiuſmodi cauſa: Demetrius Phaleræus ſuper bibliothecam regis conſtitutus, dum ſtuderet omnia per uniuerſam terram inuenta uolumina congregare, & acquirere ſi quid audiſſet dignum induſtria uel uoluntate regis, quem erga collectionem codicum munificenter accendi cognouerat, interrogatus à Ptolemæo, quot milia codicum haberet, cum uigintimilia iam reſpondiſſet, ſed pauco poſt tempore uſq; ad quinquaginta milia poſſe peruenire: & nunciatum ſibi diceret, multa apud Iudæos legum eorum eſſe conſcripta, ſtudio uel bibliotheca regali digna: quæ figuris literarum uel ſermone eorum compoſita, laborem non parũ præberent, ſi in Græcum mutarentur eloquium, cum uiderentur Syrorum literis ſimiles eſſe eorum figuræ, æqua pronunciatione uocis: nihil ergo, inquit, prohibet tuarum pecuniarũ ſumptus eas interpretari, dum in bibliotheca tua illorũ quoque leges contineantur. Igitur rex optima Demetrij ſententia delectatus, poſtq; ſtudium ſuum multos colligendi codices demonſtraſſet, ſcripſit principi ſacerdotum gentis Iudææ, hæc fieri demãdans. Ariſtæus autem amicus regi neceſſarius, propter humilitatem morũ ab eo dilectus, cum ſæpius ante niſus eſſet Ptolemæum petere, quatenus dimitteret captiuos Iudæos, qui ſub imperio eius eſſent, tẽpus hoc petitionis proſperum arbitratus, ante loquitur primatibus cuſtodum regis corporis, Soſibio Tarentino & Andreæ, ut ſimul laborarent, de quibus peturus regẽ accederet. Quorum ſententia confirmata, cũ huiuſmodi ſermonibus regem adijt, dicẽs: Minime rex oportet uana nos ſpe negligenter decipi, ſed ueritatem intimare. Nã ſi legem Iudæorum non tantũ tranſcribere, ſed etiam interpretari pro tua gratia ſtudemus: qua ratione poſſit hoc fieri, tot Iudæis in regno tuo ſeruien-

Demetrius regie bibliothecæ prefectus.

Ariſtæus pro abſoluẽdis Iudæis regi ſupplicat.

ſeruientibus? Quos benignitatẽ tuæ munificentiæ decet à præſenti iugo ſeruitu/tis abſoluere, ac deo qui leges expoſuit, pro tui regni tutela remittere. Nam cum multa ſæpius indagaſſem, cognoui eos factorẽ omnium deum colere, quem nos ζῆνα, id eſt, Iouem nominamus, quod omnibus indulget ζῆν, id eſt, uiuere. Qua/propter ad honorem dei, quẽ eximia religione placant, liberos eos patriæ mori/busq; ſuis reſtitue. Cognoſce tamen princeps me nec affinẽ eis eſſe, nec ab eadem genitũ natione, ut pro illis hæc ſuggeram: ſed dum omnium hominũ factorem deũ ſcirem ſuauiter ſuos benefactores amplecti, ad hanc petitionẽ perueni. Poſt/q; hæc Ariſtæus locutus eſt, & rex in eũ hilari & ridenti uultu reſpexit: quanta, in/quit, milia arbitraris poſſe dimitti? Tũc Andreas reſpondit dum interfuiſſet & di/xit, paulò pluſq; centum milia poſſunt exiſtere. Non paruã, inquit, Ariſtæe do/nationem à nobis expoſcis. Soſibio uero cũ præſentibus dicente, dignum eſſe mu/nificentia ſua, ſi deo qui regnum ei donauit, has gratiarum uices offerret, propte/rea lætus iuſſit ut de eis militibus merces annonæ præſtaretur, pro ſingulo uideli/cet captiuo apud eos cõſtituto dragmæ centumuiginti darentur. De quibus etiã præcepta ſe proponere promiſit, per quæ munificentiã ſuam & Ariſtæi petitionẽ cõfirmaret. Propterea uolũtas dei affuit, per quam nõ tantũ illos, qui à patre eius uel exercitu tranſlati fuiſſent, uerũ etiã illos, qui ſub regno eius extitiſſent, abſolu/tioni donaret, uel ſi qui poſtea ſuperueniſſent, pro quorum redemptione plus q; quadringenta talenta ſunt à rege tributa. Vnde & exemplũ ſanctionis, ad mani/feſtãdam poſteris regis munificentiam, cuſtodiri decreuerũt, quod erat huiuſmo/di: Quicunq; ſub noſtri patris imperio militantes, Syriam & Phœnicem cum eo Iudæamq; uaſtauerunt, & captiuos adductos ad noſtras ciuitates & prouincias uendiderunt, hos & qui olim ſub meo regno exiſtunt, & ſi quos nunc ſuperduxe/rũt, dimittant, pro ſingulo corpore accipientes dragmas centumuiginti: & milites quidem cũ annonis ſuis, reliqui uero à regali menſa redemptionis pretiũ accipi/ant. Arbitror emẽ eos ſine uoluntate mei patris contra iuſtitiã deprædatos, prouin/ciamq; eorũ fuiſſe deuaſtatam. Vnde & multos milites profeciſſe cognouimus, dum ad Aegyptum eos traducerent. Iuſtũ ergo conſpiciẽs, miſereor eis: & iubeo conſtitutos in ſeruitute Iudæos omnes dominis eorum antedictam accipienti/bus ſummam, abſolui: nec quenquã in hac re fraudem agere, ſed his potius con/ſtitutionibus obedire. Diſpoſitiones autẽ meas præcipio, ex quo miſſæ ſunt, per tres dies proponi, quatenus ad iudices domini conueniant, corpora ſtatim oſten/dentes, hoc enim meo credo profuturum imperio. Contumaces uero liceat cui/que uolenti nunciare, quatenus eorum ſubſtantiæ regis poſſeſſionibus ſocientur. Cum hæc ſanctio lecta regi fuiſſet, & uiſa eſſent omnia iuſte decreuiſſe, tantum uero deeſſe de abſolutione priorum, & eorum qui poſtea ducti Iudæi fuiſſent, ip/ſe de eis ſua liberalitate præcepit. Præterea ſciens ſubitaneam diſtributionẽ diffi/cilem exiſtere, iuſſit rerum miniſtris & regijs ſacellarijs pecunias ſeponere. Quo facto, intra ſeptem dies omnia regis præcepta completa ſunt, & talẽta quæ ſupra diximus quadringenta data, & ſuper hæc ſexaginta pro redemptione partita co/gnoſcuntur, dum & pro infantibus domini centumuiginti dragmas exigerent, ſi/cut rex pro his demandaſſet, ſcribendo pro ſingulo corpore prædictam ſummam

Liberalitas regis in captiuos.

exhiberi. Cum hæc ſecundum regiam munificentiam laudabiliter diſpoſita fuiſſent,iuſtum uiſum eſt Demetrio de Iudaicis libris deſcribendis eius allegare decretum. Nam nihil fruſtra à regibus diſpenſatur, ſed omnia cum multa diligentia geruntur. Quapropter allegationes,uel epiſtolarũ exemplum deſignauimus, & ornamentorum tranſmiſſorum multitudinem,& quicquid in unoquoque conſtructum eſt:unde poteſt optime opificum ars proſpici,& uaſorum omnium excellentia cognoſci. Allegationis autem exemplum huiuſmodi probatur: Maximo regi Demetrius. Præcipiẽte ,te ò princeps,de his quæ hactenus ad cõſummationem bibliothecæ deſunt,quatenus colligantur,& de his quæ corruerunt,ut debitam diligentiam impetrarent,omni ſtudio uſus in his ad noticiam ueſtrã perduco ,legiſlationis Iudaicæ uolumina nobis cũ aliis deeſſe. Nam figuris Hebraicis,& uoce gentili conſcripta,inexplanabilia nobis exiſtũt. Contigit etiam minus diligenter eam quam habent trãſferri,dum regalem prouidentiam minime percepiſſent,neceſſarium tamen eſt hæc apud te cautius expoſita reponi. Nam ſapientiſſima & integra legiſlatio ,ſicut à deo data eſt uidetur exiſtere. Quapropter, inquit,cautius abdita à poẽtis ſeu conſcriptoribus hiſtoriarum, & nullatenus meminiſſe eius,nec uirorum qui ſecundum eiuſdem legiſlationis præcepta uixerũt, quod caſta nimis exiſteret, ac non oporteret eam profanis linguis exponi. Si uidetur ergo tibi rex , ſcribe principi ſacerdotum gentis Iudææ, quatenus tranſmittat ſeniores ab unaquaq; tribu legum peritos,ut cum ab eis codicum explanationem & conſonantiam cognouerimus ,& interpretationis rerum cautam expoſitionem acceperimus,dignos codices tua uoluntate reponamus. Igitur tali ſuggeſtione facta,præcepit rex,ut ſcriberet de his Eleazaro principi ſacerdotũ gentis Iudææ,ſimul etiã de abſolutione ſeruientiũ apud eos Iudæorũ:præterea mandaret ei,quod trãſmiſiſſet ad faciendos crateras & libatoria,põdo auri talenta quinquaginta,lapidum uero precioſorum inæſtimabilem multitudinem: denuncians etiam cuſtodibus arcarũ,in quibus lapides ſeruabantur,ut electionẽ illorum darent opificibus,quatenus quos uellent ad ſpeciem operis tollerent: necnon impe rauit,ut pecuniæ pro immolationibus & reliquis cauſis centum talenta ſacerdoti darentur. Narrabo igitur facturas & modum conſtructionis eorum,cum deda rauero exemplum epiſtolæ principi ſacerdotum Eleazaro à rege conſcriptæ, qui principatus honorẽ pro tali cauſa ſuſcepit. Defuncto principe ſacerdotum Onia filius eius Simon ſucceſſor extitit,qui iuſtus eſt appellatus,propter pietatem quã in deum,& fauorem quẽ erga regem habuiſſe uidebatur. Quo mortuo & filium infantulum relinquente nomine Oniam,frater eius Eleazarus , de quo ſermonẽ fecimus,principatum ſacerdotij ſuſcepit,ad quem Ptolemæus huiuſmodi literas deſtinauit. Rex Ptolemæus Eleazaro principi ſacerdotum ſalutem:Multis habitantibus ſub imperio meo Iudæis,quos Perſæ cum potentes fuiſſent , in captiuitatem traxere,quorũ aliquos pater meus ad militiam maioribus ſtipẽdijs deputans honeſtauit:aliis aũt in Aegyptum cum eo ambulantibus,caſtella & eorũ cuſtodiam demãdauit,ut ſint Aegyptijs in terrorem. Cũ uero ego principatũ ſuſcepiſſem,oẽs clementer tractaui,præſertim ciues tuos,quorũ plus centũmilia captiuos & ſeruiẽtes remiſi,poſſidentibus eos pro redẽptione pecunias perſoluẽs,æta-

Demetrij epiſtola ad regẽ pro tranſcribendis libris Iudaicis.

Epiſtola regis ad Eleazarũ pontificem.

tibus

tibus aũt uigentes numeris militaribus designaui: multosq; qui mihi uel aulæ regiæ potuissent fidem seruare, in palatio constitui, arbitratus deo iucundum pro mea prouidentia uotum hoc ei maximum deuouere. Porrò uolens & istis & omnibus per uniuersam terrã Iudæis præstare libertatem, leges uestras literis Hebraicis conscriptas, translatas literis Græcis, & de Græcis in nostras in mea bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies, eligendo uiros optimos, seniores, & ab unaquaque tribu dirigendo sex, qui per ætatem legum sint periti, ualeãtq; interpretationem earum caute nobis exponere. Nam opinor his perfectis, maximã nobis gloriã præparari. Transmisi uero qui debeãt de his uobiscũ disputare, Andræam primatem custodũ mei corporis, & Aristæũ mihi dilectissimos, per quos etiam primitias uotorum ad templũ, & pro immolationibus, & alijs rebus, transmisi talenta centum. Tu autem manda nobis quæ uolueris fieri, quod gratius amplectemur. Cum regis epistola Eleazaro fuisset porrecta, nimium liberaliter ad eum ita rescripsit: Princeps sacerdotum Eleazarus Ptolemæo regi salutẽ. Valentibus uobis cum Arsinoe regina, uel filijs, bene nobis omnia constant. Cum uero epistolam tuam suscepimus, satis de tua uoluntate sumus gauisi. Congregantes autem multitudinem legimus eam, quatenus omnibus ostenderemus quã pietatem erga deum habes. Demõstrauimus etiam pateras, quas misisti aureas uiginti, argẽteas triginta, crateras quinq;, mẽsam dedicandam, & quæ directa sunt pro immolatione uel renouatione eorum quæ templo desunt, talenta centum, deportata per Andræam & Aristæum charissimos tibi amicos, uiros optimos, & doctrina præcellẽtes, tuaq; uirtute dignos. Cognosce uero nos pro tuis utilitatibus, & præter naturã aliquid uelle pati, dũ reddamus tuis beneficijs, quæ multipliciter in nostros ciues largiris. Statim ergo per te tuaq; uxore uel filijs hostias obtulimus, & multitudo uota persoluit, ut uobis eueniãt quæ desideratis, & tuus principatus in pace custodiat. Ad interpretandã uero legem nostram, quã pro tuis cõmodis accipere postulas, elegi uiros seniores sex ab unaquaque tribu, quos direximus legem ferentes. Erit autem uestræ pietatis uel iustitiæ, ut post legis translationem ad nos eam caute cum portatoribus remittas. Vale. Hæc quidem princeps sacerdotum rescripsit. Mihi uero non est necessarium uisum, septuaginta seniorũ ab Eleazaro missorũ nomina declarare, licet intimata sub epistola fuissent. Vasorum tamen magnificentiam ad constructionem, quæ deo rex direxit, nõ incongruum exponere putaui, quatenus omnibus munificentia regis erga deũ dilucidetur. Siquidem ipse largos sumptus in hæc præstitit, & semper opificibus opera transmittebat, nihil construi desidiose concedens: quorum de singulis qualis fuerit magnificentia narrabo, quamuis historia narrationem eorum minime deposcat: regis enim diligentiam uel munificentiam ita legentibus arbitror apertiri. Prius autem de mensa disseremus. Igitur habebat rex in proposito suo ualde magnam mensam conficere. Præcepit autem dedicatæ in Hierosolymis mensæ quantitatem cognosci, si possit maior fieri. Cumque percepisset qualis esset illa cõstituta, & quia nihil prohiberet maiorem construi, dixit *quintuplam magnitudinem se uelle facere, sed timere ne ad ministeriũ pro magnitudinis quantitate inutilis fieret. Nam non eam tantum ad spectaculum deuouere, sed etiam ministe-

Epistola Eleazari põtificis ad Ptolemæũ regem.

Aliàs dupl.

rijs

rijs abilem uoluit dedicare. Quapropter arbitratus mediocrem priorem menſam auri inopia confectam, magnitudine quidem ſuperare priorem noluit: uarietate uero uel pulchritudine materiali darioré conficere iudicauit. Sagax ergo ad diſcernédam rerum uariam naturã erat, & inuenire nouas admirãdasq; naturas, quæ ſine deſcriptione fuiſſent. Horũ ipſe prudenter inueniebat effectum: & oſtẽdés artificibus, ita perfici enunciabat: quæ uero deſcripta fuiſſent, ut eorũ cautam ſimilitudinem uidentes opifices imitarentur, hortabatur. Promiſſa ergo complentes, menſam deſcribere feſtinamus. Huius duorum ſemis cubitorum longitudinem, latitudinem uero unius, altitudinem unius & ſemis conſtruxerunt, totam de auro formantes eam. Coronam quidem in palmam conferunt, frontiſpicia uero uerſatilia ſculpturã habentia ornata ſpecie reſtis ex tribus partibus mire ſimulantem. Triangulis enim exiſtentibus frontiſpicijs, unuſquiſque angulus eandém formæ diſpoſitionem habebat. Quæ dum uerterentur, unam & non diuerſam ſpeciem demóſtrabant. Porrò coronæ pars quæ ſub menſa erat induſa, pulchre conſtructa fulgebat: pars autem quæ deforis apparebat, artificij decore plus culta ſplendebat, quia uiſui uel ſpectaculo patebat. Vnde proceritatem partium ambarum acutam fieri contigerat, ne ullus angulus trium, ut prædiximus, exiſtentium in tranſductione minor uideretur. Diſpoſiti uero erant in modum ſunium torno factorũ pretioſiſſimi lapides, aureis ſphærulis per foramina induſi. Partes autem quæ per latera coronæ cernebãtur, in ſpeciem ouorũ optimo lapide factorũ figuratæ nitebant, ſculpturæ uirgulas imitatæ: quæ ſpiſſæ circa menſam uoluebantur. Ob horũ autem diſpoſitionem circunduxerunt opifices tornatam omniũ fructuum naturam, uuas pendẽtes, ariſtas ſurgẽtes, malogranata cõcluſa. Lapides autẽ ſecundum genus prædictorum fructuum, ad propriũ uniuſcuiuſque colorem formatos, circa totam menſam ex auro ligabant. Sub corona quoq; ouorũ ſimilis ordo, ſeu uirgarum conſtiterat, ut ex ambabus partibus eandem operis uarietatem, cauſamq; ſpecies menſæ conſtructa proferret: ne frontiſpiciorũ uel coronæ poſitio in altera parte mẽſæ conuerſa, uideretur eſſe diuerſa: ſed eas uſq; ad pedes facies operis extenderet. Nam ductile aurũ quatuor digitis latũ, ſecundum totam menſæ latitudinẽ, ſuper quod pedes eius imponerent, fecerũt: deinde ſphærulis & clauſuris eos cum corona menſæ cõſtruxerunt, ut eũdem artificij, uel magnificentiæ uiſum præberent, in quamcunq; partẽ menſa cõuerteretur. Super menſam autem Meandrum fluuium ſculpſerunt, lapides precioſiſſimos in medio eius tanquàm ſtellas uario colore ponentes. Nam carbunculum uel ſmaragdum iucundo aſpectu fulgentes miſerunt, aliorumq; genera lapidũ, qui uel induſtria uel æmulatione digni, per excellentiam naturæ cunctis exiſtũt. Poſt Meandrum autem completum, in ſpeciem funis quiddam circũferebatur, in medio figuram ſublongam & rotundam habens: ſuper quod criſtallinus lapis erat uel electrius impoſiti, pari penè formarum aſpectu, qui delectationẽ miram intuentibus præſtabant. Capita uero pedum eius ſimilia lilijs fabricauerant, curuationem brachiorum habentia ſub menſa reflexam: intus uero rectum inſtar lilij germen uidebatur: quod lapis carbunculus in palmum factus figuram crepidinis oſtendens, & latitudinem octo digitorum habens, ſuſtentabat.

Deſcriptio menſæ mirabilis à Ptolemæo rege deo oblatæ.

Nam

Nam ſuper eum pedum omne pondus innitebatur. Sculpſerunt etiam tenuiſſimo uel laborioſiſſimo torno unumquęq; pedum: in quibus hederæ uel uitis palmites cum uuis exiſtentibus eminebant, ut nihil à ueris diſcrepare putaretur: Siquidem ad auræ flatum per tenuitatẽ & extenſionem ſummitatis ſuæ commotæ, imaginationem naturalium arte præbebant. Verũ etiam figuram totius menſæ tribus tabulis conſtruxere: cõpagine partium inuicem ita colligata, ut inuiſibilis exiſteret: nec intelligeretur eorum inſertio. Craſſitudo uero menſæ non minus dimidio cubito fuiſſe cognoſcitur. Talis ergo uotiua menſa, multa regis munificentia, uel pretioſitate materiæ, ac uarietate pulchritudinis, & induſtria artificum ſtudioſę perfecta eſt: & licet magnitudine prioris deo deuotæ menſæ nõ diſtaret, artificio tamen & nouitate, uel claritate facturæ, ualde melius & ſplendidius elimata fulgebat. Crateras aureos etiam duos ſculpturam uiperearn ab inferiore parte uſq; ad cingulũ habẽtes, lapidibus uarijs in ſquama conduſis. De hinc ſuper eos fecerunt Meandrum altum cubito, compoſitione lapidum diuerſorũ, ſpecie magna fulgentẽ: in quo uirgarũ ordo inſtabat, de quibus cõplexionibus ſimilis uſq; ad labrum protrahebatur. Per medium quoq; quatuor digitorum ſculptura pulchris lapidibus inſerta, decorem craterarum oſtẽdebant, quorum labra liliorũ foliijs, & uuarum floribus in orbem productis corona complectebatur. Et aureos quidem crateras duos, capientes utroſq; amphoram, huiuſmodi conſtruxerunt. Argentei uero clariorem ſpeculis ſplendorem emittebant, ut certius in his facies aſpiciẽtium uideretur. Inſuper fecit rex pateras triginta ex auro, necnon omni lapide precioſo, circundatæ foliijs hederæ, uel bracteolis: quaſi uitis cælatura artificioſe obumbrabantur. Hæc autem ideo ita fiebant, quod per ſcientiam artificis arte mira reliquos anteirent, & multo melius ſtudio uel munificẽtia regis formabantur. Non enim tantum inceſſanter & large opificibus impendia præſtabat, quantum & publicorum negociorũ relictis regiminibus, ipſe operãtibus ſemper inſtabat, & frequenter artifices uiſitabat. Quapropter opera opificum, diligentia regis & induſtria feruente propenſius imminebant. Cumq́ue ad Hieroſolymam tranſmiſſa uoto Ptolemæi fuiſſent, & princeps ſacerdotum Eleazarus ea dedicaſſet, portatores eorum honorãs, donaq́ue regi deportanda præſtans ad eum remiſit. Ergo poſtquàm Alexandriam peruentum eſt, & Ptolemæus præſentiam eorũ cum ſeptuaginta ſenioribus audiuit, ſtatim Andræam & Ariſtæã legatos euocari præcepit. Qui uenientes, epiſtolas quas à principe ſacerdotum deportauerãt, obtulerunt: & ea quæ uerbis eos diſſerere iuſſerat, edixerunt. Studens autẽ colloqui ſenioribus ab Hieroſolymis pro interpretatione legũ directis, diuerſos quidem, qui pro ſuis cauſis aderant, denunciauit dimitti, mirabilẽ hanc & præter conſuetudinẽ faciens dimiſſionem: ut qui propter huiuſmodi cauſas adducebantur, poſt quintum diem eum adirent. Legati uero poſt mẽſam à rege tunc dimiſſi, illos ab Eleazaro deſtinatos expectabat. Dumq́; ſeniores cum donis, quæ regi deportanda princeps ſacerdotum eis dederat, adueniſſent, cum uoluminibus tranſierunt, in quibus literis aureis conſcriptæ leges continebantur. Tunc rex eos de codicibus percunctatur. Cum uero reuelarent, & oſtenderent tenuitatem membranæ, uel incomprehenſibilem eorum compaginem, rex miratus eſt, quod ita

Crateres.

fuiſſent

fuiſſent compacta. Dumq; hoc diu feciſſet, gratias, inquit, ago uobis quidē quod ueniſtis, maiores uero illi qui uos deſtinauit, ſed ante omnes deo, cuius hæ leges uenerandæ probantur. Cumq; clamaſſent ſeniores, uel hi qui præſentes aderant, orātes proſpera regi diuinitus euenire, nimiū delectatus, prorupit in lachrymas. Nam ſæpius natura hoc ſummo gaudio patitur, quod etiam dolentibus ſolet accidere. Tunc iuſſit codices primatibus officij deſignari, uiros autem oſculatus, æquum dixit eſſe, primū ad eos facere ſermonem pro quibus eſſent uocati: imò & diem quo ad eū deducti fuiſſent, darum ſingulis annis per totum uitæ ſuæ tēpus celebrare ſe promiſit. Nam euenit eundem eſſe primum præſentiæ illorum, & uictoriæ diem, quo Antigonum nauali prælio uicerat. Epulari etiam ſecū eos præcepit, hoſpitiaq; in arce denūciauit eis omnia deputari. Nicanor autem ſuper ſuſceptionem peregrinorum conſtitutus, Dorotheum uocans qui de his curam habebat, iuſſit ſingulis neceſſaria præbere. Nam ita diſpoſitum à rege fuerat, ut alimenta quibus ſingulæ ciuitates utuntur, exhiberentur indulgenda, conſuetudini peregrinorum ad eos uenientium, & eis omnia pararentur, quatenus cibis ſolitis magis delectarentur, ne forſan corrupti extraneis grauarentur, quod & circa iſtos effectum eſt. Dorotheo uero quem pro ſynceritate uitæ ſuper hæc rex cōſtituerat, per quem & præparauerat omnia, quæ ad huiuſmodi conuiuia conuenirent: hæc implēte, in duas partes eos diſcumbere præcepit, partem quidem mediam eorum ad dexteram ſuam, reliquos autem poſt eius accubitum, nihil prætermittens quod ad eorū honorificentiam pertineret. Poſtq; autem ita diſcubuerunt, iuſſit Dorotheo ſolita miniſtrare, quibus omnes Iudæi ad eum ueniētes utebātur. Tunc itaq; ſacrorū præcones & immolatores & alios qui uota faciunt recuſauit: & unum ex ſenioribus nomine Heliſæum ſacerdotē exiſtentem, rex petiuit facere orationem. Qui in medio ſtans regi bona & ſubiectis eius optauit, & poſt plauſus cum gaudio & clamore omnium ſurrexerunt, & reſidentes ad epulationem & delicias paratas ſe contulerunt. Præterea autem rex quātum ſatis ei uiſum eſt, cœpit philoſophari, & unumquemq; eorum naturales percontari ſermones, & ad contemplationem quæſtionis accendere: caute illis ad omnia reſpondētibus quæ eis obiecta eſſent, & explanantibus, gauiſus, per duodecim dies hoc conuiuium inſtruxit. Et qui uult ſingula cognoſcere, quæ in conuiuio illo præparata ſunt, legat uolumina Ariſtæi, quæ propter hoc conſcripſerat, & intelliget. Mirāte uero eos non tātum rege, ſed etiam Menedemo philoſopho, dicente omnia per prouidentiā diſpenſari, ideoq; uirtutem & pulchritudinem uideri, deſtitit rex quidē de his facere ſermonem. Dicebat autē maxima ſibi bona per præſentiā eorum fieri, nam profuiſſe ei quod didiciſſet ab illis, quemadmodum deberet regnare, iuſſitque dari ſingulis talēta *tria, & deputari illis qui eos perducere ad diuerſoria deberent. Poſtquàm uero tres exceſſerunt dies, congregans eos Demetrius, trāſijt ad ſtudium maris, & tranſiens pontem, abijt ad partes Aquiloni coniunctas, conciliumq; fecit in domum prope littus ſtantem, & aptam ſecretis negociorum.

Aliàs quatuor.

Vbi eos perducens, petebat omnia quæ opus habebant ad legis interpretationē ipſis præſentibus, ut inceſſanter opus implerent. Cumque illi munificenter & laborioſe cautam interpretationem facerent, uſque ad horam nonam in

hoc

hoc ſedentes,ad curam corporis uertebantur,ita inuitãte eos Dorotheo,uel opulenter conuerſationis ſalubria præbente,multaq; etiam ex his quæ regi parabantur.Mane aũt ad aulam uenientes,Ptolemæum ſalutabant, & rurſus ad eũdem locum redibant:& manus in mari lauãtes,& ſeipſos purificantes,ita legis interpretationi uacabant. Itaq; trãſſcripta lege,& opere interpretationis ad effectum per ſeptuaginta dies tranſacto, congregans Demetrius Iudæos omnes ad locum in quo tranſlatæ leges fuerant,præſentibus etiam interpretibus,legit eas. Quumq; multitudo amplexa legem,uel ſeniores eius interpretes,Demetriũ, eo quod magnarum rerum inuentor eſſe uideretur,laudaſſent, rogauit etiam, ut præſidibus ſuis daretur legenda:& petierunt omnes ſacerdotes interpretes legis ſeniores, & præpoſiti gentis,ut bene interpretata,permaneret immobilis. Quumque omnes ſententiam laudaſſent,iuſſerunt,ut ſi quid aut ſuperfluũ, aut minus aliquid ſcriptum uiderent in lege,hoc reſpicerent,& manifeſtum facientes,emendarent,hoc caſtigantes,ut quod ſemel iudicatum fuerat bene ſe habere,ſempiterna memoria permaneret. Gauiſus ergo rex,& uidens uoluntatem ſuam ad utilẽ rem eſſe perfectam,& delectatus,relictis legibus omnibus uniuerſarũ nationum, & ſenſum, & ſapientiam,& legiſlatores obſtupeſcẽs, ad Demetrium ſermones facere cœpit, quod ita mira exiſtente legiſlatione,nemo neq; hiſtoriographus,neq; poëta meminiſſet eius.Cui Demetrius reſpondit:neminem fuiſſe auſum,harũ legum tangere conſcriptionem:quod diuina & uenerabilis eſſet, & quia læſi ſunt quidam à deo hoc præſumentes.Sĩgnificauit quidem,qualiter Theopõpus uolens in hiſtoria aliquid de his conſcribere,ſit mente turbatus plus triginta diebus: & reuerſus ad ſe,cũ humilitate à deo ueniam ſupplicaret,quũ ſibi dementiã factam ſuſpicatus eſſet,nec nõ & in ſomnis uidiſſet,quod ei hoc ideo acciderit,quia diuina ſcrutatus eſſet,& proferre ea ad homines impuros uellet: quũq; conſcribere quieuiſſet,recepit ſenſum. *Quid Theopompus paſſus ſit.*

Referebat aũt & de Theotecto tragœdiarum poëta dici, quia quũ niſus fuiſſet in aliquo dramateorũ meminiſſe,quæ in diuino uolumine continentur, oculis obſcuratis,cauſam ſuæ cæcitatis recognouit, & ita liberatus eſt à paſſione,deo ueniã indulgẽte. *De Theotecto oculis multato.*

Hæc ergo rex pure ſuſcipiẽs,petiuit interpretes freq̃ter ad ſe de Iudæa proficiſci: hoc enim eis ad honorem & ad donationem ab eo profuturum dixit,nunc uero iuſtum eſſe eos dimitti dicebat: ſponte autem ad eum uenientes,omnia quæ æquum eſſet ſapientiam eorum impetrare,polliceba-tur,& pro ſua maieſtate dignum largiri promiſit.Et tunc quidem remiſit eos,donans unicuiq; rex optimas ſtolas,& auri talenta duo,& calicem unius talenti, totumque conuiuatorium.Principi autem ſacerdotum Eleazaro deſtinauit per eos lectos cum argenteis pedibus decem, & cõuenientem eis omnem ſupellectilem, & calicem talentorum triginta: inſuper ſtolas decem, & purpuram coronamq; decoram, & lincas de byſſo centum: præterea & pateras,& trullam,& libatoria, & crateras aureos duos deo uouendos. Petiuit autem eum & per epiſtolas, ut ſi quis ex his uiris uoluiſſet reuerti ad ſe, eum permitteret: dum nimium delectaretur cum eruditis ſemper habere ſermonem,& diuitias ſuas talibus libenter impartiri.Huiuſmodi quidem cauſa ad honorem & gloriam Iudæorum Ptolemæo nomine Philadelpho,fieri contigit.

Quomodo uarijs honoribus Iudæi affecti ſunt à regibus. Caput III.

IMpetrauerunt autem & à regibus Aſiæ honorem, quoniam cum eis caſtrame tati ſunt. Nam Seleucus nomine Nicanor, in ciuitatibus quas per Aſiam ædificauerat, & in inferiore Syria, & in ipſa metropoli Antiochia, republica ſua dignos eos effecit, & æquũ eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputauit. Et hactenus in eadem conuerſatione aliquando eos manſiſſe, ſignum eſt, quod Iudæi nolentes alienigenarum uti oleo, accipiũt diffinitam quandam à principibus olympiaci certaminis pro pretio olei pecuniam: populóque Antiocheno in præſenti bello uolenti ſoluere conſuetudinem, Mutianus præfectus tunc Syriæ, cõſtituta ſeruauit. Et poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & Tito orbis terrarum, ſupplicauerunt Alexandrini & Antiocheni, ut eis ius reipublicæ de reliquo cum Iudæis non deberet eſſe commune: nec impetrauerunt. Vnde poteſt cõſiderari Romanorum modeſtia, & potius magnificentia Veſpaſiani & Titi: qui quum multa pericula bellando contra Iudæos ſuſtinuiſſent, acerbe ferentes, quod ſe tradere noluiſſent, ſed uſq; ad finem pugnãtes permanſiſſent, nihil penitus eis de hoc quod dudum præſtitum fuerat, abſtulerunt, ſed ſimul & priorem iram, & petitionem magni populi Alexandrini & Antiocheni uiuaciter expulerunt: dum nihil neq; pro amicitijs ad gratiam iſtorum, neq; pro inimicitijs deuictorum concederent, quatenus perſolueretur aliquid priſtinæ Iudæorum utilitatis, dicentes eos in pugna dediſſe pœnas, qui arma ceperunt: inſontes autem non eſſe iuſtum ſua poſſeſſione priuari. Similiter uero & Marcum Agrippam erga Iudæos ſenſiſſe cognouimus. Nam motis contra eum congreſſionibus, & petentibus M. Agrippam, ut conuerſationem quam eis Antiochus Seleuci nepos (qui apud Græcos deus nũcupatur) dederat, ſoli poſſiderent: & dicentibus, ut ſi cognati eſſent eorum Iudæi, colerent proprios eorum deos: habito iudicio, Iudæi uicerunt, ut ſuis uterentur moribus, defendente eos Nicolao Damaſceno. Nã Agrippa interloquutus eſt, nihil innouare eis licere. Si quis autem uult hæc certius noſſe, legat Nicolai centeſimam & uiceſimam tertiam & quartã hiſtoriam. Et Agrippæ quidem iudicium non eſt forſitan admirandum. Non enim pugnabat tunc gens noſtra aduerſus Romanos. Veſpaſiani autem & Titi magnificẽtiam quiſlibet audiens obſtupeſcit, qui poſt tot bella & tanta certamina, quæ contra nos habuerunt, tam pie diſpoſiti ſunt. Repetam autẽ orationem, unde uideor ad hæc digreſſus. Iudæos igitur ſub imperio magni Antiochi regentis Aſiam cõſtitutos, contigit multa toleraſſe, dum terra eorum diuerſis calamitatibus ſubiaceret, cum illis qui humilem Syriam habitare uidebantur. Nam quum Antiochus pugnaret contra Eupatorem Ptolemæum, & eius filium, cognomine Epiphanem, laborare eos contigit, illo uincente, & uictos eadem pati, ut pares exiſterent naui turbatæ & tempeſtatibus fluctuanti, dum inter felicitatem & calamitatem Antiochi fuiſſent pariter conſtituti. Quumque uiciſſet Ptolemæum Antiochus, Iudæam recepit. Defuncto nanque Ptolemæo filio Philopatore, filius eius magnam uirtutem militum miſit, & ducem Scopam nomine, contra humilem Syriam, multásque eorum ciuitates cepit. Ex quo noſtra gens expugnata, adiecta eſt ei. Et non poſt multum tempus Antiochus Scopam uicit, confligens cõtra eum iuxta

Munificẽtia Veſpaſiani et Titi erga Iudæos deuictos.

M. Agrippa.

fontem

fontem Iordanis,& multos de exercitu eius proſtrauit. Poſtea uero Antiocho capiente Syriæ ciuitates,quas Scopa tenuerat,& Samariã,ſponte gens Iudæorum ad eum tranſiens,in ciuitatem omnẽ eius exercitum ſuſcepit, & elephantis abundanter alimenta præbuerunt:& obſidente eos qui ab Scopa in arce Hieroſolymorum relicti ſunt cuſtodes,prono animo auxilium præſtiterunt. Igitur Antiochus iuſtum arbitratus,Iudæorum erga ſe ſtudium liberaliter remunerãdum,ſcripſit magiſtratibus & amicis, teſtimoniũ perhibens qd' ab eis benigne tractatus eſt:ſed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit,manifeſte illis innotuit. Referam uero epiſtolas quas magiſtratibus de ipſis deſcripſerat,proponens teſtimoniũ,quod nobis præbet Polybius Megalopolitanus in undecima hiſtoria ſua,ita dicens:Ptolemæi dux Scopa ad ſuperiora uadens loca,ſuperauit hyemis tempore gentẽ Iudæorũ. Dicit nãq; in eodem uolumine, qualiter Scopam Antiochus deuincens,Bithyniã,& Samariã,& Abela,& Gadera cepit. Paulo poſt uero tradiderunt ſe ei Iudæi,qui circa templum habitabant. Factæ autem apparitiõis in tẽplo ad aliud tẽpus narrationẽ differamus. Polybius quidem hæc in hiſtoria cõſcripſit. Nos aũt reducamus orationem ad narrationẽ priorem,intimantes epiſtolas regis Antiochi. Rex Antiochus Ptolemæo ſalutẽ. Iudæi mox ut prouinciã eorum ſumus ingreſſi,liberalitatem circa nos ſuã oſtenderunt,& uenientes nos ad ciuitatẽ dare ſuſceperunt,cum ſeniori bus & principibus occurrentes:& abunde miniſtrauerunt militibus & elephan tis uictualia,& nobiſcum ad arcẽ pugnauerunt cõtra cuſtodes Aegyptiorũ. Et nos ergo dignũ iudicamus eos remunerare,& reficere ciuitatẽ deſtructã, & rurſus in eã habitatores cõgregare diſperſos. Et primũ cõſtituimus propter pietatem eis præſtare ad immolationes uictimarum,& uini & olei & libaminis pretium,argenteorum uiginti milia:& ad ſimilã ſecundum prouinciale legẽ, tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinq;,& ſalis modios trecentos ſeptuagintaquinq;. Præberi aũt hæc,inquit,eis uolo ſecundum mea mandata,& opus templi cõſtrui,& porticus,& quicquid aliud oportet refici. Materies autẽ lignorũ deponat' ex ipſa Iudæa,& ab aliis gentibus,& à Libano,nullo pro his exigente uectigal. Similiter & in aliis,in quibus oportet,dariſſimã templi fieri uolumus ædificationẽ. Cõuerſetur etiã omne genus eorum ſecũdum proprias leges:relaxentur ſacerdotes & ſcribæ templi,& cantores ſacri,à tributis, quæ ꝓ ſuo capite dabant,& à regio uectigali,uel ab aliis cunctis oneribus:ut pro opere eorum,ciuitates habitationibus hominũ aptæ reddantur. His quoq; qui uel nunc habitant,uel habitaturi cõuenient,donamus tributa uſq; ad menſem Hyperueretæũ:& per tres annos liberamus eos à tertia parte fiſcaliũ,quatenus eorũ læſio releuetur. Et quicũq; ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruitutis abſtracti ſunt, ex ipſis genitos libertati donamus,& ſubſtantias eis reddi præcipimus. Epiſtola quidem hæc continebat. Ornato aũt templo edictum per omne ſuũ miſit imperium,in quo cõtinebatur,neminẽ alienigenarum intra muros tẽpli ingrediẽdi habere licentiam:nec Iudæos,niſi quibus mos eſt purificatos ſecundum patriã legẽ:neq; inferre in ciuitatẽ equinas carnes,neq; mularum,neq; ferarũ manſuetarum,uulpium aut leporum,aut pardorum:& generaliter omnium animalium,

Polybius Megapolitanus.

Epiſtola Antiochi ad Ptolemæũ.

Capitation

lium, quæ Iudæis interdicta sunt: ut nec pelles eorũ liceret afferri, neq; aliquid eorũ intra ciuitatẽ liceret pasci: sed solitis parentum uictimis, ex quibus & deo oportet sacrificari, uti permissum est. Qui aũt aliquid horũ transgressus fuisset, iussit ut mulctatus sacerdotibus persolueret pecuniæ dragmas tria milia. Scripsit etiã, testimonia nostræ pietatis & fidei præbens, cũ rebelles Phryges & Lydos adisset, eo tẽpore, quo ad superiores Persarũ ierat prouincias: iubens Zeusidi suo charissimo, ut mitteret quosdã à Babylone nostrorũ ad Phrygiã, ita per epistolã suã mandãs. Rex Antiochus Zeusidi fratri salutẽ. Si sani estis, bene est, sanus aũt & ego sum. Audiens autẽ Phryges & Lydos rebellare, magna cogitatione permotus, consiliũ animo percepi quid oporteret fieri. Placuit autẽ ad castella uel necessaria loca Mesopotamiæ & Babyloniæ, Iudæorum domos duo milia cũ apparatu suo deducere, credo enim fideles nobis eos custodes futuros propter pietatẽ, quã circa deũ habent. Nam testificant parentes nostri, fidem eos & pronũ animũ habere in his quæ petiti fuerint. Volo igitur, licet difficile esse credam migrari, ut permittas eos legibus proprijs uti, & cũ eos ad propria loca migraueris, ad ædificãdas sibi domos locũ unicuiq; distribui, terrãq; colendã dari, & uitium plantationes, & tributa fructuũ terræ cõcedere per annos decẽ. Accipiant uero, usq; quo fructus colligant, triticũ ad cibũ seruorũ, qd eis sufficiat: ut nostram impetrantes clementiã, proniores seipsos erga nos præbeant. Præterea prouidentiã faciens eorum gentis secundũ possibilitatẽ, quatenus à nullo molestiã patiantur. De amicitia quidem magni Antiochi & Iudæorum, hæc à nobis pro testimonio dicta sint. Postea uero ut amicitiã & fœdus Ptolemæus cum Antiocho cõposuit, dedit ei filiam suã Cleopatrã nuptum: cõcedens ei humilem Syriam, & Samariã, & Iudæã, & Phœnicen dotis nomine. Diuisis autem in utrũq; regem tributis, unusquisq; sublimissimus patriæ suæ colligẽs uectigalia, summã statutam regibus offerebat. Eodem uero tempore Samaritani feliciter agentes, multa cõtra Iudæos mala fecerunt, terrámq; eorũ depopulantes, multos exinde captiuos trahebant, quæ facta sunt sub principe sacerdotũ Onia. Nã defuncto Eleazaro, principatum sacerdotij patruus eius Manasses suscepit, cuius post uitæ finem Onias fine honore successit, filius existẽs Simonis cognomine iusti, qui Simõ frater Eleazari, sicut prædiximus, erat.

Epistola Antiochi, i qua laudat Iudæos.

Nuptiæ Antiochi & Cleopatræ.

De quodam Iosepho, Oniæ sacerdotis ex sorore nepote, quomodo Ptolemæum auũculo suo quod tributa noluerit soluere, conciliauerit. De Hyrcano filio Ioseph, egregiæ indolis, & ob id inuidiam fratrum passo. Cap. IIII.

IS autem Onias paruulus mente, & pecunijs auarus existens, pro populo regibus uectigal, quod patres eius ex proprijs dabant, id est uiginti talenta pecuniarũ, nõ reddens, ad iram regẽ Ptolemæũ cõmouit, qui & legatũ mittens ad Hierosolymã, culpauit Oniam non reddentẽ tributa: & interminatus est, ut si non acciperet tributa, terram eorum ad iugera metiretur, & mitteret ad habitãdum illic milites. Audientes uero regis mandata milites q; aduenturos, Iudæi turbabantur. Hũc autem Oniam nihil horum flectebat, propter auaritiã suã. Iosephus autem quidam, iuuenis ætate, sed propter castitatem & prudentiam suam iustitiæ gloriam habens apud Hierosolymitas, à patre Tobia, & ex sorore Oniæ

re Oniæ principis ſacerdotum progenitus, mãdante matre legati præſentiã, dũ ille eſſet ad Ficulam uicum, ubi natus erat, ueniens in ciuitatẽ, increpabat ſacerdotem, non prouidentem innocentiæ ciuium, ſed uolentem ad pericula mittere gentem propter pecuniarum priuationem, dum per ipſum populum dignitatem accepiſſet, & principatum ſacerdotalis honoris impetraſſet. Si autẽ propter cupiditatem pecuniarum periculũ fieri patriæ, & ciues ſuos afflictos uidere pateretur, ſuadebat ei ad regem ire, & petere, ut aut omnis aut pars ei pecuniæ concederetur. Tunc Onias nec uelle principatum ſe gentis habere reſpondit: imò & ſacerdotalem honorem, ſi eſſet poſſibile, paratum ſe eſſe deponere, ne tantum ad regem accederet. Et dum nihil ad ſe de his pertinere dixiſſet, Ioſephus interrogauit eum, ſi ſibi concederet legationem ad Ptolemæũ gerere pro gente. Cũmq; conceſſiſſet Onias, aſcendit ad templum Ioſephus, & conuocata multitudine ad concionem, nihil turbari eos uel timere ſuadebat propter auunculi ſui Oniæ circa eos negligentiam, ſed rogabat, ut deponerent cordis mœſtitiam, qua pro regis mandatis affligebantur. Nam legatione ſe functurũ ad regem promiſit, ut flecteret eum, quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem hæc audiens, Ioſepho gratias egit: ipſe à templo deſcendens, in hoſpitium ſuſcepit regis Ptolemæi legatum, donauitq; ei munificentiſſima munera, & per multos dies munificentiſſime eum pauit, & ad regem remiſit, promittẽs ei, ut & ipſe ſequeretur. Nam pronior factus erat proficiſci ad regẽ legato inuitãte eum, & concitante ad Aegyptum peruenire, & promittẽte omnia quæ à Ptolemæo petierit, per ſe eum impetraturũ, quia modeſtiã morum eius nimis amabat. Cũmq; legatus ad Aegyptũ peruenisſet, & regi nunciaſſet indeuotionem Oniæ, & utilitatem Ioſephi, quem uenturũ ad eũ dicebat, & ſatisfacturum pro exceſſione Oniæ, qui etiam patronum regẽ eſſe confideret, qui tanta laudũ magnitudine pro aduleſcente utebatur, ut & regem & uxorẽ eius Cleopatrã prius familiarẽ habere faceret Ioſephũ, quàm eum uiderent præſentem. Ioſephus autem mandans amicis ad Samariã, & mutuã ab eis accipiens pecuniã, & parans cõuenientia profectioni, ueſtes & pocula & ſubiugalia, quæ omnia ad uiginti milia dragmas erant, Alexandriam uſq; peruenit. Contigit autẽ per illud tempus omnes primates & magiſtratus aſcendere ciuitates Syriæ & Phœniciæ, ut uectigalium ſuſciperent exactionẽ. Nam ſingulis annis potentibus per ciuitates eam rex cõmittere cõſueuerat. Videntes autem hi per uiã Ioſephum, deridebant eius paupertatẽ & inopiam. Cũmq; ad Alexandriã peruenisſet, in Memphi Ptolemæũ eſſe cognouit, cui & occurrere feſtinauit. Sedente aũt ſuper curru rege cum uxore & amico Anthenione, qui cum legatiõe ad Hieroſolymã fuerat deſtinatus, & à Ioſepho hoſpitio clementer exceptus: uidens Anthenio mox regi innotuit, dicens hunc eſſe quem ab Hieroſolymis uenturum eſſe nũciauit: quàm bonus, inquit, rex iuuenis & liberalis? Ptolemæus uero rex primus eum ſalutauit, & aſcẽdere ſuper currũ ſuũ fecit. Poſtquàm uero ſedit, cœpit rex Oniam incuſare. Tunc Ioſephus ait: Veniam ei quæſo præſta propter ſenectutem. Non enim uos latet, ait, quod ſenes & infantes eandẽ mentẽ contingat habere. A nobis autem reddetur tibi ratio, ut ei penitus iraſci non debeas. Gauſ-

De quodam Ioſepho iuuene, qui erat nepos Oniæ.

Legatio Ioſephi ad Ptolemæũ.

ſus autem rex de prudentia atq; benignitate iuuenis, plus eum quippe iam expertum diligere cœpit, iuſſitq; in aulam regiam ſuſcipi, & quotidie ſuæ menſæ eſſe conuiuam. Cúmq; ueniſſet ad Alexandriam rex, uidẽtes Syriæ priores cõſedentẽ cum rege Ioſephum, ægre ferebant. Inſtante uero die quo ſuſcipi habebant uectigaliũ ſoléniter exactiones, diuerſarum ciuitatũ nobiles data pecunia ſuæ patriæ exigenda fiſcalia cõducebãt, quæ uſq; ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phœnicis & Iudææ & Samariæ uectigalia colligebantur. Audiens ergo Ioſephus, culpabat eos qui conducebant, tanquã paruo munere exigẽda regi uectigalia promiſiſſent. Ipſe aũt duplum dare pollicitus eſt, & fiſci iuribus peccantiũ ſubſtãtias applicare. Nam & hoc cum uectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit, quod ad eius ærarium expectaret augmentũ, & petente Ioſepho confirmari ſibi uectigaliũ conductionẽ, interrogauit rex ſi ſecũdum promiſſionẽ ſuam uades idoneos habere potuiſſet. Ille uero facile reſpõdit: Dabo, inquit, homines bonos & optimos, de quibus confidas. Cúmq; diceret rex, qui ſunt iſti uades, quos te dare promittis? Te, Ioſephus inquit, ò rex & tuã uxorẽ, propter utrãq; partẽ ſponſores præbeo tibi. Cuius uerba libẽter ſuſcipiens Ptolemæus, ſine fideiuſſoribus uectigaliũ exactionẽ eum habere permiſit. Quod factum nimis contriſtauit eos, qui de ciuitatibus Syriæ ad Aegyptum uenerant, quod ſimili non fuerãt benignitate tractati: unde cum magna confuſione ad ſuas unuſquiſq; prouincias receſſere. Ioſephus uero accipiẽs à rege duo milia pẽditum: petiuerat enim à rege auxilium aliquod, ut ſi uires haberet, contumaces ac rebelles exigeret: tunc mutuans propter expẽſas ſuas ab amicis regis quingẽta talenta, de Alexandria in Syriã eſt profectus: qui poſtquam uenit in Aſcalonam, uectigalia exigẽs erat. Aſcalonitæ aũt nihil dare uoluerũt, ſed etiam contumelijs grauibus eum afficiebant, capiens priores ipſorũ uiginti trucidauit, & ſubſtãtias eorum uſq; ad mille collectas talenta, regis utilitatibus applicuit, intimans ei quæ cõtigerunt. Miratus autem Ptolemæus prudentiam eius, & laudans quæ facta fuerant, permiſit ei agere quæ uellet. Hæc audientes Syrij, obſtupuerunt Aſcalonitarum cõtumaciam & exempla, metuentes ciuitatibus ſuis, & ideo foribus ciuitatũ reſeratis deuotis animis aduentũ Ioſephi ſuſtinebant. Nitentibus uero Scythopolitanis cõtumelijs eũ afficere, & uectigalia denegare quæ prius ſine dilatione reddebant, horum quoq; priores interfecit, ſubſtantiásq; eorum fiſci iuribus applicuit. Colligens uero pecunias multas & maximũ faciens lucrum ab exactione uectigaliũ, abutebatur collecta pecunia, ut ei potentia permaneret: occaſionẽ ſibi, & cauſam felicitatis ſeruare putãs ex his quæ congregauerat: & multa large regi & Cleopatræ uel amicis eorũ dona dirigebat, patrocinia ſibi eorũ fauoremq; concilians. Potitus uero hac felicitate per annos uigintiduos, & pater factus ab una quidem uxore ſeptem filiorum: habuit etiam de filia fratris ſui Solini unũ nomine Hyrcanũ, quem accepit ex tali cauſa: Cum fratre quondã Alexandriã pergens, ducẽte etiam ſecum filiam nuptijs iam maturam, ut eam coniungeret alicui ſublimi Iudæo: dumq; apud regem cœnaret, & intraſſet Pantomima ad conuiuiũ pulcherrima, concupiuit eam: fratriq; nunciauit deſiderium ſuũ, petẽs eum cælare peccatum. Nam

Ioſephus genuit Hyrcanum.

lege

lege apud Iudæos prohibetur alienigenæ conuenire mulieri,quapropter petebat ut fideliter cauſam eius cupiditatis expleret.Frater autē eius libenter miniſterium ſuſcepit,ornāsq; filiam ſuam,nocte adduxit ad eum,& collocauit. Ille ex ebrietate neſciens ueritatem,cū fratris filia concubuit:quo ſæpius facto,ualde dilexit eam:dixitq; ad fratrem,quod uita eius periditaretur,ſi rex ei minime concederet Pantomimā.Fratre uero petente nihil eum debere metuere,quoniā licebat eum frui muliere,uxoremq; habere:& uerum aperiens ei, ac dicēs,quia libenter & ſuam haberet magis filiam iniuriā ſuſtinere,quàm illum uidere ad cōfuſionem deteſtabilē uenire:laudans eum Ioſephus de concordia fraternitatis,filiam eius duxit uxorē,& filiū ex ea genuit Hyrcanū, ut prædiximus. Qui tunc tertiūdecimū annū agens,demonſtrauit naturalem fortitudinē & prudentiam,ut etiam acerbam æmulationē fratribus ſuis excitaret.Ioſepho uero uolēte cognoſcere quis de filijs ſuis uirtute melior exiſteret,unumquēq; eorū ad doctorum ſublimiū ſtudia deſtinauit.Et cæteri quidem deſidia diſciplinarum indocti fatuiq; redierunt.Poſt illos autem aduleſcentulū Hyrcanū de ſe dimiſit, dans ei trecenta iuga boum,miſitq; uiam duorum dierū ad ſolitudinē ſeminare,cælans lora quibus ligantur:quæ non habens Hyrcanus,aratorū quidē ſententiā reprobauit,ſuadentiū ut ad patrē mitteret quoſdā qui lora deferrent.Tēpus autē arbitratus non oportere ſe perdere,dum expectaret illos, qui trāſmitti deberent ad patrē,excogitauit uirile quiddam & maius ætate ſua. Occidens enim decē iuga,carnes quidē operarijs diſtribuit,pelles uero eorum incidēs,retinacula fecit,per quæ iuga ligauit:& hoc modo ſeminans terram quā ei præceperat,reuerſus eſt ad patrem:quem pater ſuſcipiēs,nimis dilexit propter prudentiam & argutiam mentis:& fiduciam eius laudans,tanquam ſolum magiſtrum proprium filium diligebat,propter quod fratres eius contriſtabātur. Vt uero nunciauit quidam Ioſepho,per illud tempus filium regi Ptolemæo genitum,& omnes priores Syriæ,& ſubiectarum prouinciarum celebrarent natalē pueri diem,cum apparatu maximo ad Alexandriam ire ipſo quidem ſenio ,prohibebatur:filios autem interrogauit,quis illorum ad regem uellet ire: maioribus uero recuſantibus,& ad tales conuentus indoctos ſe eſſe dicentibus, fratremq; Hyrcanum poſſe ad regem ire firmantibus,conſuluit eum. Qui cum ſe promiſiſſet iturum,dicens ſe in uia non multas pecunias opus habere,dum ſoleret bibere modeſte,& ei decem milia dragmæ abunde ſufficerent:gauiſus eſt de ſobrietate filij. * Deferens autem parum puer,patri ſuadebat dona quidem exinde regi non mittere, dare uero epiſtolam ad diſpenſatorem in Alexandria ,quatenus ei daret pecunias ad comparationem eorum, quæ optima uel precioſa poterat inuenire. Qui opinatus eſt decem talenta ſufficere ad ſumptum regij muneris: Filiumque collaudans ut bene admonentem,ſcripſit diſpenſatori Arioni, qui omnes per Alexandriam eius diſpenſabat pecunias, non minus tria milia talenta exiſtentes. Nam Ioſephus à Syria pecuniam ad Alexandriam mittebat. Et conſtituto die ueniente , in quo aſſignari eas regi oportuiſſet, Arioni ſcribebat, ut eas redderet . Igitur

Aſtutia & prudentia Hyrcani adulescētuli.

Aliàs differens.

Hyrcanus ſurgens,patris accepit epiſtolas,& Alexandriã perrexit. Egreſſo aũt eo,fratres eius ſcribunt omnibus regis amicis,ut eum occiderent. Qui ut peruenit Alexandriam,porrexit Arioni epiſtolam. Quo interrogante eum, quanta uellet accipere talenta,nam ſperabat eum quærere decem tantũ, aut his pauco plus:cúmq; dixiſſet,mille opus habere,iratus increpabat eum,quaſi uolentẽ luxurioſe uiuere,& dicebat ei:quemadmodũ pater eius ſubſtantiã collegiſſet labore & abſtinentia,& imitatorẽ fieri genitoris inuitabat. Dare autem non plus decem talenta ſe dicebat,& hæc ad regiam donationem. Tunc furore cõmotus aduleſcens,in uincula Arionem miſit:cuius uxor ad Cleopatram demandans petijt,quatenus puerum increparet,nam ualde Arion apud eã honoribus præcellebat:quod etiam ad regis notitiam Cleopatra perduxit. Iraq; Ptolemæus ad Hyrcanum mittens,admirari ſe dicebat,quod à patre ad ſe tranſmiſſum nõ eum uideret,inſuper & diſpenſatorem ligaſſet. Venire ergo eum,& cauſam ſibi pro qua ueniret,indicare præcepit. Quẽ ferunt nuncio regis ita reſpondiſſe:Legem eſſe penes Iudæos,quæ prohibet cõmunes epulas prius attingere, quàm in templo deo immolare: & ideo diſtuliſſe ne ſine donis à patre trãſmiſſis ad regem perueniſſet:propter hanc uero cauſam non ad eum ueniſſe:ſeruũ autem puniſſe,non obſequutũ iuſſionibus ſuis,dum nihil diſtaret inter magnũ & minorem dominũ. Sed ſi talium cõtumacia non emendatur,& tu,inquit,ſpera ſimiliter à ſubiectis contemni. Quæ Ptolemæus audiens, ad riſum conuerſus, magnanimitatem aduleſcentis miratus eſt. Cúmque audiſſet Arion,quod ita rex reſponſum accipiens nullum ei auxilium præberet,dedit aduleſcenti mille talenta,& à uinculis eſt abſolutus. Tres uero differens Hyrcanus dies, regem reginamq; ſalutauit:quem illi libenter ſuſcipientes uiderunt,& amicabiliter pauerunt propter honorem patris. Qui latenter ad negociatores accedens,comparauit ab eis pueros centum,literas ſcientes,unumquẽq; talento uno: & centum uirgines,ſingulas eodem precio. Cúmq; inuitatus ad regis conuiuiũ diſcubuiſſet cũ prioribus prouinciarũ,& ultimus omniũ,& tanq̃ puer ab his qui loca ſecundũ dignitatẽ habebãt cõtemneret:cũq; oẽs conuiuæ regis,oſſa ciborũ ante Hyrcanũ in mẽſa ,pijceret:ipſo tacẽte, Tryphon,qui ad cõuicia & riſus cõuiuiarũ erat aptus,rogãtibus ſe cõuiuis,iuxta mẽſam aſſiſtens,regi ait: Vides domine antepoſita oſſa Hyrcano? Ex hoc cõijce,quod & pater eius ſic omnẽ Syriam denudauit,quẽadmodũ hæc oſſa iſte carnibus expoliauit. Rege uero ridẽte ad uerba Tryphonis,& interrogãte Hyrcanũ,cur tãta ante eũ oſſa iacerent:Apte, inquit,domine:nã canes ſemper oſſa cũ carnibus deuorãt,ſicut iſti fecerunt (id de accũbentibus dicẽs,quoniã iſta ante eos minime oſſa iacebãt) homines uero carnes comedũt,oſſa aũt iactãt:quod & ego tanq̃ homo nunc feci. Rex autẽ miratus eius reſpõſum tã ſapiẽter dictũ,oẽs plaudere iuſſit,uerbũ eius laudantes. Poſtera uero die ad unũquẽq; regis amicũ accedẽs,& ad potẽtes aulæ, hos quidẽ ſalutauit,famulos aũt interrogauit:quæ dona daturi ſũt regi die natalis filij eius? Illis uero dicẽtibus,quoſdã daturos dccẽ talẽta,alios aũt nobiles ſecũdũ magnitudinẽ ſubſtãtiæ ſuæ;cõtriſtari ſe ſimulauit;quaſi nõ ualẽs talẽ donationẽ offerre:nã plus quinq; talẽta ſe nõ habere affirmabat. Quod ſerui audiẽtes

De centum pueris,et totidẽ uirginibus ab Hyrcano precio cõparatis.

Acuta reſponſio de oſſibus,quæ cõuiuæ ante eum iacibant.

tes,dñis nũciauerũt:qui gauisi sũt,sperãtes Iosephũ regẽ offẽdere ,ppter mune rũ paucitatẽ.Instante uero die,cæteri quidẽ offerebãt taléta nõ plus uiginti,qui magnã uidebãt offerre munerũ quantitatẽ:Hyrcanus,quos cõparauerat pue ros cẽtũ,& uirgines totidẽ, unicuiq; dãs talẽtũ portare,obtulit pueros quidẽ re gi,puellas uero Cleopatræ reginæ:oibus munerũ magnificẽtiã admirãtibus,& ipsis regibus,& amicis eorũ, insup & regi seruiẽtibus,quod digna dona multis talẽtis obtulisset:unde etiã & mortis pericula declinauit Hyrcanus, quæ fratres eius zelo ducti parauerunt ei. Tunc Ptolemæus magnanimitatẽ adulescentis admiratus,imperabat ei donationẽ quam uellet accipere: ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri,quàm ut patri eius scripta dirigeret.Honorans ergo eum libe raliter,& donatiões copiosas præstans,patri & fratribus & omnibus magistra tibus scripta transmisit.Audientes autem fratres eius Hyrcanũ à rege talia me ruisse,magnoq; cum honore redeuntẽ,in occursum eius se egredi simulãtes,in terficere illum etiam patre sciente omni modo decreuerunt. Irascebat enim ei pater propter pecunias,quas regi obtulerat,& non curabat salutẽ eius: & iram quidem quã circa eum habebat,regem timens cælabat.Cõmittẽtibus uero ad uersus eum fratribus pugnam,multos eorum qui eos sequebant,occidit cũ du obus fratribus suis.Cæteri aũt ad patrẽ Hierosolymã confugerunt: qui postq; ad ciuitatẽ uenit,nullo se suscipiente discessit trans Iordanẽ fluuiũ,ubi remora tus uectigalia à Barbaris exigebat.Per idem aũt tempus regnabat in Asia Se leucus,qui Soter nominabatur,filius magni Antiochi. Tunc moritur & pater Hyrcani Iosephus,uir bonus & magnanimis,qui populũ Iudæorũ à pauper tate & debilitate ad dariſſimas rerũ causas usq; perduxit. Is etiã uiginti & duo bus annis Syriæ & Phœnicis & Samariæ tributa dispẽsauit. Defunctus est ue ro & auunculus eius Onias,principatum sacerdotij Simoni filio derelinquẽs.

Pueros regi donauit, puellas regine.

De Lacedæmoniorum epistola,& ædificijs Hyrcani. Cap. V.

MOrtuo quoq; & isto,filius eius Onias in honorem successit,ad quem rex Lacedæmoniorũ Arius translegationẽ & epistolas direxit,quarũ huiusmodi continebatur exemplar.Rex Lacedæmoniorũ Arius Oniæ salutẽ.Legẽtes scripturam antiquã,inuenimus ex uno genere Iudæos & Lacedæmones ex titisse,& familiaritatẽ cũ Abrahã socialiter habuisse. Iustum est ergo ut fratres existentes,trãsmittatis ad nos,& petatis quæ uobis necessaria iudicatis:facimus uero & nos idẽ,& uestra ,ppria simul,& nostra cõmunia reputamus.Portitor li terarũ Dimotelis epistolas uobis defert,quadrangulo scriptas,signaculũ habẽ tes aquilã draconẽ unguibus deportantẽ.Epistola igit à Lacedæmoniorũ re ge destinata,textũ huiusmodi cõtinebat.Defuncto aũt Iosepho,populũ conti git seditionẽ pati ,ppter filios eius.Nã maioribus bellũ gerẽtibus cõtra Hyrca nũ ultimũ filiorũ Iosephi,dissẽsit ab inuicẽ multitudo:plures quidẽ maioribus auxiliũ ferebãt cũ principe sacerdotũ Simone,qui cognatus eorũ & affinis esse uidebat.Hyrcanus aũt redire quidẽ ad Hierosolymã minime iudicauit. Sedẽs uero trãs Iordanẽ,frequẽter Arabas debellabat.Aedificauit uero turrim fortis simã,ex lapide albo cõstruẽs eã,& totã usq; ad terrã sculpsit eã diuersis animali bus,& in circuitu fecit magnũ & altũ Euripũ,id est,piscinã. Ex petra aũt cõtra positi

positi mõtis,cuius incidens siniſtrã extẽsionẽ, ſpeluncas multorũ ſpatiorũ in lõ gitudinem ibi conſtituit. Deinde domos quaſdam in ea ad cõuiuia & ſomnũ, & conuerſationẽ fecit aptiſſimã multitudini,cameratas etiam currentium aqua rum delectatione gratiſſimas,ad ornamentum totius aulæ. Oſtia uero ſpelun catum aperuit minora,ut unus & nõ multi per ea poſſent intrare:& hoc cuſto diæ gratia cõdidit,ut obſeſſus à fratribus minime periculo ſubiaceret. Inſuper ædificauit & atria magnitudine excellentia,& paradiſis ornauit egregijs:& talẽ perficiens locum,Tyrum eum nominauit:qui locus eſt inter Arabiã & Iudæã poſitus trans Iordanẽ,non longe à Sebonitide regione. Præfuit ergo partibus illis per annos ſeptem omni tempore,quo Seleucus Syriam tenuit. Hoc aũt iã defuncto,poſt eum frater eius Antiochus,qui & Epiphanes uocabatur, regnũ obtinuit. Moritur etiam Ptolemæus rex Aegyptiorũ, qui ſimiliter Epiphanes uocabatur,relinquẽs duos filios minores ætate:quorũ unus qui & maior erat, Philometor dicebatur,minor autem Diſcon. Hyrcanus autem uidẽs magnam Antiochum habere uirtutem,& timens ne tentus ab eo tormentis afficeretur, pro his quæ contra Arabas egerat,uitam propriæ manus internicione condu ſit,cuius ſubſtantiam Antiochus ſuis cõmodis applicuit.

De malis multis Hieroſolymæ ſub Antiocho perpeſſis. Cap. VI.

PEr idem tempus defuncto Onia principe ſacerdotũ,fratri eius Antiochus ſacerdotij contulit principatum. Nam filius quem Onias reliquerat,adhuc infans erat. Demonſtrabimus autem ſingula in loco proprio,quæ ad hunc pu erum pertinere uidebuntur. Ieſu uero,nã hic frater erat Oniæ,principatũ ſacer dotij rex abſtulit iratus,& dedit eum iuniori fratri eorũ,nomine Oniæ: Simo ni nãq; tres filij hi fuerũt,ad quos principatus ſacerdotij,ſicut prædiximus,per uenit. Et Ieſus quidem Iaſonẽ ſe nominauit,Onias aũtẽ Menelaus eſt nuncu patus. Seditionẽ itaq; prius princeps ſacerdotum Ieſus aduerſus Menelaũ cõ citauit:& diuiſa in utrũq; populi multitudine,pro parte Menelai filij Thobiæ conſiſtebant:populi uero pars plurima Iaſonẽ adiuuabant. Vnde laborantes
1.Mach.1. Menelaus & filij Thobiæ ad Antiochum diſceſſerunt,ad notitiam eius perdu
Aliâs*mo/ res. centes,qd' uellent patrias relinquere leges,& cõuerſationem &*leges obſeruare Græcorũ. Rogauerunt ergo eum,ut permitteret eis ædificare gymnaſiũ Hiero ſolymis. Cũmq; cõceſſiſſet,circũciſionẽ ſuã uelauerunt,ut nõ apparerent in de nudatione Græcis eſſe diſſimiles:cæteráq; omnia relinquẽtes,quæ illis mos pa trius imponebat,aliarũ facta gentiũ ritusq; ſequebant'. Antiochus autem pro
Antiochus tẽdit in Aegyptum. ſuo feliciter imperio exercitũ ducere deliberauit ad Aegyptũ,tractus deſiderio eius,& cõtemnẽs filios Ptolomæi ut debiles,ac nequaquã tanta negotia regere prævalentes. Perueniẽs igit' cũ magna uirtute ad Peluſiũ,& dolo Philometorẽ Ptolemæũ circũueniẽs,Aegyptũ occupauit. Et cũ adiſſet loca Mẽphiticæ ciuita tis,eã capiẽs,cõtra Alexandriã,ut obſidẽdo Ptolemæũ capet,ambulauit. Expul ſus uero eſt,nõ ab Alexãdria tãtũ,ſed etiã à tota Aegypto:Romanis ſibi denũ ciãtibus,ut diſcederet à puincia:ſicut prius & alibi demõſtrauimus. Exponã ue ro p ptes de hoc rege,quẽadmodũ Iudæã & tẽplũ pariter occupauit. Nã i mea prima cõſcriptiõe capitulatim eorũ memoriã feci,nũc neceſſariũ putaui ad cer

tiorem

tiorem eorũ narrationem denuo remeare. Reuerſus ergo propter Romanorum timorem ab Aegypto rex Antiochus,ad Hieroſolymorum ciuitatem ducit exercitum, quò perueniens anno centeſimo quadrageſimo tertio poſt regnum primi Seleuci,centeſima quinquageſima tertia olympiade,uiceſimo & quinto die menſis Kiſleu, quem Macedones Appellæon appellant, cepit eam ſine conflictione cuiuſpiam, aperientibus ei portas his qui uoluntati eius conſentiebant.Ingreſſuſque ciuitatem Hieroſolymitarum, multos interemit ſibi contraria ſapientes: nec non etiam eos qui portas aperientes,ciuitatem ei tradiderunt, propter templi diuitias interfecit:multasq; ab eo auferens pecunias, ad Antiochiam reuerſus eſt. Poſtquàm autem expoliauit templum,ita ut uaſa dei auferret,lucernas aureas,& arcam auream,& menſam,& ſacrarium,neq; uelis abſtinuit,quæ ex byſſo & cocco erant. Exhauriẽs autem omnia,& de theſauris nihil penitus relinquens,ad maximum Iudæos luctum propter hæc uſq; perduxit. Nam & quotidianas immolationes,quas deo ſecundum leges offerebant, celebrare prohibuit. Deprædans uero totam ciuitatem,quoſdam interfecit, alios captiuos cũ uxoribus & filijs deduxit, ita ut numerus multitudinis captiuorum uſq; ad decem milia exiſtere uideretur. Incendit etiam optima ciuitatis loca, & deponens muros,arcem ædificauit in interiori parte ciuitatis: nam alta & eminentior pars erat à templo: & propter hoc muniens eam muris altis & turribus, cuſtodiam Macedonum ibi diſpoſuit. Manebant etiam in arce nihilominus homines impij, & moribus maligni,à quibus ciues multa & acerba ſubinde patiebantur. Aedificans uero & in ſacrario aram,ſuper eam porcos immolauit,hoſtias non legitimas,nec patriæ religioni Iudæorum congruas. Coëgit etiam eos relinquentes religionem patriam, idolum uenerari:ædificare etiam in unaquaq; ciuitate & uico templa deorum,& aras collocantes immolare ſuper eas porcos omni die præcepit: & ne quis circunciderentur,aut ne filij eorum. Inſuper interminatus eſt tormenta grauiſſima,ſi quis præter hæc facere inueniretur.

Excidiũ Hieroſolymorũ & direptio diuitiarũ templi, facta ſub Antiocho.

De abnegatione legis,& zelo Matathiæ,pro lege dei. Caput VII.

CONſtituit itaq; præpoſitos,qui cogerent eos imperialia mandata perficere. Et multi quidem Iudæorum ſponte,alij uero propter timorem imminentis regis,præcepta eius ſequebantur. Probatiſſimi autem & generoſi deteſtabile facinus execrantes,patrijs legibus adhæſerunt: propterea diebus ſingulis pœnis afflicti,& amara paſſi tormenta,trucidabantur. Nam & uerberati,& diuerſis cruciatibus fatigati, adhuc uiuentes, crucis patibulo figebantur. Vxores uero & filios quos circunciderunt præter uoluntatem regis, laqueis ſuffocabant, parentum eos ceruicibus illigantes. Nam & ſi apud aliquem uolumen inuentum fuiſſet ſacrum, aut lex, & is quoque crudeli ſorte moriebatur. Videntes Samaritæ Iudæos hæc pati,de reliquo ſe neque cognatos ipſorum, neq; templum ſuper Garizim maximi dei,ut prius,eſſe fatebãtur,conſuetudinem ſuæ facientes naturæ, de qua ſuperius conſtat expreſſum:ſed dicebant ſe Medorũ Perſarũq; colonos. Mittentes ergo ad Antiochũ legatos & epiſtolam,quæ ſubter ſunt ſcripta,ſignifiearunt. Regi Antiocho Epiphani relatio à Sichimitis Sidoniorũ: Noſtri maiores propter crebras prouinciæ peſtilentias, ſequuti priſcam quandam ſuperſtitionem, conſuc-

1.Mac.1.

conſuetudinem fecerunt colendi,quæ dicitur apud Iudæos Sabbatorũ dies:ædi-
ficantes ſine nomine in Garizin monte templum, offerebant in eo deuotas im-
molationes. Vobis autem malignitatem Iudæorum digne ulciſcentibus,uenien-
tes iudices ueſtri,arbitrati ob cognationem illorum nos eadem facere, ſimilibus
nos pœnis afficiũt,dum ab initio Sidones eſſe noſcamur, quod manifeſtum eſſe
publicis conſtat annalibus. Petimus ergo te beneficum & ſaluatorem denunciare
Apollonio,noſtrarum partium iudici, & Nicanori regalia tractanti negocia, ut
nihil nos debeant moleſtare,quaſi Iudæis aliqua ſuperſtitione cõiunctos,quum
genere & moribus ab eis probemur alieni. Templum uero ædificatum,quod ad-
huc ſine cuiuſquam dei nomine conſtat,Cretæi Iouis illud appellatione petimus
dedicari. Quo facto,uitamus importunas moleſtias ſuſtinere,operibuſq; ſedulo
uacantes, tibi ſoluimus reddituum quantitatem. Hæc petentibus Samaritis,rex
iſta reſcripſit: Antiochus rex Nicanori. Sichimitæ Sidoniq; porrexerunt mihi pu-
blicam relationem. Sed quia cogitantibus nobis cũ amicis,docuerunt ab eis miſ-
ſi,quod criminibus Iudæorũ in nullo probantur eſſe participes,quando moribus
Græcorum uiuere potius elegerũt,abſoluimus eos à Iudæorũ pœna nocentium,
& templum eorum quemadmodum petierunt, Cretæi Iouis appellatione dedi-
cetur. Eadem & Apollonio partium iudici ſcripſit, ſexto & quadrageſimo anno,
1. Mach. 2. menſe Hecato, octaua decima die. Eodem tempore erat habitans aliquis in
Modin uico Iudææ,nomine Matathias,filius Iohannis,filij Simeonis, filij Aſo-
monei,ſacerdos de uice Iobab Hieroſolymitæ. Erant autem ei filij quinq;: Iohan
nes,qui uocabatur Gaddis: & Simon,qui dictus eſt Matathias: & Iudas,qui co-
gnominabatur Machabœus: & Eleazarus,qui nuncupabatur Apphus: & Iona-
than,qui appellabatur Abarõ. Iſte ergo Matathias plãgebat apud filios ſtatum
rerum,& ciuitatis rapinam,& templi nuditatem,& calamitates plebis: dicebatq;
melius illis eſſe pro patrijs mori legibus,quàm ita ſine gloria uiuere. Venientibus
autem ad Modin uillam à rege directis,ut cogerent Iudæos facere quæ præcepta
uidebantur à rege,& iubentibus illic conſtitutis idolis immolare,ſecundum regis
iuſſionem,& primum Matathiam, qui doctrina uel fama gloriæ reliquos antei-
bat,ſacrificare compellentibus,Matathias recuſabat hoc facinus,dicens: Licet alij
omnes iuſſionibus Antiochi pro timore obtemperent,michi tamen & meis filijs
tale ſcelus nullatenus imponitur. Quumq; tacuiſſet,accedens quidam ex Iudæis,
immolauit in medio,ſicut præcepit Antiochus: iratusq; Matathias, irruit ſuper
eum cum filijs ſuis habentibus gladios,eiusq; ſanguinem ſuper aram effudit, &
iudicem regis Apollonium,qui eos ad talia cogebat,cum ſuis paucis militibus in-
teremit,& aram deponens,clamauit: Si quis æmulatur patrias leges,& dei religi-
onem,ſequatur me. Et hæc dicens, cum filijs ad ſolitudinem exijt, relinquens o-
mnem ſuam poſſeſſionem. Idem multi facientes,cum filijs & uxoribus ad ſolitu-
dinem confugerunt. Audientes uero iſta iudices regis, auxilia conuocantes quæ
in arce Hieroſolymorum pro cuſtodia permanebant,prius quidem conabantur
uerbis eos flectere, ut ad pœnitentiam peruenirent, & eligerent potius illa quæ
proſunt,ne aliqua neceſſitate cogente, eis tanquam hoſtibus uterentur. Quibus
non accipientibus uerba,ſed econtra ſapientibus, conflixerunt die Sabbatorum:

& ſicut

& ſicut erant in ſpeluncis,ibi eos atroci incendio cremauerunt, cum repugnare propter diem ſabbatorum noluiſſent,ne in malis ſuis honorem ſabbati tranſgredi uiderentur. Nam uacare in eo nobis legitimum eſt. Mortui ergo ſunt cũ uxoribus & filijs in ſpeluncis,globis fumi feris ſuffocati,numero mille. Multi autem liberati adiuncti ſunt Matathiæ,& illum ſibi iudicẽ ordinarũt,qui & ſabbatis eos docebat pugnare,dicens: Quod ſi hoc non fecerint obſeruantes legẽ, ſibimetipſis erunt hoſtes,in illo die contra eos uenientibus inimicis. Hoc dicens perſuaſit eis,& hactenus nobis permanet conſuetudo pugnandi, etiã ſi tali die bella conſurgãt. Colligens ergo ſibi Matathias armatã multitudinem,aras deposuit idolorum: & peccantes in eis quãtos manu capere potuit,interemit. Nã multi eius timore diſperſi ſunt ad gentes propinquas. Et pueros non circunciſos iuſſit circuncidi,expellens eos,qui ut talia prohiberent erant conſtituti.

Exhortatio Matathiæ morituri ad filios. Cap. VIII

IGitur eo magiſtrante uno anno,dum morbo grauiſſimo premeretur,conuocauit filios ſuos: & circunſtantibus,ego quidem,inquit,ò filij decretam profiſcar uiam. Cõmendo autem uobis patrias leges,obteſtans,ne earum tranſgreſſores,ſed potius cuſtodes eſſe debeatis. Paternæ uero uoluntatis memores, ritus patrios cuſtodite,& periditantem antiquam conſuetudinem reſtaurate, ne ſeducti ab his qui ſponte aut neceſſitate ea aut perdunt,aut produnt: ſed digni meo inſtituto,omnem uiolentiam & neceſſitatem tolerando ſuperate. Ita uos præparantes,ut ſi oporteat,pro legibus grata mente moriamini. Scientes hoc, quia deus tales non deſpicit: ſed ueſtram uirtutem inſpiciẽs,reddet uobis libertatem,& quando q̃ reſtituet ut cum ſecuritate ueſtris moribus perfruamini. Nã corpora noſtra mortalia & temporalia ſunt,factorũ uero monumenta immortalitatis ordinẽ conſequentur. Quod conſiderantes uos decet appetere gloriã, quæ nullo ſit fine claudenda. Concordiam uero uos habere cõmoneo,& in quo aliquis melior exiſtit altero,credentes uobis inuicem proprijs miniſtrare uirtutibus: & Simonem fratrem ueſtrum ſapientia antecedentem,uobis patrem putate. Et quicquid ille perſuaſerit,cuſtodite. Machabæum uero propter uirtutem & fortitudinem habebitis militiæ ducem. Nam gentem defendens,hoſtes uiriliter expugnabit. Suſcipientes uiros iuſtos & religioſos,ueritatem eorum foueте. Iſta filijs loquutus eſt,deum orans adiutorẽ eis fieri. Et ut populo leges propriæ conſeruentur,fideli corde ſupplicans,uiuendi finem cõmuni ſorte ſuſcepit. *Matathias moritur.* Et ſepelitur in Modin, magnúmq; luctũ omni populo ſuper eum agente, ſucceſſit gubernationi rerũ filius eius Iudas,qui & Machabæus,centeſimo & quadrageſimo ſexto anno. Et adiuuantibus ſe prono animo fratribus,cæteriſq; religioſis finitimis,inimicos à prouincia expulit,& tranſgreſſores legũ patriarũ Iudæos occidit,& purificauit ab omni macula ſuam terram. *1. Mach. 2.*

De Apollonio uicto à Iuda,ſucceſſoreq; Lyſia. Cap. IX.

HAec cum audiſſet Apollonius dux Samariæ,colligẽs exercitum, egreſſus eſt contra Iudam. Ille autem occurrit ei,& cõmittens cum eo pugnam uicit,& multos eorum interfecit: inter quos & ducem Apollonium armis exuens, interemit,multamq; prædam ab exercitu hoſtium auferens diſceſſit. Seron aũt *1. Mach. 3.*

dux inferioris Syriæ,audiens quod multi tranſirent ad Iudam, & magna iam uirtute circũſeptus ad bellum accederet,ſtatuit contra eum dimicare: & colligẽs milites ſub ſe conſtitutos,uel tranſgreſſores Iudæos,contra Machabæum produxit exercitum.Perueniens autem uſq; ad Bettoram,uicum Iudææ,ibi exercitum collocauit.Iudas autem occurrens ei,& confligere diſponens, quia milites ad pugnam uidebat propter paucitatem & ieiuniũ deſides,hortabatur eos, dicens:Non per multitudinẽ uincendos hoſtes aut expugnãdos eſſe credatis,ſed pietate:& hoc euidẽtiſſimũ habemus exemplum,maiores noſtros, qui propter iuſtitiam propriáſq; leges certantes,multa ſæpius milia deuicerunt. Nam nullum læſiſſe maxima uirtus extitit.Hæc dicens ſuaſit eis contemnere multitudinem,& confligens cum Syris,duce eorum interfecto uertit cunctos ad fugam. Sequutus autem eos uſq; ad campum,occidit octo milia:reliqui autem fugati, ad maritima loca diſceſſerunt.Quæ audiens rex Antiochus,maximo furore cõmotus,omnem propriam uirtutẽ congregans,& multos ab inſulis mercede cõducens,parabat circa ueris initium dimicare contra Iudã. Vt uero militibus ſtipendia diſtribuens,uidit theſauros deficere:non enim ei omnia uectigalia reddebãtur propter ſeditiones gentium.Nam cum magnanimus eſſet, ei minime ſufficiebant quæ dudum collegerat.Deliberabátq; primũ ad Perſidam ire, tributáq; prouinciæ congregare.Relinquens autem pro rerum gubernatiõe quendam Lyſiam,gloriam apud ſe maximã poſſidentẽ,ut regeret prouincias à fluuio Euphrate uſq; ad fines Aegypti,& inferioris Aſiæ,& partẽ exercitus,& elephantos ei tradens,præcepit ei filium ſuũ Antiochum diligenter nutrire,& uaſtare Iudæam,& habitantes in ea ducere captiuos,& euertere Hieroſolymã, & genus Hebræorum omnino diſperdere.Hæc quidem præcipiẽs Lyſiæ rex Antiochus,abijt ad Perſidam,centeſimo & quadrageſimoſeptimo anno,& tranſiens Euphratem,ad ſuperiores prouincias aſcendit.

* Vincitur Seron.

Lyſias ad uaſtãdã Iudæam relinquitur.

De uictorijs Iudæ, & occupatione Hieroſolymæ,reſtitutioneq; cultus diuini. Cap. X.

LYſias uero eligens Ptolemæum Dorimenis, & Nicanorem ,& Gorgiam, uiros potentes,& amicos regis:& trãdens eis peditum quadraginta milia, equitum uero ſeptem milia,tranſiuit cõtra Iudæos.Qui uſq; Emaus ciuitatẽ uenientes,in campo exercitũ locauerunt. Superuenerũt uero eis auxilia de Syria, uel à finitimis locis,& multi tranſfugæ Iudæi,necnon & negociatores quidam, ſperantes ſe emere captiuos Iudæorum,argentum & aurum pro pretijs eorum ſecum deportantes.Exercitum autem & multitudinẽ aduerſariorum Iudas intendens,ſuadebat ſuis militibus confidere,hortabatúrq; ſpem uictoriæ in deũ habere,& ut ſaccis induti patria lege eum rogarent,ſolitúmq; petitionis habitum oſtendentes ſupplicarent,quatenus præberet eis cõtra inimicos auxilium. Quo facto,diſponens eos ſecundum antiquũ & patrium modum per millenarios,& illos dimittens,qui paulo ante uxores duxerant, & eos qui poſſeſſiones paulo ante acquiſierãt, ne pro earum deſiderio minus audacter contra hoſtes pugnarent,reſiduos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem uobis non aliud neceſſariũ eſt,ò ſocij,niſi ut fortiter pericula contemnatis. Nunc enim licet uiriliter certando accipere libertatẽ,quã & propter ſeipſam uobis charã, & pro

1.Mach.3.

Oratio Iudæ ad ſocios.

diligentia

diligentia colendi deum plus deſiderabilem eſſe confido. Tanquã ergo in hoc ſolo uobis poſitis,ut accipientes eam,felicem & beatam renouetis uitam,quaſi ſecundum leges & conſuetudines conuerſemur,agite,ne forte per negligẽtiã ue ſtram Iudaicæ gentis ſemen intereat.Ita ergo pugnate, mortem pro maximo lucro putantes,ut ſi uiceritis,cum libertate & patrijs legibus æternam gloriã cõ quiratis.Parate ergo uos craſtina die audacibus animis,ut bellum pro lege pa tria cõmittatis,Iudas quidem incitans ſocios,ita loquutus eſt. Hoſtibus uero tranſmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus & mille equitibus,quate nus per noctem irruerẽt ſuper Iudam,& ad hoc præuios eis dantibus aliquos de fugientibus Iudæorũ: Sentiẽs filius Matathiæ,ſtatuit & ipſe caſtra hoſtiũ latẽter inuadere, Cũq; cœnaſſet,focos plurimos derelinquens,tota nocte pro ficiſcens, in aduerſariorum caſtra ad locum Emaum peruenit. Gorgias autem exploratus eſt caſtra Iudæorũ,nec eos inueniẽs,arbitratus eos in mõtes aſcẽdiſ ſe,ubi eſſent quærere decreuit.Luceſcẽte uero die,apparuit hoſtibus in Emaus Iudas cum tribus milibus plus minus armatis utcunq; propter paupertatem. Qui reſpiciens aduerſarios optime ſeptos,& ſtudio militari diſpoſitos, inuita uit Iudæos,dicens:Etiam nudis corporibus pugnare debemus, & deum inuo care,qui ſæpius nos inermes contra plures & armatos fecit habere uictoriam. Sermone uero finito iuſſit tubicines dangore ſignificare militibus ſuis, quate nus inopinatos hoſtes inuaderẽt.Quorum multos reſiſtentes occidit, reliquos uero perſequutus eſt uſque ad Gazara,campos Idumææ,& Azoti, & Iamniæ. Proſtrata ſunt autem tria milia eorum.Iudas uero iubebat militibus ſuis hoſtium prædam contemnere,dum adhuc certamen & pugna contra Gorgiã eis ſupereſſet,quibus expugnatis,eſſet prædæ licentia. Adhuc eo dicẽte hæc ad mi lites,reſpexerunt illi qui cum Gorgia erant:& exercitum quem in caſtris reliquerant,uiderunt eſſe deuictum,caſtraq; incenſa.Nam fumus à longe eis quæ acci derant indicabat. Vt ergo hæc ita eſſe qui erant cum Gorgia cognouerunt, & eos qui cum Iuda erant paratos ad aciem attenderunt,mente ad fugã conuerſi ſunt. Iudas autem ſine pugna deuictis Gorgiæ militibus, reuerſus tulit hoſtiũ ſpolia:multúmq; aurum & argentum,& purpuram & hyacinthum auferẽs, ad propria remeauit cum lætitia,laudans deum de his quæ potuit obtinere. Nam hæc uictoria deſideratam eis contulit libertatẽ.Tunc Lyſias de perditione exer citus quem perdiderat confuſus,ſtatim alia electorum peditum ſexaginta mi lia,& quinq; milia equitum congregans,uenit protinus ad Iudæam. Et aſcẽdẽs ſuper montana,in Bethſuris uilla Iudææ caſtrametatus eſt. Occurrit autẽ ei cũ decem milibus Iudas.Et multitudinẽ hoſtium uidens,adiutorem deũ ſibi fieri poſtulauit.Et confligens cum præcurſoribus aduerſariorũ,ſine aliqua dilatione ſuperauit, proſternens quinq; milia uirorum,& factus eſt reliquis in timorem. Attendens autem Lyſias audaciam Iudæorũ,quia parati ſunt mori,niſi eis ui uere cum libertate licuiſſet:& timens eorum deſperationẽ tanquam fortem,col ligens reſiduũ exercitũ rediit Antiochiam:& remorabatur ibi,præſidia congre gans peregrinorũ,ut cum maiori expeditionis apparatu contra Iudæos uenire poſſet. Toties igitur uictis Antiochi regis ducibus,Iudas concionem faciens,

Victoria Iudæ.

Alia victoria Iudæ

ſuadebat,ut poſt tantas ſibi donatas uictorias à diuina diſpenſatione,aſcẽderent Hieroſolymam,templumq; ab idolis expiarẽt,legitimasq; hoſtias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad Hieroſolymam peruenisſet,templũ deſertum inueniens,& incenſas portas,& ſyluas in templo per longam ſolitudinem pullulaſſe,lugere cœpit cum proprijs ſocijs pro templi uiſione. Eligens autem quoſdam milites,iuſſit eis expugnare eos qui arcem cuſtodiebant: dũ ipſe templum à ruinæ fœditate purgaret. Quod diligenter emundãs,introduxit noua uaſa,candelabrum,& menſam & aram ex auro factam. Recompoſuit autẽ & uela in ingreſſu,& ianuas ipſas reconſtruxit. Deponens quoq; altare,de lapidibus nouis aliud ædificauit. Quinta uero & uigeſima menſis Kiſleu, quẽ Macedones Apellæon uocant,accenderunt lumina ſuper candelabrum,& adoleuerunt,& holocauſta in nouo altari obtulerunt. Hæc autem facta ſunt poſt tres annos,eodem die quo mutata eſt eorum religio ad profanam idolorum conſuetudinem. Nam templum deſtructum ab Antiocho,ſic tribus annis permãſit. Quinto enim anno & quadrageſimo & centeſimo,hæc in templo facta ſũt, quinto & uiceſimo die Apellæi menſis, olympiade centeſima & quinquageſimatertia:renouatum uero eſt in eodem die,quinta & uiceſima Apellæi mẽſis, octauo & quadrageſimo & centeſimo anno:olympiade centeſima & quinquageſimaquarta. Deſolationem uero templi contigit fieri ſecundũ Danielis prædicationem,quam ante quadringentos & octo annos prædixerat,per quam ſignificauit,quod Macedones illud deſtruerent. Celebrauit autem Iudas cum ciuibus ſuis pro renouatione templi ſacrificia per dies octo,nullum genus delitiarum relinquens,ſed precioſiſſimis dapibus eos paſcens. Deum autẽ laudibus & pſalmis glorificabat,ſeſeq; mutuo cantibus delectabant. Pro renouatiõe uero ſolennium,poſt multum tempus inſperata religione receptorum,legẽ poſuerunt,ut poſteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Vnde & ab illo tempore hactenus hanc feſtiuitatem celebramus,uocantes eam Luminaria,eo quod præter ſpem hoc nobis ſplendidum lumen colendæ religionis apparuit. Murum autem in circuitu ciuitatis cõſtruxit,& aduerſus incurſiones hoſtium turres ædificauit altiſſimas,cuſtodes in eis deputans:ſed & Bethſurã nomine ciuitatẽ muniuit,quatenus pro caſtello ea aduerſus neceſſitates hoſtium uteretur.

Iudas occupat Hieroſolymam.

Renouatio templi.

Feſtum Luminarium.

De bellis Iudæ contra Idumæos & Ammonitas. Cap. XI.

HIs ita factis,gentes finitimæ pro reparatione templi & fortitudine Iudæorum grauiter ferebant. Quapropter inſurgentes,multos Iudæorum per incurſiones & inſidias opprimebant. Aduerſus quos frequenter bella Machabæus educens,ab incurſionibus & à malis,quæ Iudæis inferebant,eos arcere tẽtabat. Et ſuper filios Eſau Idumæos aduenies per ſummitates,in ea multos eorum incẽdit,*muroſq; proſtrauit. Deinde contra Ammonitas perrexit,exercitum magnum habentes, quorum dux erat Timotheus. Subijciẽs autẽ & iſtos, Azotorum cepit ciuitatem,& uxores & filios eorum ducens captiuos,& ciuitatem incendens,reuerſus eſt ad Iudæam.

1.Mach.5.

Alias. uiros

De bello

De bello Iudæorum contra Tyrios & Timotheum. Cap. XII.

AVdientes autem cum uicinæ gentes reuerti, congregantur in Galaaditidem contra Iudæos ſibi finitimos. Qui fugientes ad Dathemam caſtellum, tranſmiſerunt ad Iudam, mandantes ei quod feſtinaret Timotheus capere locum in quo confugerant. Cumq; legerentur epiſtolæ, à Galilæa quoq; alij nunc ſuperuenerunt, indicantes cõgregari eos qui in Ptolemaide, Tyro, & Sidone, & alijs erant ciuitatibus Galilææ. Ergo ex utraq; parte hoſtibus nunciatis, cogitans Iudas quid deberet fieri, Simonem quidem fratrem præcepit tria milia electorum accipere, & in ſolatium Galilæorum exire: ipſe uero cum Ionatha fratre ſuo, & octo milibus militum exiens in Galaaditidẽ, reliquit ſuper cæterum exercitum Ioſephum Zachariæ & Azariam: præcipiens eis ſeruare diligenter Iudæam, & cum nullo hoſtium bellum cõmittere, donec ipſe reuertertur. Igitur Simon perueniens ad Galilæam, & confligens cũ inimicis, in fugam eos cõuertit, & uſq; ad portas Ptolemaidis perſequens, occidit tria milia eorũ, & ſpolia tollens peremptorum, & captiuos ab eis Iudæos, & ſarcinulas eorum auferens, ad propria remeauit. Iudas uero Machabæus & frater eius Ionathas tranſeuntes Iordanem fluuiũ, & uiam trium dierum ambulantes, Nabathæos cum pace occurrentes inueniunt. Quibus narrantes, quæ in Galaaditide cõtigiſſent, & quod multi eorum tribularentur per caſtella & ciuitates Galaaditidis, ſuadentes ei properare contra alienigenas, ut poſſit à periculis Iudæos eruere, flexus reuertitur ad ſolitudinẽ: & irruens primũ ſuper habitatores Bethſuram, cepit eam, & omnẽ maſculũ ætate ualidum trucidauit, & ciuitatẽ incendit. Facta autem nocte, nec ſic abſtinuit. Sed profectus ad caſtellum quo Timotheus Iudæos obſidebat, mane ad eum peruenit. Et inueniens iam ad muros accedentes aduerſarios, & quoſdam ſcalas ut aſcenderent, alios machinamenta ferentes, iuſſit tubicinem ſignũ dare. Adhortatusq; milites pro fratribus & propinquis prono animo laborandum, & in tres partes diuidẽs exercitum, hoſtes à tergo inuadit. Sentientes autẽ hi qui cum Timotheo erant, quia Machabæus eſt, experti iam prius eum per bella uirtutis & felicitatis, ad fugam conuerſi ſunt. Sequutus autem eos Iudas cũ exercitu, interfecit octo milia eorũ. Deuiãs autẽ ad Mellam ciuitatẽ alienigenarũ, cepit eam, & omnes maſculos interfecit; ciuitatẽ uero ipſam ſuccendit: exiensq; inde, Caſtomachi & Boſor, ac multas ciuitates Galaaditidis euertit. Interiecto uero tempore, Timotheus maximum præparans exercitũ, aliáq; præſidia colligens, & Arabas mercede conducens, uenit trans torrentem prope Rophon ciuitatem, exhortatúsq; eſt milites, dicens: Si pugnã cum Iudæis cõmiſeritis, prono animo certate, neq; torrentẽ tranſeatis. Nam ſi tranſieritis, perditionem uobiſmetipſis cognoſcite imminere. Iudas aũt Machabæus Timotheũ præparatũ ad pugnam audiens, cũ uniuerſis ſuis militibus feſtinabat ad bellũ. Et trãſiens torrentẽ, irruit ſuper inimicos, & quoſdam eorũ occurrentes occidit: alijs aũt timorẽ incutiens, arma ſua proijcere coëgit. Quorũ quidã ad locũ, qui dicitur Grana, fugientes, ſperauerunt ſalutem. Iudas uero ciuitatẽ capiens, eos interfecit, & locũ incendit, uaria uſus ſpecie ad hoſtiũ necem. Cũq; hæc peregiſſet, colligens Iudæos qui in Galaaditide erant, cũ

1. Mach. 5.

Simon uictor euadit.

Iudæ uictoria de Timotheo.

Alia uictoria.

uxoribus & filijs,& omni eorum ſupellectile, decreuit ad Iudæã reuerti. Cũq; ueniſſet ad aliquã ciuitatem,quæ dicitur Enfron,in uia poſitam,dum nec aliud iter pergere potuiſſet,nec reuerti uellet,miſit ad ciues in Enfron,rogãs eos,quatenus licentiã darẽt ei per ſuam ciuitatẽ tranſire.Nam illi portas lapidibus obſtruxerant,& exitus itineris occupauerant.Quibus minime acquieſcentibus,Iudas adhortatus ſuos circũdedit obſidione ciuitatẽ.Quã una die uel nocte expugnans cepit,& omne maſculinũ in ea occidit,incendens totã.Quo facto,per eam ſibi uiam aperuit uniuerſam. Tanta autem erat peremptorũ multitudo, ut etiã ſuper mortuos ambularent.Tranſeuntes uero Iordanẽ, uenerũt ad magnum campũ,cuius in proſpectu iacet ciuitas Bethſamis,quæ Græce dicit Scythopolis.Inde ad Iudæam perrexerunt,cantantes & laudãtes,& ſolitos pro uictorijs ludos agentes,ubi immolauerunt ſacrificia,gratias agentes pro his quæ peregerunt,& pro ſalute exercitus.Nã nullus Iudæorũ in his prælijs eſt defunctus.Ioſephus uero Zachariæ & Azarias,quos præſides reliquerat Iudas,tempore quo Simon in Galilæa Ptolemaidem expugnabat,cum & ipſe Iudas cũ fratre ſuo Ionatha in Galaaditide debellaret,audientes,ut & ipſi gloriã acquirerent ducum fortiſſimorũ,omne ſub ſe conſtitutũ auxilium colligentes,ad Iamniã uenerunt,Gorgiæ duci Iamniæ occurrentes,prælioq; facto,duo milia ſuorum militũ amittentes,ad Iudæam fugerunt.Euenit uero eis hæc calamitas, eo quod nõ obedierunt præceptis Iudæ,dicentis ut contra neminẽ pugnã ante ſuũ aduentum cõmitterent.Nam ſuper omnes alios bellicos tractatus in hoc mirandus extitit,quod Ioſephi & Azariæ peccatum futurũ prædixerat,ſi tranſgrederentur eius præcepta.Iudas autẽ & frater eius pugnare contra Idumæos non ceſſabant,ſed undiq; eis imminebant.Et Chebron ciuitatẽ capientes,munimina eius depoſuerunt.Et turres incendentes,deprædabant terrã omnẽ alienigenarum.Ad Mariſan uero ciuitatem & Azotum uenientes,tenuerunt eas: & multa ſpolia exinde ducentes,ad Iudæam reuerſi ſunt.

Bethſamis, quæ & Scythopolis dicitur.

Infelix pugna.

De cauſa mortis Antiochi. Cap. XIII.

1.Mach.6.

EOdem tempore & rex Antiochus ſuperiorẽ prouinciã percurrens,audiuit ciuitatẽ Perſarum diuitijs excellentẽ Elimaidam nomine, precioſiſſimũq; templum in ea Dianæ,& omni ſpecie ornamentorũ plenum: inſuper & arma, & loricas,quas reliquiſſe audierat filium Philippi,regẽ Macedonũ Alexandrũ. Cõmotus ergo egreditur cõtra Elimaidam,& obſidebat eã. His uero qui in ea erant,minime territis impetu eius,neq; obſeſſione,ſed pertinaciter repugnantibus,ſpe deceptus diſceſſit.Nam exeuntes à ciuitate,fugauerunt & perſequebãtur eum uſq; ad Babyloniã.Vbi cũ poſt multã ſuorũ militũ amiſſionẽ ueniſſet,quidã ei nunciauit & ducum perditionẽ,quos pugnare contra Iudæos reliquerat,& creuiſſe fortitudinẽ Iudæorũ.Super priorẽ itaq; curam hoc creſcente malo,incurrit in ægritudinẽ.Qua diu tenente,& creſcentibus paſſionibus,intellexit quod moreretur,conuocánsq; amicos, morbũ ſuũ eis atrocem eſſe indicauit:cõfeſſus hæc ideo ſe pati, quod Iudæorũ gentẽ affligens,tẽplũ expoliaſſet, deúmq; cõtẽpſiſſet.Quo dicto,ilico expirauit.Vnde miror Polybiũ Megalopolitã, quod uir bonus exiſtens, dicit ideo periſſe Antiochũ, quia uoluit tẽplũ

Antiochus fruſtra obſidet Elimaidam.

Moritur Antiochus.

Dianæ

Dianæ in Perſida deuaſtare. Nã qui nullatenus egit peccatũ, ſed tantũ cogitauit, nullo reatu tenebatur. Si aũt Polybio uidetur ideo Antiochum uitam finiſſe, multo plus ueriſimile creditur propter templi Hieroſolymitani excidium ſacrilegũ regẽ periſſe. Sed ob hoc nõ reſiſto Megalopolitæ, cũ noſtra opinio uera uideat. Antiochus aũt priuſq; moreret, cõuocãs Philippũ, unũ exſocijs ſuis, tutorẽ eũ regni cõſtituit, & dãs ei diadema, & ſtolã & anulũ, filio ſuo Antiocho iuſſit deportare, & cenſuit ut puideret eius educationẽ, & cuſtodiret eius imperiũ. Defunctus uero eſt Antiochus nono & quadrageſimo & centeſimo anno.

De pugna Eupatoris contra Iudam, Eleazari fortitudine, & incõmodis Hieroſolymæ. Cap. XIIII.

LYſias autẽ mortẽ eius nuncians multitudini, filiũ eius Antiochũ, quẽ ipſe nutriebat, regẽ cõſtituit, uocans Eupatorẽ. Eodẽ tẽpore hi, qui erant in arce Hieroſolymorũ cuſtodes Macedonũ, & transfugæ Iudæorũ, multa in Iudæos aduerſa fecerũt. Eos enim qui aſcendebãt in templũ immolare, repente inuadẽtes, hoſtiliter opprimebant. Nam arcis culmen tẽpli altitudinẽ ſuperabat. His igitur accedẽtibus, Iudas deuaſtare arcis cuſtodiã deliberauit, & colligẽs omnẽ populũ, arcẽ inſtantius obſidebat, anno principatus Seleuci centeſimo & quadrageſimo. Cõſtruens igitur machinamẽta, & aggeres accumulans, arcẽ capere laborabat. Multi uero ex transfugis ea nocte egreſſi ad prouinciã, & aliquos ſimiles & impios congregantes, ad Antiochum regẽ uſq; uenerũt: petentes nõ debere ſe deſpici, dum à contribulibus ſuis atrocia paterentur: quæ ideo ſuſtinerent, quoniã religione ſua relicta, patris eius imperijs obediſſent, & nunc pericula ſuſtinerent per Iudam & uiros eius, necnõ & cuſtodes à rege deputati, niſi aliquod ab eo præſidium mitteretur. Hæc audiens adoleſcens Antiochus, ualde iratus: & conuocans duces & amicos, præcepit colligendũ exercitũ, ſiue peregrina ſolatia. Congregatúſq; eſt exercitus peditũ quidẽ centũ milia, equitũ uero uigiti milia, & elephantorũ ducẽta & trigitaquiq;. Producẽſq; exercitũ, egreſſus eſt ab Antiochia cum Lyſia, habente totius exercitus gubernationẽ: & perueniens ad Idumæã, exinde ad Bethſurã aſcendit, ciuitatẽ nimis fortiter munitã. Suſtinentibus uero Bethſuræis, & præparationẽ machinamẽtorũ eius incendẽtibus, multũ tẽporis in obſidione cõſumptũ eſt. Iudas uero audiẽs regis aduentũ, deſtitit quidẽ ab obſidione arcis. Occurrẽs aũt regi, caſtrametatus eſt in anguſto quodã loco, qui dicit Bedoſcaria, decẽ miliũ ſtadijs ab hoſtibus diſtãte. Rex aũt egreſſus à Bethſura, per anguſta duxit exercitum ad caſtra Machabæi: factoq; diluculo, milites ordinauit in acie, & elephãtos quidẽ ſequi ſeipſos inuicẽ fecit, propter locorum anguſtiã nõ eos ualens in latitudinẽ collocare. In circuitu uero uniuſcuiuſq; elephanti properabant pedeſtres quidem mille, equites uero quingenti. Geſtabant autem elephanti turres excelſas, & arcarios in eis: reliquámq; uirtutem ex utroque latere montis fecit aſcendere, amicos exercitui præponens: & iubens clangorem fieri, ad hoſtes acceſſit, aureos enudans clypeos ſimul & æreos, ut nimiũ fulgorẽ ſuæ claritatis emitterent: montesq; eis fremẽtibus reſultabãt. Hæc Iudas inſpiciẽs, territus nõ eſt, ſed fortiter excipiẽs inimicos, ex eorũ præcurſoribus uſq; ad ſexcentos occidit. Eleazarus aũt frater eius, quẽ Mauronẽ uocabãt, uidẽs ſublimiorẽ elephãtũ ornatũ loricis eſſe regali-

Antiochus adoleſcens cõtra Iudã.

Eleazarus ab elephãto opprimitur

bus,& putans in eo ſedere regem,acceſſit ad eum omni uirtute: & multos circa elephantem perimens,alios diſperdens,fugere compulit:& ſub uentrem ingreſſus elephantis,eũ percuſſit.Qui mortali plaga percuſſus,moriens cecidit,& Eleazarum ſuis compreſſum ponderibus interemit.Sic enim magnanimiter multos inimicorũ diſperdens,uita priuatus eſt.Iudas autem fortitudinẽ hoſtiũ cõtemplatus,diſceſſit ad Hieroſolymã,& obſidionis neceſſaria præparabat.Antiochus autem partẽ expeditionis in Bethſuram miſit,ut eam deuaſtaret: cũ reliqua autem multitudinis uirtute ipſe ad Hieroſolymam profectus eſt.Bethſuritæ ergo territi fortitudine aduerſariorum,& ſua uidentes neceſſaria defeciſſe, ſeipſos accepta fide tradiderunt.Antiochus autem capiens ciuitatem,omnes ciobſidio templi. ues nudatos abiecit,& ſuos ibi cuſtodes reliquit.Multo uero tempore templũ obſidens,in Hieroſolymis ſedebat,pertinaciter intus repugnantibus ciuibus. Nam ad ſingula quæ contra eos ſtatuerat rex machinamenta,illi è cõtrario ad ſuam defenſionem inſtrumenta bellica requirebant.Quibus & alimenta defecerũt, fructibus prioribus omnibus cõſumptis. Et terra illo anno nõ erat culta, quia ſeptimus annus inſtabat:in quo ſecũdum legalia inſtituta, relinquebatur uacua terra.Multi uero obſeſſorum refugiebant propter inopiæ neceſſitatem. Vnde relicti ſunt in templo pauciſſimi.Et his quidem qui in templo obſidebãtur,tales res accidebant.Lyſias uero dux & rex Antiochus,quum Philippus à Perſida ueniens nunciatus eſt eis,cõmendatum ſibi præſumpſiſſe imperium,& rempublicã Antiochi ſibi uelle defendere:prætermittentes obſidionẽ,ire aduerſus Philippum decreuerunt.Quod conſilium nequaquã manifeſtũ cæteris ducibus facere uoluerunt,ſed iuſſit rex Lyſiam ducibus dicere,diuturnam obſeſſionem nihil eis poſſe proficere:quando & locum aduerſariorũ cõſtaret eſſe munitum,& ſibi uictualium neceſſitas irrogaretur,& expediret pacem facere cũ Iudæis,coſq; relinquere proprijs uti ceremonijs:unde à nobis hactenus prohibiti,exiſtere uidentur aduerſi.Hæc dicens,de Philippi tyrannide tacendũ eſſe decreuit,ne exercitus ſui dubia corda perciperet.Hæc Lyſia dicente exercitui,& ducibus ſententia placuit.Tunc mittens rex ad Iudam,pacem promiſit obſeſſis, & patrijs legibus eos uiuere pollicetur.Hi uero ſuſcipientes uerba,& confirmatis ſacramẽtis & fide,exierunt à tẽplo.Intrans uero Antiochus,& aſpiciens munitũ locũ,impudenter ſacramẽta trãſgreſſus eſt,iuſſitq; omnẽ exercitum in circuitu ſtantẽ deponere muros uſq; ad ſolũ.Poſtquam hæc fecit, reuerſus eſt ad Antiochiã,ducens Oniam principẽ ſacerdotũ,qui & Menelaus dicebatur. Nã Lyſias perſuaſit regi Menelaũ occidere,ſi uellet Iudæos eſſe pacatos:dicẽs hũc fuiſſe initiũ malorum,qui flexit patrẽ ſuũ cogere Iudæos religionẽ patriam relinquere.Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam Syriæ ciuitatẽ, interfecit eũ, poſt decimũ annũ principatus ſacerdotij eius:& ut ipſe principatum obtineret, impulit Iudæos tranſgredi leges.Princeps uero ordinatus eſt poſt Menelai interitum Alchimus,qui & Ioachim uocatus eſt.Rex autẽ Antiochus inueniens Philippũ iam rebus imperantẽ,debellabat eum.Quem ſub ſua faciens poteſtate,occidit.Filius aũt principis ſacerdotũ Oniæ,de quo prædiximus,adhuc puerulus defũcto patre relictus,uidens q; auunculũ ſuũ Menelaũ rex interfeciſſet,

& principa

& principatum ſacerdotij Alchimo dediſſet non exiſtenti de genere ſacerdotum,ſed à Lyſia flexus, ut tranſponeret honorem ab ea familia ad aliam domũ,fugit ad Ptolemæũ regẽ Aegypti,& honorẽ meruit ab ipſo & uxore eius Cleopatra:locumq; petijt in regione Heliopolitana,ubi ſimile Hieroſolymorum ædificaret templum.De his quidem tempore opportuno exponemus.

De geſtis Demetrij contra Iudam. Cap. XV.

EOdem tempore fugiens Demetrius Seleuci filius à Roma,& perueniens ad Tyrum,impoſuit ſibi diadema,& colligens quoſdam mercede conductos ſatellites,ingreſſus eſt aulam,omnibus libenter eum ſuſcipientibus.Comprehendentes uero Antiochum regem cum Lyſia,uiuentes perducunt ad eum. Qui ſtatim iubẽte Demetrio interempti ſunt,cum regnaſſet Antiochus annis duobus,ſicut iam & alibi demonſtratum eſt.Conuerſi autem ad eum multi Iudæorum maligni uel transfugæ,cum quibus & Alchimus princeps ſacerdotũ, accuſabant uniuerſam gentem,& Iudam,& fratres eius,dicentes quod omnes amicos regis interfeciſſent,omnesq; eius fautores perdidiſſent,ſeipſos quoq; à patria terra iactatos,extorres proprio ſolo factos:& rogabant etiam mitti aliquem ex Iudæis amicis eius,qui certius de facinoribus Iudæ renũciaret.Demetrius autem cõmotus,miſit Bacchidem,amicum regis Antiochi Epiphanis, cui omnis Meſopotamia credita erat,dans ei exercitum,& principem ſacerdotum Alchimum cõmendãs,præcepitq; perimi Iudam,& eos qui cũ illo erant. Egreſſus ergo de Antiochia Bacchides,peruenit ad Iudæam,direxitq; ad Iudã & fratres eius,de amicitia uel pace loquens,dolo uolens illum capere. Ille uero minime credidit,uidens cum tanta multitudine exercitus eum adeſſe,quanta ad bellum & non ad pacem ueniſſet.Sed quidam ex populo attendẽtes quæ Bacchides concionabatur,& exiſtimantes nihil ſe ab Alchimo ſæuum pati cõſanguineo exiſtente,ad eos tranſierunt,& ſacramentum ab utriſq; acceperũt, nihil pati,neq; ipſi neq; hi qui eiuſdem fuerant uoluntatis. Bacchides uero trãſgreſſus ſacramentum,ſexaginta ex eis interfecit,& alios qui ad eum tranſire cogitabãt remorari fecit,prioribus fidem non cuſtodiens.Deſcendens autem ab Hieroſolymis,cum ad uillam quæ dicitur Birzito ueniſſet,multos cepit trãsfugas,& aliquos populi.Quos omnes occidens,denunciauit prouincialibus cunctis ut Ioachim obedirent.Cui aliquam militum partem relinquens ad prouinciam cuſtodiendam,ad regem Demetrium Antiochiã reuerſus eſt.Ioachim uero principatum ſuum confirmare uolens,& credens,quod ſi fidem præpararet multitudini,tutiorem ſibi magiſtratum acquireret,omnes ſeducebat uerbis: & ad libitum unicuiq; loquens,nimis uelociter manu ualida transfugarum circumſeptus eſt.Cum quibus miniſtris circuibat prouinciam,& quantos in ea Iudæos non conſentientes ſibi inueniſſet,interficiebat. Videns autem Iudas Ioachim magnum fieri,multosq; interfeciſſe uiros bonos & uenerabiles,ipſe quoq; circumiens prouinciam, occidebat partium eius fautores.Quod cum uidiſſet Ioachim, & intellexiſſet minime ſe contra Iudam ualere, ad auxilia regis Demetrij conuertitur.Veniens igitur ad Antiochiam ciuitatem Iudã accuſabat,quaſi multa ab eo mala perpeſſus:& ampliora toleraturus,niſi citius uindicaretur. 1.Mach.7.

Quomodo

Quomodo Nicanor aduerſus Iudam deſtinatus perijt. Cap. XVI.

TVnc Demetrius hoc & ſuis rebus noxium putans eſſe, ſi negligeret tanta Iudæ facinora, Nicanorem fideliſſimũ amicum cum exercitu deſtinauit, qui cum eo à Romana ciuitate fugerat: præcipiens ei, nullatenus genti parcere Iudæorũ. Nicanor uero peruenięs ad Hieroſolymã, pugnare mox aduerſus Iudam minime decreuit. Dolo autem opprimere eum cupiens, mittit ei uerba pacifica, dicens nulla neceſſitate pugnandi ſe ueniſſe, ſed ſacramentum præſtare, quod nihil ſæuiſſimũ à rege pateretur. Hæc dicente Nicanore, Iudas & fratres eius flexi, nullámq; fraudem ſuſpicati, data fide ſuſcipiunt Nicanorem cũ exercitu. Qui ſalutans Iudam, dum ſermocinarentur dedit ſignum proprijs militibus, quatenus Iudam comprehenderent. Qui cum inſidias intellexiſſet, exiliuit & ad ſuos confugit. Patefacta uero uoluntate ſua, & apertis inſidijs, bellare Nicanor contra Iudam decreuit, & pugnam præparans conflixit cũ eo in uico Capharſamala. Quem uictum compulit ad arcem Hieroſolymorum confugere. Cui deſcendenti ab arce ad templum, occurrentes aliqui ſacerdotum & ſeniorũ ſalutabant eum: & immolationes oſtendebant, quas pro rege deo ſe offerre dicebant. At ille interminatus eſt eis templum deponere, niſi redeunti ſibi traderent Iudam. Et hæc quidẽ interminatus, exijt ab Hieroſolymis. Sacerdotes autem propter dictorum eius mœrorem, in lachrymas proruperunt, & deo ſupplicabant, eos ab interminatis periculis liberaret. Cúmq; Nicanor ab Hieroſolymis egreſſus, in aliquo uico, qui Bethoron dicitur, peruenijſſet, ibi caſtra conſtituit: ubi & alia præſidia de Syria deſtinata ſuſcepit. Iudas autem in Adaſis altero uico, ſtadijs diſtante triginta à Bethoro caſtrametatus eſt, mille tantum ſocios habens, hortatúsq; ne pertimeſcerent multitudinem aduerſariorũ: ſed qui ſint, & de quibus præmijs pericula paterentur, cogitãtes, unanimiter hoſtes inuaderent: procedit in pugnam, & cõmittens fortiſſimũ prælium cum Nicanore, aduerſarios ualde contriuit. Deinde ipſe Nicanor dũ atrociter decertaret occiſus eſt. Quo cadente, ducem perdens exercitus terga conuertit ad fugã. Quos perſequens Iudas interficiebat, & ſono tubarum in circuitu poſitis ſignificabat, quod hoſtes prælio ſuperati diſcederent. Qui audientes, armati exibant, & fugientibus occurrentes occidebant eos. Ex quo prælio nullus euaſit, dum nouem milium numerus extitiſſet. Quæ uictoria cõtigit * quartadecima die mẽſis, qui dicit apud Iudæos Adar, apud Macedones Diſtrus. Hanc celebrant per omnẽ annum, feſtum colentes diem. Et ex illo quidem tempore breui ſpatio gens Iudæorum ab illis calamitatibus requieuit: ſed poſtea ad certamina rurſus & pericula redierunt. Principem autem ſacerdotum Ioachim uolentem deponere murum ſanctuarij ueterem, & cõſtructum ab antiquis prophetis, plaga quædam dei repentina percuſſit, ex qua murus in terram ccidit, & tortus per multos dies deteſtabiliter expirauit, principatum ſacerdotij tenens annis quatuor. Quo defuncto, ſacerdotium populus Iudæ contradidit.

*Aliâs * tertia decima.*

Iudas auxilia Romanorum implorat. Cap. XVII.

1. Mach. 8. QVi audiens uirtutem Romanorum, quod expugnaſſent Gallias, & Iberiam, & Carthaginem Libyæ, necnon & Græciam ſubegiſſent, & regem Perſicum

Persicum,& Philippum,& magnum Antiochum,deliberauit cum eis amicitias copulare,mittens Romam amicos suos,Eupolemium filium Ioannis,& Iasonem Eleazari:rogabatq; per eos,Romanos auxiliatores sibi & amicos esse,& Demetrio scribere,quatenus non confligeret cum Iudæis. Cūq; uenissent Romam legati Iudæ,senatus eos libenter excepit,& ea quæ petierunt celeriter annuit.Faciensq; ob hoc senatusconsultum,exemplum quidem ad Iudæā transmisit,ipsum autem tabulis æreis scriptum in Capitolio collocauit. Erat autē hu iusmodi senatusconsultum,de auxilijs & de fide circa gentem Iudæorum: Neminem subiectorum Romanis, bellare contra gentem permittimus Iudæorū, nec alicui bellanti præbendum censemus triticum,aut naues, aut pecunias: & si quis contra Iudæos putauerit esse bellandum,sciat eis nos auxilia præstaturos: & rursus si Romanorum quilibet inuaserit terram,Iudæos eis modis omnibus obstaturos.Et si quid de hoc pacto gens Iudæorum uoluerit uel addere uel auferre,cōmuni sententia populi Romani faciendum esse conuenit. Scriptum est autem hoc senatusconsultum per Eupolemium Ioannis filium,& Iasonē Eleazari,sub principe sacerdotum Iuda,duce Simone fratre ipsius. Hæc quidē prima inter Romanos & Iudæos amicitia cognoscitur contigisse.

De pugna Iudæ cum Bacchide,in qua & occubuit. Cap. XVIII.

1.Mach. 9.

DEmetrius autem nunciata sibi morte Nicanoris,& perditione militiæ, rursus ad Iudæam Bacchidem cum exercitu destinauit. Qui ab Antiochia egressus,peruenit ad Iudæam,& in Arbellis ciuitate Galilææ castra constituit,& eos qui ibi in speluncis habitabant,cum multi ad eas confugissent, captos suis partibus aggregauit:exindeq; mouens,ad Hierosolymā properabat. Qui audiens Iudam in aliqua uilla,nomine Birziton,castra locantem, contra eum alacriter festinabat cum peditum uigintimilibus,& equitū duobus milibus. Iudæ uero fuerunt omnes duo milia.Qui multitudinem Bacchidis timētes, tentoria relinquentes,fugerunt omnes præter octingentos. Iudas uero proprijs militibus destitutus,& hostibus imminentibus nec tempus habens congregādi exercitū,non dubitabat cum octingentis pugnā contra Bacchidē cōmittere,hortatusq; suos ut hostes inuaderent,& pugnam uiriliter sustinerent: cum illi dixissent,se non esse ad tantam magnitudinē exercitus idoneos, & suaderent nunc quidē discedere,& à periculis liberari:postea uero inimicis,collectis uiribus,obuiare:nō hoc,inquit,uideat solis aspectus ut terga mea hostibus nudem:sed licet omnimodo immineat perire pugnantem,fortiter stabo,omnia uiriliter perferens futura pericula.Bacchides uero producens de castris exercitū, ad prælium parabatur.Et equites in utroq; cornu disponens,leuiores autē & acriores ante omnē aciem,ipse in dextro cornu constitit.Qui cum sic aciem ordinasset, iussit tubicinem signum dare.Hoc idem faciens & Iudas,cōmittit cum hostibus pugnam,& constanter ambobus certantibus,prælium usq; ad occasum solis extensum est.Videns autē Bacchidem Iudas cū electis suis in dextro cornu ordinatum,congregans animosiores uiros,inuadit illā partē exercitus, & cōfligens ibi ordinē eorū disrupit,& medios ad fugā cōuertit,sequutus eos usq; ad Gazara. Videntes ergo fugā dextræ partis,qui in sinistro cornu erant;circūuenerunt, &

Audax Iudæ facinus.

Iudam

Iudam ſequentes in medio eum obſederunt. Qui fugere minime ualens, circũ-
Iudas interijt. ſeptus ab hoſtibus, ſtans pugnabat cum ſuis: multosq; interficiens aduerſari-
orũ, percuſſus interijt. Iuda uero interfecto, ſocij eius taliduce priuati terga uer-
terunt. Cuius corpus ab hoſtibus ſub pacto Simon & Ionathas fratres eius re-
Aliàs ciui- dimentes, perduxerunt ad Modin uillam, ubi & pater eorum ſepultus erat, lu-
tatem. gente eum per multos dies populo Hebræorum, & honorante ſecundum com-
munem & legitimam cõſuetudinem. Finis quidem talis Iudam inuenit, uirum
fortem & magnum, & bellicoſum, & mãdatorum patris ſui memoré, & omnia
pro libertate ciuium & facere & pati paratum. Tali ergo uirtute plenus, magnã
ſibi gloriam & monimenta ſeruauit, liberans gentem à Macedonum ſeruitute.
Qui cum principatũ ſacerdotij tribus annis habuiſſet, hoc ordine defũctus eſt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSTERTIVS.

De bellis Ionathæ & Bacchidis poſt occiſum Ioannem. Cap. I.

1. Mach. 9.

Vibus modis gens Iudæorum, Macedonibus in ſer-
uitute eam tenẽtibus, libertatem recepit, & per quot
& quanta certamina dux eorum Iudas tranſiens de-
functus eſt, pro ipſis bellans, in uolumine anteriore
monſtrauimus. Poſt interitum uero Iudæ iterũ qui-
cunq; erant impij, & tranſgreſſores patriæ legis, ue-
nerunt contra Iudæos, & undiq; eos peſſime uaſta-
bant. Adiuuabat etiam horum malitiam & fames,
quæ tunc prouinciam omnẽ occupauit, ut multi pro
pter inopiam neceſſariorum non tolerantes ambas calamitates, famis & inimi
corum, tranſfugerent ad Macedones. Bacchides autem Iudæis, qui patria reli-
querant ſolennia, & cõmunem uitam elegerant, congregatis eis cuſtodiam pro
uinciæ tradidit. Qui tenentes amicos Iudæ Bacchidi prodebant, quos torquẽs
crudeliter occidebat. Tantis ergo Iudæis calamitatibus oppreſſis, reliqui ex ami
cis Iudæ uidentes gentem miſerabiliter pereuntem, adeuntes fratrem eius Iona
than, rogabant eum, ut imitaretur fratrem ſuum, & illius erga ſuam gentẽ pro-
uidentiam adhiberet hortabantur, & ne deſpiceret populũ ſine defenſore pere-
untem. Ionathas uero promittente paratum ſe eſſe mori pro cunctis, & creden-
tes eum ſuo fratri parem exiſtere, ducem Iudæorum ordinauerunt. Quod Bac-
chides audiens, & timens ne regi uel Macedonibus pericula concitaret Iona-
thas, ſicut olim Iudas, dolo eum interficere ſtatuit. Cuius uoluntas nõ latuit Io
nathan, neq; fratrem eius Simonem. Qui colligentes ſocios omnes, ad deſerta
confugerunt: & uenientes ſuper aquam quæ dicitur lacus Aſphar, ibidem cõmo
rabantur. Bacchides autem ſentiens eos diſceſſiſſe, & in illo loco conuerſari, con
tra eos cum omni ſua uirtute progreſſus eſt, & trans Iordanem caſtra ponẽs re-
fouebat exercitum. Ionathas cognoſcens Bacchidem cõtra ſe ueniſſe, mittit fra-

trem

trem ſuũ Ioannem qui Gaddis dicebatur,ad Nabathæos Arabas,ut apud ipſos deponerent ſupellectilem, uſquequo pugnarent contra Bacchidem: erant enim amici.Ioannem ergo euntem ad Nabathæos,inſidijs collocatis in Medaba ciuitate,filij Amarei capiunt unà cum ſuis: & rapientes omnia quæ portabant, occidunt Ioannem & omnes ſocios eius. Vindictam uero,quam per hoc receperunt à fratribus eius,poſtea demonſtrabo. Bacchides autem cognoſcens Ionathan in nemoribus Iordanis caſtra poſuiſſe,obſeruans ſabbatorum diem contra eum uenit, tanq; nõ in ea pugnaturũ propter legem. Ille uero ſocios hortatus,& animæ eos pati pericula dicens,in medio cõprehenſos fluuij & hoſtiũ,& uiam qua fugerent non haberent, dum hoſtes ante faciem, fluuius à retro prohiberent: orans autem ad deum ut uictoriam ſibi præſtaret, committit pugnam cum hoſtibus. Quorum multos occidens, cum uideret temerarium ſe Bacchidem appetentem, dextramq; ad feriendum extendentem,præuidens plagamq; deuitans, cum ſocijs in fluuium exiliuit, & pernatans trans Iordanem, periculum mortis euaſit. Nam Bacchides fluuio relicto,ad Hieroſolymorũ arcem diſceſſit,uſq; ad * duo milia ſuorũ amittens. Qui etiam multas Iudææ ciuitates capiens,muniuit Hiericho,& Amathuntẽ,& Bethoron,& Bethullam,& Thamnathã,& Pharatonẽ,& Oconam,& Gazara: & turres in unaquaque ciuitate conſtituens, & muros circundans eis ualidos,& magnitudine præcellentes,cuſtodiam in eis ſtatuit, ut exinde Iudæos affligeret. Arcem uero Hieroſolymorũ cautius muniuit, & tollens filios nobilium Iudæorũ,obſides in arce concluſit. Eodem tempore ueniens quidam ad Ionathan & fratrem eius Simonem, nunciauit filios Amarei celebrare nuptias,& nouam nuptam nobilẽ duci à Medaba ciuitate,& Arabas cum pompa munificentiſſima: Ionathas tunc & Simon tempus putantes proſperum ſibi ad fratris Ioannis apparuiſſe uindictam,cum multa potentia ſociorum egredi untur ad Medaba, & inimicos inter montes inſidijs collocatis præſtolabantur. Vt autem uirginem uiderunt & ſponſum,& multitudinem amicorum cum eis ſicut in nuptijs,exilientes ab inſidijs omnes occiderunt, & ornatũ cum omni præda tollentes reuerſi ſunt, pœnam pro fratre Ioanne à filijs Amarei talem exigentes. Nam ipſi cum ſequentibus amicis & uxoribus uel filijs,numero*quadringenti perempti ſunt. Simon itaque & Ionathas ad oram Iordanis reuerſi, ibidem permanebant. Bacchides autem omnem Iudæam muniens, ad regem reuerſus eſt. Iudæi uero duobus annis à bellorum tumultu requieuerunt. Tunc tranſfugæ uel impij, uidentes Ionathan cum ſuis multam licentiam habere libertatis, direxerunt ad regem Demetrium, petentes mitti Bacchidem ut Ionathan debellaret: quod facilius euenire pollicebantur, ſi una nocte inopinabiliter eum inuaderet. A rege ergo Bacchides deſtinatus, perueniens ad Iudæam, omnibus ſcripſit amicis & Iudæis auxiliari ſibi,quatenus Ionathan comprehenderent. Feſtinantibus autem eis,& non ualentibus Ionathan tenere,quia nimis ſe caute tractabat,Bacchides ira commotus,transfugarum primos quinquaginta,qui ſibi & regi mentiti ſunt,occidit. Ionathas uero cum fratre uel ſocijs ad Vithalagam uillam timens Bacchidem abſceſſit: ædificansq; turres, & muro circundans, habebat eam ualde munitam. Quod audiens Bacchides, milites ſuos cum Iudæorũ

Ioannes occiditur.

Aliàs.duodecim.

Ionathas ulciſcitur fratrem in nuptijs.

Aliàs. xl.

Bacchides Ionathã obſidet

auxiliatoribus perducens contra Ionathan peruenit, & ad eius munimina accedens, per dies multos obsidebat eum. Qui obsidioni fortiter resistens, Simonem quidem fratrem suum expugnaturũ Bacchidem in ciuitate dimisit: ipse uero furtim egreditur in prouinciam, & congregans manũ multam, nocte Bacchidis inuadit exercitum: & multos occidens, Simonem fratrem fecit aduentum suum cognoscere. Qui sentiens hostes interimi, egreditur: & Macedonum machinamenta obsidioni præparata, suppositis flammis incendit, & multos eorum uiriliter interfecit. Videns autem Bacchides ab inimicis se circumseptum, quorũ alios quidem ante se, alios autem retro conspiciens, turbatus hæc insperate sibi euenisse, in transfugas tanquam in deceptores suum furorem conuertit: uolebátq; si posset, obsidione soluta sine dedecore ad propria remeare. Cuius uoluntatẽ cognoscens Ionathas, legatum ad eum pro amicitijs destinauit, quatenus redderent inuicem sibi quos ceperant utriq; captiuos. Putans autem hanc honestiorem Bacchides discessionem, paciscitur cum Ionatha, & iurauerunt utrique ut nunquam contra se arma præsumerent: & captiuos dantes & recipientes, in Antiochiam Bacchides recessit. Qui post hanc discessionem, nequaquam ad Iudæam deinceps peruenit. Ionathas uero hanc libertatem acquirens, in Machma ciuitate, populorum negotia disponebat: & maleuolis uel impijs cruciatis, Iudæorum gentem purgabat.

De amicitia Ionathæ cum Demetrio & transfugis Iudæis. Caput II.

1. Mach. 11. ANno uero sexagesimo & centesimo, Epiphanen Antiochi filium contigit Syriam ascendere, & Ptolemaidam capere ciuitatem per proditionem militum intus commorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter superbiam suam: quia dum se clausisset in quadam turri regali, quam nõ longe ab Antiochia construxerat, à nemine uidebatur, sed & rempublicam ut desidiosus negligebat. Vnde ei odium à subiectis exortũ est, sicut iam alibi demonstrauimus. Igitur in Ptolemaidem Alexandrum Demetrius audiens peruenisse, omnem contra eum produxit exercitum. Direxit autem & ad Ionathan legatos pro auxilijs, nam præcedere Alexandrum statuit, ueritus ne ille prius auxilium eius posset, aut Ionathas memor malorũ se cum inimicis coniungeret. Denunciauit ergo eum multitudinẽ congregare, obsidesq; Iudæorũ recipere, quos Bacchides in arce Hierosolymorum concluserat. Talibus inter hæc à Demetrio Ionathas ad se nuncijs uenientibus, ad Hierosolymam peruenit: & epistolas regis, audiente populo uel arcis custodibus hilaris intimauit: Quibus relictis, transfugæ uel impij trepidauerunt, præcipiente rege, quatenus Ionathas exercitum congregaret & obsides reciperet. Quos cum accepisset, unumquenq; suis parentibus reddidit. Et quidem Ionathas in Hierosolymis mansionem faciebat, renouans ciuitatem, suáq; uoluntate singula construens, & ædificans muros ciuitatis lapidibus quadratis, ut forent aduersus hostes munitissimi. Quæ uidentes custodes muniminũ in Iudæa, relinquentes ea omnes ad Antiochiam fugerunt, præter illos qui in Bethsura ciuitate & in arce Hierosolymorum erant, quorum plurima pars impiorũ & transfugarum fuit Iudæorum. Quapropter castra non reliquerunt.

De sacer-

De ſacerdotio Ionathæ & occiſo Demetrio. Caput III.

COgnoſcens autem Alexander promiſſiones, quas Demetrius fecerat Iona- 1. Mach. 10.
thæ, & fortitudinem eius, & quanta diſpoſuerat bellans cõtra Macedones, & iterum qualia ipſe pertulerat à Demetrio & Bacchide duce Demetrij, & meli-
us nihil inuenire quàm Ionathæ præſidium, ad amicos dicebat: In præſenti tem-
pore Ionathas contra hoſtes fortis exiſtit, & odium habet proprium in Deme-
trium à quo multa mala perpeſſus eſt: igitur ſi uidetur, amicum cum facere cõtra
Demetrium nunc debemus: non aliâs utilius eſt rogare eum ad auxilium confe-
rendũ. Cúmq; ei & amicis placuiſſet, tranſmiſit ad Ionathan, ſcribens talem epi-
ſtolam: Rex Alexander Ionathæ fratri ſalutem. Fortitudinem quidem & fidem
tuam iamdudũ audiuimus. Et ideo traſmiſimus ad te pro auxilijs, & ordinamus
te hodie principem ſacerdotum Iudæorum, & amicum noſtrum uocari præcipi-
mus. Idcirco etiam deſtinaui tibi pro munere purpuream ſtolam, & auream co-
ronam, & peto honoratum te à nobis ſimilem erga nos fieri. Suſcipiens epiſto-
lam Ionathas, induitur quidem ſacerdotali ſtola, celebratione tabernaculorum
inſtante, poſt quartum annum mortis Iudæ fratris ſui. Nam neque per ipſum
tempus princeps ſacerdotum aliquis cõſtitutus eſt. Collegit uero & multum ex-
ercitum, & armatorum copiam quam ipſe conſtruxerat. Quod factum ut perue-
nit ad Demetrium, nimis eum multumq; cõtriſtauit, ſuamq; cœpit accuſare tar-
ditatem, quod non ante Alexandrum feciſſet ipſe clementer erga Ionathan. Ve-
runtamẽ nec ſic diſtulit ſcribere ad Ionathan, & ad populũ eius. Cuius exemplar
taliter exiſtebat: Rex Demetrius Ionathæ gentiq; Iudæorũ ſalutem. Quoniam *Epiſtola Demetrij ad Ionathan.*
noſtram ſeruaſtis amicitiã, tentantibúsq; uos inimicis nõ conſenſiſtis: hanc qui-
dem ueſtram laudo fidem, & in his uos permanere quæſumus: recipientes à no-
bis uicem uel gratiam, per quam mereamini uectigalium ueſtrorum releuatio-
nem. Et quicquid prædeceſſoribus meis regibus uel mihi hactenus præbebatis,
omnia noueritis noſtra uobis largitate conceſſa. Super hæc etiam preciũ ſalis uo-
bis, & coronarum, quas nobis offerebatis, uel quod pro tertia parte frugũ, & me-
dietate fructus lignorum, quod parti meæ competebat, uobis ab hodierno die re
mitto. Sed & cenſum ſingulorum habitantiũ in Iudæa, quod noſtro ærario pro-
ficiebat: Necnon & trium finitimarũ uobis prouinciarum, Samariæ, & Galilææ:
& trans Iordanem uniuerſa concedo, à nunc per omnia tempora. Ciuitatémque
Hieroſolymorũ ſacram & inuiolabilem priuilegia ſua poſſidere, liberámq; cum
ſuis cõfinibus à decima parte uectigaliũ eſſe præcipio. Arcem autem cõmitto ſa-
cerdoti ueſtro Ionathæ, ut quos ipſe probauerit fideles amicos, cuſtodes in eam
deputet nobis ſeruandam. Captiuoſq; Iudæorũ & ſeruientes apud nos, liberos
eos eſſe cõcedo. Nec poſt hanc ſanctionem Iudæorũ iumenta uiolentijs angaria-
rum ſubiaceant. Sabbatũ autẽ uel omnes dies feſtos & tres ante eos dies, ſine ue-
ctigalibus eſſe denuncio. Eodem modo Iudæos noſtram terram habitantes, libe-
ros ac ſine læſione dimitto. Licentiamq; mihi militare uolentibus uſq; ad trigin-
ta milia præſtamus, eadem quibus & meus utitur exercitus, ubicunq; ierint acce-
pturis. Ordinabo uero quoſdam eorum in caſtris, quoſdam mei cuſtodes corpo-
ris, & duces in aula mea conſtituam. Præcipio uero meis, ueſtris uti legibus, eáſq;

cuſtodire,& tribubus propoſitis in Iudæa legibus obedire. Principēq; ſacerdotū diligentiam habere uolo, ne quis Iudæorum aliud templū præter Hieroſolymitanum ſolum ueneretur. Præbeo etiam ad ſumptus immolationū per ſingulos annos,cētumquinquaginta milia dragmas: quæcq; ſuperfuerint,pecuniæ ueſtras eſſe uolo.Decem milia autem dragmas,quas reges à templo accipiunt,uobis cedo:quia ſacerdotibus templo miniſtrantibus cōpetunt.Quicunq; autem ad templum Hieroſolymorum uel intra fines eius cōfugerint,debitor regalium pecuniarum,ſiue qualibet cauſa faciente,licentiam eis indemnitatis concedo, ſaluáſq; eorum eſſe poſſeſſiones.Renouari uero templū impendijs ex meo factis, murósq; ciuitatis ſpondeo fabricari,turréſq; altas conſtruere.Et quicquid ad munimen ueſtrum neceſſe fuerit,meis ſtipendijs reſtaurare polliceor. Tantum eſt,ut quas cœpiſtis amicitias nobiſcū & fœdus,ſine ſimulatione ſeruetis.Hæc quidem promittens & blandiens Demetrius Iudæis, ſcripſit. Rex uero Alexander magnū colligens conductum exercitū,& milites qui de Syria tranſierunt ad eum,contra Demetrium duxit:pugnáq; cōmiſſa,cornu ſiniſtro Demetrij aduerſarij ſunt fugati, & perſecutione diutina multi eorum occiſi ſunt,caſtráq; direpta: dextrum autem cornu,in quo Demetrius præliabatur,deuictum eſt, alij quidem omnes receſſerunt.Demetrius autem fortiter pugnans,non paucos hoſtiū proſtrauit. Cumq; fugans alios equus eius cœni barathro inhæſiſſet,minime fugere ualens, occiditur. Nam uidentes hoſtes quid ei cōtigiſſet,reuerſi circūdederunt eū: & omnibus in eum iacula deſtinantibus,cū ille pedeſtris fortiter reſiſteret,poſtea multis perfoſſus uulneribus,nec ualens ſuſtentare,collapſus eſt.Demetrij quidem talis exitit finis,qui regnum per undecim annos rexit,ſicut & alibi demonſtrauimus.

Demetrius occiditur.

De templo dei ab Onia in Aegypto edificato. Caput IIII.

ONiæ uero principis ſacerdotum filius, eodem nomine quo pater nuncupatus,quem Alexandriam fugiſſe ad Ptolemæum regem cognomine Philometorem diximus,uidens Iudæam à regibus Macedonum mala pati, uolensq; memoriam & gloriam æternam ſui relinquere, ad Ptolemæū regem & reginam Cleopatram tranſmiſit,petens licentiam, quatenus templum ædificaret in Aegypto ſimile Hieroſolymorum, leuitáſq; uel ſacerdotes de genere ſuo conſtitueret, quod deſiderabat,confidens in prophetia Eſaiæ,qui ante ſexcentos annos prædixerat,quod oporteret in Aegypto templum ædificari maximo deo per uirum Iudæum.Idcirco elatus Onias,Ptolemæo uel Cleopatræ huiuſmodi deſtinauit epiſtolam: Multa uel maxima uobis bellorum conficiens opera,& cum dei auxilio perueniens ad humilem Syriam,& Phœnicem, & in Leonum ciuitatem Heliopolim, pérq; alia loca multa ueniens,præter conſtitutiones Iudæos templa conſtruxiſſe reperi, quapropter & perfidos extitiſſe, quod etiam Aegyptijs accidit, propter templorum multitudinem uariámq; religionem.Opportunū autem inueni locum,qui dicitur agreſtis Bibaſte caſtrum plenum uaria materia, uel ſacris animalibus:& peto concedendum mihi eum dominio ſegregatū, quatenus purgare templum ibi dirutum, & ædificare maximo deo poſſim, menſura eadem & ſimili qua Hieroſolymorū,pro te tuáq; coniuge uel filijs: quatenus habeant Aegyptum habitantes Iudæi, quo cōuenientes ſecundū cōcordiam quam adinuicē

habent

habent,poſſint tuis utilitatibus miniſtrare. Nam & Eſaias propheta prædixerat eſſe in Aegypto domino deo ſacratiũ:multáq; talia de ipſo prædicauit.Hæc quidem Onias regi Ptolemæo ſcripta tranſmiſit. Cõſiderent tamen aliqui pietatem eius,& Cleopatræ ſuæ ſororis uel coniugis, ex epiſtola quam ſcripſerunt. Nam peccatũ & legis tranſgreſſionem ſuper caput Oniæ poſuerunt,reſcribentes hæc: Rex Ptolemæus & regina Cleopatra Oniæ ſalutem.Legimus tuam petitionem, in qua ſuggerebas, permitti tibi in Leonum ciuitate templum Heliopolitanum dirutũ purgare,quod appellatur agreſtis Bibaſte. Quapropter miramur, ſi deo gratum ſit templum, quod ædificaturus ſis in tam luxurioſo loco, plenóq; ſacris animalibus.Sed quoniam dixiſti prophetam Eſaiam iam dudum hoc prædixiſſe,concedimus tibi,ſi contra legem ueſtram non eſt,ut nihil nos in deum peccaſſe uideamur.Accipiens igitur locum Onias,ædificauit templum,aramq; deo ſimilem Hieroſolymorũ, minus tamen & pauperrimũ. Menſuram uero eius & uaſa minime uiſum eſt mihi nũc deſcribere. Nam in ſeptimo libro Iudaicæ antiquitatis inſerta ſunt.Inuenit enim & Onias quoſdam ſui ſimiles Iudæos,ſacerdotes & Leuitas,ibi religionem colentes.Sed de hoc templo late narrauimus.In Alexandria uero Iudæos & Samaritas, qui templũ temporibus Alexandri Macedonis ſuper Garizim montem conſtruxerunt,contigit contra ſe ſeditionem excitare, & propter templa coram ipſo Ptolemæo certare:Iudæis quidem dicentibus, ſecundum legem Moſi templum ſe in Hieroſolymis conſtruxiſſe:Samaritanis autem in Gazirim: & ſupplicauerunt ut cum amicis rex conſideraret,audiens de his altercationem, uictósq; morte mulctaret: cum pro Samaritis Sabbæus & Theodoſius intimaſſent,pro Iudæis uero & Hieroſolymitis Andronicus Meſſalanus, iurauerunt per deum coram rege ſecundũ leges dicta ſua probare: petiueruntq; Ptolemæũ, quatenus iuriſiurandi tranſgreſſorem perimerent. Rex uero multos ſecum amicos in concilium congregans,ſedit partes audire. Tunc Iudæi Alexandriæ cõſtituti, nimis timebant de uiris qui pro templi Hieroſolymitani parte diſſerebant:nam atrociter ferebant,ſi hoc tam antiquũ & nobile per uniuerſum mũdum templum ſolueretur.Cúmq; Sabbæus & Theodoſius conceſſiſſent, ut primus Andronicus uerba faceret, idem Andronicus approbationem facere ſuam cœpit ex lege,uel prædeceſſoribus principum ſacerdotum,quis ex quo genere honorem ſacerdotij de patre ſuſcepiſſet, & quomodo omnes Aſiæ reges templum uarijs oblationibus & clariſſimis donis honorauerunt: de Gaziri uero templo neminem ſermonem feciſſe. Quæ dicens Andronicus, & his multa ſimilia, regem flexit ſententiam pronunciare decernentem, templum Hieroſolymitarum ſecundum leges Moſi fabricatum fuiſſe:Sabbæũ autem & Theodoſiũ interficiendos. Hæc ſunt quæ cõtigerunt Iudæis in Alexandria tpibus Ptolemæi Philometoris.

De amicitia Alexandri cum Ionatha inita, & nuptijs Cleopatre. Cap. V.

ITaq; Demetrio in pugna perempto,ſicut ſuperius indicauimus,Alexander accipiens regnum Syriæ,ſcripſit Ptolemæo, ut acciperet matrimonio ſuo filiam eius Cleopatram,iuſtumq; hoc dicebat eſſe,cum paternum obtinuiſſet principatum, & per dei prouidentiam in eo perductus fuiſſet poſt perditionẽ Demetrij. Sed etiam per alia multa dignũ ſe eius familiaritate,uel cognatione dicebat.Pto 1. Mach. 10.

lemæus uero libenter ſponſalia accipiens, reſcripſit dicens, gauiſum ſe eſſe quod paternum ſuſcepiſſet principatū, daturúmq; ei ſuam filiam promiſit, & occurrere iuſſit eum ad Ptolemaidem, quatenus ei filiam ſuam iure traderet nuptiali. Tūc ipſe puellam ad Ptolemaidem ab Aegypto producendam, ibiq; coniungendam eſſe conſtituit. Ptolemæus quidem hæc ſcribens, propere ad Ptolemaidem peruenit, filiam Cleopatram ſecum adducens: ubi ſecundū conſtitutum, Alexandrū reperit, filiámq; ſuam ei cōiunxit, dotem argento uel auro ſecundū regiam qualitatem cōplens. Cumq; nuptiæ celebrarentur, ſcribens Alexander Ionathæ principi ſacerdotū, iuſſit eum ad Ptolemaidem feſtinare. Qui perueniens ad reges, munificenter eis offerens dona, dato apud eos honore potiebatur. Tunc Alexander cōpulit eum propria ueſte exutum purpura indui, ſimúlq; ſuper tribunal ſecum ſedere: iuſſitq; duces cum eo procedere, pérq; mediam ciuitatē clamare, neminī cōtra eum quicquam dicere, uel cauſas licere cōtexere. Quod cum duces feciſſent regis erga Ionathan, uidentes honorē hi qui parati fuerant eū accuſare, ſimul cū inimicis eius profugerunt, ueriti ne quid peſſimū paterentur. Tanto uero ſtudio rex Alexander Ionathan dilexit, ut primum eum ſuorum deſcriberet amicorum.

Ionathas induitur purpura.

De bello Ionathæ cum Ioppenſibus & victoria reliquarū urbiū. Cap. VI.

CEntesimo uero & ſexageſimoquinto anno Demetrius Demetrij filius, cum multis conductis quos ei Laſthenes Cretenſis præſtiterat, à Creta ad Ciliciam nauigauit. Quod Alexander audiens, in pauore turbáq; conſtitutus, cōtinuo de Phœnicia ad Antiochiam feſtinauit: ut prius quàm huc peruenire Demetrius, eam tute diſponeret. Reliquit uero humilis Syriæ ducem Apollonīū, cognomine Titum, qui cum multo exercitu profectus ad Iamniam, Ionathæ principi ſacerdotum mandauit, dicens: Iniuſtum eſſe eum ſolum cum licentia uel poteſtate uiuere, non obedientem regi: Sibiq; dicebat hoc magnum obprobriū ab omnibus inferri, quod eum non regi ſubigeret. Non ergo te, inquit, in montibus abſcondas, arbitratus fortitudinem te habere, ſed ſi confidis tuæ uirtuti deſcende, quatenus per campū noſtri millites confligant, & fortiſſimi belli euentus demonſtret uictoriam. Scito tamen optimos ab unaquaq; ciuitate mihi commilitones iunctos, qui ſemper tuos proauos euicerunt. Contra nos autem in tali terra certandum eſt, ubi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime præliari, ne ſit tibi locus quò ualeas deuictus effugere. His incitatus Ionathas, decem milia militū eligens, ab Hieroſolymis egreditur cum fratre Simone: perueniensq; ad Ioppen, caſtra foras ciuitatem diſpoſuit. Nam Ioppenſes portas cōcluſerant, intus habentes cuſtodias ab Apollonio conſtitutas. Cumq; Ionathas obſidere eos paraſſet, timentes ne ſuam ciuitatem deuaſtaret, portas aperiunt. Apollonius uero captam audiens Ioppen à Ionatha, tria milia equitum ſumens, & octo milia peditū, ad Azotum peruenit, & exinde tacite paulatimq; uiam ſibi perfecit. Cum ergo ueniſſet in Ioppen, tanquam recedens Ionathan trahit ad campum, confidens in equitibus, & ſpem in eis habens ſuæ uictoriæ. Cumq; proceſſiſſet Ionathas, perſequebatur uſq; ad Azotum Apollonīū, qui cum ad campum uidiſſet hoſtem ueniſſe, conuerſus pugnam cum eo commiſit. Mille nanq; equites Apollonius ad inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat, qui à retro inimicis inſiſterent. Quod ſentiens

1. Mach. 11.

Ionathas capit Ioppen.

Ionathas,

Ionathas,non eſt turbatus: ſed ordinans in quadro exercitum,ut per ambas partes inimicos exciperent, hortatus eſt, ut fortiter ante uel retro pugnantibus ubique reſiſterent. Prælio uero uſque ad ueſperam procedente,dans fratri Simoni partem exercitus,iuſſit eum aduerſariorum aciem inuadere,ſuiſq; præcepit,teſtudine facta ſagittas equitum excipere. Qui cum præcepta feciſſent, nihil lædebantur,quamuis hoſtes ſuper eos frequentia tela uibrarent, uſquequo ſuas euacuaſſent pharetras. Nam ſagittæ corpora clypeis ſepta, minime contingebant, cum conſtipatione teſtudinis tela uenientia refugarentur. Cum uero à primo mane uſque ad ueſperum iaculantes aduerſarij defeciſſent, intelligens Simon laſſos eos,inuadit aciem: fortitérq; cum ſuis militibus dimicans,fugat inimicos. Videntes autem equites, pedites ad fugam conuerſos, & ſpe eorum decepti,ſine decore & turpiter abſceſſerunt,& per omnem campum diſperſi fugerunt. Quos ſecutus Ionathas uſque ad Azotum multos occidit eorum. Qui de ſua ſalute deſperantes,ad templum Dagonis confugerunt, quod erat in Azoto. Capiens autem incurſione ſua ciuitatem Ionathas incendit eam,& omnes circa eam uicos,neq; pepercit templo Dagonis,ſed etiam eum flammis conſumpſit,& eos qui ibi confugerant interfecit. Multitudo uero quæ in illo concidit prælio unà cum illis qui in templo confugerant, octo milia fuerunt. Vincens ergo tantum Ionathas exercitum,ab Azoto diſceſſit,& Aſcalonam uenit: & foras ciuitatem caſtra conſtituenti,territi Aſcalonitæ,in occurſum ei exierũt dona portantes. Qui laudans eorũ uoluntatẽ,reuerſus eſt ad Hieroſolymã multã prædã ferens, quã uidebatur à uictis hoſtibus abſtuliſſe. Alexander autẽ deuictũ audiens ducẽ ſuũ Apolloniũ,ſimulauit gaudiũ,quod præter eius ſententiam cũ Ionatha cõflixiſſet,qui eius amicus erat:mittitq; teſtimoniũ Ionathæ, præbẽs & præmiũ & honorẽ,& torquẽ aureã, ſicut ſolet affinibus regis dari:eiq; cõmiſit Accaronis prouinciæ magiſtratum.

Victoria Ionathæ.

De geſtis Ptolemæi cum Alexandro, Demetrio & Ionatha. Caput VII.

EOdem tempore rex Ptolemæus Philometor dictus, nauale ducens exercitum & pedites,ad Syriam ueniebat, Alexandro ſuo genero ſolatia præbiturus. Quem omnes ciuitates ſtudioſe Alexandro præcipiente ſuſcipiebant, & deducebant uſq; ad Azotũ,ubi omnes prodamabant,accuſantes Ionathan, quod templum incendiſſet & deſtruxiſſet,prouinciámq; deuaſtaſſet,multósq; eorum interemiſſet. Quæ Ptolemæus audiẽs tacuit. Ionathas autem in Ioppen occurrit Ptolemæo,dona dariſſima uel honorẽ ab eo percipiẽs,& perducens eum uſq; ad fluuiũ qui Liber appellatur,ad Hieroſolymam remeauit. Perueniens autẽ Ptolemaidem, præter omnem ſpem paulominus habuit interfici Ptolemæus inſidijs Alexandri, quas ei per Ammoniũ amicum parauerat. Manifeſtis autem factis inſidijs,Ptolemæus Alexandro ſcribit,ad pœnam Ammonium petens,& dicens inſidias ſe ab eo paſſum,& uindictam ſumere iuſtum eſſe. Alexandro uero non concedente,Ptolemæus intellexit illum cauſam inſidiarum extitiſſe: quapropter ei factus eſt odioſus. Antiochenis autem etiam prius erat odibilis Alexander propter Ammoniũ:multa nanq; per eum paſſi fuerant,& pœnam quidẽ ab Ammonio pro delictis eius exegerunt,occidentes eum, qui tanquã mulier ſe properabat abſcondere,habitu circundatus fœmineo,ſicut alibi dictum eſt. Ptolemæ-

us itaq; accusans eum ut proditorem nuptiarum filiæ suæ,transgressoremq; auxilij,quod ei contra Demetriũ deduxisset,soluit affinitatem. Nam & auferens filiam suam,ad Demetriũ legationẽ direxit, amicitiam cum eo cõponens, filiamq; daturum se illi uxorem,& restituere paterno eum principatui cõpromittens. Demetrius uero gaudens susceþit legationem & nuptias. Tum nimius iam Ptolemæo labor restabat,flectere Antiochenos,ut Demetrium susciperent:nam inimici eius fuerunt, eo quod à patre eius Demetrio multa mala perpessi fuissent, & Alexandro tamen Antiocheni propter Ammoniũ irascebantur,ut prædiximus. Qui pulsus ab Antiochia,in Ciliciam usq; peruenit. Ptolemæus ergo ad Antio-
Ptolemæus benignus. chenos ueniens,rex ab illis & à militibus ordinatur,coactusq; duo sibi diadema ta superposuit,unum Asiæ,alterũ Aegypti.Benignus autẽ,& iustus existens, nec cõcupiscens aliena,sed & futura prævidens,recusare regnũ decreuit,ne Romanos offenderet:ideóq; Antiochenos in concionem cõgregans, flectit eos ut Demetrium susciperent,dicens eum nequaq; pro patre dolorem seruaturũ,si bene meretur ab eis: doctorem autẽ in bonis & ducem illis se esse, nec se fallacibus negotijs immiscere,sibi autem dicebat Aegypti regnũ sufficere:quæ differens,flectit Antiochenos Demetriũ susciþere.Alexandro uero cum magna militia uel apparatu ad Syriam à Cilicia profecto,terrámq; Antiochenorũ prædante,Ptolemæus cũ genero cõtra eum duxit exercitũ(nam iam filiam suam matrimoniali iure Demetrio cõtradiderat)& uincens Alexandrũ,ad Arabiam fugauit eum.Contigit autẽ in prælio,ut equus Ptolemæi,uocẽ elephantis audiẽs,Ptolemæũ iactaret. Quod cum uidissent hostes,impetũ super eum fecerunt: multisq; uulneribus caput eius perforantes,ad periculũ mortis eum adduxerũt. Sed custodes corporis eius rapientes eum liberauerũt,& ita per quatuor dies defectus iacuit, ut nec loqui nec intelligere potuisset. Alexandri uero caput Arabum potentissimus Zabilus abscidens,Ptolemæo transmisit.Qui die quinto releuatus à uulnerũ dolore, suauẽ sibi rem summũq; spectaculũ Alexandri mortẽ simul & caput uidit,qui tamẽ paulopost uitam finiuit,pro Alexandri morte gaudio summo cõpletus.Regnauit uero Asiæ Alexander,qui dictus est Balais,annis quinq;,sicut in alijs demonstratũ est.Susciþiens uero principatũ Demetrius,qui Nicanor appellabatur, fraudibus corrũpere cœpit Ptolemæi militiam, oblitus & quod socer eius & auxiliator fuisset,& affinis per connubiũ Cleopatræ.Quapropter milites Ptolemæi ad Alexandriam cõfugerunt:Elephantes autem Demetrius cõprehendit. Ionathas autem princeps sacerdotũ,ex omni Iudæa mílites sibi congregans,arcem Hierosolymorum obsidebat:ubi custodia Macedonum,& transgressorũ multitudo locata uidebatur.Et hi quidem contemnebant Ionathan facientem machinamenta, confidentes loci munitionibus. Noctu uero quidam maleuoli Iudæi exeuntes,uenerunt ad Demetrium,ei arcis obsidionem nunciantes.Qui nuncio incitatus, exercitum contra Ionathan ab Antiochia eduxit.Cúmq; ad Ptolemaidẽ peruenisset, scripsit Ionathæ,præcipiens ad Ptolemaidam eum citius occurrere.Ionathas autem obsidionem quidem minime soluere decreuit: seniores uero populi & sacerdotes congregans, & aurum & argentum & uestem, cum multitudine dona deportans, ad Demetrium usque peruenit. Quæ cum obtulisset, iram eius

molliuit:

molliuit:& honoratus firmũ ab eo principatũ ſacerdotij ſuſcepit,quem à regibus ante ipſum donatũ poſſidebat:accuſantibúſq; eũ Iudæis transfugis, Demetrius eis nõ credidit:ſed & petenti quatenus pro omni Iudæa,uel tribus prouincijs,Samaria,uel Ioppe,uel Galilæa,trecenta tantũ daret talenta, pro omnibus his epiſtolam ei præſtitit,quæ uerba huiuſcemodi cõtinebat. Rex Demetrius Ionathæ fratri,gentiq; Iudæorũ ſalutem.Exemplũ epiſtolæ,quam Laſtheni cognato noſtro ſcripſimus,tranſmiſimus uobis,ut eam noueritis. Rex Demetrius Laſtheni fratri ſalutem.Iudæorũ genti nobis amicæ,noſtráq; iura ſeruanti,pro fide decreui dona præbere,& tres poſſeſſiones,Afferema,Belſcelida,uel Ramathe:quæ additæ ſunt Iudæis de Samaria,& his attinentia: nunc quantacunque ab immolantibus Hieroſolymorum reges accipiebant ante me,uel quæcunq; de fructu terræ, uel plantis,omniáq; alia quæ noſtro cõpetunt iuri,uel paludes ſalis,uel coronas, quæ nobis offerebantur, eis concedo: ut nihil extorqueatur ab his à modo in poſterũ.Cura igitur ut huius epiſtolæ fiat exemplar,& detur Ionathæ, quatenus in nobili loco templi reponatur. Hæc quidem ſcripta fuerant. Videns uero Demetrius pacẽ,nullumq; ſupereſſe periculũ,nec belli timorẽ, ſoluit exercitũ ſtipendiáq; eorũ imminuit:& ſolis illis ſumptus præbebat,qui cũ eo à Creta uel ab alijs inſulis uenerant. Vnde odiũ uel inimicitiæ militũ contra eũ cõflatæ ſunt,quibus ipſe quidẽ nihil præbebat:reges uero ante ipſum eis annonas etiã in pace ſubminiſtrabant,ut eos in certaminibus,ſi oporteret,pro ſe fideles & pronos haberent.

De bello Tryphonis circa Antiochiam,deq; uictorijs Ionathæ & de tribus hæreſibus Iudæorum. Caput VIII.

INtelligens itaq; militum odium circa Demetrium Alexandri quidam dux, Apamenus genere, Diodotus nomine, qui & Tryphon dicebatur: uenit ad Malachum Arabum, qui filium Alexandri Antiochum nutrierat, manifeſtans que ei inimicitias exercitus,quas contra Demetrium habebant, dari ſibi petebat Antiochum:nam regem eum facere,uel paternum principatum ei reſtituere ſe dicebat.Qui primum quidem reſiſtebat,minime credens: poſt multo uero tempore Tryphone petente, uincitur Malachus, flexusq; uoluntate ſua eſt ad ea quæ Tryphon petebat. Princeps autem ſacerdotum Ionathas capere uolens arcem Hieroſolymorũ,& Iudæos transfugas uel impios, omnesq; qui per totam prouinciam cuſtodes erant, tranſmittens ad Demetrium legatos cum donis, rogabat ut de caſtellis Iudææ cuſtodes eijceret. Cui rex, non hæc tantum ſe præbere, ſed etiam his maiora promittebat,poſt finem belli quod præ manibus habebat: petebat uero eum & auxilia tranſmittere, mandans quod exercitus ſuus ab eo receſſiſſet. Tunc Ionathas tria milia militum eligens deſtinauit. Antiocheni uero Demetrium propter hæc quæ paſſi fuerant abhorrentes,& propter patrem eius, qui multa contra eos mala commiſerat, tempus ſeruabant quo potuiſſent eum inuadere: uidentes auxilia ueniſſe Demetrio ab Ionatha,arbitratiq; quod multa congregaret auxilia niſi præcederent eum, arma ceperunt: & circunſtantes aulam, obſidionis modo,cunctos exitus partiti,regem conabantur opprimere. Ille ergo uidens populum hoſtiliter ſecum armis inuadere, colligens conductos & ab Ionatha tranſmiſſos Iudæos, cum Antiochenis confligit, quorum uim non ſe-

1. Mach.11.

non ferens uincitur. Videntes autem ſic Iudæi Antiochenos atrociter expugnantes, ſuper palatij culmen aſcenderunt: unde illos uulnerantes, ipſi quidem propter altitudinem minime lædebantur, illos uero telis proſternebant, quæ de ſuperioribus ad inferiora iactabant, & ſic eos de proximis domibus repulerunt. Deinde igne ſuppoſito, flamma totam ciuitatem ex lignis cõſtructam, tectorum ſpiſſitudine deuorauit. Antiocheni uero nequaquam ualentes ignem extinguere, ad fugam conuerſi ſunt: & cum Iudæi de tecto ad tectum diſſilirent, & ita eos perſequerentur, ammirabilem contigit fieri Antiochenſium depulſionem. Rex autẽ, ut uidit Antiochenos filios ſuos & uxores ſuas uelle ſaluare, qua propter & pugnam reliquiſſe, per anguſtas uias inuadit eos, & confligens cum eis multos interfecit, ita ut cogerentur armis proiectis tradere ſe Demetrio: qui ueniam eis pro facinoribus conceſſit, ſeditionemq; compeſcuit. Donauit etiam Iudæis partẽ prædæ. Cauſamq; uictoriæ ſuæ factos eos profeſſus, gratias agens Ionathæ ad Hieroſolymam tranſmiſit, laudãs eum pro auxilijs deſtinatis. Poſt autem maleuolus contra eum extitit, promiſſioneſq; fraudauit: bellumq; minatus eſt, niſi cuncta redderet tributa, quæ gens Iudæorũ prioribus regibus Syriæ perſoluebat. Et hæc feciſſet, niſi Typhon impetum eius prohibuiſſet, & apparatum eius contra Ionathan, erga ſuas uertiſſet curas. Reuerſus enim ad Syriam ex Arabia cum puero Antiocho, imponit ei quamuis adoleſcenti diadema. Cumq; omnes milites tranſiſſent ad eum, Demetrium deſerentes, bellum contra Demetrium producit, & confligens cum eo, uictoriam obtinuit, & elephantos cum Antiochenſium ciuitate ſubiecit. Demetrius ergo uictus ad Ciliciam receſſit. Antiochus autem legatos ad Ionathan deſtinans & literas, amicum eum ſibi parauit, & principatum ſacerdotij confirmauit: & quatuor prouincias, quæ terræ Iudæorum additæ fuerant, inſuper & aurea uaſa uel pocula, & purpuream ueſtem ei tranſmiſit, hiſq; omnibus ei uti permiſit, & fibulam auream ei donauit, primúmque amicum ſuum uocauit. Simonem autem fratrem eius ducem ſuper omnem militiam à regione Tyri uſq; ad Aegyptum cõſtituit. Ionathas autem de donationibus Antiochi gauiſus, mittens ad eum & ad Typhonem legatos, amicũ ſe eis profeſſus, & pugnare cum eo contra Demetrium inſinuans, pro præmijs laborum nõ parua mala à Demetrio ſe eſſe perpeſſum. Concedente igitur Antiocho à Syria uel Phœnice ut congregaret exercitum, quatenus cum ducibus Demetrij confligeret, ſtatim ad ciuitates exijt. Quæ cum eum ſplendidiſſime ſuſcepiſſent, exercitum dare diſtulerunt. Veniens autem ad Aſcalonam ciuitatem, & munificenter Aſcalonitis cum donis ſibi occurrentibus, hoſipſos petebat, & unamquamque humilis Syriæ ciuitatem à Demetrio deſiſtentem, ad partes Antiochi tranſire, ac ſecum bellũ producere pro ultione Demetrij, & his quæ quondam in eis peccaſſet: eſſe autem dignas occaſiones, per quas hæc cogitare deberent. Cúmq; flexiſſet ciuitates auxiliũ Antiocho mittere, peruenit ad Gazam, ſperans ſe & horũ fidem ad Antiochum conuertere. Multũ uero præter quod ſperauerat aliter Gazæos inuenit, qui duriſſima obiectione nõ eum ſuſcipere, nec Demetriũ relinquere decreuerunt. Quo dum Ionathas cõcitatus eſſet, ad obſeſſionem eorũ & afflictionem prouinciæ parabatur. Nam partẽ militiæ circa Gazam diſponens, cum

reliqua

reliqua ipſe percurrens, cuncta prædabatur uel incendebat. Quæ cùm uidiſſent Gazæi, nullumq; auxilium à Demetrio ſibi ueniſſe conſpicerent, & periculũ præſens, adiutorium uero longe, & incertum eſſe utrum ueniret: optimum eſſe decreuerunt, hunc dimittentes illi obedire. Facientes igitur ad Ionathan amicitias, auxilia promiſerunt. Homines enim ante malorũ peritiam utilitates nõ intelligunt ſuas: ſed cum in malis fuerint conſtituti, tunc mente percipiunt, & agunt quæ nihil læſi facere debuerunt. Ionathas uero cõſentiens eis de amicitijs, tollensq; obſides ad Hieroſolymã traſmiſit: ipſe uero totam prouinciam percurrit uſq; ad Damaſcum, dum Demetrij duces audiſſet ad Cedeſſam cum multa manu ueniſſe. Cedeſſa inter Tyrum & Galilæam cõſiſtit. Nam hoc deſiderabant duces Demetrij, ut de Syria eum ad Galilæam traherent, putantes minime eum pati Galilæos ſibi ſubiectos affligi. Cumq; Ionathas eis occurriſſet, Simonem fratrem in Iudæa ducem reliquit. Qui multum exercitũ de prouincia congregans, Bethſuram obſidebat, locum Iudææ munitiſſimũ: nam tenebat eam Demetrij cuſtodia, ſicut & prius à nobis demonſtratũ eſt. Vt uero aggerem cõpoſuiſſe Simonem uiderunt, & machinamenta cõſtituiſſe, multáq; uſum induſtria cõtra Bethſuræ obſidionem, timuerũt cuſtodes, ne capto loco interirent, & mittens ad Simonem, petebant fidem accipere, ne quid ab eo peſſimũ paterentur. Qui cum dediſſet, illos quidem de ciuitate tulit, ſuamq; cuſtodiam ibi cõſtituit. Ionathas autem exiens à Galilæa, ab aquis quæ Genniſaron dicuntur, nam ibi ſua caſtra poſuerat, ad campum qui dicitur Aſor peruenit, neſciens illic hoſtes exiſtere. Demetrij uero duces cum ante unum diem cognouiſſent cõtra ſe Ionathan uenire, inſidias ei per montem collocauerunt, ipſiq; cum electis militibus in campo ei occurrerunt. Quos uidiſſet Ionathas ad pugnam paratos, hortabatur ſuos. Illi uero qui à Demetrij ducibus per inſidias erant locati, à retro Iudæos inuadunt. Qui cum timerent ne in medio capti perirent, ad fugam ſe dederunt. Et ibi quidem omnes reliquerunt Ionathan, pauci uero cum eo numero quinquaginta remanſerunt. & Matathias filius Abſalomi, & Iudas Capſei, qui duces erant totius exercitus. Hi audacter & deſperate ſuper inimicos irruentes, atrociter eos fugauerunt. Tunc uero milites Ionathæ, qui diſceſſerant, ut uiderunt hoſtes ad fugam uerſos, congregati perſequebantur eos: & hoc fecerunt uſq; ad Cedeſſam, quò caſtra hoſtium erant. Victor igitur Ionathas in illa pugna præfulſit, duo milia proſternens inimicorũ, & ad Hieroſolymam reuerſus eſt. Qui cum uidiſſet omnia ſibi dei prouidentia ſecundum ſuam accidere uoluntatem, legatos Romam deſtinauit, renouare cupiens olim cum gente Iudæorũ amicitias celebratas. Suis etiam legatis præcepit, ut redeuntes ab Italia, per Spartiatas tranſirent, quos deberent ad memoriam amicitiæ uel cognationis reducere. Qui cum Romam ueniſſent, & ingreſſi ad ſenatũ, mandata principis ſacerdotũ Ionathæ dixiſſent, quod eos mitteret amicitias renouare, quæ prius per ſenatũ de Iudæorum amicitijs fuiſſent ſtatutæ: ſenatus dedit eis reportandas epiſtolas ad omnes Aſiæ reges, & magiſtratus ciuitatũ, quatenus per eos illæſi ad propria remearent. Reuertentes autem ad Spartiatas uenerunt, & epiſtolam Ionathæ eis porrexerunt, cuius exemplar huiuſmodi fuerat: Ionathas princeps ſacerdotum gentis Iudæorũ, uel curia & collegiũ ſacerdotũ, præſidibus

Epiſtola Ionathæ ad Spartiatas.

præſidibus & ſenatui & populo Lacedæmoniorum ſalutem. Si ſaluis uobis publica uel priuata bene procedunt, ſic ſunt ut uolumus: ſalui autem ſumus & nos. In prioribus autem temporibus, epiſtola noſtro principi ſacerdotum Oniæ à ueſtro rege Ario, & ab omni populo miſſa eſt de ueſtra ſimul & noſtra cognatione, cuius exemplum ſubiacet epiſtolæ, quam quidem libenter ſuſcepimus, & populo & Ario fautores facti ſumus, non egentes huius rei approbatione, quia per ſacras noſtras literas hoc eſſe credidimus. Initio ergo recognitionis, non credidimus nos primi facere, ne præripere uideremur ueſtram gloriam. Multo uero tranſacto tempore, ex quo familiaritas communis extitit, in ſacris & conſtitutis diebus deum pro ueſtra ſalute uel uictoria ſacrificijs deprecamur, & cum multa nos circunſtitiſſent bella per auaritiam uicinorũ, nec uobis nec alijs propinquis moleſtos nos eſſe decreuimus. Poſtquam autem hoſtes expugnauimus, legatos ad Romanos tranſmiſimus, Numenium Antiochi, & Antipatrum Iaſonis, ſenatorio apud nos ſeptos honore: quibus dedimus etiam ad uos epiſtolam, quatenus renouent uobiſcum cognationẽ. Bene igitur facietis, ſi & uos nobis reſcripſeritis, & mandaueritis ſiquid forſitan indigetis, minime dubitantes, nos erga ueſtrũ affectũ impigros exiſtere. Lacedæmonij uero libenter legatos ſuſcipiunt, & componentes pacta cum eis de amicitijs, dimiſerunt. Eodem tempore tres hæreſes Iudæorum fuerunt, quæ de rebus humanis diuerſa credebant: quarum una Phariſæa dicebatur, altera Sadducæa, tertia uero Eſſenorum. Igitur Phariſæi dicebant, fata non omnia, ſed aliqua gubernare, altera uero quæ accidunt per ſe conſiſtere. Genus autem Eſſenorum, omnia ſub fato eſſe confirmat: & nihil eſſe quod hominibus non illius decreto proueniat. Sadducæi fatum quidem nihil eſſe exiſtimant, neq; per eum humana cõcludi, ſed omnia noſtræ ſupponunt poteſtati, bonorumq; noſipſos autores fatentur, & peiora per noſtram eligi dementiam. Sed de his quidem certius in ſecundo libro hiſtoriæ Iudaicæ demonſtrauimus. Demetrij autem duces cum uellent pugnam in qua uicti ſunt reſtaurare, ampliores priori exercitu uires congregantes, cõtra Ionathan uenerunt. Qui cum audiſſet hoc, citius eis ad Amathetidem occurrit: neque enim tardare decreuit, uſquequo ingrederentur Iudæam: caſtraq; diſponens non longius ab hoſtibus quinquaginta ſtadijs, mittit ſpeculatores qui caſtra deberent hoſtium perſcrutari. Cumque omnia ei nunciaſſent, & aliquos nocte cepiſſent, qui aduerſarios ſuperuenturos indicabant, cuſtodias extra caſtra diſpoſuit, & exercitum per totam noctem armatum habebat: præcepitq; ut forti animo eſſent: & ſi oporteret, etiam nocte pugnarent, ne repentino impetu turbarentur. Demetrij uero duces cũ audiſſent Ionathan cognouiſſe ſuum conſilium, perturbati quod inimici manifeſtati fuiſſent, nullo modo ualebant per inſidias eos inuadere. Nam ex eo quod ſe credebant non eſſe pares Ionathæ militibus, fugam meditati ſunt, multáq; facientes incendia diſceſſerunt: ita ut hæc uidentes Iudæi, putarent eos eſſe manſuros. Ionathas autem cum ad caſtra eorũ mane ueniſſet, inuenit ea deſerta. Cúmque intellexiſſet eos fugiſſe, perſequebatur quos nullatenus ualuit cõprehendere. Nam iam Liberum nomine fluuium tranſierant. Vnde reuerſus ad Arabiam Nabathæos expugnabat, multamq; eorũ prædam abigens, captiuoſq; ducens,

Tres hæreſes in populo Iudæorum.

peruenit

peruenit ad Damaſcum,ubi omnia illa repoſuit. Per idem tempus frater eius Simon,omnem peragrans Iudæam & Palæſtinam,uſq; ad Aſcalonam muniuit ca ſtella. Quæ cum ædificijs & cuſtodijs tuta feciſſet, ad Ioppen peruenit: & occupãs eam,magnam introduxit ibi cuſtodiam. Nam audierat Ioppenſes uelle dubus Demetrij tradere ciuitatem. Hæc ergo poſtquam Ionathas & Simon traſtauerunt,ad Hieroſolymam ſunt reuerſi. Cumq; omnem populum ad templũ congregaſſent, ſuadebant muros Hieroſolymorum refabricandos, & dirutam partem muri templi reconſtruendam,altisq; turribus muniendam, necnon & in media ciuitate alium ædificare murum,ut cuſtodibus arcis alimẽtorum copia negaretur. Inſuper etiam caſtella quæ ſunt in prouincia,facerent tutiora uel fortiora. Cui dum & populus de bene propoſitis conſenſiſſet,ipſe quidem mœnia ciuitatis ædificabat, Simonem uero miſit prouinciam cõmunire. Demetrius autem tranſiens ad Meſopotamiam peruenit. Quam cum uellet cum Babylone & ſuperioribus prouincijs obtinere,ut exinde occaſiones de toto acciperet imperio,tunc illic Græci uel Macedones habitantes,ut eis propemodum conueniret,legatiõẽ ad eũ miſerunt,promittentes ei ſubuenire ſi ad illos tranſiret,& tradere ſe,uel expugnare cum eo regem Parthorum Arſacen. Qua ſpe ſublatus ſubito egreditur ad eos,ut ſi Parthos deuinceret,uiresq́ reſumeret,regem Tryphonẽ poſtea debellaret,longeq; eum à Syria pelleret. Quem cum prono ſuſcepiſſent animo prouinciales,& multos cõgregaſſet uiros,bellumq; & omnem militiam aduerſus Arſacen produxiſſet,ipſe quidem uiuus capitur,ſicut alibi iam retulimus.

Ionathas Nabatheos expugnat.

Demetrius captur.

De obitu Ionathe,& ſucceſſore fratre Simone. • Caput IX.

TRyphon uerò cum mortem Demetrij cognouiſſet, perfidus Antiocho cœpit exiſtere. Inſidiabatur enim,qualiter eum interficiens, ipſe regnum teneret. Impediebant uero impetum eius & uolũtatem amicitiæ Ionathæ, quas cum Antiocho habebat. Vnde primũ Ionathan ſtatuit occidere, & tũc aduerſus Antiochũ accedere. Fraudibus ergo uel dolo cogitans Ionathan conſumere,ad Bethſuram ab Antiochia uenit,quam Græci Scythopolim appellant, ubi cum electis quadraginta milibus ei Ionathas occurrit,putãs ad bellũ eum ueniſſe. Tryphon uero cũ Ionathan uidiſſet ad pugnam paratum,donis eum placauit,ſuiſq; ducibus ut Ionathæ obedirent præcepit: per hæc fidem ſuam uolens confirmare,cunctamq; ſuſpicionem depellere,quatenus confidentem & incautum,nihilq; præuidentem caperet, & perſuaſit ei ut exercitum dimitteret,quem fruſtra dicebat eſſe fatigatum ab eo,nequaquam bello exiſtente,& undiq; pacem rebus habentibus: ſed tenere paucos,& Ptolemaidem ſimul cum eo uenire ſupplicabat: nam tradere ei ciuitatem, & omnem prouinciæ moderationem,ſe ueniſſe profitebatur. Ionathas uero nihil ſuſpicans, ſed uera fide uel uoluntate Tryphonem hæc ſuadere credens,exercitum dimiſit,tria milia ſecum ſola tenẽs. Ex quibus in Galilæa duo milia relinquẽs,cum mille tantum militibus ad Ptolemaida Tryphonem comitatus ſuperuenit. Vt uero intrauit Ptolemaida,portas ſtatim ciues ſeruauerunt, ſecundum quod eis à Tryphone erat præceptum,& Ionathan uiuum capientes, omnes qui cum eo erant interemerunt. Miſit etiam Tryphon ilico ad Galilæam, qui relicta duo milia interficerent. Sed hi cũ fama præueniente captionem Iona-

Ionathas uiuus capitur et ſocij perimuntur.

thæ comperiſſent, antequam uenirent à Tryphone miſſi circundati à prouincia proceſſerunt. Tunc ſatellites Tryphonis cum uidiſſent eos, pro anima decertare, nullam eis moleſtiam inferentes, ad Tryphonem reuertuntur. Hieroſolymitæ tamen cum audiſſent Ionatham captum, & cum eo milites periſſe, flebant illius interitum: & ſumma de ipſo queſtio apud omnes fiebat: magnus autem timor eos inuadens cõtriſtabat, ne eis uirtute uel prouidentia Ionathæ priuatis, uicinæ gentes inimicæ, & propter Ionathæ mortem inquietatæ, contra ſe bellum conſtruerent, & ad mortis pericula peruenirent: quæ ſicut ſuſpicabantur euenerunt. Nam gentes mortem Ionathæ cum audiſſent, contra Iudæos bellare cœperunt, tanquã indigentes duce. Tryphon uero exercitum multum congregãs, ad Iudæam aſcendere ſtatuit, ut Hieroſolymam debellaret. Simon autem uidens Hieroſolymitas metuentes, cœpit eos alloquio confortare, quatenus forti animo eſſent, nec pertimeſcerent Tryphone ſuperueniente. Et conuocans in templo populum, alacriorem eum ſuis uerbis effecit: hinc allocutionis initium ſumens: Pro ueſtra, inquit, libertate ò uiri Iudæi, me dudum cum patre uel fratribus mori paratũ, quis ignoret? Siquidem exempla mihi plurima non deſunt. Mori enim pro legibus uel patria religione, noſtram familiam nullus timor inuadit, qui hanc uoluntatem ab anima noſtra poſſit eĩcere, ſed introducat magis deſideriũ uitæ, uel gloriæ. Quapropter non ut indigentes duce, qui laborare uel pati pro uobis reculet, ſequimini prono animo ubicunq; perduxero: nec enim melior meis fratribus exiſto, ut meæ parcam animæ: neq; peior, ut quod illis uiſum eſt optimum, pro patrijs interfici legibus, uel pro dei religione, deuitem: ſed in quibus oportet me proprium illis fratrem oſtendere, in his me demonſtrabo conſimilem. Cõfido enim in deo, ultionem ab inimicis expetere, uosq; omnes cum uxoribus uel filijs ab eorũ uiolentia liberare: templumq; incolume cum dei auxilio reſeruare. Nam uideo gentes contempſiſſe uos, tanquàm ducem non habentes, bellaq́ue præparaſſe. Cum hæc Simon uerba ad plebem feciſſet, confeſtim depulſo populus ab animis metu audaciam ſumpſit, deſperansq́ue ad ſpem bonam repẽte mutatus eſt, & unanimiter exclamauit, nutu dei eſſe Simonem ducem, & Iudææ uel Ionathæ fratrũ principatũ tenere dignũ: ſe quoq; omnibus iuſſionibus eius obſecuturum promittens, ducis ei contulit dignitatem. Tunc Simon congregans omnes ſui exercitus bellatores, feſtinauit ciuitatis muros recõſtruere, turribusq́ue altis & fortibus eam munire. Deſtinauit etiam Ionathan quẽdam amicum, filium Abſalomi cũ militibus ad Ioppen, imperans habitatores eius eĩcere: nam timebat ne ciuitatem traderent Tryphoni: ipſe uero Hieroſolymam tuebatur. Tryphon autẽ exiens ab Ptolemaide cum multo exercitu ad Iudæam uenit, Ionathan ligatum ducens. Cui Simon cum ſuis occurrit ad Iadam ciuitatem, quæ ſuper montes iacet, unde etiam Iudææ campi pateſcunt. Cum uero Tryphon à Iudæis audiſſet, ducem Simonem conſtitutum, direxit ad eũ, fraudibus uel dolo cupiens hunc quoque circũuenire: iubetq; ei, ſi uellet fratrem Ionathan redimere, mitteret argẽti talenta centũ, duosq; filios Ionathæ, quatenus fides illi haberetur poſt dimiſſionẽ, ne Iudæam in ſuam ditionem redigeret: quia & nunc nõ pro alia re, niſi pro debito uectigalium eũ ſe ligaſſe confinxerat. Tum Simon intelligẽs artem Trypho-

Oratio Simonis ad populũ Iudaicum.

1. Mac. 13.

nis,

nis,quia & ſi argentum mitteret,ille tamen fratrem eius minime relaxaret,ſed & filios eius hoſti tradi fruſtra cognoſcens:tamen territus ne à populo accuſaretur, ſe cauſam fraternæ necis extitiſſe,quod non pecunias nec filios pro ipſo cõtraderet:colligens exercitum, mandata Tryphonis indicauit,dicẽs quod hæc dolo uel inſidijs plena ſunt: tamen optabilius eſſe pecunias,& filios ei tranſmittere,quàm propoſitis à Tryphone non obediens,putaretur non uelle fratrem abſoluí:initóque cum ſuis Simon tractatu,filios Ionathæ pecuniaſq; tranſmiſit.Quas cũ Tryphon accepiſſet,nec fidem ſeruare,nec Ionathan abſoluere uoluit:ſed mox exercitum colligens,ad propria remeauit:ordinatóq; itinere per Idumæam,ad Hieroſolymam aſcendere cupiens,uenit ad Doram ciuitatem Idumææ.Præcedebat uero cum exercitu Simon,caſtra contra eum ſemper diſponens.Quod cognoſcentes hi qui in arce Hieroſolymitana erant, ad Tryphonem dirigũt,rogantes eum ad ſe otyus properare,quatenus alimenta eis præberet.Ille uero per noctem illã equitatum parauit,quaſi Hieroſolymam aſcenſurus:ſed niue uehementi ea nocte cadẽte,iter inuium reperit equis uel peditibus ſuis.Qua cauſa obſtante,nequiuit ad Hieroſolymam Tryphon aſcendere: ſed reuertens ad Syriam, & propè Galaaditidem ingreſſus,Ionathan ibi perimi uel ſepeliri iuſſit,& ita ad Antiochiam peruenit. Simon autem à Baſcama ciuitate tranſferens oſſa fratris,ſepeliuit in patria ſua,luctum maximum omni ſuper eum populo faciente.Tunc Simon ingens Mauſoleũ fabricans,patri ſuo fratribuſq; ſepulturam ex albo & polito lapide conſtruxit,opus mirabile conſpicuumq́ue faciens: cuius & porticus undique columnis ſuſtentantibus ex uno lapide uiſu mirabiles ſtatuit,inſuper & pyramides ſeptem parentibus,uel unicuiq; germanorum ſingulas ſuperpoſuit,magnitudine uel decore lucentes,quæ hactenus ſeruãtur. De ſepultura quidem Ionathæ, & ædificatione monumẽtorum,hoc ſtudium Simonis cognouimus. Defunctus uero eſt Ionathas principatum poſſidens ſacerdotij,per quẽ annos quatuor gentem continuit Iudæorum. Et de labore quidem mortis eius in mutuis documentis,publiciſque monumentis primi anni Simonis benefactoris,& Iudæorũ principis ſcriptum eſt.Itaque Iudæi feliciter aduerſarios uicinos ſuperauerunt,cũ Simon Gazara ciuitatem,uel Ioppen,uel Iamniam deuaſtaret, arcemq́ue Hieroſolymorum deponeret,ne forte inimicis refugium fieret,unde percurrentes eos lædere poſſent. Quod cum feciſſet,optimum & utile putauit,etiam montem ſuper quem arx conſtituta erat,deſtruere. Quo multitudo cunctiq; ingreſſi,montem deſtruebant, & nec die nec nocte ceſſantes per tres annos, depoſuerunt eum ad ſolum,campumq; planiſſimum fecerunt,ita ut eminentius templum excelleret, arce uel monte depoſitis.

Ionathan perimitur.

Mauſoleum.

Simon arcem Hieroſolymitanam diruit.

De Tryphonis malicia & dolis. Caput XI.

POſt captiuitatem Demetrij,nõ multo poſt,Alexandri filium Antiochũ,qui *Theocos nominabatur,Tryphon interemit tutor eius,quarto imperij eius anno:amicos autem & familiares ſuos ad milites tranſmiſit,& multas dare pecunias pollicitus,ſi eũ regem ordinarent.Nam Demetrium à Parthis captum nuntiabat teneri,fratrem uero eius Antiochum,ſi principatum obtineret,multa peſſima eis facturũ eſſe dicebat,dum proditionem eorum ulciſceretur.Qui cũ ſperaſ-

Alias Hieras

sent affluentia pecuniarum sub regno Tryphonis frui, principem eum constitu-
Tryphō princeps cōstituitur à militibus. unt. Tryphon autem ut regni insignia suscepit, continuo nequitiam suam patefe-
cit, & innotuit omnibus, quia quod priuatus humiliter multitudini obsequebat,
non hoc uoluntate bona, sed impossibilitate faciebat. Postq̄ uero regnum ade-
ptus est, exuēs se simulatione uerus Tryphon apparuit, cœpitq; potius extrane-
os quàm clientes diligere. Pro qua re exercitus eius recedens ab eo, ad Cleopatrā
Demetrij uxorem se contulit, quæ tunc in Seleucia cum filijs erat conclusa. Erran-
tem uero fratrem Demetrij Antiochum, qui Soter dicebatur, nullaq; eum ciuita-
te admittēte Tryphonis timore, mittit Cleopatra, ad suas eum nuptias & ad im-
perium inuitans. Quem ad hoc uocauit suadentibus amicis, & timore uolenti-
bus Tryphoni ciuitatem Seleuciam aperire.

De morte Tryphonis. Caput XI.

1.Ma.15. CVmq; intrasset Seleuciam Antiochus, & fortitudo eius per singulos dies cre-
sceret, exijt pugnaturus contra Tryphonem. Quem uincens à superiore Sy-
ria repulit ad Phœnicem, & in Dora Castello munito conclusum obsidebat, mit-
titq́ue ad Simonem principem sacerdotum Iudæorum legatos pro amicitijs uel
auxilijs. Qui cum libenter petitionem suscepisset, pecunias multas cum alimen-
tis militaribus Doram obsidētibus large præbuit, ut Antiochum inter necessari-
os pauco tempore pateretur. Nam Tryphon dum à castello Dora ad Apame-
am fugeret, captus in ea conclusione, peremptus est, tertio sui regni anno.

De uictoria Simonis contra Cendebeum. Caput XII.

SEd Antiochus auaritia uel prauitate sua, Simonis obliuionem unà cum mi-
nistratis pecunijs & alimentis concepit: uitesq; militares cuidam Cendebeo
amico tradens, ad deprædationē Iudææ captiuitatemq; Simonis misit. Sed cū
Simon audisset Antiochi præuaricationem, licet senex esset, tamen quod nihil ab
Antiocho iustum fieri uidebat, concitatus ad audaciam super ætatem suam iuue-
nilem fortitudinem accepit, & dispositi quidem filios cū bellicosissima parte mili-
tum, ipse uero per aliam partem cum reliquis uiribus perrexit ad bellum, mul-
tosq; in uallibus montium ad insidias locabat, nullusq; conatus eius euasit, sed
omnem hostium uincens exercitum, in pace reliquam uitam agebat. Nam & ip-
se cum Romanis de auxilijs composuerat.

De interfectione Simonis. Caput XIII.

1.Ma.16. IGitur annis octo principatum sacerdotij Iudæorum regens, moritur in conui-
uio per insidias Ptolemæi generi, & uxorem eius cum duobus filijs capiens,
& uinctos habens misit tertium Iohannem, qui & Hyrcanus uocabatur, occidi.
Quod cum sensisset iuuenis, euasit periculum, & ad ciuitatem festinauit: confi-
dens de populo propter patris sui beneficia, Ptolemæiq́ue odium. Properantem
uero per aliam portam Ptolemæum intrare, populus expulit: nam iam Hyrca-
num receperat. Hinc Ptolemæus ad aliquod castellum, nomine Dago in Hieri-
co discessit.

Accipiens

De bello Hircani cõtra Ptolemæũ deq; matris Hircani morte & paſſionibus. Cap. XIIII.

ACcipiẽs autem paternum principatum Hyrcanus, deum hoſtijs placauit, & ita contra Ptolemæi militiam produxit exercitum. Et cũ ad locum peruenisſet, in alijs omnibus hoſtem circũueniens prætialebat: uincebatur tamẽ matris & fratrum amore, quos ſuper murum Ptolemæus trahens, in proſpectu eius torquebat, & præcipitare minabatur, ſi non ab obſidione diſcederet. Hyrcanus autem quantum remitteret de obſidionis induſtria, tantum chariſſimis putabat offerre ſubſidia, ne dum male paterentur, eius crudelitati reputaretur. Mater autẽ protendens manus petebat, ne propter eos differret, ſed multo magis impetu caſtellum inuaderet: inimicóq; ſuæ poteſtati ſubacto, pro chariſſimorum tormentis redderet retributionem: ſibi quoq; æſtimans hoc eſſe utiliſſimum, ſi per ſuam mortem hoſtes atrocius deperirent. Hyrcanũ uero petitionibus matris incenſum, caſtellum capiendi furor tenebat. Rurſus uero cum uidiſſet matrem cædi uel diſſipari, ſoluebatur: & pro ingeſtis matri tormentis, impetum deponebat obſidionis: taliq́ue neceſſitate obſidendi protractus, annum expleuit in quo ſemper Iudæi uacant. Nam per ſeptem hunc obſeruant, ſicut in ſeptimis diebus. Quapropter Ptolemæus à bello ſolutus, occidit matrẽ & fratres Hyrcani, & fugit ad Zenonem, qui Cotilas appellabatur, in Philadelphia tyrannidem exercentem.

Hic finis eſt hiſtoriarũ Bibliæ.

De amicitijs initis inter Antiochum & Hyrcanum deq; ſepulchro Dauid. Caput XV.

ANtiochus autem infeſtus Simoni de interitu ſui exercitus, contra Iudæam acceſſit, quarto anno ſui imperij, primo uero principatus Hyrcani, olympiade centeſimaſexageſimaſecunda. Cumq́ue deuaſtaſſet prouinciam, Hyrcanũ in ciuitate cõcluſit, quam ſeptem aciebus circundedit: nihil tamen penitus proficiebat propter murorum munimina, & propter obſeſſorũ uirtutem, nec non & aquarum inopiam, quapropter ſiccitatẽ domabatur. In parte uero planiſſima turres ſtatuit celſiores, numero centumtria, tecta unaquaq; habente, ſuper quas militares ordines diſpoſuit, multoſq; quotidie labores congreſſus inferebat, foſſámque altam & latiſſimam conſtruens, muros ciuitatis depoſuit. Iudæi uero multas incurſiones contrà moliebãtur, & ſiquidem incautos aduerſarios inueniſſent, peſſime eos conterebant: ſi uero præſenſiſſe cognoſcerent, innocui redibant. Vt uero noxiam multitudinem intra ciuitatem Hyrcanus attendit conſumẽdis citius neceſſarijs, nihilq; populo prodeſſe proſpexit, inutilem eius partem ſecernens foras ciuitate m emiſit: quæ uero bellicoſa & fortis erat, hanc tantum tenuit. Antiochus autem proiectos egredi uetabat. Qui dum inter muros errarent, ſæuiſſimis tormentis miſerabiliter animam exhalabant. Cum uero feſti dies tabernaculorũ uenissent, miſerati eos intra ciuitatem denuo receperũt. Hyrcanus autem ad Antiochum legatos direxit, petens inducias ſeptem dierum, propter feſtiuitatẽ deiq́ue ſupplicationem. Qui cũ audiſſet, reſpondit legatis: Immolate. Nec non etiam ſacrificiũ magnificentiſſimum deſtinauit, taurũ cornibus inauratis, & pocula plena omnibus aromatibus, aurea uel argentea: quod ſacrificium adductũ ſuſceperũt, qui ante portas ſtabãt, & ad templum deduxerunt. Antiochus autem iſte in exercitu melius Antiocho Epiphane claruit: nã ille capiens ciuitatem, porcos ſuper

Quantum iſte anteriore melior fuerit Antiochus.

aram immolauerat,& ius carnium per totum templum ſparſerat: etiam leges Iudæorũ,paternamq; religionem cõfuderat,propter quæ gens illa rebellauit,& minime reconciliari paſſa eſt:hunc uero Antiochum propter pietatem religionis,omnes Piũ uocauerunt,laudantq; modeſtiam eius.Hyrcanus etiã animaduertẽs ſtudium ipſius erga deũ,petiuit eum,ut patriam eis conuerſationem reſtitueret. Qui cũ refutaſſet peſſimum conſilium ſuadentiũ gentem capi legibus diſſonantem,ad omnem pietatẽ flexus,legatis reſpondit:ſi traderent arma,partemq; tributorum Ioppen,aliarũq; ciuitatum circa Iudæam exiſtentiũ ſoluerent,& cuſtodiam in ciuitate ſuſciperent,confirmans pactũ,finiret bellum. Iudæi uero omnia perferre præter cuſtodiã conſentiebant,quam non propter aliud,niſi pro diſſimili conuerſatione recuſabant:pro cuſtodia tñ obſides dare profitebantur,& talenta argenti quingẽta:ex quibus ſtatim trecenta cũ obſidibus obtulerũt, inter quos erat & frater Hyrcani.Quæ cum ſuſcepiſſet rex Antiochus,& coronã ciuitatis deposuiſſet,obſidionem ſoluens diſceſſit.Hyrcanus uero ſepulchrũ Dauid aperiẽs, qui multo ditior quondam regibus fuit,tria milia talẽta pecuniarũ exinde protulit:ex quibus primus Iudæorũ cœpit peregrinos alere.Cõpoſuit etiam cũ Antiocho amicitias,ſuſcipienſq; eum intra ciuitatem, munificẽter abundéq; militibus omnia neceſſaria miniſtrabat.Cumq; exercitum Antiochus cõtra Parthos duceret,cum eo Hyrcanus egreſſus eſt. De his teſtis eſt Nicolaus Damaſcenus,ſic in hiſtoria dicens: Trophæum ſiſtens Antiochus iuxta fluuium Lycum,ubi uicerat Indathim Parthorum ducem,ibi duobus diebus remoratus eſt,petẽte Hyrcano Iudæo aliam patriam propter Iudæorum celebrationem, in qua non erat legitimum eos proficiſci.Et hæc quidem non eſt mentitus.Nam quinquageſima feſtiuitas poſt ſabbatum inſtabat,in qua minime licet nobis uel in ſabbatis uel in feſto die uiam conficere.Tunc etenim Antiochus cum Arſace Parthorum rege cõfligens,& multum perdens exercitum,interijt. In regno autem Syriæ frater eius Demetrius ſuccedit,Arſace eum à captiuitate ſoluente, eo tempore,quo Antiochus Parthorum terram ingreſſus eſt,ſicut prius demonſtratum eſt.

De ſepulchro Dauid aperto.

Nic. Damaſcenus.

De Hyrcani uictorijs & amicitia cum Romanis. Caput XVI.

HYrcanus uero Antiochi morte cognita, ſtatim ad Syriæ ciuitates expeditionem parauit:arbitratus eas imparatas & deſertas pugnatoribus defenſoribusq; inuenire, quod etiã euenit.Nam Medabam,cum multum exercitus eius laboraſſet,ſexto menſe capit:poſt etiam Samogam,uel illas quæ uicinæ fuerunt,nec non & Sychimam,ac Garizim,gentemq; Cuthæorũ,quæ templũ ædificatum ad ſimilitudinem Hieroſolymitani poſſidebat, quod Alexandri mãdato Sanabalath dux condidit,propter Manaſſen generũ ſuum,fratrem Iaddi principis ſacerdotum,ſicut ſuperius intimauimus.Contigit uero templũ hoc dirui poſt annos ducentos.Hyrcanus uero ciuitates Idumææ Aboracũ,Mariſam,cũctoſq; cum domuiſſet Idumæos,permiſit eis prouinciam habitare,ſi circuncidereꝫtur,legibusq; Iudaicis uterentur.Qui deſiderio patriæ terræ circũciſionem,& aliã conuerſationem Iudæorum prætulerunt,ideóq; ex illo tempore cœperũt eſſe Iudæi. Quo facto,Hyrcanus princeps ſacerdotum, ſocietatem Romanorum renouare cupiens,legationem ad ipſos direxit.Cumq; ſenatus ſcripta eius ſuſcepiſſet,com-

poſuit

poſuit amicitias hoc modo: Fannius M. filius, cõſul, ſenatũ omnem octauo Idus Februarias, in campo iuſſit conuenire, præſente L. Manlio, L. Memmĳ filio, & C. Sempronio, Falernæ filio: propter hoc, quod legati Iudæorum petiuerãt, Simon filius Doſithei, & Apollonius Alexandri, & Diodorus Iaſonis, uiri optimi à populo Iudæorum deſtinati, de ſocietate uel auxilĳs exhibẽdis, quam cũ Romanis de publicis rebus habuerunt, ut Ioppe, & portus, & Zora, uel fontes, & ciuitates, inſuper & uillæ, quas Antiochus pugnans contra ſenatuſconſultum tenuit, reſtituantur: quatenus nec regĳ milites per terram eorum cum ſubiecti ſint, tranſeant: ut etiam illa quæ per Antiochum geſta ſunt contra ſenatuſconſultum, caſſentur: ut & legatos mittant, quatenus recipiantur, quæ ab Antiocho ablata ſunt: ut & prouinciã æſtiment uaſtatam: utq; eis ad reges & populos liberos literæ darẽtur, quatenus ad propriam domum illæſi reuerterentur. Placuit igitur amicitias & auxilia cum hominibus bonis, & à bono populo uel amico tranſmiſſis, eſſe renouandas. De rebus autem ablatis reſponderunt conſulares, cum à ſuis negocĳs ſenatus uacuum habuerit, feſtinabitur in poſterũ nullam in eos iniquitatem ab aliquo fieri: decernentes uero dare conſulem Fannium publicas iuſſerunt pecunias expendendas, dum ad patriam remearent. Et Fannius quidem legatos Iudæorũ remittit, pecunias publicas eis præſtans, & ſenatuſconſultũ per quod debuiſſent cum tutela ad ſuam redire patriam. In his quidem princeps ſacerdotum Hyrcanus erat. Interea rex Demetrius cum exercitum aduerſus Hyrcanum colligeret, nec tempus ei, nec occaſio data eſt: cum milites & Syri malitiam eius abhorrerẽt, & per legationem peterent Ptolemæum Fiſconem cognominatum, quatenus de genere Seleuci tranſmitteret eis, qui deberet accipere principatum. Ptolemæus autem cum Alexandro Zebenna exercitum mittens, pugna commiſſa, Demetrius ſuperatur. Qui dum fugeret ad Cleopatram ſuam uxorem in Ptolemaida, ab ea non ſuſceptus, Tyrum recedens, multaq; paſſus ab inimicis, interĳt.

De felicitate Iudæorum ſub Hyrcano & eius bello contra Samariã. Caput XVII.

ALexander autem regnum accipiens, & amicitiam cum Hyrcano principe ſacerdotum componens, interiecto tandem tempore, expugnatus ab Antiocho filio Demetrĳ Grypi nomine, occiditur. Cumq́ue Antiochus imperium Syriæ tenuiſſet, contra Iudæam exercitum deſtinare timuit. Audiens uero germanum ſuum, & ipſum nomine Antiochum, ex eadem matre progenitum, multas uires cõtra ſe à Cyzico congregaſſe, eũ intra prouinciã ſtatuit expectare, quatenus obuius incurſionibus fratris Antiochi reſiſteret, qui Cyzicenus diceba-tur, quod in illa ciuitate nutritus eſſet: filius autem fuerat Antiochi, qui Sotet nuncupatur, & uitam bello Parthico terminarat. Hic etiam frater fuerat Demetrĳ Grypi patris. Contigit uero ambos fratres unam uxorem Cleopatram duxiſſe, quemadmodum & alibi retulimus. Cyzicenus autem Antiochus ad Syriam perueniens, diu cum fratre bella commiſit. Interim Hyrcanus omni tempore illo, pace fruebatur. Nam & ipſe poſt mortem Antiochi à Macedonibus deſtitit, dum neque ut amicus, uel ſubiectus aliquid eis præbuiſſet. Cuius res abunde creuerunt, temporibus Alexandri Zebennei, & magis tunc, quando hi fratres contra ſe pugnabant. Nam dum bello occupati fuiſſent, Hyrca-

Bellum fratrũ inter ſe.

Hyrcanus obſidet Samariam.

nus Iudæam cum licẽtia poſſidebat, multamq; pecuniarum ſummam colle-
git: amboſq; inter ſe dimicantes contemnens, expeditionem contra Samariã ci-
uitatem ualde munitam produxit: de qua ſuo loco referam, qualiter ab Herode
ſit condita, & Sebaſtia nominata. Accedens igitur ad eã ſtudioſe obſidebat, me-
mor malorum quæ Samaritæ cõtra Mariſenos colonos, & auxiliatores Iudæorũ
commiſerunt, obedientes regibus Syrorum. Cũ ergo mœnia undiq; circundediſ-
ſet, duplici muro cincta ſtadijs octoginta, filios ſuos obſidioni præpoſuit, Antigo
num & Ariſtobulum. Quibus imminentibus, in tantam neceſſitatem famis Sa-
maritæ inciderunt, ut etiam illicita tangerẽt, & uocarent adiutorem Antiochum
Cyzicenũ. Qui ſtatim ueniẽs ad defenſionem, uincitur ab Ariſtobulo: fugatusq;
à fratribus uſq; ad Scythopolim currens, euaſit periculum. Hi rurſus ad Samari-
tas reuerſi, cõcludunt eos intra murum, ut ſecundo neceſſitatis Samaritæ adiuto-
rem uocarẽt Antiochũ: qui cũ à Ptolemæo Lathyro ſex milia uiros petiſſet, quos
Ptolemæus inuita matre direxit (nam necdũ à principatu eum expulerat) primũ
prædatorio modo inuadit Hyrcani prouinciam cũ Aegyptijs, nõ audens aperte
pugnam cõmittere. Nam uires ſuas ſciebat impares, ſed ſperãs populatione ter-
ræ cogere Hyrcanũ à Samariæ obſidione recedere. Cumq; multos milites perde
ret, inſidijs circũuentus, diſceſſit ad Trypolim: Callimandro & Epicrati bellũ Iu-
daicũ committens. Callimãder ergo aduerſarijs fugam ſimulantibus, & poſt re-
uerſis, ſtatim conſumitur. Epicrates autẽ manifeſte pecunijs ſeductus, Scythopo
lim cum uicinis locis prodidit Iudæis: Samariæ uero obſidionem ſoluere non po
tuit. Igitur Hyrcanus ſub anni concluſione capiens ciuitatem, nõ hoc ſolo conten-

Samaria deletur.

tus eſt, ſed totam deleuit Samariam. Nã ſic eam uertit, ut uallum magis q̃ ciuita
tem fuiſſe illic quiſquam iudicaret. Mirabile tamen aliquid de principe ſacerdotũ

Hyrcano deus locutus eſt.

Hyrcano dicitur, quemadmodũ ei deus locutus eſt. Nam referunt illo die, quo fi
lij eius cũ Cyziceno conflixerant, dum ipſe in templo ſolus ſacerdos adoleret thu
ra, audiſſe uocẽ, quod filij eius uincerent Antiochum. Qui cum à tẽplo proceſſiſ-
ſet, hoc omni populo manifeſtũ fecit, quod ita cõſtat eueniſſe. Hyrcanus quidem
in his degebat. Per idem uero tẽpus, non ſolum Hieroſolymorum Iudæi, ſed &
prouinciales, & Alexandriã habitantes, & Aegyptũ, & Cyprum, feliciter agebãt.
Nã Cleopatra regina contra filium Ptolemæũ Lathyrum ſeditionem mouẽs, or
dinauit duces Chelchiam, & Ananiã filios Oniæ, quem ſuperius templũ ædificaſ
ſe cõſtat in terra Heliopolitana, ad ſimilitudinem ſacrarij Hieroſolymorũ. Cleo-
patra tñ cum tradidiſſet iſtis exercitũ, ſine ſententia eorum nihil tractabat: ſicut

Strabon.

teſtatur & Strabon Cappadox, ita dicens: Nã plures & qui cum eo aſcenderunt,
& quos poſtea Cleopatra mittebat, in Cypro ſtatim ad Ptolemæũ tranſibãt: ſoli
uero Iudæi qui Oniæ dicebãtur, apud Cleopatrã permãſere reginã, propter Chel
chiam & Ananiã hæc Strabon diſſeruit. Hyrcano aũt inuidiam mouit apud Iu-

Contra Hyrcanum Iudæorũ inuidia.

dæos felicitas, magis autem Phariſæi. Nam male eum pati uolebant, qui tantum
apud populũ ualebant: ut ſi quid contra regẽ, uel principem ſacerdotũ dixiſſent,
facile crederetur. Diſcipulus tamen eorũ & Hyrcanus fuerat, & nimis ab eis dilige
batur. Sed cũ eos ad cõuiuium uocaret, & amicabiliter paſceret, nimisq; delecta-
ri uidiſſet, dicere cœpit: Scitis me uelle iuſte uiuere, oñiaq; agere, p̃ quæ deo & uo-

bis

bis placeam. Rogo autem, ſi quid me peccantem uideritis, & à recta uia deuiantem, reuocate, atque corrigite. Qui dum ei teſtimonium præberent, omni uirtute ornatum, lætatus eſt. Tum unus ex accumbentibus, Eleazarus nomine, maleuolus & ſeditionibus gaudens, quoniam iuſtum, inquit, dixiſti te uiuere uelle, & ueritatem cognoſcere iuſtum eſt: depone principatum ſacerdotij, & tantum ſufficiat tibi populi regere magiſtratum. Hyrcano uero cauſam conſulente, quapropter deponeret principatum: quoniam, inquit, audiuimus à ſenioribus captiuam fuiſſe matrem tuam ſub Antiocho Epiphane: quod falſum fuerat. Contra quem irritatus eſt Hyrcanus, omneſque Phariſæi ualde indignabantur. Tunc Ionathas quidam de Sadducæorum hæreſi, quæ contraria Phariſæis exiſtit, ualde Hyrcano amicus, dicebat: ſcientibus omnibus Phariſæis, Eleazarum blaſphemiam feciſſe, & hoc manifeſtum illi fieri poſſe, ſi requirerent illos, qua dignus eſſet pœna pro uerborum qualitate multari. Cumque Hyrcanus Phariſæos interrogaſſet, quam iudicarent eum pœnam meritum, non enim credo, inquit, cum ueſtra ſententia factam iniuriam. Tunc illi cum eum honorari uellent, dicebant, ad menſu rã pœnæ plagas & uincula ſufficere: nam non uidebatur digna contumelia, quæ potuiſſet morte multari: & quia modeſti ſunt naturaliter ad tormenta Phariſæi, ualde contriſtabatur: unde putabat illorum ſententia maledictiones Eleazarum ſibi feciſſe. Incitator uero iræ eius Ionathas, flexit eum, relictis Phariſæis, ad Sadducæorum partem tranſire: ut & leges ab eis populo diſpoſitas ſolueret, cuſtodeſque earum puniret. Vnde ſummum ei & filijs ~ odium à multitudine concitatum eſt. Sed de his quidem iterum diſſeremus. Nunc autem uolo demonſtrare, quas leges populo patrum ſucceſſione tradidiſſent Phariſæi, quæ non ſunt inter Moſaicas leges conſcriptæ: ideóque Sadducæorum gens has expulit, dicens illas debere teneri leges, quæ conſcriptæ ſunt: illas uero quæ à patribus traditæ fuiſſent minime cuſtodiri. Et de his multa quæſtio uel altercationes maximæ fiebant: & Sadducæos copioſi uel diuites ſequebantur, populares uero non eis obſequebantur, ſed Phariſæos unanimiter adiuuabant. De his tamen duabus hæreſibus, atque Eſſenorum, in ſecundo uolumine Iudaicæ hiſtoriæ diſſeruimus. Hyrcanus autem poſt ſeditionem ſedatam feliciter uixit, & principatũ optime rexit annis triginta uno: defunctusque reliquit filios quinque, qui maxime his tribus rebus dignus à deo iudicatus eſt: magiſtratu populi, principatu ſacerdotij, & prædicatione prophetiæ. Nam deus cum eo erat, & futurorum præſcientiam ei donauit. Ita enim cognoſcebat & prædicabat, ut etiam de duobus filijs prædiceret, quod rerum domini non diutius permanerent. Quorum interitũ operæpretium eſt narrare, quatenus ſentiamus, quantum indigni felicitate patris fuiſſent.

Contumelia Hyrcano irrogata.

Phariſæorum et Sadducæorum controuerſia.

Hyrcãi mors & laus.

De Ariſtobuli impietate & morte. Caput XVIII.

DEfuncto enim patre, maior Ariſtobulus magiſtratum ad regiam dignitatem tranſferre decreuit: primusque ſibi diadema impoſuit, poſt quadringentos octoginta & unum annos, & menſes tres, ex quo de captiuitate Babylonica populus

populus liberatus,ad propria remeauit. Amans autem fratrem ſuum ſecundum Antigonum,ſimili dignitate eum ornauit: alios uero uinculis tenebat aſtrictos. Incluſit etiam matrem de magiſtratu altercantem: nam illam Hyrcanus domi nam eſſe reliquerat: qui ad tantam crudelitatem perductus eſt, ut uinculis eam penuriáque conſumeret. Inſuper addidit matri etiam Antigonum, quem amare uidebatur, & communis regni habere conſortem: accuſationibus alienatus ab eo, quibus primum quidem non credebat, aliqua amore non admittens, aliqua uero per inuidiam arbitratus dicta. Sed Antigonus, cum clarus ab expeditione rediſſet, tempore quo feſtiuitatem tabernaculorum deo celebrant, cõtigit Ariſtobulum quidem morbo teneri. Tum Antigonus agens dies feſtos, ad templum aſcendit, ualde ſplendidiſſime ornatus cum ſuis armatis, & multũ pro ſalute fratris orauit. Maleuoli uero cupientes eorum ſeparare concordiam, occaſionem ſe cepiſſe, pompam Antigoni putauerunt: & uictoriam eius coram rege, pompámque maleuole dilatabant, quomodo in celebratione tabernaculorum ſublimis apparuit, ut non hæc à priuato fieri uiderentur, ſed regiæ munificentiæ oſtẽtatio crederetur: eumq; cum multitudine militum uenturum ad fratris interitum nunciabant. Ariſtobulus autem, cum his accuſationibus inuitus credidiſſet, timens, ne in fratris ſuſpicionem incideret, ſimulq; ſuam cuſtodiam curans, diſpoſuit cuſtodes ſui corporis, in ſubterraneo uel tenebroſo loco. Iacebat autẽ ipſe in turri, quæ Antoniana dicebatur: & præcepit, ut inermem occiderent nullum: fratrem autem Antigonum, ſi armatus intraret, interficerẽt: mãdauitq; Antigono, ut ſine armis ueniret. Regina uero cum inſidiatoribus Antigoni, perſuaſit mandata portanti cõtraria dicere: quia frater tuus, inquit, audiens conſtruxiſſe te arma, ornatumque bellicum, petit, ut ingrediaris cum armis: quatenus uideat eorum facturam. Quo nuncio Antigonus nihil arbitratus doloſum, ſed confidens de fratris affectu, ſicut erat armatus, ad Ariſtobulum ingreditur, ut ei armorum demonſtraret ornatum. Cumque ad turrim, quæ Stratonis dicitur, peruenisſet, ab eis qui in tenebroſo loco fuerant collocati, proſternitur. Cuius mors oſtendit, nihil inuidia, nihil accuſatione ualidius: neq; magis aliud ſecernit fidem, ſeu naturalem familiaritatẽ, q̃ iſtæ paſſiones. Ammirari poteſt quilibet & Iudam Eſſæũ genere, qui nunq̃ in his quæ prædixit, mẽtitus eſt. Nam hic cũ uidiſſet Antigonũ per templum trãſire, clamauit ſocijs ſuis & notis, qui gratiam prædicẽdi futura doctrinæ eius obſeruabant: Melius eſt mihi mori, q̃ ſi mortem fuero mentitus Antigoni, quem hodie uideo periturum in turri Stratonis. Locus uero ſtadijs ſexcentis diſtabat, ubi eum prædixit interfici. Diei q̃ plurima pars tranſierat, ut etiam dubitare de uaticinatione uideretur. Cumq; hæc dixiſſet, triſtisque eſſet, nunciatur ei Antigonũ eſſe defunctũ in ſubterraneo. Nam & ipſa turris, Stratonis dicebatur, eodem nomine quo maritima Cæſarea nũcupatur. Igitur uatẽ hoc perturbauit. Ariſtobulum aũt fraternæ cædis pœnitentia, fletusq; poſſedit, nec non etiã ægritudo mentem eius *celeri dolore peruaſit: & intolerabilẽ paſſionẽ corruptis uiſceribus ſuſtinebat, copiamq; ſanguinis euomebat. Quem dũ puer aulicus portaret, lapſus eſt in loco, quo maculæ ſanguinis adhuc Antigoni permanebãt, ut arbitror, dei prouidentia diſponente. Quo facto, clamor uidentium fuſum ſanguinem eleua-

Ariſtobulus matrem ſuam & fratres in carcerem conijcit.

Ariſtobulus fratrẽ per inſidias necat.

Iudas Eſſæus propheta.

Aliàs celeris.

tus

tus est, dum existimarent hoc puerum sponte fecisse. Clamorem uero cum Aristobulus audisset, causamq; requisisset, tacētibus amplius minabatur, discere uolens clamoris causam: homines enim suspicātur mala in his, quæ tacentur, & semper esse peiora putant. Vt uero cogenti & interminanti ueritatem aperuerunt, cōfunditur eius mens, percussa conscientia sua, gemensq; cum lachrymis ex alto pectore: dixit: Nunquid latere deum potui in tam impijs & crudelibus factis, ut nō pro scelere fraternæ necis ueloci pœna consumerer? Vsquo improbum corpus prohibes animam ad umbras fratris & matris accedere? Cur non eā celeriter reddis, sed paulatim meam libo sanguinem interemptis? Quæ cum dixisset, moritur, regni sui anno primo: qui etiam dictus est φιλέλλην, id est amator Græcorum. Multum uero patriæ profuit. Nam subegit Ituræos, plurimamq; eorum prouinciam Iudæis adiecit: & compulit habitantes in ea, ut si uellent in prouincia permanere, circuncliderentur secundum leges Iudaicas. Erat autem naturæ ualde modestæ, & pudoris ingenui, sicut testimonium præstat Strabon, nomine Timagenes, ita dicens: Modestus fuerat hic uir, & nimium Iudæis utilis. Nam prouinciam eis acquisiuit, & partem gētis Ituræorum sibi circuncisionis uinculo coniūxit. *Aristobulus moritur.*

De gestis Alexandri, Ptolemæi, Cleopatræ, Theodori & uarijs prælijs. Caput XIX.

DEfuncto tamen Aristobulo, Salome uxor eius, quæ apud Græcos Alexandra nominatur, soluens fratres eius, quos ligatos Aristobolus tenebat, ut prædictum est, Iamneum qui & Alexāder dicebatur, regem ordinauit, ætate maiorem qui nunquā ad faciem patris uenit. Causa uero huius odij, talis fuisse dicitur: Cū diligeret priores filios suos Hyrcanus, Antigonū & Aristobolum, & apparuisset ei deus in somnis, & interrogasset eum, quis filiorum successor eius existeret, deo demonstrante uultum istius, contristatus quod omniū bonorum suorum hic hæres existeret, genitum in Galilæa nutriri dimisit. Deus uero nequaq; mentitus est Hyrcano. Nanque regnum post Aristobuli finem, iste suscepit. Qui unum è fratribus suis, nitentem regnum præsumere, interfecit: alterum uero uolentem innocenter uiuere, honorabiliter tractabat. Is enim dum principatum suum, sicut ei uidebatur utile, dispositisset, expeditionē contra Ptolemaidem egit: pugnaq; commissa, uictor in ciuitate hostes concludens, obsidebat eos. Nam ex ciuitatibus maritimis, Ptolemais & Gaza solæ ut subijcerentur, restabant: necnon etiam Zoili tyrāni Stratonis, & Dora. Sed Philometore Antiocho, fratréq; eius Antiocho Cyziceno, inuicem decertantibus, suaśque uires perdentibus, nequaq; Ptolemaitæ sperabāt ab illis auxilium. Quibus obsidione exhaustis, Zoilus qui turrim Stratonis, Doramque tenebat, agmen militare nutriens, tyrannidem meditatus est, dum reges contra se bellarent: & paululum Ptolemaitis subueniebat, quia nec reges talem familiaritatem circa eos habebāt, ut confiderent ab eis meteri solatia. Vterque enim tolerabat, quod sæpe athletis contingit: qui cum uiribus diffidunt, erubescentes cedere, otio uel quiete certamina differunt. Reliqua Ptolemaitis spes erat in rege Aegyptiorum Ptolemæo Lathyro, qui cum à matre depulsus è regno fuisset, Cyprum habitabat. Igitur mittentes ad eum Ptolemaitæ, petebant auxilio uenire, quatenus eos à manibus Alexandri pericli-

tantes

tantes eriperet. Spem etiam non minimam ei legati excitauerunt, dicentes, si transiret ad Syriam, haberet Gazæos & Zoilum, insuper & Sidonios ac multos alios: & Ptolemaitæ secum pugnarēt. Quibus incitatus, nauigare festinauit. Per idē tempus* Demetrius orator eloquentissimus, persuasit eis sententiam permutare, melius esse dicēs, incertum Iudæorum sustinere periculum, quàm manifestam suscipere seruitutem, dum se traderent domino, quo facto, non solum præsens haberent bellum, sed multo maius ab Aegypto sperarent. Nam & Cleopatrā nequaquàm pati filium uicinum exercitum aggregare dicebat, sed uenturam cū maximo contra eum exercitu, quæ properabat & à Cypro filium eijcere: & cum Ptolemæus nihil proficeret, rursus Cyprum fugeret, ipsos uero nouissimum habere periculum. Ptolemæus uero, quamuis per uiam cognouisset Ptolemaitarum uoluntatem mutatam, non minus tamen nauigauit, & applicuit in Sycamina: ibiq; uires suas deposuit. Omnis uero exercitus eius erat cum equitibus & peditibus triginta milia. Quos cum iuxta Ptolemaidem produxisset, & applicuisset, ualde cogitabat, quomodo neq; legatos eius susciperent, neq; uerba audirent. Sed cum uenissent ad eum Zoilus, & Gazæi, ac appeterent auxilium sibi præberi, quod terra eorum à Iudæis & Alexandro depopularetur, soluit obsidionem Alexāder Ptolemæi timore: reuersusq; ad propriam terram, deinceps bella disposuit, latenter quidem Cleopatram contra Ptolemæum inuitās, aperte uero amicitias & auxilia cum eo componere simulans: & quatuor milia talentorum argenti se dare promisit, si Zoilum tyrannum depelleret, terramq; eius Iudæis traderet. Tūc ergo Ptolemæus Alexandri amicitias suscepit, & Zoilum subegit. Deinceps cū audisset latenter ad Cleopatram matrē eius mandasse, soluit pacta, quæ cū eo fecerat, atq; fidem: & ad Ptolemaidem quidē accedens, obsidebat, quod eū non susciperent: ibiq; relinquens duces, & partem sui exercitus, ut obsessos custodirent, cū reliqua parte Iudæam populaturus inuadit. Alexander uero cum Ptolemæi præuaricationem audisset, congregauit prouincialium quinquaginta milia, ut autem alij historiarum scriptores dixerunt, octoginta milia. Cum uero collegisset exercitum, occurrit Ptolemæo. Ptolemæus itaq; subito inuadens* Asochiton, ciuitatem Galilææ, die sabbatorum uiriliter cepit eam: indeq; decem milia corporum, & aliam multam prædam abstulit. Cumq; tentasset Sephoram ciuitatem, pauco distantem spatio à ciuitate capta, multos amisit. Post autem cum Alexandro bellaturus, perrexit. Cui cum Alexander iuxta Iordanem fluuiū occurrisset, in loco qui Asaphon dicitur, non longe à Iordane fluuio castra sua disposuit, habēs octo milia pugnatorum, quos Hecatōtamachos uocabat, id est, contra centum pugnantes, quoniam æreis scutis utebantur. Verumetiam fuerunt & Ptolemæo propugnatores, cum æreis clypeis, sed minus Iudæis ornati: ideóq; milites Ptolemæi timide ad prælium accessere. Sed non paruam audaciam eis immittebat Philostephanus, qui stratagematorum peritus, eos fluuiū transire prohibebat, supra quē castra sua posuerant. Alexandro uero minime uisum est, transitum eorum uetare, dum putaret, quia si post dorsum fluuium haberēt, nequaq; possent à pugna recedere. At in principio prælij ex utraq; parte fortiter pugnatum est, pari animo sitate uel studio, ut ab utroq; exercitu multi prosternerentur. Sed cum Alexandri

exercitum

Aliàs Demetrius. *Sententia Demetrij oratoris.* *Aliàs Assochion & Asochron.*

exercitum ſuperiorem Philoſtephanus uidiſſet, milites diuidit: & defectos ſuos fortiter adiuuans, nullóque ſubueniente Iudæis, partem illam cum eis qui propè ſtabant, ad fugam conuertit. Quod cum uidiſſent milites Ptolemæi, ſecuti Iudæos interficiebant. Poſt autem reuerſi, reliquos in fugam uerterunt: & tamdiu proſtrauerunt eos, uſquequo & ferrum & manus eorum defeciſſent. Triginta uero milia uirorum occiſa fuiſſe dicuntur. Timagenes uero quinquaginta milia retulit, reliquos autem captos, paucos uero ad ſuam fugiſſe prouinciam. Tũc Ptolemæus poſt uictoriam, prouinciam peragrans, ueſpere facto, in quaſdam Iudææ uillas ingreſſus eſt: quas plenas mulieribus & infantibus inueniens, iuſſit militibus ſuis, ut occiderent, & laniarent, membráque eorum in cacabos mitterent ad coquendum. Hoc autem ſimulauit, ut hi qui fugerant à pugna, putarent hoſtes ſuos carnibus humanis ueſci, & exinde eos ualde metuerent. Cepit uero & Ptolemaidem, ſicut alibi retulimus. Sed Cleopatra cum reſpiceret filium ſuum creſcere, & Iudæam licenter deuaſtare, ciuitatémq; Gazæorum ſubiectam habere, negligere recuſauit, dum iam in portis ſuis eum præſentem ſperaret eſſe futurum, & amari ab Aegyptijs propter uirtutem eius putaret eum, ſtatim cum nauali & pedeſtri exercitu contra eum egreditur, duces totius militiæ Celchiam & Ananiam Iudæos præponens: pecunias uero multas, nepotésq; ſuos, & teſtamenta apud * Côn inſulam commendans. Cúmq; iuſſiſſet filium ſuum Alexandrum, cum maxima claſſe nauium ad Phœnicem nauigare, propter refugia omnem ſuam expeditionem Cleopatra in Ptolemaide depoſuit. Cúmque eam non ſuſcepiſſent Ptolemaitæ, ciuitatem obſedit. Ptolemæus tamen à Syria contra Aegyptum feſtinauit, putans ſubito eam ſine militibus exiſtentem occupare, ſed ſpe ſua deceptus eſt. Per idem tempus Celchias unus ex ducibus Cleopatræ, circa inferiorem Syriam Ptolemæum perſequens, moritur. Cleopatra uero, cum audiſſet filij conatum, & quod nullatenus Aegyptij eum ſicut ſperabat, ſuſcepiſſent, tranſmiſit militiæ partem, quæ de prouincia Ptolemæum depelleret. Qui reuerſus ab Aegypto, iterum in Gaza hyemabat. Interiecto uero tempore, Cleopatra cuſtodiam Ptolemaidis cum ciuitatis obſidione cepit: ad quam cum Alexander ſumma dona deportans ueniſſet, dixiſſetq; mala à Ptolemæo ſe paſſum, refugiúmque non alibi niſi apud eam habiturum, quidam amicorum perſuadebant ei, ut prouinciam Iudæorum percurreret, & obtineret: neque contemneret tam optimam multitudinem Iudæorum ſibi ſubijcere. Cúmq; Ananias contradicens, ſuaderet iniuſtum eſſe, ſi hominem auxiliatorem priuaret propria poteſtate, uerumetiam & cognatos ſuos eſſe: nam te minime uolo, inquit, ignorare regina, quoniam propter hanc iniquitatem inimicos omnes Iudæos habebis. Hæc ergo Anania perſuadente, Cleopatra flectitur, nihil penitus Alexandrum lædere, ſed de ſocietate cum eo compoſuit in Scythopoli Syriæ. Qui cum à Ptolemæi timore liberatus eſſet, exercitum ſtatim cõtra humilem Syriam produxit, & expugnauit Gadara decem menſibus obſeſſam, & Amathunta, magnum propugnaculum habitantium ſuper Iordanem, ubi optimus uel induſtria dignus Theodorus Zenonis poſſidebat: qui inſperate Iudæos inuaſit, & decem milia interfecit, ſarcinásque Alexandri diripuit. Quo facto nequaquam pertur-

Ptolemæus infantes coqui iubet.

Aliâs Coẽs.

Cleopatra contra filium ex Aegypto progreditur.

Theodorus multos Iudæorum occidit.

batur Alexander, ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitū, & Raphiā, & Anthedonē expugnauit, quam poſtea Herodes Agrippiadā nominauit. Cúmq; uideret Ptolemæū à Gaza ad Cyprū rediſſe, matrémq; eius Cleopatram ad Aegyptū, Gazæis iratus, quoniā Ptolemæū auxiliatorem cōuocaſſent, ciuitatem obſedit: prouinciámque ipſorum deprædauit. Sed Apollodotus dux Gazæorum, cum duobus milibus peregrinis, & decem milibus ciuiū, in exercitū irruit Iudæorum: & quamdiu nox erat, Gazæi uincebant, arbitrantibus Iudæis rurſum Ptolemæum ſuperueniſſe. Poſtero autem die facto, cognoſcentes Iudæi ueritatem, reuerſi Gazæos inuadunt, & proſternunt mille. Quibus adhuc reſiſtentibus, neq; multitudine perterritis, gerere prælium, & quicquid aduerſi accidiſſet, tolerare paſſi ſunt, ne hoſti ſubiícerentur. Exhortabatur autem eos rex Arabum Aretas, magnanimus uir, qui ſperabatur in auxilium eorum uenturus. Sed contigit antequam ueniret, Apollodoto perempto, ciuitatem capi. Nam Lyſimachus frater eius inuidens, quod ei tam magna gloria à ciuibus præbebatur, interfecit eum: militarémque congregans phalangem, ciuitatem Alexandro prodidit, qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet, quieuit. Poſt autem milites Gazæis immiſit, ut eos cruciarent, & per diuerſa loca proſternerent: nec tamen Gazæi animas debiles, ſed pronas habentes, uenientibus Iudæis reſiſtebant, nec paucos dilaniabant: alíj uero deſolati domus ſuas incendebant, ne aliqua ſpolia aduerſaríj poſſent inuenire: alíj quippe & liberos cum uxoribus ſuis manibus interficiebant, quatenus ſeruitutem inimicorum uel taliter euitarent. Cúmque quingenti ex primatibus eorum in templum Apollinis confugiſſent, quorum conſenſu proditio facta erat, hos abſtrahens Alexander occidit: ciuitatémq; poſt anni obſidionem deponens, ad Hieroſolymam remeauit. Eodem tempore & Antiochus, qui Grypus dicebatur, moritur inſidíjs Herodiani, anno uitæ ſuæ quadrageſimoquinto, imperíj uero uiceſimonono. Cuius principatum cum filius eius Seleucus ſuſcepiſſet, bellauit etiam contra fratrem patris Antiochum, qui Cyzicenus nominabatur: quem cum uiciſſet & cepiſſet, occidit. Non multo uero poſt, Cyziceni filius Antiochus, & Antonius pius, cum perueniſſent in Aradum, coronamque ſibi impoſuiſſent, confligunt cum Seleuco, quem poſt uictoriam ex omni Syria depulerunt. Qui cum fugeret in Ciliciam, & peruenisſet Mompſueſtiam, iterum ab eis pecunias exigebat. Tum populus Mompſueſtenus indignatus, palatium eius incendit, eúmque cum amicis extinxit. Antiocho uero Cyziceno adhuc Syriæ regnante, Seleuci frater Antiochus bellum contra eum produxit, uictúmque cum ſuo proſtrauit exercitu. Poſt ipſum uero & frater eius Philippus, cum impoſuiſſet ſibi diadema, in parte aliqua Syriæ regnabat. Ptolemæus uero Lathyrus quartum fratrem eorum Demetrium, qui Eucerus dicebatur, à Gnido deducens, in Damaſco regem conſtituit. His autem duobus fratribus pertinaciter Antiochus reſiſtens, citius occiditur. Nam *Laudociæ Gaminorum reginæ contra Parthos bellanti, cum ſocius aduenisſet, uiriliter pugnans occubuit. Syriam uero duo fratres eius tenuerunt, Demetrius & Philippus, ſicut alibi demonſtratum eſt. Alexander autem dum contra eum ſui ſeditionem mouiſſent, in die qua feſtiuitas tabernaculorum agebatur, & ſuper aram ſtaret immolaturus, uirgis cedrinis

Gaza capitur Aretas occiditur.

Grypus Antiochus.

Alii Laodiciæ.

iaculabantur

iaculabantur eum. Nam legitimũ eſt apud Iudæos in ſcenopegijs, unumquemque portare uirgas ex palmis & cedris. Demonſtrauimus autem hæc etiam in alijs. Verumetiam contumelioſe eum aggreſſi ſunt, cum ingreſſi fuiſſent, dicentes de captiua genitum, & honore ſacrificij indignum. Iratus ergo ſex milia eorum occidit: parietem uero ligneum circa aram & ſacrarium conſtruens uſque ad altare, in quod ſolis ſacerdotibus licet ingredi, multitudinis introitum prohibebat, ſimul & peregrinos Perſidas & Cilicas: nam Syrijs inimicis exiſtens, non eis utebatur. Cúmque Arabes, Moabitas & Galaaditas uiciſſet, tributorum incrementum eis impoſuit: & Amathunta expugnauit, non audente Theodoro cum eo confligere. Cúmque conſeruiſſet pugnam contra Obodam regem Arabum, & incidiſſet in inſidias altiſſimæ uallis iuxta Galaaditidem, indeque cum fugeret ad Hieroſolymam, ſuper infelicitatem ſuam habuit etiam gentem Iudæorum inimicam: contra quam annis ſex pugnans, interfecit quinquaginta milia. Rogante uero eos, ut odium quod in eo haberent ſoluerent, magis horrebant eum propter hæc quæ acciderunt. Cumque interrogaret eos, quid uellent fieri: omnes damauerunt, mori eum.

De Alexandri uictoria & Iudæorum calamitate. Caput XX.

TVnc ad Demetriũ Eucerũ deſtinauerũt, ut eum auxiliatorẽ rogarẽt, qui maximo cum exercitu dum peruenisſet ad eos, qui eum inuitauerãt, circa Sichimam caſtrametatus eſt. Alexander autem cum conductis militibus ſex milibus ducentis, & Iudæis uiginti milibus qui ei fauebant, contra Demetrium perrexit: cui equites fuerũt tria milia, pedites uero quadraginta milia. Multa ex utraq; parte gerebantur, Demetrio quidem uolente ſeducere conductos milites Alexandri tanquam Græcos: Alexandro autem tentante Iudæos Demetrio ſociatos auellere. Cumque neuter ualuiſſet perſuadere, uicit Demetrius, & omnes Alexandri cõducti milites occiduntur, fidei ſimul & uirtutis probationem oſtendentes. Multi etiam à parte Demetrij milites conciderunt. Cum uero per montana fugiſſet Alexander, miſericordia ruinæ eius flexi, colliguntur ad eum ſex milia Iudæorum: & tunc quidem recedit timore Demetrius. Poſt autem iterum Iudæi contra Alexandrum bella mouentes, ſuperantur ab eo, multiq; eorum in pugna extincti ſunt. Quorum etiam potentiſſimos in Bethomis ciuitate concluſos obſedit. Cúmque cepiſſet ciuitatem, & tenuiſſet eos, duxit ad Hieroſolymam, & crudeliſſimam in eos pœnam exercuit. Nam dum cœnaret cum concubinis ſuis in excellenti loco, crucifigi ex ipſis octingentos præcepit: liberos uero & uxores eorum coram ipſis adhuc uiuentibus occidi. Et hæc quidem ad ultionem fecerat pro his quæ male paſſus erat: ſed tamen humanam uindictam exceſſit, quamuis multum ſudaſſet & laboraſſet in bello contra eos, & in nouiſſimum periculum animæ regniq; ueniſſet. Non enim eis ſuffecerat contra ſe inuicem certare, niſi etiam aduerſus eũ alienigenas prouocaſſent: & ad talẽ neceſſitatẽ perduxiſſent, ut terrã Moabitidis & Galaaditidis, & uicos regi Arabũ traderet, quatenus nõ auxiliaretur cõtra ſe Iudæos: ſed & alia multa cõferret: quapropter uidet hæc iuſte feciſſe: ideóq; propter hãc crudelitatis exaggerationẽ, uocatus eſt à Iudæis crucida. Ad- Crucida.

uersatij tamen eius octomilia noctu fugerunt. & quamdiu uixit Alexander exu-
labant. Et iste quidem liberatus à seditione eorum, cum omni quiete in posterũ
Bellũ inter fratres Demetriũ & Philippũ. regnauit. Demetrius autem cum à Iudæa in Bercœam discessisset, obsidebat fra-
trem suum Philippum, cui decem milia peditum erant, & mille equites. Straton
autem Bercœæ tyrannus, Philippo auxilium præbebat, & Zizum principem A-
rabum conuocabat, necnon etiam Mithridatem Synacem præfectum Partho-
rum. Qui cum uenissent cum multa expeditione, & obsedissent Demetrium in-
tra castra, sagittisq; & siti eum angustassent, compulerunt milites eius ut eum tra
derent. Cumq; depopulassent prouinciam, & Demetriũ cepissent, hunc quidem
Mithridati Parthorũ regi transmiserunt, captiuos uero gratis Antiochenis red-
diderunt. Mithridates itaque Parthorum rex, Demetrium maxime honorabat,
usquequo terminus ei uitæ uenisset. Philippus uero à pugna statim ad Antio-
chiam perrexit: eamque tenens, Syriæ regno potitus est.

De gestis circa Damascenos, & Iudæorum potentia, & obitu Alexandri. Caput XXI.

POst uero Antiochus, frater eius, qui nuncupabatur Liber pater, uendicans sibi principatum, ad Damascum peruenit, ibiq; regnauit. Cumque contra A-
rabas exercitum duceret, Philippus frater eius ad Damascum perrexit. Tunc Mi
lesius, qui custos arcis relictus erat, simul cum Damascenis ciuitatem Philippo
tradidit. Ingratus Milesio Philippus extitit, cum nihil omnino pro traditione ci-
uitatis ei donaret: nam timore putabat Milesium prodidisse. Quapropter in su-
spicione eum habebat, qui rursus à Damasco repellitur. Nam cum Philippus ad
circum exisset, Milesius clausit Damascum, & Antiocho seruauit. Quod factum
cum audisset de Philippo Antiochus, reuersus ad Arabiam, expeditionem sta-
tim cõtra Iudæam parauit, pedites quidem octo milia, equites autem octingen-
tos. Cuius Alexander congressionem timens, fossam altissimam fodit circa Ca-
pharsaba, quæ nunc Antipatris uocatur, initium eius faciens: & usq; ad Ioppen.
Cumque murum ædificasset, & turres ligneas erexisset, per stadia centumquin-
quaginta, Antiochum expectabat. Ille autem hæc incendio cremans, exercitum
suum ad Arabiam exinde transduxit. Cui rex Arabum cedens primum, deinde
ex in prouiso cum decem milibus equitum aduenientes, occursione Antiochi forti-
Antiochus occiditur. ter debellatur. Cumque uinceret, Antiochus occiditur auxilium parti laboranti
ferendo. Postquam uero cecidit Antiochus, milites eius ad Chanam uillam con-
fugiunt, ubi plurima pars eorum fame consumitur. Post hunc imperat inferiori
Syriæ Aretas, receptus in principatum à Damascenis, propter Ptolemæi iuuenis
odium. Qui cum militiam congregasset contra Iudæam, & circa Adidam uicum
prælio uicisset Alexandrum, cum pactis à Iudæa discessit. Alexander autem ite-
rum cum inuasisset Dion ciuitatem, cõtra Essemon produxit exercitum, ubi plu-
rimæ uel mirandæ res Zenonis fuerant: quam tribus aggeribus circundans, pu-
gnando inuasit. Exinde contra Galilæam & Seleuciam pergit, & has cum cepis-
set, subegit etiam uallem quæ Antiochi dicitur, castellum quoque Gamala. Sed
cum multi Demetrium ducem illorum locorum accusarent, nimis indignatus
eum damnis affecit: & tertium annum complens, soluta expeditione ad sua re-

uersus

uerſus eſt: quem Iudæi & Græci omnino propter felicitatem eius accipiunt. Per idem tempus iam Syrorum, & Idumæorum, & Phœnicum ciuitates Iudæi poſſi debant: iuxta mare quidem Stratonis turrem, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotum, Gazam, Anthedonem, Raphiam, Rhinocoluram: in mediterraneis uero per Idumæam, Aboram, Mariſam, omnémq; Idumæam, Samariam, Carmelum montem, & Thaburium montem, Scythopolim, Gadaram, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabalam, Moabitidem, Sebon, Medabam, Lembaoronem, Mega, & Onzoram, Cilicum, Aulonem, Pellentem. Poſt hæc rex Alexander crapulæ multum indulgens, in ualetudinem incidit, & tribus annis quartano typo laborans, nec ſic tamen ab expeditione quieuit, donec in laboribus expiraret. Mortuus eſt autem in monte Geraſenorum, Ragaba caſtellum trans Iordanem obſidens. Quem cum uidiſſet regina propinquante letho, nullámq; ſalutis ſpem habentem, deplorans futuram deſolationem ſuam & filiorum, ait: Cui me ita relinquis cum filijs, alterius auxilijs egentem, dum ſic ſcias aduerſariam tibi gentem exiſtere? Tunc ille perſuaſit ei mandata ſua cuſtodire, quatenus certum cum filijs regnum tutaretur, & ut mortem eius militibus cælaret, uſquequo caſtellum caperet: deinceps ut ad Hieroſolymam uictrix & ſplendidiſſima rediret, & Phariſæis poteſtatem daret quæ uellent agere, eoſque honore præferret: quatenus illi laudantes eam propter honorem ſibi illatum, fidam ei gentem conſtituerent. Nam poſſe hos multum apud Iudæos, dicebat, & lædere ſi quem abominarentur, & prodeſſe cui fideles exiſterent: cum nimium eis à populo crederetur, quicquid uellent de aliquo ſæuiſſimum referre: ſeq; ideo offendiſſe multitudinem aiebat, quod Phariſæos aliquando cõtriſtaſſet. Tu igitur, inquit, cum ad Hieroſolymam peruenieris, conuocatis militibus, eis meum corpus oſtende, & permitte eis qualiter uelint, uti meo cadauere: ſiue contumelioſe uelint & inſepultum relinquere, quod à me iniqua perpeſſi ſunt: ſeu aliquid in corpus meum deſæuire, concede: neque ſine illorum conſilio uelis aliquid in tuo regno decernere. Quod ſi hæc ad eos dixeris, ego quidem clariore dignior ab eis funere, quàm à te habebor: cum ira poſt mortem in aliquo non ſeruetur: tu uero firmum tibi conficies principatum. Hæc cum ſuæ perſuaſiſſet uxori, deceſſit imperij ſui uiceſimoſeptimo anno, ætatis uero quadrageſimonono. Alexandra tamen cum caſtellum cepiſſet, ſecundum mariti mandata, Phariſæos alloquitur, & illorum poteſtati mariti corpus, & regni gubernationem commendat: & ita quidem iram eorum, quam in Alexandrum habebant, extinxit: fideles uero eos amicos ſibi parauit. Qui ſecundo populum ad concionem cõuocantes, res geſtas Alexandri explanauerunt: regem ſe dicentes iuſtũ & magnũ perdidiſſe: & tantũ populo luctũ & mœſtitiam laudibus regijs intulerunt, ut exequias ei meliores quàm cæteris regibus exhiberent.

Oppida ſub ditione Iudæorum.

Conſiliũ Alexandri morientis.

Deceſſus Alexandri.

De regno Iudæorum ſub Alexandra regente & Phariſæis. Caput XXII.

ALexander autem liberos relinquens, Hyrcanum & Ariſtobulum, uxori Alexandræ regnum tradidit. Ex filijs tamen eius alter, Hyrcanus rerum gubernationes ignorans, uitam ocioſam elegerat: nouiſſimus uero Ariſtobulus, efficax & audax erat. Igitur à populo mulier diligebat, eo quod uidebatur cõtriſtari, de quibus maritus eius peccaſſet. Quæ principem quidem ſacerdotum Hyrca-

Alexandra rerum potitur Iudææ.

num propter ætatem, magis autem propter innocentiam ordinauit: Phariſæis tamen omnia facere permittens, quibus obedire multitudinẽ præcepit: & ſi quid legum Hyrcanus ſocer eius ſoluiſſet, quas Phariſæi ſecundum patriam traditionem introduxerant, hoc iterum reſtituit. Nomen ergo regium tantum ipſa ferebat, omnem uero poteſtatem Phariſæi poſſidebant. Nam & transfugas reducebant, & ligatos ſoluebant, & nihil à dominis penitus differebant. Verumetiam regina prouidentiam ſui faciebat, dum multos cõductos milites cõtineret, ſuásque uires duplas oſtenderet: ut iam in circuitu reges terreret, & caperet ab eis obſides tranſmiſſos. Pacem uero omnis habebat prouincia, præter Phariſæos. Nam hi rempublicam perturbabant, reginam flectere molientes, quatenus occideret conſiliarios Alexandri, qui eum hortati eſſent octingentos interficere: ex quibus ipſi unum occiderunt Diogenem, & poſt ipſum alios multos, uſquequo potentiſſimi eorũ in aulam intraſſent cum Ariſtobulo, cui uidebantur moleſta facta Phariſæorum. Apparebat autem, quod uellet occaſione accepta, matrem à regno deponere. Qui cum ingreſſi fuiſſent, admonebant eam quanta feciſſent, per quæ firmam fidem ſuo domino conſeruaſſent, pro quibus etiam multa ab eo merita cepiſſent: & petebant, ne omnino ſpem eorum euerteret. Nam cur fugerint aduerſariorum pericula, ſi domi ab inimicis ultionem tanquam pecora tolerarent. Dicebant etiam, ſi contenti eſſent aduerſarij mortuorum interitu, propter dominorũ fidem ſe patienter ea quæ cõtigerunt perferre: ſi uero in eiſdem Phariſæi permanſerint, petebãt dari ſibi licentiam recedendi. Nam præter iuſſionẽ eius nullatenus aiunt pati ſaluti ſuæ prouidere, ſed libenter in aula eius morari, ne perfidos eos poſt diſceſſum putaret: obprobrium uero reginæ eſſe, ſi neglecti ſocij, mariti eius aduerſarijs traderent. Nam gaudiũ Aretæ Arabo erit, tot & tales uiros à te alienari, quorum prius terribile fuerat nomen auditũ. Si uero Phariſæos præponere iudicas, unumquenq; noſtrorũ in caſtellis diſpone, & ſi ita aduerſarios uis erigere, nos ſine in humilitate conſiſtere. Multa talia cum ei dicerent, & ad miſericordiam mortuorum & periditantium umbras Alexandri inuocarent, omnes qui aſſiſtebant lachrymis cõpleti ſunt, ſed amplius Ariſtobulus, qui dum ſuam oſtenderet uoluntatem, multa contra matrem locutus eſt. Sed illi quidem ſuæ calamitatis cauſa fuerunt, dum ambitioſe furenti mulieri, præter conſtituta regni cõmitterent moderamina. Quæ dum nihil ſciret quod ageret, ad poſtulationem eorũ cuſtodiam caſtellorum illis tradidit, præter Hyrcaniam, & Alexandriam, & Macheruntem, quo plurimæ & pretioſiſſimæ res eius repoſitæ uidebantur. Non multo poſt tamen filium ſuum Ariſtobulum cum exercitu deſtinauit ad Damaſcũ contra Ptolemæum qui Minæus dicebatur: qui nihil ſtudio dignũ agentes, ad Hieroſolymam reuertuntur. Eodem tempore nunciatur Tigranes cum trecentis milibus armatorũ cõtra Iudæam uenturus, quod nimis reginam & gentem perterruit, ut dona multa nobiliſſima per legatos ei deſtinaret, quem obſidentẽ Ptolemaidem inueniũt. Nam regina Selene quæ & Cleopatra, Syriæ regnans, ſuaſit habitatoribus Ptolemaidis, ut Tigranẽ excluderent. Qui cum peterent eum pro ſua regina, proq; ſua gente, laudat eam Tigranes, quod ex longinquo legationem ei cum donis tranſmiſiſſet, ſpem etiam eis bonam promiſit. Capta uero

Tigranes obſidet Ptolemaidem.

Ptolemaide

Ptolemaide nunciatur Tigrani, quod Mithridatem dum ſequeretur Lucullus, illum quidem fugientem ad Iberos, minime potuiſſet comprehendere: Armeniam uero depopulans obſediſſet. Quæ cum cognouiſſet Tigranes, domum reuertitur. Interiecto uero tempore, Alexandra regina cum ualetudinem ſæuiſſimam incidiſſet, placuit Ariſtobulo rempublicam inuadere, & per noctem cum uno famulo egreſſus ad caſtella perrexit, ubi paterni ſui amici degebant. Nam olim de actibus matris ſuæ conquerebatur. Tunc uero magis ueritus eſt, ne matre defuncta, & Phariſæis rem tenentibus, omne genus ſuum deperiret. Præuidebat enim futura, quod non poſſet principatui ſuccedere, dum frater ei maior extaret. Conſcia uero facti uxor eius tantum fuerat, quam illic cum ſua generatione dimiſit. Cúmque primum peruenisſet in Gabatha, ubi potentiſſimus Galeſtis eius amicus erat, à quo etiam ſuſcipitur, poſt diem regina cum Ariſtobuli fugam ſenſiſſet, diúque putaſſet diſceſſionem eius non pro rebellione fieri, uenerunt qui nunciarent iam tenuiſſe illum primum caſtellum & ſecundum, & reliqua omnia. Nam uno comprehenſo, ſimul ad illius uoluntatem omnia feſtinabant. Tunc cũcta gens Iudæorum cum regina in maximis cœpit eſſe terroribus. Nam ſciebat non longe abeſſe Ariſtobulum, quatenus ſibi principatum defenderet: timebat etiam, ne ultionem exigeret de illatis ſibimet contumelijs. Placuit igitur uxorem eius cum genere in ſuperiori cuſtodia templi conſtitui. Ariſtobulum autem cum multi frequenter nunciaſſent regio circundatum ornatu, & intra quindecim penè dies loca uigintiduo occupaſſe, unde etiam militiam congregaret à Libano, uel Trachonitide, uel monarchis: tunc ſeniores Iudæorum & Hyrcanus ad reginam intrantes, petebant ut ſententiam de rebus ferret inſtantibus. Nam Ariſtobulus iam penè cuncta poſſederat, tantis locis occupatis. Inhoneſtũ enim putabant, quamuis in ægritudine laboraret, ſine ea aliquod conſilium capere: imminere uero ſibi non longe periculum damitabant. Cúmque illa præcepiſſet eis agere quæ exiſtimarent prodeſſe, multas quoque cauſas eis utiles adeſſe demonſtrabat, id eſt, gentem ualidam, exercitum potentiſſimum, pecuniarum copiam: ſibiq; deficiente iam corpore, uanum eſſe pro talibus laborem impendere. Hæc cum dixiſſet, non multo poſt deceſſit, anno ſui regni nono, ætatis uero lxxiii. mulier quæ debilitate ſui ſexus nunquam ſuccubuit, callida circa regni detentionem, quod ex ipſis operibus euidenter oſtenſum eſt: & quæ præponeret futuris præſentia, & omnia poſtponeret potentiæ principali: & cum nec bonum aut iuſtum attenderet, ad ſummam calamitatem negotia domus ſuæ ita perduxit, ut poſt multa pericula & labores, poteſtatem quam poſſedit non multo tempore, tracta cupiditate perderet. Inimicis enim generis ſui quam habuit tradidit poteſtatem, & principatum potentium amicorum gubernatione priuauit, & miſerijs regnum poſt ſuam mortem compleuit propter malam diſpoſitionem. Sed quamuis ita regnaſſet, gentem tamen in pace cuſtodiuit. Alexandra ergo finem inuepit huiuſmodi.

Alexandra decedit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSQVARTVS.

De regno Ariſtobuli, & Hyrcano priuatim degente. Caput I.

Lexandræ reginæ morte in ſuperiori uolumine demonſtrata, ſequentia referamus: nihil aliud feſtinantes, niſi minime quicquam de geſtis rebus memoriæ prouidendo præterire. Nam qui conſcribunt hiſtorias, & res ueteres indicant, oportet eos propter antiquitatem narrationi decus imponere, uel explanationi rerum ſtudere propter legentes, quatenus cum aliqua gratia uel delectatione experientiam poſſint rerum concipere. Super omnia uero certius conſcriptores debent & ueritatem dicere, ut rerum ignari poſſint credere lectioni. Centeſima octogeſimatertia olympiade: Q. Hortenſio, & Quinto Metello Cretico conſulibus, bellum contra Hyrcanum Ariſtobulus præparauit: pugnáq; facta prope Hierichuntem, multi milites Hyrcani ad fratrem eius tranſfugerunt. Quo facto, Hyrcanus ad arcem, ubi Ariſtobuli uxor & filia à matre eius erant reduſæ, cõfugit. Cui Ariſtobulus de reconciliatione uerba faciens, inimicitias depoſuit: ut ipſe quidem regnum teneret, frater autem priuatus uiueret, ſua poſſeſſione contentus. Cúmq; hæc diſpoſuiſſent in templo, & iuſiurandum & dextras dediſſent, omni populo uidente, diſceſſerunt: ille quidem in aulam regiam, Hyrcanus uero ut priuatus in Ariſtobuli domum.

De Antipatro qui iuuabat partem Hyrcani aduerſus Ariſtobulũ. Cap. II.

AMicus igitur quidam Hyrcani, genere Idumæus, Antipater dictus, multas poſſidens pecunias, & uir efficax, Ariſtobulo ſuſpectus habebatur propter Hyrcanũ. Nicolaus tamen Damaſcenus ait hunc genere nobiliſſimum Iudæum fuiſſe, ex illis qui ad Iudæam à Babylone reuerſi ſunt. Hæc autem refert ad gratiam Herodis filij eius, quem regem Iudæorum contigit poſtea fieri, de quo apto tempore dicemus. Hic ergo Antipater, qui prius Antipas appellabatur, & eodem patris nomine uocabatur, cum eum Alexander rex, & uxor eius ducẽ totius Idumææ ordinaſſent, amicitias iniſſe cum finitimis Arabis, & Gazæis, & Aſcalonitis perhibetur, multis & maximis donis illos ſibi coniungens: at cum Ariſtobuli potentiam iunior Antipater formidaret, timens ne quid ab eo pateretur propter inimicitias latentes, excitat contra eum Iudæorum ualidiſſimos uiros, iniuſtũ eſſe dicens negligere, dum uiderent Ariſtobulum inique principatum habere: fratremq; eius priorem iectum, cui magis propter ætatem imperium debebatur: Et cum hæc ad Hyrcanum uerba frequenter faceret, & diceret periditari uitam ſuam, niſi prouideret, fecit eum diſcedere. Nam indicabat Ariſtobuli amicos nullum tempus prætermittere, in quo non perſuaderent eum interfici, quatenus firmum ſi-

mum ſibi gereret principatum. His Hyrcanus uerbis minime credebat, dum natura bonus eſſet, & accuſationem facile non admitteret: faciebat autem eum innocentia & mentis remiſſio, ut debilis & inualidus putaretur, cum contrariæ naturæ Ariſtobulus eſſet: Nam facinoroſus & arrogans erat. Sed cum Antipater uidiſſet Hyrcanum non attendere uerba ſua, nullatenus parcebat ſingulis diebus accuſationes fictas de Ariſtobulo illi inſerere, tanquam eum interficere feſtinaret: quem uix impulit ad Aretam Arabum regem confugere: nam promittebat ei auxiliatorem illum quoque futurum. Igitur cum hæc audiſſet Hyrcanus, arbitratus prodeſſe ſibi, ad finitimam Iudææ Arabiam diſcedere: præmittit Antipatrum ad Arabum regem, fidem ab eo accepturum, quod non refugientem ad ſe traderet inimicis. Cúmq; accepiſſet fidem Antipater, ad Hyrcanum in Hieroſolymam remeauit, cum paucis ergo de ciuitate egreditur. Cúmq; multam feciſſent uiam, ad Petram ciuitatem perueniunt, ubi palatium Aretæ erat.

De pugna cõtra Ariſtobulũ, & iuſto Onia interfecto. Caput III.

ANtipater autem dum multum amicus regi eſſet, & rogaret eum ut Hyrcanum ad Iudæam deduceret, & hoc ſingulis diebus ſine ulla intermiſſione faceret, ſed etiam dona promitteret, flectit Aretam. Necnõ etiam Hyrcanus pollicitus eſt, ſi reſtitueretur patriæ regnumq; reciperet, omnem terram, & decem ciuitates, quas ſuus pater Alexander ab Arabis ceperat, reddere: Fuerunt autẽ Medaba, Libyas, Nabalota, Arabata, Galata, Zoara, Monſlingon, Adiſſa, Ribdaluſa, Oriblo. Cum has promiſſiones audiſſet, contra Ariſtobulum exercitũ quinquagintamilium equitũ & peditum produxit. Sed cum in prælio uiciſſet, & multi poſt uictoriam ad Hyrcanũ refugiſſent, deſolatus Ariſtobulus ad Hieroſolymam receſſit. Arabum autem rex omnem agens exercitum, & applicans ad templum, Ariſtobulum obſidebat: adiectoq; populo Iudæorum Hyrcano, & pariter obſidente, ſoli ſacerdotes cum Ariſtobulo permanſere. Igitur Aretas cum exercitu Arabũ uel Iudæorũ circundans ciuitatem, fortiter obſidioni imminebat. Quæ cũ fierẽt, tempore celebrationis azymorũ, quæ paſcha dicitur, probatiſſimi Iudæorum prouinciam relinquentes, in Aegyptum receſſerunt. Onias uero quidam uir iuſtus deoq; amabilis, qui dum non plueret, orauit deum quatenus ſolueret ſiccitatem, & audiens deus pluit: dum tunc cælatum eum haberent, propter ſeditionem abſtraxerunt, & in exercitum Iudæorum produxerunt: petentes, ut ſimiliter oraret cõtra Ariſtobuli milites, ut ſoluerentur, ſicut ſoluta eſt pluuia. Cúmque diu reſiſteret recuſans, à multitudine compulſus, in medio ſtetit, ita orando, dicens: Deus omnium rex, quoniam & hi qui mecum conſiſtunt tuus exiſtit populus, & qui obſidentur tui ſacerdotes ſunt, peto, ut neque iſtos exaudias contra illos petentes, neq; illos contra hos orantes. Cumq; hæc oraſſet, maleuoli Iudæi adorti interfecerunt eum. Deus autem ſtatim ab eis ultionem crudelitatis & pœnam exegit poſt mortem Oniæ, hoc modo: Obſeſſis ſacerdotibus & Ariſtobulo, celebratio paſchæ prouenit, in qua ſolemus multas immolatiões offerre. Cúmq; indigerent uictimis Ariſtobuli ſocij, & petiſſent Iudæos ut pro uictimis acciperẽt quantas uellent pecunias, tunc illi mille dragmas dari pro ſingulo capite dixerũt. Cúmque libenter Ariſtobulus & ſacerdotes promiſiſſent, per muros pecunias depoſue-

Onias interficitur.

depoſuerũt:quas illi cũ accepiſſent,nequaq; uictimas reddiderũt:ſed maleuolentia tracti fidei tranſgreſſores & impij coram deo pro defraudatione hoſtiarũ extiterunt.Sacerdotes autem orauerunt deũ,quatenus hoc illis impune nõ cederet. Qui nõ remoratus pœnã,procellã uehementẽ acerrimãq; in fructus totius prouinciæ mittens, cõſumpſit eos ita, ut modius tritici dragmis undecim emeretur.

De fortunis Ariſtobuli & aurea uite. Cap. IIII.

INterea Scaurũ Pompeius, dum in Armenia adhuc Tigranem ipſe debellaret,ad Syriam deſtinauit.Qui cum ad Damaſcũ ueniſſet,& Lolliũ & Metellũ nuper cepiſſe ciuitatẽ inueniſſet Teoſtam,in Iudæam perrexit. Vbi dum ueniſſent ad eum legati Ariſtobuli uel Hyrcani,ingrediuntur,petentes auxilia.Sed dũ Ariſtobulus promitteret quadraginta ſe dare talenta, & nihilominus hæc etiam eadẽ Hyrcanus offerret,Scaurus magis Ariſtobuli promiſſa ſuſcepit.Nam & diues & magnanimus Ariſtobulus erat: & omnino paruũ erat quod dari poſtulabat. Alter uero & pauper & tenax,& de maioribus perfidam promiſſionẽ præten-

Ariſtobulus diues, Hyrcanus pauper & tenax

debat.Nam & ſimile nõ erat, quod petebat idem uirtute ciuitatẽ munitiſſimã capere,& transfugas cum multitudine Nabathæorũ bello depellere. Prædictis ergo cauſis flexus Scaurus,cum pecunias accepiſſet,ſoluit obſidionẽ, præcipiẽs Aretam recedere,ne Romanis hoſtis appareret.Igitur Scaurus iterũ diſceſſit. Ariſtobulus autẽ cum multis uiribus cõtra Aretam & Hyrcanũ parauit exercitum. Quibus cõfligens circa locũ qui Capiton dicitur,uicit eos ſex milia hoſtium proſternens:inter quos Cephalon,etiam frater Antipatri cecidit. Sed nõ multo poſt cum Pompeius in Damaſcũ perueniſſet,& inferiorẽ Syriam percurriſſet,uenerũt legati ab Aegypto,& ab omni Syria uel Iudæa: per quos miſerat ei donũ maxi-

De uite aurea

mum Ariſtobulus, uitem auream quingentorũ talentorum,cuius mentionem fecit etiam Strabon Cappadox ita referens: Venerũt uero ex Aegypto legati cum corona aurea quatuormilium ſolidorũ:& à Iudæa uitis uel hortus aureus, quem nominabant Terpon, id eſt, delectabile.Hoc uero donũ nos quoq; uidimus in templo Romæ Capitolini Iouis ſacratũ fuiſſe,titulũ habens Ariſtobuli,filij Alexandri regis Iudæorũ:quod æſtimatũ eſt quingentis talentis.Igitur Ariſtobulus Iudæorum potentiſſimus, hoc donum dicitur miſiſſe. Interiecto uero tempore, rurſus legati ad eum ueniunt,idem Antipater pro Hyrcano,Nicomedes pro Ariſtobulo,qui etiam accuſabant Gabinium & Scaurum, quod pecunias accepiſſent: ille trecenta talenta, alter quadringenta.

Altercatio Ariſtobuli & Hyrcani apud Pompeium. Caput V.

CVmq; iuſſiſſet Pompeius certantes ad Damaſcũ uenire inſtanti tempore ueris, congregans Apamenũ exercitum, de locis hyemalibus ad Damaſcũ properauit,qui in tranſitu ſuo mox Apamenam arcem euertit,quam Antiochus munierat Cyzicenus, & Ptolemæi Minæi prouinciam conſiderauit,uiri maleuoli,& penè Dionyſio Tripolitano deterioris,qui ſecuri fuerãt percuſſus.Et dum eũ morte dignum inueniſſet,acceptis ab eo mille talentis, ex quibus ſtipendiũ militibus ſuis donauit,abſoluit eum: necnon & Lyſiadem oppidum cepit, ubi tyrannus Silas Iudæus erat.Cumq; ciuitates Heliopolim & Chalcidẽ tranſiſſet,in medio poſitum montem aſcendit,& ad inferiorem Syriam Damaſcumq; peruenit.

Vbi &

Vbi & comperit,quod Iudæi cum ſuis principibus Hyrcano & Ariſtobulo habe rent diſcordiam:totaq; audiuit gentem contra utroſque dicentem,non debere ſub regali ditione eſſe, ſed patrio ritu ſacerdotibus obedire, quos deus uenerari præcepit.Hi nanq; dum nepotes exiſterent ſacerdotibus,non contenti eo hono re,ad alium magiſtratū cupiebant gentem tranſducere, & ſeruitutis uinculis obli gare.Hyrcanus autem accuſabat quod maior frater eſſet,& ab Ariſtobulo partē paruam prouinciæ datam teneret,aliam uero Ariſtobulum uiolentia cepiſſe con firmans,necnon etiam incurſiones contra finitimos & latrocinia illum perpetrare criminabatur,neq; gentem Iudæorum à ſe,niſi per illius uiolentiam ad ſeditionē deſcendiſſe.Cui etiam hæc alleganti,teſtimoniū plus mille optimates Iudæi præ bebant,Antipatre ſuadente. Ariſtobulus autē à principatu dicebat eum decidiſ ſe propter ſuam naturalem & inefficacem ſegnitiem, pro qua & contemptibilis uidebatur:ſe quoq; aiebat, non tantum pro regni ambitione ſuſcepiſſe principa tum,quantum metu,ne forte ad alios migraretur.Appellari autem ſe regem pa tris ſui nuncupatione,& teſtes conuocabat iuuenes promptiſſimos: quorum cul tus purpuræ,uel comæ,necnon & phaleræ,aliúsq; ornatus ſic ſtupebat,ut non ad iudicium intrare,ſed ad pompam procedere putarentur. Pompeius tamen cum hæc audiſſet, Ariſtobulum de uiolentia culpans, dimiſit eos, leniter allocutus. Nam dixerat ad prouinciam eorum ſeſe uenturum,quo certius ſingula poſſet co gnoſcere, cum Nabathæorum primum prouinciam prouideret: & interim pa cem eos habere præcepit. Ariſtobulo autem blandiebatur, ne prouinciam face ret rebellare,aditúsque uiæ conduderet,quod euenit.

De geſtis Pompei cum Ariſtobulo. Caput VI.

ARiſtobulus autem à Pompeio egreſſus,nec aliquid eorū quæ ille monuerat curans,in Delon ciuitatem peruenit,& exinde Iudæam perrexit.Quapro pter iratus Pompeius,expeditionē quam cōtra Nabathæos parauerat in Dama ſco & à Syria,legionésq; Romanorum contra Ariſtobulum produxit. Cúmque Pellam & Scythopolim tranſiſſet,in Corias peruenit,quæ initium eſt Iudææ me diterraneæ:unde munitiſſimum oppidum ſuper montem poſitum uidetur,Ale xandrium nomine, quo Ariſtobulus confugerat. Tunc Pompeius deſtinans ad eum,iuſſit deſcendere: multiſque ſuadentibus, Romanis non rebellare,deſcen dit. Cumque diſputaſſet contra fratrem ſuum de principatu, rurſus in oppidum Pompei concedente diſceſſit: & hoc bis aut tertio fecit,ſperans regnum obtinere, ad omnia quæ Pompeius præceperat,obedire ſe ſimulans,donec rediret ad mu nimina ſua,timens ne regno ſpoliaretur,& Hyrcano principatus traderetur.Pom peius autem cum iuſſiſſet ei ut caſtella traderet: & cuſtodibus propria manu ſcri beret,quatenus eum ſuſciperent,obediuit hæc ſcribere.

De dolo & perfidia Ariſtobuli. Caput VII.

DIſcedens autem ad Hieroſolymam,bellum parauit. Interiecto uero tempo re Pompeio cōtra eum exercitum ducente,quidam ex Ponto ueniens,nun ciauit Mithridatem hauſto ueneno defunctū,quod illi filius ſuus Pharnaces con fecerat.Cumq; in Hiericho caſtra poſuiſſet,ubi maxime naſcitur opobalſamum,

unguentum

unguentum optimum, cuius cum flos acuto lapide inciſus fuerit diſtillat: mane Hieroſolymam aſcendit. Tunc Ariſtobulus pœnitens ad Pompeium deſcendit, pecunias offerens, & in Hieroſolymis eum ſuſcipiens: rogabátq; bello deſinere, & quæ uellet cum pace diſponeret. Pompeius autem ueniam ei petenti præſtitit: & mittit Gabinium cum militibus ad ciuitatem ut pecunias obtineret. Sed cum nihil horum penitus egiſſet, Gabinius rediit, negatiſq; pecunijs, de ciuitate exclu ſus eſt. Nam Ariſtobuli milites pactis minime conſenſerunt.

Quomodo iritatus Pompeius, Hieroſolymam cepit, Ariſtobulum uinctum Romam duxit. Caput VIII.

QVapropter Pompeius iratus, Ariſtobulum reduſit in carcerem: & ad ciuitatem peruenit undiq; munitiſſimam, præter ſeptentrionalẽ partem. Circuit enim eam uallis latiſſima, intus templum concludens, lapideo muro fortiſſime conſtructum. Seditio tamen hominum intus de præſentibus rebus erat: quibuſdam dicentibus, Pompeio tradi ciuitatem, Ariſtobuli uero ſocij, excludere eum & repugnare perſuadebant, & illum haberi uinctum. Qui cum in templo confugerent, pontem ab eo in ciuitatem tranſpoſitum, ad obſidionem parabant, alij autem exercitum Pompeij ſuſceperunt, & aulam ei tradiderunt. Pompeius autem Piſonem legatum cum exercitu deſtinauit palatium cuſtodire, & domos uel templum obſeruare. Qui prius quidem uerba pacifica in templo concluſis offerebat, ſed hi dum nõ obediſſent, loca iuxta templũ poſita muris circundedit, ad omnia Hyrcano miniſtrante. Pompeius autem mane circa templum à parte aquilonis, unde expugnare eos potuiſſet, collocauit milites. Fuerunt nanque & per illam partem turres altiſſimæ, & foſſæ altiſſimæ, quæ uallo circundabantur. Ponte nanque deciſo munitior extiterat, in qua ualle Pompeius cum aggerem in circuitu ſyluam incidentibus Romanis imponeret, & uideret ſatis foſſam coæquatam, machinamenta uel inſtrumenta bellica à Tyro deportata ſuperimpoſuit: per quæ etiam templum depoſuit. Sed ſi nobis patrium non fuiſſet, ſeptimo die uacare, nullatenus aggerem conſtruere Iudæis repugnantibus potuiſſent. Nam bellantibus & occidentibus reſiſtere lex concedit, ſi quid uero aliud aduerſarij uelint facere, nulla nobis datur licentia ſabbatis eos prohibere. Quapropter non certantibus Iudæis, nec manus armantibus, turres erigere uel machinamenta Romanis licuit fabricare, quibus poſtero die utebantur. Vnde poteſt noſtra erga deum pietas legiſq; cuſtodia cognoſci, quod nihil ob timorem obſidionis ad immolandũ impediti fuiſſent, ſed ſecundo die mane & circa nonam horam ſuper aram immolabant, & neque conflictione belli ſacrificium remittebant. Nam cum capta ciuitas fuiſſet tertio menſe ieiuniorum, centeſima ſeptuageſimanona olympiade, Gaio Antonio & Marco Tullio Cicerone cõſulibus, hoſtes templum ingreſſi cunctos peremerunt: qui ſacrificijs occupati, nullatenus ſacra ruperunt, aut timore animæ conturbati, aut dolore morientium ſunt expulſi: ſed omnia uoluerunt circa ipſas aras pati, dum putarent melius eſſe mori, quàm ſacrificia imperfecta relinqui. Et hanc nõ eſſe laudem mendacem per quam pietas noſtra apparet, ſed ueram extitiſſe cuncti teſtantur qui Pompei geſta conſcripſerunt, inter quos & Strabon, & Nicolaus, nec non & T. Liuius Romanæ conſcriptor hiſtoriæ. At

cum

cum machinamentum primum illatum fuiſſet, turris maxima commotá cecidit, & aperuit partem templi, per quam hoſtes irruperunt. Quorum primus Cornelius Fauſtus Syllæ filius, cum ſuis militibus ſuper murum aſcendit: poſt eum etiã per alteram partem Furius cẽturio cum ſuis: in medio uero Fabius, & ipſe centurio cum turba fortiſſima. Tunc omnia cæde Iudæorum complebantur. Quidam enim à Romanis, alij uero ſemetipſos occidebant. Erant etiam qui præcipites ſeſe flammis inter domos inijcerent, minime ualentes uiolentiam ſuſtinere. Cumque proſtrata uigintiduo milia Iudæorum, Romanorum uero pauci defuncti fuiſſent, capitur etiam Abſalom, patruus ſimul & ſocer Ariſtobuli. Non parua uero in templo commiſſa ſunt, dum ea quæ priori tempore intuiſibilia uel inacceſſibilia erant, adiſſet Pompeius, & cum eo non pauci uidiſſent, quæ non liceret niſi ſacerdotibus intueri. Inuenerunt autem menſam auream, & circa eam candelabra uel libatoria non pauca: nec non & aromatum multitudinem, & in theſauris ſacras pecunias duomilia talenta: quas Pompeius penitus contingere noluit, propter pietatem: etiam hoc dignum ſua uirtute perfecit. Cumque in poſterum miniſtris templi præcepiſſet illud purgare, & legitima offerre deo, Hyrcano principatum ſacerdotij dõnauit: quod ei utilis apparuiſſet, & prouinciales prohibuiſſet Ariſtobulo auxilium præſtare: autores quoque belli ſecuri percuſſit. Fauſtũ uero cum alijs qui propenſius murum aſcenderant, præmijs dignis honorauit, & Hieroſolymam ſub conditione fiſcalium Romanis expoſuit. Ciuitates etiam quas prius Iudæi de inferiori Syria ablatas ſubegerãt, ſub ſuo principatu eſſe conſtituit: & omnem gentem prius nimis extenſam, ſuos intra fines aſtrinxit: nec nõ & Gadaram pauloante dirutam ædificauit, Demetrio donans Gadarenos, ſuo liberto: reliquas autem *Ioppen, & Scythopolim, & Pellam, uel Dion, & Samariam, inſuper & Mariſam, & Azotum, & Iamniam, & Arethuſam habitatoribus reddidit, quæ mediterraneæ fuerant, præter alias dirutas. Gazam uero dirutam maritimam, & Ioppen, & Doram, & Stratonis turrim, quam poſtea Herodes magnifice cõdidit, & cum porticibus uel templis eam ornaſſet, Cæſareã cognominauit, Pompeius liberas reliquit: & à prouincia diſceſſit. Horum malorũ Hieroſolymis autores Hyrcanus & Ariſtobulus extiterunt, cum inuicem inter ſe bella geſſiſſent. Nam tunc & libertatẽ depoſuimus, & ſubiecti Romanis ſumus: & prouinciam quam armis poſſedimus à Syrijs ablatam, Syrijs compulſi ſumus denuo reſtituere. Inſuper decem milia talenta pauco tempore Romani nos exegerunt: & regnum quod antiquitus ſecundum generationem principibus ſacerdotum dabatur, populare factum eſt. De his quidem competenti loco dicemus. Pompeius autem, cum inferiorem Syriam uſque ad Euphratem fluuiũ & Aegyptum Scauro tradidiſſet, & duas legiones Romanas, per Ciliciam Romam perrexit. Ducebat etiam cum ſua generatione Ariſtobulum uinctum, cui duæ filiæ uel totidem filij fuerunt, quorum Alexander euaſit: nouiſſimus autem Antigonus cum patre uel ſororibus Romam deportatus eſt.

De modeſtia Põpei.

Aliàs Hippõ.

Hic libertatem perdũt Iudæi.

Ariſtobulus Romam uinctus perducitur.

De bello Scauri contra Petram. Caput IX.

SCaurus tamen contra Petram Arabiæ, cum exercitũ produxiſſet, propter difficultatem ciuitatis, in circuitu terrã uaſtauit. Sed exercitu Romano fame fati

gato, Antipater obediens præceptis Hyrcani, à Iudæa triticum uel quæcunq; erãt neceſſaria, deſtinabat. Cumq; miſſus ab Scauro legatus Antipater ad Aretã perrexiſſet, per amicitias quas cum eo habuerat, flexit eũ pecunijs, ne prouincia prædaretur. Qui etiam fideiuſſor eius pro trecẽtis talentis extitit: & in his bellũ Scaurus ſedauit. Siquidem non minus & ipſe, cq; Areta, concupiuit idem fieri.

De Gabinij geſtis contra Alexandrum. Caput X.

INteriecto uero tempore, cum Alexãder Ariſtobuli filius Iudæam inuaſiſſet, dux exercitus Gabinius de Roma ad Syriam uſq; peruenit, qui inter alia quæ miranda fecit, contra Alexandrum produxit exercitum, nullatenus ualente Hyrcano uiribus illius reſiſtere: cum etiã erigere Hieroſolymorum muros feſtinaret, quos Pompeius depoſuerat, hoc ne faceret, prohibuerunt eum Romani inibi cõſtituti. Circũiens autem prouinciam, multos Iudæorum armauit: & maturius cq; ſperabatur, collegit decem milia pedites, & mille quingentos equites: Alexandriũ etiam caſtellum ualde munitum, & Macherunta iuxta montes Arabiæ cepit. Igitur Gabinius contra eum ueniebat, cum iam M. Antonium, alioſq; duces præmiſiſſet. Qui cum Romanis militibus, & ſubiectis Iudæis, quos Pitholaus & Malachus ducebant, adunantes ſibi & Antipatri ſocietatem, Alexandro obuiam uenerunt, quos ſequebatur etiam Gabinius cum legione. Alexander autem prope Hieroſolymam acceſſit, ubi cum hoſtibus prælio facto, peremerũt Romani tria milia Iudæorum: capiunt etiam non minus tria milia. Interim Gabinius cũ ad Alexandrium peruenisſet caſtrum, inuitabat concluſos ad pacem, ueniamq́ue de prioribus ſuis delictis pollicebatur eis. Vbi cũ plures hoſtium foras uallũ ſtarent, M. Antonius fortiter decertans, in congreſſione multos proſtrauit. Gabinius ergo exercitus partem cum ibi reliquiſſet, ut caſtellum uaſtaret, & ipſe reliquam Iudæam circuibat, quantasq; inueniſſet dirutas ciuitates, renouari præcepit: & reconſtructæ ſunt, Samaria uel Azotus, Scythopolis, & Anthedõ, Raphia, uel Dora, Mariſa, & Gaba, & aliæ nõ paucæ. Cumq; omnes Gabinij præceptis obediſſent, ciuitates multo tempore deſertæ ſuos habitatores acquiſierunt.

Gabinius quàm manſuete prudenterq; geſſerit. Caput XI.

HAec cum per prouinciam egiſſet, redijt in Alexandrium caſtellum. Vbi dũ obſidionem ſtatueret, & legationem ad eum Alexãder deſtinauit, ueniam ſibi de prioribus commiſſis poſtulans, & tradere caſtella, Hyrcaniam uel Macherunta, poſt etiam Alexandrium pollicetur: quæ Gabinius accepta euertit. Mater uero Alexandri cum ad eum peruenisſet (nam fauebat Romanis) marito eius & alijs filijs Romam abductis, conceſſit ei Gabinius quæ poſtulauit. Cumq; diſpoſuiſſet pacem cũ ea, Hyrcanum ad Hieroſolymam reduxit, habiturũ templi diligentiam. Quinque tamen curias conſtituens, & æqualibus turmis gẽtem diuiſit, quarũ una in Hieroſolymis degebat, alia in Gadaris, tertia in Amathunte, quarta uero in Hiericũte, quinta in Sephoris Galilææ: qui regia poteſtate liberati, ſub optimatum gubernatione uiuebant.

De pugna Gabinij contra Ariſtobulum & alios. Caput XII.

SEd cum Ariſtobulus à Roma ad Iudæam confugiſſet, & Alexandriũ quod nuper dirutum fuerat, renouare deſideraret, & Gabinius milites cum ducibus

Siſinnio

Sisinnio & Antonio & Seruilio mittit, ut id oppidum reconstrui prohiberent; simul & caperent. Multi tamen Iudæi ad Aristobulum transiebant, propter ueterem eius gloriam nouis rebus studentes, necnon & Pitholaus dux Hierosolymorum cum mille ad eum refugit: sed multi qui ad eum conuenerunt, inermes erāt, quos decreuit in Macheruntе ponere. Aristobulus ergo eos qui armis inopes erāt dimisit: armatos autem octo milia existentes cum collegisset, perrexit ad bellum. Quos Romani fortiter inuadentes, prælio facto uicerunt. Et licet Iudæi propensius decertarent, tamen atrocitate hostium ad fugam conuertuntur, quorū quinque milia prosternuntur, reliqui uero dispersi ut unusquisq; ualuit, per fugam sibi salutem quæsiuit: tamen plus mille Aristobulus habens, in Macheruntem munitissimum oppidum recessit. Cumq; male perdidisset, nihilominus spem sibi bonam promittebat. Per duos tamen dies obsidioni resistens multis perfossus uulneribus, captiuus cum Antigono filio, qui de Roma cum eo fugerat, ad Gabinium trahitur. Aristobulus quidem his casibus usus, rursus ad Romanam ciuitatē transmittitur, quo ligatus tenebatur, cum regnum & principatum sacerdotij, tribus annis & sex mensibus gessisset, uir clarus & magnanimus habebatur: filios autem eius senatus matri remisit, Gabinio scribente hoc ei promissum fuisse pro castellorum proditione: sed hi quidem in Iudæam remearunt. Gabinius autem cum contra Parthos exercitum duxisset, & Euphratem fluuium transisset, placuit ei ad Aegyptum reuerti, quatenus Ptolemæum ibi restitueret. Hæc uero & per alios historiarum scriptores monstrata sunt. Gabinij deinde militibus Antipater ministrauit triticum, & arma, & pecunias; & Iudæos prope Pelusium auxiliatores effecit, qui custodes Aegyptiorum adituum fuerant. Cumq; ex Aegypto remeasset, & ad Syriam peruenisset, seditionibus & turbis eam inualescentem inuenit. Siquidem Alexander Aristobuli filius, recipiens rursus per uiolentiam principatum, multos Iudæorum subtraxerat, magnoq; cum exercitu prouinciam inuadens, omēs Romanos, quātos inuenire poterat, occidebat, refugientes ad montem Garizin. Gabinius autem hæc uidens, Antipatrum ut prudentem præmittit ad illos qui rebellabant, ut eorum sedaret amentiam, quatenus ad meliorē sensum redirent. Qui cū perrexisset, multos quidē castigauit, & ad competentia restituit. Veruntamen Alexandrum comprehendere non potuit, dū exercitum haberet triginta milia Iudæorum: qui cum Gabinio confligens uincitur, decem milibus suis prope Taburium mōtem prostratis. Gabinius tamen, cum disposuisset Hierosolymorum ciuitatem, Antipatri uoluntati obediens, contra Nabathæos expeditionem produxit: quos cum in pugna uicisset, Parthorum transfugas Mithridatem & Orsanem dimisit: qui fide non seruata, ad proprios remearunt. Sed Gabinius cum operam maximam uel dārissimā expeditionem fecisset, Romam rediit, Crasso tradens ducatū. De Pompeij & Gabinij cōtra Iudæos expeditione conscribit Nicolaus Damascenus, & Strabon Cappadox, nihil unus altero amplius exponens.

Contumelia Alexandri in Romanos.

De Crassi gestis apud Parthos & Iudæos, & de Iudæorū dispersione. Caput XIII.

CRassus autem cū contra Parthos militiam produceret, ad Iudæā peruenit: & pecunias templi, quas Pompeius nō tetigerat, duo milia talentorum abstulit,

ſtulit,necnon & totum reliquum aurum uſq; ad octo milia talentorum. Tulit etiã
Qui ſit mina. am trabem auream uerſatilem,trecentas minas pẽſantem. Mina uero apud nos duæ & ſemis libræ exiſtimantur. Tradidit uero ei hanc trabem cuſtos pecuniarũ, Eleazarus nomine ſacerdos, non maleuolo animo, nam iuſtus & bonus fuerat: ſed dum commiſſa fuiſſet ei cuſtodia uelorũ templi,quæ mira pulchritudine uel conſtructione pretioſiſſima reſplendebant,in hac trabe pendẽtia,& Craſſum uidiſſet templi cũctum aurum uelle colligere,ueritus ne templi cunctum ornatum auferret,auream ei trabem pro redemptione omnium præſtitit:dum & iuſiurandum ab eo accepiſſet, nihil aliud à templo tollendum, ſed ſolo cõtentum eſſe auro ab eo tradito,quo multa milia pondo poſſet inuenire. Hanc uero trabem alia lignea circundabat,ideóq; latebat. Craſſus uero licet iuraſſet,nihil aliud in tẽplo tangere,poſt acceptam tamen trabem tranſgreſſus,omne templi aurum depoſuit. Nemo tñ miretur,ſi tantæ diuitiæ in noſtro templo fuiſſent,dum has oẽs per diuerſam terrã Iudæi deũ colentes,ibi ex antiquis tẽporibus obtuliſſent. Nec magnitudo prædictarum pecuniarũ teſtimonio caret,nec arrogantia noſtra per tantam magnitudinem diuitias extollit,ſed multi alij conſcriptores nobis teſtimonium ferunt: nec nõ & Strabon Cappadox ita dicens: Tranſmittens autẽ Mithridates in Coo tulit pecunias,quas ibi Cleopatra regina depoſuerat: uerumetiam & Iudæorum octingenta talenta. Nobis itaq; pecuniæ publicæ nõ ſunt,niſi dei tantum. Vnde manifeſtum eſt,Iudæos per Aſiam cõſtitutos,ueritos Mithridati has pecunias in Coum tranſmiſiſſe. Nõ enim ex Iudæa fuerunt in Coo pecuniæ, dum ciuitatem & templũ munitiſſimum haberent:ſed neq; Alexãdriæ habitantes Iudæos,ueriſimile eſt hoc feciſſe, dum nihil omnino Mithridatem timerent. Teſtis nobis eſt idem Strabon & in alio loco,qui à tempore,quo tranſijt Silas in Hellada,pugnaturus Mithridati,Lucullum tranſmiſiſſe fertur in Cyrenen ciuitatem,propter noſtræ gentis ſeditionem,quæ totũ orbem cõpleuit,ita dicens:Quatuor in ciuitate Cyrenæorum partes exiſtunt,ciuium, & agricolarum, tertio uero colonorum,& quarta Iudæorũ. Hæc per omnes ciuitates iam diſperſa eſt,& nullus mundi locus facilius inuenitur,quo nõ hanc gentem uideamus. Nam Aegyptus,& Cyrenæa dum ſub uno regno fuiſſent,omnẽ conuerſationem horũ æmulatæ ſunt, ita ut ſcripturis eorum uterentur: & præſertim pecunias ſecundum patrias leges Iudæorum cõgregarent. In Aegypto ergo ſummam partem Iudæorũ habitaſſe demõſtratur,& Alexandriæ ciuitatis maxima pars huic genti deputata eſt. Ordinatus uero etiam princeps,qui cauſas eorum & inſtrumẽta publica debeat curare,& præcepta dare,tanquàm princeps perfectæ reipublicæ. In Aegypto tamen hæc generatio cõualuit,eo quod initio Iudæi Aegyptij fuiſſent, & quia iuxta prouinciam Iudæã Aegyptus iacet:necnõ & propter illos,qui exinde ad Aegyptum peruenerunt. Ad Cyrenæam autem ideo tranſijt, quod & ipſa finitima Aegypto exiſteret, quemadmodũ & Iudæa,quod ſub uno regno prius fuiſſent. Strabon quidem hæc retulit. Craſſus autem,cum omnia diſpoſuiſſet,quẽadmodum uellet,cõtra Parthos egreditur,ubi cum toto ſuo defecit exercitu:ſicut & alibi demõſtratum eſt. Sed Caſſius,dum ad Syriam fugiſſet,& uindicaſſet eam ex incurſionibus Parthicis,qui nimis per Craſſi perditionem audaciores fuerãt,rurſus

ſus ad Tyrũ peruenit: & exinde ad Iudæam aſcendit. Tarichenam uero ciuitatẽ inuadens, ſtatim prædauit, & triginta milia uirorũ captiuauit: Pitholaum etiam ſeditionis Ariſtobuli ſucceſſorem cepit, Antipatro inuitante. Qui etiam cũ apud eum multum ualuiſſet, Idumæis amicus erat, de quibus & uxorem nobiliſſimam nomine Cyprin ſibi coniunxit: ex qua quatuor liberos procreauit: Phaſelũ, & Herodem, qui poſtea rex fuit, & Ioſippum, & Pherorã, filiam quoq; Salomen. Hic autem Antipater, dum cum alijs potentiſſimis amicitias, & hoſpitium copulaſſet, Arabo potius ſe ſociauit: cui etiam filios ſuos dum bellaret, commẽdauit. Igitur Caſſius, cum expeditionem ſuper Euphratem duxiſſet, prohibuit illam deuaſtari prouinciam, ſicut & alibi relatum eſt.

De Ariſtobulo interfecto. Caput XIIII.

INteriecto uero tempore, cum Cæſar Romam teneret, poſt Pompeij uel ſenatus fugam, ſoluens à uinculis Ariſtobulum, ad Syriam tranſmiſit: duas ei tradens legiones, quatenus paratam illi ut potens faceret Iudæam. Ariſtobulus aũt potentia à Cæſare donata, minime potitus eſt. Nam Pompeiani præocupantes ueneno eum corruperunt, & ſepelierunt cum Cæſaris ſocijs: quo multo tempore iacuit, uſquequo Antonius eum ad Iudæam remitteret, & in regijs monumentis poni præciperet.

De morte Alexandri Ariſtobuli filij. Caput XV.

SCipio autem mandat Pompeio, Alexandrum Ariſtobuli filium occidendũ, dum culparet eum de his, quæ prius cõtra Romanos egiſſet: & ſecuri eũ percuſſit. Quo in Antiochia defuncto, fratres eius Ptolemæus Minæi, tyrãnus Chalcidis prope Libanum montem cõſtitutæ, detinuit. Qui cum filium ſuum Philippionem in Aſcalona ad Ariſtobuli uxorem deſtinaſſet, iuſſit eam mittere filium Antigonum cum eius ſororibus: è quibus alteram Philippion cũ dilexiſſet, uxorem eam habuit. Quem poſtea Ptolemæus pater eius occidẽs, matrimoniali iure eam duxit uxorem, & prouidentiam fratribus eius impendebat.

De profectu Cæſaris in Syria & Aegypto. Caput XVI.

POſt mortem uero Pompeij, dum Cæſar contra Aegyptum pugnaret, Antipater Iudæorum potentiſſimus, mandatis Hyrcani obediens, multum illi utilis apparuit. Nam Mithridates Pergamenus, dum per Corycum tranſiret, & minime potuiſſet per Peluſium uiam conficere, ſed in Aſcalone moraretur, Antipater ei tria milia armatos Iudæos adduxit, nec non & Arabum nobiliſſimos auxiliatores illi parauit: & propter eum omnes Syri propenſius Cæſaris partes adiuuabant. Verũ etiam & Amblicus potẽtiſſimus & Ptolemæus filius eius, Libanũ montem habitantes, cum omnibus ciuitatibus eandem pro Cæſare mentẽ habebant. Mithridates autem ſurgens è Syria, cum ad Peluſiũ perueniſſet, & eum non ſuſcepiſſent, ciuitatẽ obſidebat: cuius maxima uirtute Antipater primus partem muri deiecit, & reliquis uiam ingredi ciuitatem parauit: & Peluſium quidem ita deuaſtatur. Antipatrum aũt & Mithridatem euntes ad Cæſarem, cum Aegyptij Iudæi tranſire prouinciam uetarent, quæ Oniæ dicitur, Antipater eos flexit ad Cæſaris amicitiam, principis ſacerdotũ literas eis oſtendens. Quod cũ audiſſent Memphitidem habitantes, ſimili modo Mithridatem ad ſe inuitarunt. Ad

Virtus Antipatri.

quos cũ profectus fuiſſet, & ad locum qui dicitur Delta, peruenisſet, conſligit cũ hoſtibus, circa locũ qui dicitur Iudæorum expeditio. Habebat autem dextrũ cornu Mithridates, læuum aũt Antipater. Sed cõmiſſo prælio, indinatur cornu, quo Mithridates pugnabat: qui periclitatus eſſet, niſi per ripã fluuiũ cũ ſuis militibus Antipater currens, deuictis iam aduerſarijs, mortis eum periculo liberaſſet. Nã uictores Aegyptios ad fugam cõuertens, & perſecutus caſtra eorũ deuaſtauit: Mithridatemq; fugientem retinuit. Cuius ceciderunt milites octingenti, Antipatri uero quadraginta. Sed cum Mithridates Cæſari demandaſſet uictoriam, ſimul & ſalutem, quam per Antipatrũ obtinuit, Cæſar Antipatrum quidem tãtum dilexit, ut etiam uteretur eo per omnia bellorum pericula. Quapropter & uulnerari Antipatrum ſæuiſſime contigit. Ergo bello finito, Cæſar cum in Syriã nauigaſſet, & Hyrcano quidem principatum ſacerdotij firmum indulſit, Antipatrũ uero ciuem Romanum, & ſine cenſu cõſtituit. Dicitur tamen Hyrcanum huic quoque militiæ in Aegypto ſociũ extitiſſe, ſicut teſtatur Strabon Cappadox, ex nomine Aſinij ita referens: Poſt Mithridatis & Hyrcani principis ſacerdotũ in Aegypto profectionem. Idem Strabon alibi ex nomine Hypſicratis, rurſus ita retulit: Mithridatem ſolum exiſſe, uocatum autem ſecundo, cui Antipater Iudææ tutor in Aſcalone tria milia militum illi præparauit, & alios potẽtiſſimos inuitauit: ſociatum etiam Hyrcanum huic militiæ dicens. Hæc quidem Strabon expoſuit. Sed cũ ueniſſet Antigonus Ariſtobuli filius tunc ad Cæſarem, & patris ſui calamitatem defleuiſſet, qualiter propter ipſum ueneno fuerit interẽptus, fraterq; ſuus ſecuri à Scipione percuſſus, petebat miſereri ſe à regno depulſum: præterea Hyrcanum & Antipatrum accuſabat, quod male gentẽ regerent, & in ſe crudeliter egiſſent. Antipater autem cũ affuiſſet, ſatisfaciebat de illatis ſibi criminibus, rebellem Antigonum cum ſuis ſocijs diſſerens, & narrabat, quantum ipſe laboraſſet in expeditione corã ipſo Cæſare: & dicebat iuſte Ariſtobulum Romam tractũ, quod ſemper Romanis hoſtis extitiſſet: fratrem uero eius latrocinij cauſa pœnã à Scypione meritam ſumpſiſſe. Cũ hæc Antipater uerba feciſſet, Cæſar Hyrcanũ quidem principem ſacerdotũ ordinauit, Antipatro uero poteſtatem donauit, quam ipſe elegerat, tutorem eũ totius Iudææ cõſtituens. Hyrcano quoq; cõceſſit patriæ muros reſtituere, cũ hanc ille gratiã ab eo petiſſet: nam adhuc diruti iacebant, ex quo Pompeius eos depoſuerat: unde à conſulibus in Capitolio ſenatuſcõſultum hoc modo prolatum eſt: L. Valerius, Lucij filius, Conueniẽte ſenatu Idibus Decembribus, in templo Concordiæ, præſente L. Copinio. L. Collinæ filio, & Cepario filio Quirini, de his quæ Alexãder Dorothei, & Numenius Antiochi, & Alexander Iaſonis, Iudæorum legati, optimi uiri & auxiliatores locuti ſunt, renouantes cum Romanis gratias, & amicitias præexiſtentes, clypeum aureum pro indicio auxiliorum deuouerunt, quinquaginta milium ſolidorum: & petiuerunt literas ſibi dari ad omnes liberas ciuitates, quatenus prouinciæ uel portus eorum nullam uiolentiam paterentur. Placuit igitur amicitias & ſocietatem cum eis componere, & omnia quæ ſupplicauerunt, concedere, clypeumq́ue ſuſcipere. Hæc acta ſunt ſub Hyrcano principe ſacerdotum, & rectore gentis, nono anno, menſe Panemo. Hyrcanus autem etiam ab Atheniẽſium populo laudatus eſt,

Victoria de Aegyptijs.

Cæſar Hyrcano confert ſacerdotium.

Senatuſcõſultũ pro Iudæis.

cum

cum multum ei apparuiſſet benignus: nam miſerunt ei ſcriptum huiuſmodi decretum: Sub iudice uel ſacerdote Dionyſio, filio Aſclepiadis, menſe Panemo, uicesimoquinto die, datum eſt magiſtratibus decretum Athenienſium ſub præſide Agatho, de quo Deucles Menandri Alimuſius ſcriba expoſuit, Munychionis undecimo die, concilio iudicum facto in theatro, ſuffragium tulit Dorotheus princeps ſacerdotum, cum quo aſſidens Dionyſius filius Dionyſij, dixit: quomodo Hyrcanus Alexandri princeps ſacerdotum, & rector Iudæorum, permanet cũ populo noſtro, uel ſingulis* ciuibus fidelis exiſtẽs, & omni circa eos uti/ Aliàs uicibus
tur induſtria: ibiq; uenientes Athenienſes ſeu legationis cauſa, ſeu priuatim, munificenter ad ſe ſuſcepit, & prouidit quatenus illæſi redirent. Decretum quidem de his & prius factum eſt: nũc uero Dionyſio Dorothei Sunienſis ſuggerẽte, & de uiri uirtute populum ammonente, quomodo uoluntatem habet, bene nobis quod potuerit ſemper facere, placet honorare uirum aurea corona optima ſecundum legem, & dedicare ei imaginem *æream in templo populi, uel Gratiarũ: de/ Aliàs aureã.
cernere uero coronam in theatro, cum Libero patri tragœdiæ ſolennia celebrantur, & in Panathenæis, & Eleuſiniſs, & in gymnicis certaminibus: diligentiam uero magiſtratus habeant, ut ſi permanſerit, & ſeruauerit fauorem noſtrum, omne quod excogitamus pro gratia uel honore uiri, munificẽter compleatur: quatenus cum hæc ita facta fuerint, appareat noſter populus optimus eum amplecti, uicéſque reddere gratiarum, ut ille noſtrum ſtudium iam honoribus affectus imitetur: imò etiam debemus eligere ab omnibus Athenienſibus, qui decretum ei deportent, ut cum honorem ſuſceperit, feſtinet benefacere ſemper noſtræ ciuitati. Romanorum ergo uel populi Athenienſium erga Hyrcanum merita demonſtrauimus.

De Herode inſtituto rege, & geſtis prioribus. Caput XVIII.

CAeſar autem cum Iudæã diſpoſuiſſet, in Syriam nauigauit. Antipater aũt ut Cæſarem à Syria deduxit, in Iudæã reuertitur: & ſtatim muros à Pompeio dirutos reconſtruxit, ſeditionemq; prouincialiũ ſedauit: interminationibus ſimul & perſuaſionibus requieſcere eos inuitans, cum diceret: Si quis Hyrcano conſenſerit, feliciter uitam ſuam poteſt peragere. Qui uero ad ſpem rebellandi peruenerit, & lucro priuabitur, & me ipſum pro patrono dominũ, Hyrcanum autem pro rege tyrannum ſentiet, Romanos uero ad Cæſarem pro rectoribus amaros hoſtes: nam minime patientur amoueri, quem ipſi principem conſtituerunt. Sed cum tardum & ſegnem Hyrcanum uidiſſet, priorem filium ſuum ducem in Hieroſolymis ordinauit, ſecũdum uero Herodem Galilææ tutorem demonſtrauit, adhuc omnino iuuenem, nam quindecim annorum tunc erat: cui nihil obfuit iuuentus, dum prudentiam ſuper ætatem haberet. Qui cum occaſionem inueniſ/ Herodis pru/
ſet, ſtatim ad uirtutis oſtentationem prorupit. Siquidem Ezechiam principem dentia.
latronum comprehenſum, qui Syriam cum magna turba uexabat, fecit interimi cum ſuis militibus prædonibus. Quo facto nimium à Syris amplectitur, unde & in amorem eius exarſcerunt, quod à latrociniſs prouincia eorum eſſet erepta. Laudabant ergo eum per ciuitates & per uicos, quod pacẽ eis præſtitiſſet, & uitionem prædiorum ſuorũ inueniſſent. Quapropter & Sexto Cæſari, cogna/

to magni Cæſaris, tunc totam regenti Syriam, amicus factus eſt. Cum uero æmulatio pro factis Herodis Phaſelum fratrem eius intraſſet, non minor ſtuduit tali gloria reperiri: & in Hieroſolymitis fautores ſibi parabat, dum & ciuitatem haberet, & populi negotia non ignare tractaret. Quæ Antipatrum faciebant ab omni gente, tanquam eſſet omnium dominus, honorari: tamen ex tali claritate, qualia ſæpius contingunt, Hyrcani fidem tranſgreſſus eſt. Potentiſſimi uero Iudæorũ, Antipatrum uidentes cum filijs extolli per fauorem gẽtis, & reditus Iudææ, uel pecunias Hyrcani, nimis inuidebant ei. Nam Antipater amicitias cũ imperatoribus Romanorum compoſuerat: & cum flexiſſet Hyrcanum pecunias trãſmittere, tanquã ſuas, & nõ Hyrcano præſtante eas, Romanis principibus deſtinabat. Vnde manifeſte Antipatrũ accuſabant, dicentes Hircano: Vſq; quo iſta pateris? an non uides Antipatrum cũ filijs principatu præire cunctos, teq; nomẽ tantum regium poſſidere? Sed ne te lateant, ne putes ſine periculo tuo negligere negotia, dum Antipater & filij eius totam nunc autoritatem contineant, & hanc ſine tuis iuſſionibus diſponãt. Nam Herodes filius eius Ezechiam & omnes qui cum eo erant, peremit: noſtram legem tranſgreſſus, quæ hominem prohibet occidi, licet malignus ſit: niſi primum in concilio condemnatus ſit. Ille uero, dum nullam à te ſuſcepiſſet poteſtatem, hæc auſus eſt committere. Quæ cum Hyrcanus audiſſet, flectitur: plus autem iram eius incenderunt matres eorũ, quos Herodes interfecerat, dum per ſingulos dies in templo eum peterent, ut Herodes ante concilium de actis ſuis redderet rationem. Cõmotus igitur Hyrcanus, Herodem uocauit, ſatiſfacturum de criminibus ſibi illatis. Qui perſuaſionibus patris impulſus, uenit. Nam ſic ei præceperat, ut non priuatus, ſed cum tutela & cuſtodia corporis adueniret. Qui cum & Galilæam, ut putauit, prodeſſe ſibi diſpoſuiſſet, militum parua manu circundatus uiam ſecabat, ut nec terribilis uideretur Hyrcano, cum maxima ueniẽs multitudine, nec nudus uel incautus coram iudicibus eſſet: imò & Sextus Cæſar, Syriæ rector ſcripſit Hyrcano, ſupplicans, ut liberaret à iudicio Herodem: ſimul & interminabatur ei, ſi non obediret. Sed Sexti literæ occaſio fuerant, ne quid pateretur à ſententia concilij Herodes, ſed magis abſolueretur. Nam diligebat eum Hyrcanus, tanquam filium. Herodes autem, cũ in medio unà cũ ſuis militibus aſtitiſſet, omnes perterruit: nec auſus eſt aliquis ex his eũ accuſare, qui primum contra eum exclamabant, ſed omnes ſub quiete & ſilentio, rei exitum ſuſtinebant. Qui cum ita ſediſſent, unus quidam nomine Sameus, uir iuſtus, & propter hoc minime deuitans periculum, ſurgens ita locutus eſt: Viri iudices & rex, neminem ſcio ad iudicium à uobis uocatum ita conſtitiſſe, neque uos noſſe quicquàm opinor ſimile: ſed omnis quicunq; in hoc iudicio peruenit exquirendus, humiliter aſtitit, miſericordiã à uobis expetens, capillis prolixis, & ueſte nigra indutus: hic autem Herodes optimus iuuenis, reus pro homicidio ſatiſfacturus, de tali crimine uocatus intereſt purpura circundatus, & caput ornatum habens compoſitione crinium, ſtipatuſque armis, ut ſi condemnatus ſecundum legem fuerit, nos quidem interficiat, ipſe uero uim faciens ueritati, liberetur. Sed Herodem de his non culpabo, ſiquidem ſuum commodum plus quàm legem fecit: ſed uos uel regem accuſo, qui tantam ei licentiam dediſtis.

Hircanus Herodem ad concilium uocat.

dediſtis.Scitote tamen maximum eſſe deum,quia hic,quem nunc propter Hyrca num uultis abſoluere,quãdóque uos & ipſum regem torquebit.Nihil autem hæc dicendo mentitus eſt.Nam Herodes,cum regnum cepiſſet,omnes occidit in con cilio tunc inuentos,cum ipſo Hyrcano,præter Sameũ,quem nimis dilexerat pro pter iuſtitiam eius: & quod ciuitate poſthac obſeſſa ab Herode & Soſio,perſua ſiſſet populo,ut Herodem acciperent,dicens,propter peccata eum non poſſe de uitari.De his quidem ſuo loco dicemus.Hyrcanus autem cum uidiſſet propẽſio res iudices ad necem Herodis,iudicium in poſtero die diſtulit:& mittens ad He rodẽ furtim, perſuaſit ei ciuitatem relinquere,ut ita poſſet periculũ declinare. At ille cum diſceſſiſſet in Damaſcum,fugiens regem,& ad Sex. Cæſarem peruenif ſet,ita apud ſe decreuit,ut ſi uocandus ad iudicium eſſet,non obediret. Indigna bantur autem iudices Hyrcano dicentes quomodo hæc omnia contra eũ eſſent. Illum uero cum nihil lateret,nihil agebat amentia uel imbecillitate ſua.Sed cum Sextus Herodem ducem inferioris Syriæ ordinaſſet (nam hoc ei pecunijs uendi dit)Hyrcanus timebat eum,ne quando contra ſe exercitum produceret. Nõ mul tis autem tranſactis diebus,hoc euenit.Herodes enim aduerſus eum expeditio nem ducens,iraſcebatur,eo quod ad iudicium uocatus ſit ſatiſfacturus.Prohibu erunt tamen eum obuiam uenientes pater Antipater, & frater, impetumq; eius retinuerunt: rogantes, ne accederet propè Hieroſolymam:nec aliquod opus ni teretur facere contra eos,qui conceſſerunt ei ad talem peruenire dignitatem.De precabãtur etiam,ut indignationem deponeret,quod uocatus ad iudicium eſſet, ſed abſolutionis gratiam potius recordaretur:nec ita dolorem conſideraret,ut ſa luti ingratus exiſteret: & animaduertendum uero, quod & bellorum caſus deus diſpenſat, quapropter uictoriam non omnino ſperaret, expugnando regem & amicum, qui multum ei profuiſſet,nihil uero ſponte in eum commiſiſſet aduer ſi: ſed per maleuolos ſuaſores actum, quod difficultatis umbram præſtiterit. Flexus his Herodes, & arbitratus ſatis ſibi factum, quod ſuam fortitudinẽ gen ti demonſtraſſet,reuerſus eſt. Per Iudæam ergo taliter ſe res habebant.

Decreta Romanorũ aliorumq; populorum & Vrbium de amici tia Iudæorum Caput XIX.

CAeſar autem cum Romam ueniſſet,parabat ad Aphricam nauigare,quate nus Scipionem uel Catonem expugnaret.Ad quem Hyrcanus dirigens le gatos,petijt confirmare cum eo amicitias.Videtur mihi neceſſarium & hoc expo nere, qualiter Romanorum principes cum noſtra gente ſunt pacti: ne lateat ali quos quod & Aſiæ & Europæ reges ſtudium habuerunt,ſociare ſibi noſtram for titudinem, dum eorum fidem dilexiſſent: ſed quomodo multi propter odium noſtrum minime credunt Perſicis, uel Macedonicis ſcriptionibus de nobis, eo quod non eadem ubique in publicis locis depoſita demõſtrantur, ſed apud nos tantum & alios quoſdam Barbarorum. De Romanis tamen decretis non eſt ambigendum:nam & publicis locis repoſita hactenus,& in Capitolio tabulis æ reis conſcripta, continentur. Nam & C.Iulius Cæſar, Alexandriæ Iudæos per æream tabulam demonſtrauit, Alexandrinos ciues exiſtere. Vnde initium

appro

Decreta C. Cæſaris pro Hyrcano.

approbationis faciam dum pando ſenatuſconſulta, & C. Iulij Cæſaris de Hyrcano, uel gente noſtra, decreta. C Iulius Cæſar, imperator & pontifex, & dictator ſecundo, magiſtratibus Sidoniorum, & curiæ, & populo ſalutem. Si ſani eſtis, bene eſt: & ego ſanus ſum, cũ meo exercitu. Exẽplum facti decreti ad Hyrcanũ filium Alexãdri, principem ſacerdotũ, & rectorem gentis Iudæorum, uobis deſtinaui, quatenus in publicis ueſtris annalibus reponatur. Volo ergo uos Græce uel Latine in ærea tabula ſcriptũ hoc ponere, quod huiuſmodi eſt: C. Iulius Cæſar, imperator & pontifex, ſecundo dictator. Cum deliberata ſententia decreui, quomodo Hyrcanus Alexandri, Iudæus, & nunc, & in prioribus annis, in pace & bello, fidem & ſtudium demonſtrauit, cui multi etiam conſules teſtimonium præbent: inſuper & in propinquo Alexandriæ loco, cũ mille quingentis militibus auxiliatoribus nobis occurrit, & ad Mithridatem à me deſtinatus cum omni deuotione fidelis apparuit: propter has ergo cauſas Hyrcanum Alexandri, filiosque eius, rectores Iudæorum eſſe, & principatum ſacerdotij gẽtis Iudaicæ ſemper habere ſecundum patrios mores, præcipio: ipſum quoque filiosq; eius, auxiliatores uobis & inter uiros amiciſſimos eſſe cenſendos: quantacunque uero ſacerdotalia iura ſunt, eum uel filios eius poſſidere decerno. Si qua uero interfuerit quæſtio de Iudaicis rebus, placet nobis iudicium de his adhibere: exhyemationes uero militum, aut pecunias exigẽdas ab eis, minime probaui. C. Cæſaris dictatoris, conſulis data conceſſaq; decreta ſic habent: ut filij eius principatum gentis Iudæorum, & donata ſibi loca poſſiderent: ut princeps ſacerdotum idem & rector gentis Iudæorum legatis uim paſſis adeſſet: & quia tranſmiſiſſet ad Hyrcanum Alexandri filium, principem ſacerdotum, Iudæorum legatos, qui de amicitijs uel auxilio cum eo loquerentur, & dedicarent ei tabulã æream in Capitolio, & in Sidone, & Tyro, & Aſcalone, & in tẽplis, ſcriptam apicibus Græcis uel Latinis, quæ infra expoſita continentur. Vt uero hoc decretum omnibus per ciuitates curatoribus, & iudicibus, & amicis innoteſceret, & hoſpitia legatis præſtantur, & ſanctiones ut ubiq; deſtinarẽtur, præcepit. C. Cæſar, imperator, cõſul, honoris & uirtutis & dementiæ cauſa, conceſſit pro commodis ſenatus & populi Romani, Hyrcanũ Alexandri filium, liberosq; eius, principes eſſe ſacerdotum, uel antiſtites Hieroſolymorum & gentis Iudææ, iure quo & proaui eorum ſacerdotium ſuũ geſſerunt. C. Cæſar, quinquies conſul, decreuit habere hos uel munire Hieroſolymorum ciuitatem, & gubernare eam, Hyrcanum Alexandri, principem ſacerdotum Iudæorum, rectorem gentis ſecundum ſuam uoluntatem, ut Iudæis in ſecundo anno locationis ex reditibus cori, id eſt, triginta modij ſubducantur: neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. C. Cæſar, dictator ſecundo ſanxit, ut per ſingulos annos Ioppenſes tributa Hieroſolymorum ciuitati præſtent, excepto ſeptimo anno, quem Sabbaticum annum appellant, quoniam in eo neq; fruges agrorũ colligunt neq; ſeminant: necnon etiam Hyrcano, & filijs eius decimas præbeant, & ut nullus uel præſes, uel dux, uel legatus in finibus Iudæorũ auxilia colligat, uel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemandũ, aut pro nomine alicuius: ſed eſſe undiq; liberos. Quæcunq; poſtea habuerunt, uel emerunt, uel poſſederũt, omnibus his eos potiri: & Ioppen ciuitatẽ, quã ab initio Iudæi habu-

erunt,

erũt, & cum amicitias cum Romanis feciſſent, eorũ eſſe ſicut & nobis prius placuit, imperamus. Ex qua ciuitate Hyrcanum Alexandri filium, liberoſq; eius à poſſeſſoribus terræ, & à portu, tributa conſequi iubemus: de Sidone modios uiginti milia, ſexcentos ſeptuagintaquinque, per ſingulos annos, excepto ſeptimo anno, quem Sabbaticum uocant, in quo neque arant, neq; fructum arborum colligunt. Prædia etiam in maximo campo, quæ Hyrcanus & proaui eius prius poſſidebãt, placet ſenatui, hæc Hyrcanum & Iudæos habere, eodem iure quo & prius poſſederũt. Manere etiam iura, quæ ab initio inter Iudæos uel principes ſacerdotum fuerunt, & inſtitutiones quas populo uel ſenatu decernente habuerunt, præterea eodem iure liceat illis uti. Et in Lydia loca etiam uel terras, quas pro hoſpitalitate reges Syri uel Phœnices per donationem Romanorum poſſederũt, eas ſenatus probauit Hyrcanum rectorem gẽtis Iudæorum habere. Dari etiam licentiam Hyrcano, omnibusq́ue ab eo miſſis, ut cum ſenatoribus in ludo monomachorum, uel beſtiarum ſedentes ſpectent: & ſi petierint dictatorem uel magiſtrũ equitum, ut in ſenatu eos introducant, & reſponſa eis tradant intra decimum diem: hoc fiat poſt ſenatuſconſultum. C. Cæſar, quater imperator, quinquies conſul, in perpetuũ dictator, huiuſmodi uerba fecit de iure Hyrcani Alexandri, principis ſacerdotum, & rectoris gẽtis Iudæorum: Prædeceſſores mei imperatores in prouincijs, cũ teſtimonium Hyrcano principi ſacerdotum Iudæorũ, & Iudæis coram ſenatu uel populo Romano præbuiſſent, cũq; gratias ei populus & ſenatus egiſſet, bene nobis uiſum eſt memoriam habere & prouidentiã, quatenus Hyrcano ac Iudæorum genti filijsq; Hyrcani, à ſenatu & populo Romano, pro ſuo erga nos fauore, gratiæ retributionis redderentur. Iulius Caius dictator & conſul Romanorum, magiſtratibus Parianorum curiæ ac populo ſalutem. Interpellauerunt me Iudæi in Delo, & quidam de Colonijs Iudæorum præſentibus ueſtris legatis, & demonſtrauerunt decretum, per quod uos eos prohibetis patrijs moribus & ſacrificijs uti. Ergo mihi non placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta, uel prohiberi eos ſecundum ſuam uiuere conſuetudinem, ſeu pecunias ad conuiuia & ad uictimas inferre: quando hoc facere nec Romæ quidem prohiberentur. Nam Caius Cæſar noſter conſul, dum in ſanctionibus ſuis uetaret collegia per ciuitates congregari, hos ſolos non prohibuit, nec pecunias conferre, nec conuiuia parare iuſſit: & ego quoque alios prohibens, iſtis ſolis præcipio ſecundum patrios mores & leges conuenire. Bene ergo facitis, ſi prolatam ſententiam contra noſtros amicos uel auxiliatores, propter noſtrum erga eos ſtudium & fauorem aufertis. Poſt Caij mortem, Marcus Antonius, & Publius Dolobella conſules, cũ ſenatum cõgregaſſent, & Hyrcani legatos introduxiſſent, locuti ſunt de quibus petierunt, & amicitias cum eis fecerunt, & omnia eis concedi ſenatus decreuit quæcunq; poſtularent: ſubiuncto etiam ſenatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt, quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarij cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in tẽplo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolobella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatuſconſultum Caius Cæſar pro Iudæis

Huc uſq; decreta C. Cæſaris.

Decreta P. Dolobellæ, & M. Antonij.

dæis decernens in ærario deponere nō occurrit,ſic placet nobis,ſicut & ſenatui uiſum eſt,ut hæc in tabulis æreis deponantur,& per ſingulas ciuitates tranſmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt: Quinto idus Februarias,in templo Concordiæ.Legati autem principis ſacerdotum fuerūt Lyſimachus Pauſaniæ,Alexander Theodori,Patrodus Cereæ,Ionathas Oniæ.Miſit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolobellam,tūc Aſiæ proconſulē, petens eum ſoluere Iudæos à militia,ut patriam cuſtodirent conſuetudinē,quod facilius impetrauit. Siquidem Dolobella cū ſuſcepiſſet literas Hyrcani,nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam pro Iudæis, & ad Epheſinam ciuitatem,primā totius Aſiæ,quæ huiuſmodi legebantur,ſub iudice Artemione,mēſis Lenæonis die prima: Dolobella imperator Epheſiorum curiæ,& magiſtratibus uel populo ſalutem. Alexander Theodori,legatus Hyrcani, filij Alexandri principis ſacerdotum,& rectoris Iudæorum,intimauit mihi, quod non poſſent ciues ſui militare, dum nec arma portare poſſint,nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: iccirco ego ſicut prædeceſſores mei imperatores, præbeo eis militiæ remiſſionem,& concedo patrijs uti legibus ſecundum ſolennes & ſacras immolationes,& congregare ſicuti ſolent pro ſacrificijs pecunias,& uolo uos hæc per ſingulas conſcribere ciuitates.Hanc quidem Dolobella Hyrcano legationē mittēte,noſtris donauit licentiā. Lucius autē Lentulus cōſul dixit: Ciues Romanos Iudæos,templa habētes,Epheſi ante tribunal, religionis cauſa à militia dimiſi duodecimo kalendarum Octobris,Lucio Lentulo,& Caio Marcello cōſulibus,præſente ſenatu.Balbus legatus & uicarius,Epheſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem.Iudæos per Aſiam conſtitutos,

Decretum L. Lētuli cōſulis.

Lucius Lentulus conſul me pro ipſis petente,à militia dimiſit.Poſtulās uero poſt hæc & Fannium tribunum plebis,& Lucium Antoniū ærarium,impetraui. Vos autem cupio curare,ne quis eis moleſtiam inferat.Decretum Deliorum ſub præſide Bioto: menſe Thargelione, uiceſima die ad titulationē iudicum.Marcus Phiſon legatus,aduenies in ciuitatem noſtram,pro delectu militum conuocās nos, & multos ciuiū,præcepit,ut ſi qui ſunt Iudæi ciues Romani,nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo conſuli religionis cauſa Iudæos dimittere placuit.Quapropter obedire conſuli uos oportet.His ſimilia.Sardiani quoq; de nobis decreuerūt.Caius Fānius Caij filius,dux,cōſul,magiſtratibus Coorum ſalutem.Volo uos ſcire,quomodo legati Iudæorum adierunt me,petendo accipere ſenatuſconſulta pro ipſis cōſtituta, quæ etiam ſubiuncta ſunt.Igitur uolo uos curare uel prouidere his hominibus ſecundum ſenatuſconſultum,quatenus per ueſtram prouinciam incolumes ad propria reuertantur.Lucius autē Lentulus conſul dixit.Ciues Romanos Iudæos qui templa Iudaica habere Epheſi uidētur,religionis cauſa dimiſi.Hoc factum eſt duodecimo Kalendarū Iuliarū.Lucius Antonius,Marci filius,uicarius ærarij uel proconſul,Sardianorum magiſtratibus curiæ & populo ſalutē.Iudæi ciues noſtri adeuntes probauerūt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundū patrias leges ab initio,& locū proprium,in quo negotia uel iudicia inuicem mouēt:& hoc petierūt,quatenus liceat illis hoc facere,quod cuſtodiri uel permitti decreui. Marcus Publius, filius Publij, & Marcus Lucius

Decretum C. Fannij conſulis.

Decretum L. Antonij.

Decretum M. Publij.

Marci

Marci Publij filius dicũt: Lentulũ proconſulẽ adeuntes intimauimus ei, de quib⁹ Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus uerba fecit, ut ciues Romanos Iudæos templa Iudaica facere ſolitos, ſi illi uiſum fuerit, religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo Kalẽdas Iulias. Lucio Lentulo & Caio Marcello conſulibus, Lentulus decretum protulit. Ciues Romanos Iudæos, ſacraria Iudaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſi. Laodicenſium princeps C. Rabilio Caij filio conſuli ſalutem: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignauit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Iudæorum deſtinatos quoſdam cum literis pro ſua gente cõſcriptis, quatenus ſabbata Iudæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores noſtri probãtur: aũt ne quis eis uiolentiam inferat in noſtra prouincia: & licet Tralliani palàm dicant, non ſibi placuiſſe quæ pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autẽ ita, ut & nobis eadem de his ſcribas obſequẽtibus tuis præceptis. Epiſtolam autẽ correctam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumẽta: & de reliquis quæ præcepiſti, uidemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Seruilius, Publij Galbæ filius, proconſul, Mileſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem. Pritanis Mercurij filius ciuis ueſter, dũ in Trallibus negocia tractarem, inſinuauit mihi, præter noſtram ſententiam Iudæis uos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, uel templa patria perficere, fructuſque ſua conſuetudine colligere. Volo igitur uos ſcire, quo modo audiens uerba eius uel eorum qui contra eum differebant, decreui ne pro hiberentur. Decretum Pergamenorum ſub iudice Cratippo menſe Deſio ſententia principum. Quomodo. Romani ſequentes ſuos maiores, pro communi omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate uel firma pace conſiſtere. Cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Iudææ legatos, Stratonem Theodori, Apolloniũ Alexandri, Aeneam Antipatri. Ariſtobulum Amintæ, Soſipatrum Philippi, uiros optimos, & hi ſingula demõſtraſſent, decreuit ſenatus de his quæ poſtulauerũt, quatenus nequaquã rex Antiochus Antiochi filius lædat Iudæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, uel prouinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit, redderet: & liceat eis à portubus deportare quæ uolunt, & ut nullus rex uel populus à portubus Iudæorum ſeu uectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Ioppe depelli, ſicut petiuerunt. Noſtræ uero curiæ Lucius Peticus uir optimus, iuſſit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodũ ſenatus decreuit, & prouideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, uel in conuentu ſuſcepimus: Qui cũ nobis epiſtolam, & ſenatuſcõſultum porrexiſſet, uerba faciens, demõſtrauit Hyrcani uirtutem & liberalitatem, quia publice uel priuatim cunctis prodeſt qui ad eum conuenerint. Literas uero inter publica cõſcripta repoſuimus, & nos quoq; omnia pro Iudæis agere tanquam auxiliatores Romanorũ, ſecũdum ſenatuſcõſultum decreuimus. Quippe etiam poſtulauit Theodorus dum epiſtolam no-

Decretum Laodicenſium.

Decretũ P. Seruilij.

Decretum Pergamenorum.

bis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantis noſtri populi ſententiam, & petentis cuſtodiri uel ampliari noſtras cum eis amicitias, & ut meminerit temporibus Abrahã, qui omniũ Iudæorum pater extitit, noſtros maiores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis inuenimus. Decretum Alicarnaſſæorum ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quomodo Iudæi pietatis ſtudiũ omni tempore habent, populi Romani omniũ hominũ benefactores, pro Iudæorum amicitijs uel auxilijs ad noſtram ciuitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Iudæis uiris uel mulieribus ſabbata celebrare, uel ſacrificia producere ſecundum leges Iudaicas. Si quis uero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor ciuitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ uel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram ciuitatem habitantes Iudæi, multa uel maxima beneficia à populo ſæpe meruerunt: nunc quoque cũ ingreſſi fuiſſent in curiam populum petere, quatenus ſuis legibus & libertate data à ſenatu populóque Romano ſecundum conſuetudinem congregentur, & iudicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus uel filijs poſſint celebrare deo patrias orationes. Igitur uiſum eſt curiæ uel populo, concedere eis conuenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locũ quem aptum ædificationibus uel habitaculis putauerint: Habeant etiam curatores annonæ ciuitatis diligentiam, ut ſi qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub iudice Minophilo, menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus quomodo interpellauerunt in ciuitate Iudæi, Marco Iulio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata, & omnia facerent ſecundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit, Placuitq; populo propter Romanos, nullum prohiberi obſeruare ſabbatorum diem: imò cõcedere eis omnia facere, ſecundum Iudaicas ſuas leges. Multa quoque* talia decreta ſenatum uel imperatores Romanos ad Hyrcanum pro gente noſtra deſtinaſſe cognouimus, nec non & aliarum ciuitatum iudicata uel literas à magiſtratibus reciprocas noſtris epiſtolis, ex quibus hæc quæ demonſtrauimus flectere ſine inuidia legentes putauimus. Nam euidentiſſima ſigna de amicitijs Romanorum & noſtris, demonſtrantur æreis tabulis, hactenus in Capitolio permanentibus, & in poſterũ permanſuris. Omnium uero expoſitionem tanquam ſuperfluam & faſtidioſam recuſaui, nullum credens tam difficillimum inueniri, qui uel opinetur Romanorũ humanitatem minime circa nos extitiſſe, quam ſæpius oſtenderunt: nos quoque de quibus retulimus nequaquam mentitos eſſe eos cognoſcat. De amicitijs quidem Romanorum, & noſtris illis temporibus factis retulimus. Eodem uero tempore ſeditionem per Syriam hac occaſione contigit fieri. Baſſus Cæcilius, Pompeianarum partium fautor, inſidias Sexto Cæſari faciens, interfecit eum: ipſe uero cum ſuis militibus regni gubernacula tenuit. Tuncetiam maximum bellum circa Apamiam commiſſum eſt à ducibus Cæſarianis, quibus & Antipater auxilia cum filijs deſtinauit, memoriã habens beneficiorũ Cæſaris. Quapropter

Decretum Alicarnaſſeorum.

Decretum Sardianorũ

Decretũ Epheſiorum.

Al. & alia.

S. Cæſar inſidijs interficitur.

pter & punire peremptores eius iuſtum putauit. Bellum autem cum traheretur, Marcus quidem uenit à Roma ad Sexti ſucceſſionem, Cæſar autem interficitur à Caſſio uel Bruto in ſenatu, cum principatum tenuiſſet tribus annis, & menſibus ſex, quod & per alios conſcriptores dictum eſt. C. Iulij Cæſaris cædes.

De Caſſij geſtis & Malachi, Antoniíq; edictis pro Iudæis. Cap. XX.

POſt Cæſaris autem interemptionem, cum bellum conflatum fuiſſet principibus Romanorũ, omnibus pro exercitu congregãdo diſperſis, Caſſius ad Syriã peruenit. Qui cũ Apamenũ exercitũ accepiſſet, obſidionẽ ſoluens, ambos ſibi cõiungit, Baſſum & Marcũ: ciuitates circũeundo milites cum armis cõglomerabat, & fiſcalia grauia eis imponebat: à Iudæa uero plus quam ſeptuaginta talenta pecuniarũ exegit. Antipater aũt cum uidiſſet in maximo timore uel turba negocia conſtituta diuiſit pecuniarũ exactiones, utroq; filio eas tradens, Herodi quas difficilius exigi putabat, reliquas uero aliís præcepit colligere. Cũq; primus Herodes à Galilæa exegiſſet quanta fuiſſent ei ſtatuta, neceſſarius inter amicos à Caſſio recipitur. Nã ſtatuerat Romanis obſequi, & fauorem eorũ ſibi laboribus alienis parare. Alíj autem procuratores ipſas ciuitates cũ habitatoribus uendebant, quarũ Caſſius quatuor maximas captiuauit, id eſt, *Goſnã & Amathuntem, necnon & Liddam, & Thamnam, qui etiam Malachum penè perdiderat, niſi Hyrcanus per Antipatrum centum talenta de ſuo ei miſiſſet, & ita impetum eius refregiſſet. Sed cum Caſſius cum multis pecunijs à Iudæa diſceſſiſſet, Malachus inſidias Antipatro parabat, dum interitũ eius principatus Hyrcani tutelam fore putaret. Quod Antipater intelligẽs, diſceſſit trans Iordanem, ubi exercitum Arabicum ſimul & prouincialem congregauit. Malachus autem callidus exiſtens, iureiurando negabat ſe inſidias ipſi, uel filijs eius feciſſe, ſatisfaciens ei. Nam Phaſelo Hieroſolymarũ regente, Herode uero tenẽte armorum cuſtodiam, nequaquam ſe tale facinus uel in animo habuiſſe dicebat. Vnde recõciliabatur cum Antipatro. Sed cum Marcus Syriam procuraret, audiuit nouis rebus per Iudæam Malachum ſtudere, & uenit quatenus eum interficeret. Quod paulominus contigiſſet, niſi Antipater eum petendo liberaſſet, neſcius quod ſuum interfectorẽ Malachum liberaret. Igitur Caſſius & Marcus exercitu congregato, ducem Herodem totius Syriæ fecerunt, naues ei cũ toto exercitu commendantes: promiſerunt etiam regem eum Iudææ poſt bellum ordinare, quod iam tunc contra Antonium & iuuenem Cæſarem immineret. Tunc magis ueritus Malachus, Antipatrẽ depellere cogitabat. Cumque Hyrcani pincernam pecunijs redemiſſet, (nã uterq; apud eum epulabatur) ueneno hunc uirũ interfecit: & milites armatos habens, ciuitatem obtinuit. Et cũ inſidias Malachi contra patrẽ ſuũ Herodes & Phaſelus intellexiſſent, & uindictã inferre cogitaſſent, Malachus eis iureiurando Antipatri negabat interitum. Cuius uita ſummis laboribus patriam protegens, ita finem inuenit. Filius uero eius Herodes, ultionem quidem patris exigere cogitauit, & cũ exercitu contra Malachũ uenit: Phaſelo uero priori placuit dolo magis hominem ſuperare, ne belli ciuilis initium faceret putaretur, & ſatisfactionem Malachi ſuſcepit, & credere ſimulauit, nihil eum ad patris interitum commiſiſſe. Sepulchrum etiam patri ornatiſſi- *Aliás Gopham.

mum conſtruxit. Sed cum Herodes ad Samariam peruenisſet, & inueniſſet eam afflictam, refouebat, & ita inter eos certamen eſt diſſolutum. Interiecto deinde breui tempore celebratione Hieroſolymorum inſtante, cum militibus ſuis Herodes in ciuitatem aduenit: quod cum Malachus cognouiſſet, ueritus Hyrcanum, flexit ut nequaquam permitteret eum ingredi ciuitatem. Hyrcanus quidem paruit, cauſam uero talem interdictionis propoſuit, quod non deberet multitudinem alienigenarum ieiunanti populo ſuperintroducere. Sed Herodes præcepta negligens, noctu ciuitatem ingreditur. Tunc Malachus licet metueret, diſſimulationem tamen non refutauit, ſed Antipatrum ut amicum manifeſte plangebat, cuſtodiam uero corporis ſui latenter habebat. Placuit uero etiam Herodi, non redarguere diſſimulationem eius: ſed è contrario muneribus ei blandiebatur. Caſſius tamen de patris interitu Herodi mādauit, quatenus Malachi crudelitatem cognoſceret. Qui ſcripſit præcipiens ei patris obitum uindicare, mille-

De Caſſio. narijs quoq; in Tyro mandauit Herodis ſequi uolūtatem. Tempore uero quo Caſſius Laodiciam cepit, acceſſerunt ad eum pariter coronas uel pecunias ei deportantes. Herodes quidem ſperans Malacho ibi ueniente ſe ulciſci cum ad Ty-

Aliàs Malachus. rum Phœnicis peruenisſet, cauſamque opinatus eſſet, *maius quidem conatus eſt agere, ita ut filium in Tyro obſidem exiſtentem, in ciuitatem ingreſſus furto uoluiſſet auferre, & ad Iudæam reuerti: credens gentem Iudæorum contra Romanos excitaturū, & deiecto Hyrcano regnaturū, dū bello Caſſius ab Antonio occupatur. Cōſilijs tamē eius deꝰ reſtitit. Herodes quoq; intelligēs eius uolūtatē, trāſmiſit famulū, quaſi hoſpitalia paraturū, quia cunctos ad conuiuiū inuitauerat. Et licet hoc ſimularet, ad millenarios tamē uere direxit, quatenꝰ ammoneret eos cōtra Malachū cū gladijs exire. Qui cū exiſſent, & iuxta ciuitatē eum conueniſſent, ſuper littus hominē, uulneribus cōfoderunt. Hyrcanus ergo cū factū intellexiſſet, obſtupuit: rediensq; ad ſeſe conſuluit Herodem, quid eſſet factū, uel qui Malachum interfeciſſent. Cumq; Herodes reſponderet, Caſſium hoc iuſſiſſe, laudauit factum: nam maleuolum & nimis patriæ peruaſorem eum eſſe crimi nabatur. Hanc ergo pro iniquitate in Antipatrum commiſſa Malachus pœnā ſoluit. Caſſio uero diſcedente de Syria, maxima per Iudæam turba concitatur in Hieroſolymis, cum Felix contra Phaſelum unà cum militibus armaretur. Herodes autem ad Fabium rectorem Damaſci proficiſcens, cum hoc audiſſet, & in fratris ſolatium cuperet feſtinare, ægritudine prohibetur. Phaſelus tamen Felicem ſuperans, in aliqua eum turre concludit, quem poſtea ſub pactionis fœdere dimiſit, Hyrcanum penè accuſans, quod multa ſui beneficia prætermittens, inimicis ſuis fauorem impenderet. Itaq; frater Malachi multa tunc occupans loca, obtinuerat & Maſſadā oim munitiſſimā: contra quē Herodes ualetudine liberatus exercitū duxit, & auferēs omnia loca quæ comprehenderat, ſub pactionis lege eū dimiſit. Antigonus aūt Ariſtobuli filius, ut militiā congregauit, & Fabium pecunijs redemit, Ptolemæus eum Minæi propter cognationē ad Iudæā ducebat: auxilium etiā ei præbebat Marion, quem Tyriorū Tyrannū Caſſius reliquerat. Nam hic Syriam omnem potentia capiens cuſtodiuit. Marion autē Galilææ finitimam inuadēs, tria caſtella eius occupauit. Contra quem Herodes

cum

cum ueniſſet,omnia quæ ille tenuerat*abſtulit. Tyriorum uero cuſtodes cũ humanitate dimiſit,quibuſdam etiam & dona præſtitit,propter ciuitatis fauorem: Cum hæc ergo egiſſet,obuiauit Antigono,& prælio cõmiſſo uicit, & penè iam altiora Iudææ tenentem fortiter expulit:uictoriaq; potitus ad Hieroſolymam uenit,ubi coronas ei tam Hyrcanus quam populus ob uirtutis præmium offerebant. Nam cognatus Hyrcani per affinitatem credebatur,ideoq; magis eum defendebat, ueluti ducturum neptem ſuam fratris Ariſtobuli filiam, ex qua trium marium extitit, & duarum fœminarum pater.Habuit ſiquidem priorem uxorem nomine *Dorin, popularem ex gente noſtra, ex qua prior filius eius concipitur Antipater,Caſſium nãq; cum Antonius & Cæſar in Philippenſi campo uiciſſent,ſicut &*ab alijs demõſtratum eſt,poſt uictoriam Cæſar ad Italiam rediit,Antonius autem ad Aſiam regreſſus eſt.Cumq; ueniſſet in Bithyniam, legationes undiq; obuiauerunt ei. Tunc & Iudæorum nobiliſſimi accuſabant Phaſelum & Herodem, dicentes habitu tantum Hyrcanum regem extare, hos uero omnem poteſtatem poſſediſſe. Herodem tamẽ Antonius maxime honorauit,cum ad eum ueniſſet ſatisfacere pro accuſationibus, propter quod accidit aduerſarios eius nec ſermone aliquid impetraſſe,hoc namq; acquiſiuit pecunijs Herodes ab Antonio.Sed cum Epheſum perueniſſet Antonius,deſtinauit Hyrcanus princeps ſacerdotum,noſtraq; gens legationem ad eum, auream deportantem coronam, & ſupplicantem, quatenus Iudæos à Caſſio abductos non extante bello,ſcriberet ad prouincias liberos relaxari,terramq; temporibus Caſſij ſubreptam reſtitui.Antonius uero iuſtas Iudæorum poſtulationes conſiderans, reſcribit Iudæis & Hyrcano,mandans etiam ſimul & Tyrijs decreta huiuſmodi continentia:Marcus Antonius imperator,Hyrcano principi ſacerdotum, & rectori gentis Iudæorum ſalutem. Si ualetis lætamur,ualeo & ego cum exercitu meo. Lyſimachus Pauſaniæ, & Ioſippus Minæi,& Alexander Theodori, legati Epheſum aduenientes, priorem Romæ confectam legationem renouarunt,& hãc quoq; pro te tua q; gente ſedulo diſpoſuerunt, dum demonſtrarent tuum erga nos fauorẽ.Quod cũ intellexiſſem ex decretis & ſermonibus te familiaritatem erga nos ſeruare,moresq; optimos ueſtros & religionem conſideraſſem,proprium te nobiſcum eſſe iudicauimus.Sed cum totam Aſiã noſtri,populiq; Romani aduerſarij percurriſſent, qui nec ciuitatibus nec templis peperce-runt,nec iuſiurandum quod ſtatuerant quicquam ſeruauerunt, nos nõ pro eius tantum certamine, ſed uelut pro communi omnium ſalute in autores ſcelerum, quæ in Iudæos uel in omnes commiſſa ſunt,uindicauimus. Quorũ ſcelerũ ſolẽ auerſum exiſtimauimus,quod talia in Cæſarem commiſerint. Impias uero eorũ inſidias Macedonia,tanquam in ſuo nefandiſſimo receptaculo,ſuſcepit,cum ſceleratiſſimas eorum malignitates partes Philippenſes campi continerent:que loca maxima uſq; ad mare,montesq; munitos occupauerãt,ut penè cunctos trãſitus ſicut unum introitum cuſtodirent, quos ad eorum damnationem pro conatibus iniuſtis grauatos deuicimus.Sed & Brutus cum Philippos confugiſſet, circũſeptus à nobis,eiuſdẽ perditionis merito qua Caſſius particeps inuẽtus eſt. Quibus oppreſſis,in poſterum pace frui licebit,& Aſiã reſpirare à bellorũ affli-

Aliàs cuſtodiuit.

Aliàs Dorin.

Aliàs alibi.

Epiſtola Antonij ad Hyrcanũ.

ctione liberatam. Igitur cõmunem pacẽ facimus cũ auxiliatoribus à deo nobis donatam: & tanq̃ de maxima peſte corpus Aſiæ releuatum, per noſtram refoue mus uictoriam. Memores ergo ueſtri, & gentem Iudaicã curauimus reddere læ tioré. Literas quoq; per ciuitates propoſui, quatenus ſi qui liberi ſeu ſerui uenũ dati ſint, ſub Gaio Caſſio, ſeu per duces eius, abſoluantur. Super hæc & donatio nibus à me uel Dolobella clementer oblatis, uos uti cupio: nec non & Tyrios ui olentos uobis eſſe prohibeo: uel quantacunq; poſſident Iudæi cõpetẽtia, reſtitui præcipio: Coronã uero quam deſtinaſtis accepi. Marcus Antonius imperator, Tyriorum magiſtratibus, curiæ populoq; ſalutem. Cũ mihi occurriſſent Epheſi Hyrcani principis ſacerdotum, & rectoris Iudæorum legati, dixerunt prouinciã uos corũ tenere, quã inuaſiſtis ſub aduerſariorũ noſtrorũ tyrannide. Quod nos pro imperio bellũ ſuſcipiẽtes, iuſta & pia prouidentia uindicauimus, obliuioſos gratiæ uel trãſgreſſores iuriſiurãdi puniẽtes. Volo ergo & ueſtrã pacẽ cũ auxilia toribus noſtris cõſtare, & quæ de noſtris hoſtibus accepiſtis, hæc nõ cõcedimus niſi reſtituãtur. Nam neq; prouincias, neq; exercitũ quiſq̃ illorũ ſenatu præſtan te ſuſcepit, ſed uiolenter ſubripuit, dum auxilium eis præberent, qui iniqua con cupiſcunt. Quapropter cum illi pœnam dediſſent, noſtros auxiliatores præcipi mus ſine mora recipere, quæ prius poſſediſſe noſcuntur. Vos quoq; ſi qua* præ dia Hyrcani rectoris Iudæorum pauloante, Gaio Caſſio bellum illicitum pro ducente, contra noſtrã prouinciam ablata poſſidetis, reddite: nec aliquam uiolẽ tiam eis ingeratis, unde lædi poſſint. Si quid uero iuſtũ contra eos habetis, dum ad locum uenerimus, liceat allegationibus uti: nos autem auxiliatoribus ſingu la iuſta conſideratione ſeruauimus. Marcus Antonius imperator, Tyriorũ ma giſtratibus, curiæ populóque ſalutem. Edictum meum uobis deſtinaui, de quo curam uos habere præcipio, quatenus in tabulis publicis deſcribatur literis Lati nis uel Græcis, & in loco eminẽtiſſimo deſcriptũ ponatur, unde ab omnibus rele gi poſſit. Marcus Antonius imperator ac triumuir dixit: Quoniã Gaius Caſſi⁹ alienã prouindã ſub exercitu cõſtitutã & auxiliatores deprædauit, & deuaſtauit Iudæorum gentẽ, amiciſſimam populo Romano, arrogantiam illius armis con culcantes, edictis & decretis ab illo deprædata renouamus, ut reſtituãtur hæc no ſtris auxiliatoribus: & quanta Iudæorum corpora uenundata ſunt, ſicut prius li bera remittantur, & poſſeſſiones prioribus dominis reſignentur. Si quis autem his noſtris edictis non obedierit, ulciſci in eo ſatiſfacientes cauſæ promittimus. Hæc eadem & Sidonijs, & Antiochenis, & Aradijs conſcripſit, quæ tempore op portuno referemus, ut ſigna prouidentiæ Romanorum circa noſtram gentem extitiſſe clareant.

Aliâs præſi dia.

Edictũ Antonij ad Tyrios.

De Herodis tetrarchia ab Antonio inſtituta. Cap. XXI.

POſt hæc autem dum Antonius ad Syriã pergeret, Cleopatra ei per Ciliciã obuiauit, & amore ſuo detinuit: ubi iterum centum potentiſſimi Iudæorũ ad eum peruenerunt, accuſantes Herodem cum Phaſelo. Contradicebat autem eis Meſſala defendẽdo iuuenes, Hyrcano præſente, qui ſocer iam Herodis erat. Cumq; ambas partes Antonius audiſſet, conſuluit Hyrcanũ, qui magis gentẽ

contine

continerent. Illo aũt reſpondente, Herodem & fratrem eius: Antonius familiaritatem cum eis habens propter paternam hoſpitalitatem, quam cum Gabinio pater eorum præſens fecerat: hos quidem ambos tetrarchas ordinauit, & cõmiſit eis Iudæorum negocia: quindecim autem ex reſiſtentibus ligauit ut eos occideret, niſi recuſaſſet Herodes. Sed neque de legatione reuerſi ita quieſcebant. At cum Antonio rurſus in Tyro occurriſſent, multis iam corruptus pecuniis ab Herode uel fratre eius, Antonius præſidibus locorum præcepit legatos Iudæorum nouis rebus ſtudentes torquere, & Herodi præbere principatũ totius. Mox autẽ Herodes ſedentibus ante ciuitatem cum Hyrcano nuntiauit, & petijt eos recedere, nec ad certamen uenire, ne magnum malum eis eueniret, cui dum quidã nõ conſentirent recedere, & quaſi contrarij reſtitiſſent, mox Romani milites decurrentes cum armis eos inuadunt, & quibuſdam ex ipſis peremptis, multos uulneribus laniabant: reſidui uero fugientes, cum nimio metu ad propria redierunt. Clamante uero populo contra Herodẽ, incitatus Antonius uinctos interfecit. Secundo tamen anno Syriã continuit Pacorus regis filius, & Barzafarmanes ſatrapa Parthus. Quo tempore & Ptolemæo Minæi defuncto, filius eius Lyſanias in regno ſuccedens, componit amicitias cum Antigono Ariſtobuli filio, ſatrapamque prædictum ſibi coniunxit, cuius & amicitijs nimis confidebat.

Herodes cũ fratre conſtituitur tetrarcha Iudææ à M. Antonio.

Antigoni et Ptolemæi amicitia.

De fuga Herodis, profectione q; ad Romam, & Parthorum tyrannide.

Caput XXII.

ANtigonus autem promittit mille talenta & quingentas mulieres Parthis offerre, ſi Hyrcanum principatu priuarẽt, & ipſi traderent, Herodemque cum ſuis interficerent: quod non compleuit, licet Parthi contra Iudæam expeditionem paraſſent, deducente eos Antigono. Nam Pacorus per maritima, ſatrapa uero Barzafarmanes per mediterraneam ingreditur. Tunc Tyrij excludunt Pacorum, Sidonij autẽ & Ptolemẽſes ſuſcipiunt turmam equitum: quam idem Pacorus in Iudæam deſtinauerat, uexaturam prouinciam, & Antigonum adiuturam, ducem pincernarũ regis unum eis præponens. At cum à Carmelo monte quidam Iudæorũ ad Antigonum ueniſſent parati ad auxilia, per quos ſperabat partem aliquam prouinciæ Antigonus capere, id eſt, ad locum qui Drimi nuncupatur, dumque ei quidam occurriſſent, ad Hieroſolymam cum ſuis aſcendit: ubi congregatis etiam multis, contra regiam aulam peruenire ſtatuit, ut hanc expugnaret, niſi Phaſelus & Herodes prælio per forum commiſſo eos uiciſſent. Et cum eum in templo concluſiſſent, dirigunt armatos ut propinquantes domos tenerent, quos populus cum ipſis domibus igne cõſumpſit: pro qua iniquitate paulo poſt Herodes à reſiſtentibus ultionem exegit. Cumque ſingulis diebus inter ſe iacularentur, expectabat populus multitudinem de prouincia in quinquageſima celebratione uenturã. Inſtante ergo die feſtiuo, circa templũ in ciuitate multa milia hominum armata & inermia congregantur: compleuerunt nanque templum cum ciuitate qui conuenerant, præter aulam quam Herodes cum paucis militibus cuſtodiebat. Cumq; Phaſelus murum ſeruaret, Herodes cũ ſuis excurrebat ſuper hoſtes. Quo cũ fortiter pugnaret, & multa mi-

Antigonus obſidetur in templo.

lia fugaret,multi ad templum,quidam etiam ad exterius uallum confugerunt. Nam & Phaſelus fratrem adiuuabat.Pacorus autem dux Parthorum cum pau cis ſequitibus, Antigono petente, ad ciuitatem peruenit, in proſpectu quidem tanquam ſeditionem ſoluturus, ueruntamen Antigono principatum præſtatu rus. Cui dum Phaſelus occurriſſet,& hoſpitio ſuſcepiſſet,Pacorus dolum aliquē meditatus , flectit eum legationem ad Barzafarmanē deducere . Phaſelus qui dem nihil ſuſpicatus acquieuit , licet Herodes hoc minime approbaret, propter Barbarorū perfidiam.Sed tamen Pacoro alijsq; properare hortantibus,perre xerunt legationem ferentes Hyrcanus & Phaſelus.Pacorus uero cum ducentos equites &*ducē horum qui liberi dicuntur,eis reliquiſſet,præceſſit.Cumq; Gali læam intraſſent,cum armis eis occurrūt prouinciæ cuſtodes & Barzafarmanes: & primum quidem eos ſtudioſe ſuſcepit,ac munera præſtitit,poſt uero eis cōte xebat inſidias,Phaſelus tamen cum ſuis prope mare reuertebatur.Vbi cum au diſſet Antigonum promiſiſſe Parthis mille talēta, & mulieres quingentas,in ſu ſpicione iam Barbaros habebat.Necnon & noctu inſidias ſenſerat, dum quidā nunciaret ei ſubito cuſtodiam circundatam . Et tunc capi quidem habuiſſent, niſi expectaſſent Parthi uſquequo in Hieroſolymis Herodes comprehendere tur,ne his prius interfectis,ille ſentiens diffugeret. Phaſelo ergo cum perſuade rent quidam fugiendo periculum euitare,propenſius autem Ofellius,quia hoc à Saramalla ditiſſimo tunc Syrorum audierat,naues quoq; ad fugam ei promit teret(nam iuxta mare fuerant:) ille minime Hyrcano relicto fratrem adiuuare paſſus eſt.Cūq; ad Barzafarmanē acceſſiſſet:nō æqua,inquit,te facere uideo,dū talia de nobis cogitas.Nam ſi pecunijs eges,plures tibi ab Hyrcano proferētur quàm Antigonus promiſit:imò etiam nimis acerbum eſt,ſi legatos,qui ad te cū fide uenerunt,interfeceris.Tunc Barbarus eo dicēte hæc, iurabat nihil uerū eſſe, ſed falſa eū ſuſpicione turbari.Et hæc dicens,ad Pacorum perrexit.Quo eunte, Parthi quidā Hyrcanum & Phaſelum ligauerūt,multa de periurio Parthos in crepantem.At ille pincerna,qui contra Herodem deſtinatus fuerat,mandata ha bens ut eum foras murum procedentē cōprehenderet,antēq; hoc faceret,nuntij miſſi à Phaſelo, indicauerūt Parthorum perfidiā.Cumq; audiſſet Herodes ab hoſtibus eos legatos,cū quærelis accedit ad Parthorū Pacorūq; nobiliſſimos: qui omnem cauſam ſcientes diſſimulabāt,& dicebant eum oportere exire foras murum ad occurſum literas deportātium,ne ab aduerſarijs tenerentur,nam cō ueniſſe dicebant,ut demonſtrarent quantum Phaſelus profeciſſet.Quibus He rodes minime credidit,audiens ab alijs fratris cōprehenſionem,necnon & ſua ſionem filiæ Hyrcani,quā ſibi deſpōderat,de Parthis ſuſpicabatur . Quam cum alij non attenderent,ipſe obediebat mulieri ſapientiſſimæ . Dumq; Parthi cogi tarent quid fieri oporteret(nam nō eis uiſum eſt palàm tam maximū uirū com prehendere)& in poſterum diſtuliſſent,Herodes credēs magis quæ de fratre uel de Parthorum inſidijs audierat,quàm aduerſarijs conſentire , ueſpere ueniente deliberauit euitare aduerſariorum pericula.Igitur egreſſus eſt cū armatis.Cum que mulieres ſuper iumenta impoſuiſſet,matrem ſuam,& ſororē, & quam ma trimonio ducturus erat Alexandri filiā , qui fuit Ariſtobuli filius,& huius ma trem

Fraus Paco ri ducis Par thorum.

Alijs decē.

trem Hyrcani filiam, & nouiſſimum fratrem, omniaq; in uia neceſſaria, & reſiduum populum, ad Idumæam feſtinauit hoſtibus ignorãtibus. Quorum nullus tam duriſſimus natura reperiri potuit, qui non, cũ præſentia cerneret, miſeraretur eorundem, uidendo mulieres cum infantibus duci lachrymantes, & gementes quod à patria diſcederẽt, & nihil iam de ſe bonum expectarent. Sed Herodes fortius atrocitatem rei ſuſtinens, & magnanimus contra omne periculum, per uiã unũquéq; confidere hortabatur, ne traderet ſe mœſtitiæ quæ poſſet eiꝰ fugæ nocere, in qua ſola ſpes ſalutis eorũ depoſita eſſet. Et illi quidẽ Herodis perſuaſionibus calamitatẽ ſufferre tẽtabãt: ipſe uero penè ſe interemit, dũ iugo conuerſo mater eius mortis periculũ ſuſtineret. Cuius propter paſſionẽ & timorẽ, ne hoſtes eos perſecuti remorantes, circa paſſionis curã cõprehenderẽt, ſuum gladium euaginauit, ſéq; perimere conantem retinuerunt præſentes uiri, dũ dicerent, non oportet inimicis ſatisfieri. Nam non hoc eſſe fortis ſiquidẽ ſe de periculis liberans, amatos tradere inimicis. Quibus uerbis compulſus, facinus quod in ſe cogitauerat prætermiſit, matremq; curãs pergebat uiã propoſitã, & celerius ad Maſſadam caſtellum peruenit. Cũq; multas pugnas cõtra Parthos excurrentes egiſſet, totas obtinuit. In fuga uero nec Iudæis pepercit, qui eum à ciuitate lxx. ſtadijs ſunt hoſtiliter perſecuti. In illo uero loco ubi Iudæos confudit, poſtea regnum accipiens, aulam oportunam conſtruxit, ciuitatemq; ædificauit, quam Herodion appellauit. Cumque ad Idumæam in Riſa uico perueniſſet, frater eius Ioſippus obuiauit ei, cum quo conſilium de omnibus quid fieri debuiſſet aſſumpſit: nam magna multitudo eum ſequebatur, præter peregrinos cõductos milites. Oppidum uero Maſſada in quo propoſitum eis erat confugere, paruum erat, ut tantum ſuſciperet populum, è quibus plusq; IX. milia dimiſit, præcipiens p Idumæam ſeſe liberare, præſtãs eis uiæ ſtipẽdia: neceſſarios uero in oppidum adducens peruenit. Cumq; ibi depoſuiſſet mulieres quæ octingentæ fuerũt, tritico, uel aqua uel alijs opportunis in oppido ſufficienter conſtitutis, ipſe ad petras Arabiæ receſſit. Parthi uero mox die facto, cum uniuerſam Hieroſolymam & palatium deprædaſſent, Hyrcani tantum pecunias non tangebant, quæ uſq; ad trecenta talenta fuerunt. Sed & multæ res Herodis euaſerunt. Ille enim aliquas deportauerat per prouidentiã ſuam ad Idumæam. Dumq; Parthis ciuitatis pecuniæ non ſuffeciſſent, prouinciam exeuntes uaſtabant, & Mariſa potentiſſimam ciuitatem expugnauerunt. Antigonus quidem cum ſic ad Iudæam à Parthorum rege introduceretur, Phaſelum & Hyrcanum uinctos ſuſcepit: nimis autẽ cruciabatur, quod mulieres fugiſſent, quas hoſtibus dare promiſerat. Nam has pro mercede cũ pecunijs pactus eſt. Veritus autem ne multitudo Hyrcano quodammodo regnum reſtitueret, dum adhuc à Parthis cuſtodiretur, aures eius amputauit, molitus ne poſſet rurſus ad eũ principatus ſacerdotij peruenire propter hanc diminutionẽ, dũ lex hũc honorẽ iuſſiſſet integros tantũ obtinere. Sed Phaſeli miretur quiſquã fortitudinẽ. Qui cũ ſciret ſe occidendũ, nec mortẽ putauit atrocẽ eſſe, ſed ſub inimico perire amariſſimũ iudicauit. Cumque non haberet manus à uinculis ſolutas, & aptas ad interficiendum ſe ipſum, ſaxo caput ſuũ percutiens uitam finiuit. Dicũt aũt quia uul-

Hyrcano aures præciduntur.

nere

nere confectum,præcipiens Antigonus medicis tanquam curandum interemit, mortiferis medicaminibus ſuperpoſitis in uulnere. Cum tamen ad integrum uitam non amitteret Phaſelus,à quadam muliere audiens fratrem Herodem aduerſarios uitaſſe,ſatis internitionem uiriliter & prone ſuſtinuit,dum relinqueret mortem ſuam uindicaturum,& ſuper inimicis ulciſci ualentem,Herodem tamẽ magnitudo circumuenientium malorum non perterruit,ſed faciebat eum ſagaciorem. Nam ad Malachum Arabum regem multa prius ſibi beneficia debentem,remunerationem accepturus perrexit:& quod magis opus habuiſſet tũ pecunias ſumere,ſeu ſibi debitas,ſeu per donationem dandas,quia multa impetrauerat Malachus ab eo. Qui dum fratris interitum non audiſſet, feſtinabat eum ab hoſtibus redimere,Tyrijs argenti trecenta talenta promittendo. Adducebat etiam Phaſeli filium,ſeptimum annum ætatis ducentem,quatenus pignus eum Arabis deponeret. Sed cũ nuntij obuiaſſent & dixiſſent ei Malachũ iuſſiſſe ut à prouincia ſua diſcederet, quod Parthi præcepiſſent nequaquam Herodem ſuſcipi,qua occaſione uſus eſt,ne debitũ perſolueret. Nam & nobiliores Arabes ad hoc eum iritabant, quatenus pecunias lucraretur depoſitas uel acceptas prius ab Antipatro: reſpondit Herodes,nihil eos grauare ſe ueniſſe,ſed locuturum ſe tantum de neceſſarijs ſuis negocijs. Poſtquam autem uiſum eſt ei diſcedere, cautę pergebat cum paucis ad Aegyptum: ueniensq; in quoddam templum,remoratus eſt. Poſtero uero die,cum ad Rhinocolura peruenisſet,interitum fratris ſui audiuit. Malachus uero pœnitens perſequebatur Herodem,cui minime propinquauit ad Peluſium feſtinanti. Vbi cum inueniſſet claſſem applicitam,prohibebat Alexandriam nauigare. Ille uero præſides interpellauit, à quibus cum multa ueneratione perductus in ciuitatem,à Cleopatra ſuſcipitur: quem nullatenus potuit ibidẽ detinere Romã feſtinantẽ,licet tẽpeſtas eſſet, & Italia ſeditionibus plena nũtiaretur. Vnde cum nauigaſſet ad Pamphiliam,hyeme atrociſſima uix ad Rhodum deducitur. Quo duos amiciſſimos ſibi cum occurrere uidiſſet, Sabinium & Ptolemæum,& inueniſſet ciuitatem bello Caſſij deuaſtatã, quamuis inops,tamẽ benefacere eũ non piguit,ſed & ſuper uires ſuas largitus eſt,& ad eã renouandam donauit pecunias. Cũq; triremes cõſtruxiſſet,& nauigaſſet cũ amicis ad Italiam,in Brunduſium deducitur,& exinde Romam perrexit. Vbi prius Antonio retulit quæ cõtigiſſent per Iudæã,& qualiter frater eius Phaſelus à Parthis interemptus,& Hyrcanus captiuus teneretur, & quod Antigonum regem ordinaſſent,mille talenta promittẽtem,& mulieres quingentas, quæ ex primoribus & de genere ſuo fuiſſent,& quod ſuas noctu perduxiſſet,& uitaſſet inimicorum manus,multas paſſus calamitates. Poſt uero deflebat periditari ſuos familiares, dum obſiderentur,& quemadmodũ hyeme nauigaſſet,& contemnens picula,dũ feſtinaret ad eũ,in quo ſolo ſpes ſuas & auxilium firmum poſſideret.

Malachus rex Arabũ.

Herodes Romam uenit.

De Herode à ſenatu rege ordinato. Cap. XIII.

ANtonius autem miſericordia mouetur pro Herodis calamitatibus, deflẽs quod & in tali dignitate conſtitutis hominibus fortuna dominetur,nec non & memor amicitiæ patris eius Antipatri,& promiſſionis pecuniarũ quas Herodes

Herodes dare promiſerat, ſi rex eſſet, quemadmodum & prius tetrarcha ordinatus, multo magis tamen propter odium Antigoni, dum ſeditioſum & Romanis eum inimiciſſimum arbitraretur, propẽſior erat Herodes apud eum. Cæſar quoque propter Antipatri expeditiones, quas per Aegyptum patri ſuo perduxit & hoſpitium uel in omnibus fauorem exhibuit, præſtans Antonio nimis pro Herode ſtudenti, ad petitiones & ad auxilium, de quibus Herodes petebat, paratior erat. Cumq; ſenatum congregaſſet Meſſala & Patratinus Herodem præſentantes, de patris eius beneficijs intimabant, & quem circa Romanos ipſe habuiſſet fauorẽ: ſimul etiã Antigonum accuſabant, hoſtem eũ manifeſtũ pronunciantes, non ſolum ex his quæ prius commiſerat, ſed quomodo & nunc à Parthis principatum Romanis neglectis acceperat. Cumque ſenatus pro his commotus fuiſſet, Antonius inſinuabat quemadmodum & contra Parthorum pugnam Herodem regnare prodeſſet. Cumque hoc omnibus placuiſſet, decreuerũt eum creare regem. Summum tamen fuerat Antonio erga Herodem ſtudium, quomodo ei tantum principatum inſperate acquiſiuit, quod minime petiturus aſcenderat: (Nunquàm enim putabat Romanos ſibi regnum daturos, quod ſoliti erant generi ſacerdotali donare, & ideo fratri ſuæ cõiugis id præbere uolebat, qui nepos per patrem quidem Ariſtobuli, per matrem uero Hyrcani fuerat, quem poſtea interfecit, quod apto tempore referemus) ſed quod intra ſeptimum diem contuliſſet ei ſenatus, quod nullatenus ſperauit, & ab Italia diſcedere feciſſet. Senatu uero dimiſſo Herodẽ medium habẽtes Antonius & Cæſar exierũt, præcedentibus alijs conſularibus, immolaturi & depoſituri ſenatus conſultum in Capitolio. Herodem autem primo die regni pauit Antonius, cuius initium fuit cẽteſima & octogeſimaquarta olympiade, conſulibus C. Domitio Albino ſecundo, & C. Aſinio. Quo tempore Antigonus Maſſadam circunſidebat, plenam omnibus proſperis, tãtum uero deficientem aquis. Quapropter & frater Herodis Ioſippus, cum ducentis familiaribus fugere cogitaret ad Arabas, dum audiret Malachum ſe pœnitere de his quæ in Herodem commiſerat: prohibuit eum deus, qui per noctem tantam pluuiã miſit, ut receptacula ciſternarum cuncta complerentur. Qua copia recreati, exeuntes contra Antigonum confligebant, cum quibuſdam palàm, cum alijs uero furtim: quotum etiam multos in congreſſionibus proſtrauere. Ventidius autem eodem tempore à Romanis dux trãſmiſſus, quatenus Parthos à Syria prohiberet in Iudæam peruenit, manifeſte quidem tanquam Ioſippum adiuturus: omnis uero eius machinatio erat ut ab Antigono pecunias acciperet. Igitur cum propè Hieroſolymã caſtra poſuiſſet, & ſatis pecuniarum ab Antigono ſumpſiſſet, ipſe quidem cum ampliori militia diſceſſit: & ut non manifeſtarentur pecuniarum acceptio, Silonem cum quadam parte militum ibi reliquit, quem ſimiliter Antigonus remunerabat, ut nihil ſe moleſtaret, ſperans rurſus ſibi Parthos adiutores.

De Ventidio duce.

Quomodo Herodes Antigonum, Iudæam & Galilæam deuicerit. Cap. XXIIII.

HErodes autem ab Italia cum ad Ptolemaidam nauigio ueniſſet, & congregaſſet non paruam expeditionem ex peregrinis ſimul & Iudæis per Galilæam, cucurrit ſuper Antigonum. Conueniebat etiam cum eo Silo, & Venti

Ventidius per Deliũ cõpulſi: qui trãſmiſſus ab Antonio fuerat, ut Herodẽ deduceret. Vẽtidius ergo dũ cõponeret turbas, quas p ciuitates Syriæ Parthi cõmouerant, in Iudæa pecunijs ab Antigono corruptus degebat: Herodi uero quotidie uires creſcebãt, cui ſe penè omnis Galilæa tradiderat. Cumque impetum feciſſet Herodes in Maſſadam, neceſſarium putans circunſeptos in oppido cognatos liberare, ſit illi impedimẽto Ioppe. Nam aduerſariã eam exiſtentem oportebat prius deprehenderẽ, ne haberet poſt ſe relictum oppidum inimicorum ad Hieroſolymam pergens. Cumque Silonis uoluntate rebellarent Iudæi, Herodes cũ paucis militibus eos inuadit, & ad fugam cõuertit: Silonem uero incaute confligentẽ, à periculo liberauit, Ioppen quoq; expugnãs, de Maſſada familiares ſuos eripere feſtinabat. Tunc quidam prouincialium propter paternã amicitiam ſubueniebant ei: multi uero propter eius gloriam, imò etiam & alij propter remunerationem beneficiorum quæ ex ambobus acceperant, plures uero propter ſpem quam in eum tanquam in regem habebant. Antigonus autem opportunos eius tranſitus inſidijs & fraudibus præoccupans, nihil aut perparuum hoſtes lædebat. Herodes ergo de Maſſada familiares ſuos eripiens, & Riſam caſtellum capiens, ad Hieroſolymam properauit unà cum exercitu Silonis. Et cum multi fortitudinem eius, caſtráque ad occidentalem partem poſita ciuitatis cernentes metuerẽt, partis illíus cuſtodes ſagittis eius impetum amouebant, quidã uero etiam excurſione facta cum hoſtibus decertabant. Herodes primum quidẽ

Herodes obſidet Antigonum & Hieroſolymam.

fuſſit præconari iuxta murum, quod bono populi præſto eſſet, & pro ſalute ciuitatis, nec manifeſtorum aduerſariorum malitiam recordaretur: ſed etiam inimicíſſimis abolitionẽ delictorum quæ in ſe commiſerant, præſtaturum ſe promiſit. Antigono uero contra prædicta Herodis clamãte Siloni uel exercitui Romanorum, quia præter ſuam iuſtitiam egiſſent, dum Herodi priuato & Idumæo, id eſt, non integro Iudæo regnum darent, cum ſoliti fuiſſent hoc generi præbere digno: nam & ſi nunc de ſe uel de regno ſuo grauiter ferrent, tamen ſacerdotes qui nihil in Romanos peccauerant, nõ iuſta paterẽtur, ſi de honore deciderent. Cum hæc adinuicem dixiſſent, & ad blaſphemias peruenirent, Antigonus repellere prope murum uenientes ſuis præcepit, qui iaculando uel propenſius pugnando facile procul à turribus depulerunt eos. Tunc & Silo pecuniarum acceptionem reuelauit. Nam multos ex proprijs militibus remiſit, dũ indigentiam ſumptuũ redamarent, & pecunias ad alimenta poſtularent, quoſdam uero ad hyemalia loca deſtinauit. Nã circa ciuitatem loca deſerta erant, eo quod à militibus Antigoni omnia diruta fuiſſent, mouitq; exercitũ, & diſcedere tẽtabat. Herodes autem petebat Silonis duces uel milites, ut nõ ſe relinquerẽt à Cæſare uel Antonio uel à ſenatu honoratum, nam prouidere eorum inopiæ, & facile præbere quæcunq; quærerent ſe promiſit. Poſt petitionem autem ſtatim ad prouinciam egreditur, nullam occaſionem diſceſſionis Siloni relinquens. Siquidem multitudinem, quantam nemo ſperabat, neceſſariorum deportauit à Samaria: familiaribus ſuis adminiſtrantibus triticum, uinum & oleum, & pecora ſimul & alia diuerſa in Hiericunta deducentibus: præuidens ne per ſex dies aliquid militibus deeſſet. Quæ cum non latuiſſent Antigonum, ſtatim miſit per prouinciã,

qui

qui deberent insidijs prohibere deportatores alimentorum. Cumque præceptis Antigoni paruissent, grandem multitudinem armatorum circa Hierichuntē congregantes, super montes locati, custodiebant alimoniam deducentes. Sed dum hæc aguntur, Herodes non otiose degebat, sed decem turmas suscipiens, quarum quinque Iudæorum erant, aliæ uero mercede conductæ, necnon & equites paucos, ad Hierichunta peruenit. Cumque ciuitatem desertam inuenisset, quingentos uero excelsa præoccupasse cum uxoribus & cognationibus, hos quidem dimisit: Romani tamen irruentes ciuitatē deprædauere, dum plenas domos pecunijs reperissent. Igitur custodiam rex in Hierichunte relinquens, reuertitur, & Romanorum militiam ad hyemalia dimisit in Idumæa, & Galilæa, & Samaria. Impetrauit autem & Antigonus à Silone pro pecuniarum munere, ut partem exercitus Romani in Liddis susciperet, pro Antonij satisfactione. Romani quidem in delicijs erant, & ab armis quieti: Herodi uero minime uisum est otium habere, sed ad Iudæam fratrem suum Iosippum cum duobus milibus peditum, & quadringentis equitibus destinauit. Ipse uero cum ad Samariam peruenisset, & ibi deposuisset matrem & alios cognatos ab Massada deductos, ad Galilæam usque peruenit, capturus quædam loca, quæ custodes Antigoni præoccupassent. Perueniens autē in Sephoram, custodibus Antigoni fugatis, in abundantia prospera erat. Postinde cōtra quosdam latrones in speluncis habitantes, equitū alam & peditum tria agmina transmittit, quatenus prohiberent eos, ne latrocinium exercerent. Hæc autem iuxta uillam uocabulo Arbilon fiebant, ubi ipse quadragesimo die cum omni expeditione profectus est. Hostes uero cum conflixissent, uerterūt læuum cornu agminis eius, quos ipse inuadens fugauit, suos autem fugientes eo loco constituit: permansit uero contrarios persequens usq; ad Iordanem fluuiū, cum per alias & alias uias diffugerēt. Itaq; cum totam Galilæam cepisset, præter eos qui in speluncis habitabant, & diuisisset pecunias, unicuique uiro centum & quinquaginta dragmas præbens, ducibus autem multo plus, ad hyemalia eos loca remisit. Sub idem tempus & Silo simul cum suis ducibus ad eū uenit, eo quod uoluisset Antigonus alimenta per hyemalia cōstitutis præbere. Nam plus mense non eos pauit: sed misit in circuitu per prouinciam, præcipiens ut omnia dissipantes per montes confugerent, quatenus de necessarijs nihil habentes Romani fame consumerentur. Herodes uero prouidentiam eorū fratrem suum nouissimum habere præcepit, simul & Alexandrium oppidum muro circundare. Qui celerius abundantiam necessariorum militibus præparauit, & Alexandriū olim dirutū recōstruxit. Eodem tempore Antonius quidem Athenis morabatur. Per Syriam autem Ventidius Silonem accersens contra Parthos, primū quidem ei demendauit Herodem adiuuare, deinde uero ad se auxiliatores conuocare.

Bellum contra latrones.

Herodes totā Galilæa potitus.

De gestis Herodis circa latrones deletos, & alijs quibusdam prælijs ac periculis. Caput XXV.

CVm Herodes contra latrones in speluncis festinaret, Silonem quidem ad Ventidium transmisit, ipse uero contra illos expeditionem produxit. Erant enim latronum cubilia in montibus abruptis constituta, & per medium altissimos habentia transitus, saxis acutissimis circundatos, ubi cum omnibus suis fa-

miliaribus latebant. Rex autem arcas conſtruens, ferreis catenis ligatas, per machinam de uertice montis ſuper eos deponebat, dum nec ab inferioribus aſcendere propter acutum montem potuiſſent, neque de ſuperioribus contra eos deſcendere. Arcæ uero militibus armatis plenæ erant, falces longiſſimas habentibus, quibus reſiſtentes latrones abſtractos occidere prævalebant. Sed depoſitionem arcarum contigit incaute diſponi, dum nimis ad alta deſcendiſſent. Habebant etiam intus neceſſaria. Cum tamen arcæ depoſitæ fuiſſent, nec auderet quiſquam ab ſpeluncis exire, unus ex militibus gladio cinctus, & ambabus manibus catenam tenens ex qua arca pendebat, deſcendit in ſpeluncam, abhorrens moram non audentium exire latronum. Cumq; prope unam ſpeluncam ueniſſet, primum quidem iaculis multos fugauit, poſt autem falce reſiſtentes impellebat ad præcipitia ruere. Cumq; intus ingreſſus fuiſſet, multos occidit, & reuerſus in arca quieuit: timor uero reliquos gemitum audientes, & ſalutis deſperatio comprehendit. Rei uero terminum nox prohibuit: & multi rege concedente ſeſe ſubiectos tradiderunt. Eo modo & in poſterum conflictionibus uſi ſunt, ut ab ſpeluncis latrones exirent, & ante ianuas pugnarent. Milites autem in circuitu ſyluæ ignem miſerunt, & ita multos occiderunt. Tunc ſenex quidam intus cum ſeptem filijs & uxore relictus eſt, à quibus petitus quatenus eos ad hoſtes dimitteret exire, ſtans ſuper oſtium ſpeluncæ, unumquenque filiorum ſuorum exeuntem proſternit, uſquequo cunctos interemit, poſt autem & ſuam uxorem. Cumq; in præcipitio cadauera iactaſſet, ſuper illa ſe quoque dedit, mortem pro ſeruitute ſuſtinens: multáque prius in Herodem uociferatus, & infirmitatem exprobrans, licet rex dexteram ei tetendiſſet, & omnem licentiam promiſiſſet. Igitur his actis, iam omnes ſpeluncas obtinuerat rex. Vbi ducem Ptolemæum ordinans, ad Samariam cum ſexcentis equitibus & tribus milibus peditum diſceſſit, tanquam Antigonum expugnaturus. Ptolemæo uero non bene hæc militia ceſſit: ſiquidem hi qui prius Galilæam turbabant, inuadentes eum interemerunt. Cúmque hoc feciſſent, in nemoribus & in difficillimis locis confugiunt, prædantes & rapientes omnia: quos reuerſus Herodes puniuit. Nam multos tranſgreſſores interfecit: & eos qui in munitiſſimis locis confugerant, obſidione capiens occidit, & caſtella depoſuit. Mulctauit etiam ciuitates, rebellibus extinctis, centum talentis. Interea Pacoro bellis ruente, cum Parthi fugiſſent, mittit Ventidius Machæram adiutorem Herodi cum duabus cohortibus & mille equitibus, Antonij præceptis obſecutus. Machæra ſiquidem Antigono uocante præter ſententiam Herodis pecuniis corruptus properabat, exploraturus eius negotia. Cuius factionem ſuſpectam habens Antigonus, aduentum eius non ſuſcepit: ſed fundis eum prohibuit, & demonſtrauit eius uoluntatem. Quod ubi Machæra ſenſit, & Herodem optime ſibi perſuaſiſſe cognouit: ſeq; peccaſſe, non audientem ammonitionem illius, ad Samariam ciuitatem diſceſſit: Iudæos uero per uiam occurrentes amicos & inimicos proſtrauit, iratus in his quæ paſſus eſt. Rex autem his incitatus, ad Samariam perrexit. Vnde ad Antonium cum propter hæc deliberaret proficiſci, & ſuggerere quod talibus auxiliatoribus nõ egeret, qui magis ei quàm hoſtibus nocerent, ſeq; ipſum ſufficere ad expugnationem Antigoni, Machæra ſecutus ſup-

Induſtria Herodis contra latrones.

Audacia cuiuſdam militis.

Machæra Herodi uenit auxilio.

tus ſupplicabat ei ut permaneret: ſi tamen omnibus modis iturus eſſet, fratrem ſuum Ioſippum ſibi præponeret, ut debellaret Antigonum. Itaque petitus à Machæra, reconciliatur ei. Cúmque reliquiſſet Ioſippum cum militia, perſuaſit ei ne periditaretur, neque Machæræ aduerſaretur. Ipſe porrò ad Antonium feſtinauit, qui Samoſata oppidum iuxta Euphratem obſidebat cum equitibus & peditibus auxiliatoribus. Cúmq; ad Antiochiam peruenisſet, inueniſſetq; congregatos qui ad Antonium pergere feſtinabant, timore tamen quod in uia Barbari multos inuaderent & interimerent, non audentes tranſire, ipſe eos adhortatus, dux itineris factus eſt. Sed cum ante duas manſiones Samoſatorum ueniſſent, inſidiæ Barbarorum ibidem locatæ, euntes ad Antonium inuadebant. Nam ſpinis obſtruebant camporum aditus, ubi etiam equitum non paucos ocioſe ſedere Barbari diſpoſuerant: ut cum ad campum peruenirent, impetum ſuper eos facerent. Sed ubi primi tranſierunt, & retro obſeruaret Herodes, Barbari ſubito ab inſidijs uelut quingenti ſecuti, primos ad fugam uerterunt. Tunc rex impetum cum ſuis militibus in eos faciens, ſtatim hoſtes inuadit. Quos cum in fugam uertiſſet, audaciam ſuorum excitauit, & confidenter eos fecit reuerti, qui prius fugiebant. Tunc rege à tergo pugnante, undique Barbari circundati proſternebantur. Sed cum multa iam direpta fuiſſent uaſa uel ſarcinulæ uel mancipia, uniuerſa rex hæc eripiens pergebat. Porrò tamen cum multi de ſylua propinquante eo campis contra eum exiſſent, his cõfligens ipſe cum cohorte fortiſſima, uertit eos in fugam: multósque interimens, opportunam ſequentibus uiam præſtabat; qui ſaluatorem & propugnatorem eum uocauerunt. Cum autem prope Samoſata perrexiſſet, tranſmittit Antonius exercitum cum ornatu ad occurſum Herodis, hunc ei honorem tribuens auxilij cauſa. Nam Barbarorum inſidias, & impetum contra eos factum audierat. Cumque præſentem alacriter uidiſſet, & cognouiſſet ab eo quæ per uiam acciderant, amplectebatur, & uirtutem eius laudibus eferebat, & oſculabatur eum, & præponebat ſibi quem pauloante regem ipſe monſtrauerat. Sed cũ Antiochus nõ multo poſt oppidũ traderet, & à bello deſineret, Soſio quidẽ Antonius præcepit auxiliũ Herodi præbere, ipſe uero ad Aegyptũ diſceſſit. Tunc Soſius duas legiones cum Herode præmiſit ad Iudæam, ipſe etiam cum ampliore exercitu ſequebatur. Contigit uero Ioſippũ in Iudæa tali modo perire: Hic immemor præceptorum fratris ad Antonium euntis, exercitum per montes produxit, nam quinq; cohortes ei Machæra dederat ad Hierichuntem properanti, dum uellet triticum metere, & Romanis militibus nouis & bellorum inexpertis exiſtentibus, quorum multi ad Syriam delecti fuiſſent, aduerſarijs eum inuadentibus, relictus in difficilibus locis, fortiter pugnans interimitur, cunctum penè exercitum perdens: ſiquidem ſex turmæ extinctæ ſunt. Antigonus autem cum inimicos uiciſſet, caput Ioſippi incidit, quod quinquaginta talentis frater eius Pherora redemit. Sed iam poſt hæc deſerentes Galilæi potentes gentis ſuæ, ſocios Herodis in paludem mergebant. Multi quoq; & in Iudæa rebellauerunt. Machæra tamen oppidum Gutam munitiſſimum capit. Nuncij uero cum regi in Daphne Antiochiæ indicaſſent fratris caſum; & ipſo quidem hoc ſperante propter uiſiones, quas euidenter in ſomnis de morte fratris ſui uidiſſet,

Herodes ad Antonium properat.

Barbarorum inſidiæ.

Ioſippus in Iudæa perit.

Galilæi deficiũt ab Herode.

festinans proficiscebatur. Et cum ad montem Libanum peruenisset, octingentos exinde sumens, & habens etiam Romanum exercitum, ad Ptolemaidem peruenit: unde noctu surgens, cum expeditione Galilæam adijt. Cui cum hostes occurrissent, & prælio uicti fuissent, in aliquo oppido conduduntur, unde & prius egressi sunt, dum congressiones facerent, multa tempestate commotas. Nihilq; ualens conficere, exercitum ad uillas propinquas perducit. At cum ab Antonio secunda legio uenisset, hi qui oppidum tenebant, territi nocte ipsum relinquunt: & rex ad Hierichuntem urgebatur, ultionem exacturus pro fratre. Vbi cum profectus esset, potentissimos suos pauit. Post cõuiuium autem cum ad superiorem domum ascendisset, dimisit omnes qui præsentes erant, ubi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus subito cecidit, & neminem comprehendit. Vnde omnes crediderunt Herodem dei amatorem esse, dum tam maximum & mirandum periculum uelociter euitasset. Postero die aduersarij cum à summitate montium sex milia ad pugnam descenderent, timorem Romanis immiserunt. Qui cum accessissent, iaculis lapidibusque regis socios exeuntes uulnerabant, & ipsum quidam telo circa præcordia percussit. Antigonus autem ad Samariam ducem mittit Pappum nomine, cum aliquanto exercitu, cupiens hostibus opinionẽ de se tanquam de bellatore præstare. Machæra uero duci Pappo assidebat. Herodes autem quinque ciuitates cum cepisset, relictos ibi duo milia existentes interfecit, ipsasque ciuitates incendens, rediit contra Pappum, qui castra sua circa uillam Assanam uocabulo disposuit. Dumque multi confluerent ad eum ab Hierichunte, & ab Iudæa, iuxta hostes accessit, eosque audacter percurrentes cum eis confligens deuicit. Quos persequens, pro fratris sui uindicta occidebat. Quorum multi cum in domibus armati confugissent, tectis aulis, desuper lapidibus eos oppressit. Quod factum aduersariorum magis animos confregit, sperantium futura deteriora existere. Nam non latuit multitudo ad uillam fugientium: & nisi tunc tempestas grandis descendisset, & rex ad Hierosolymam exercitũ de uictoria confidentem destinasset, omne opus tunc perfecisset, Antigono iam fugam meditante, & à ciuitate discedere. Rex autem uespere facto, cœnare milites præcepit. Ipse uero cum in quandam domum lassus intrasset, ubi balneum erat, penè maximum periculum incidit: quod prouidentia dei uitauit. Nam nudum & cum uno sequente puero lauantem, hostium quidam, qui armati in eadem domo præ timore cælati fuerant, inuadunt. Quorum unus exijt gladium tenens, & per ianuam currit, & post hunc secundus & tertius similiter armati, nihil tamen regem læserunt. Postero tamen die interempti Pappi caput Pherora decidens pro ultione fratris, Herodi transmisit. Nam is manu sua illius interfector extiterat. Desinente uero hyeme regressus inde, prope Hierosolymam peruenit, & iuxta ciuitatem castra sua locauit: tertio regni sui anno, ex quo Romæ ordinatus erat. Postea rursus sua castra iuxta murum accedens transmigrauit, unde potuisset ante templum ciuitas expugnari, sicut & prius à Pompeio: & tribus aggeribus locum circundans, turres erexit. Cúmq; multa manu ad opus usus fuisset, & syluam decidisset, & opportunos operantibus præposuisset, ipse ad Samariam pro nuptijs discessit, ducturus Alexandri filij Aristobuli filiam: nam

Res miratione digna.

Herodes telo uulneratus est

Herodes in balneo.

Nuptiæ Herodis.

am:nam hanc ſibi deſponſauerat,ſicut & prius retulimus.

Quomodo Herodes Hieroſolymam expugnauerit. Cap. XXVI.

POſt nuptias autem uenit Soſius per Phœnicem,cum exercitum per meditera neam præmiſiſſet: uenit etiam multitudo equitum & peditum. Tunc rex quoq; regreſſus eſt à Samaria,non paruam ſuper priorem expeditionem produ cens: ſiquidem triginta milia fuerant.Omnes autem prope Hieroſolymorũ muros congregabantur, ubi circunſidebant per aquilonis partem muros ciuitatis. Quorũ exercitus erat undecim cohortes peditũ, & ſex milia equitum, necnon & auxiliatores*Syri,& duo duces:Soſius quidẽ,ab Antonio miſſus auxiliator:Herodes aũt decertabat pro ſe,quatenus ab Antigono principatũ reciperet,qui Rõmæ dudum hoſtis fuerat iudicatus, & pro illo rex Herodes per ſenatuſconſultũ ordinatus.Cum multa autem alacritate uel certaminibus Iudæi, qui intra muros conduſi fuerant,Herodi repugnabant,multáq; pro templo diuulgabant:& multa pro ſolatijs populi,tanquam libetante eos à periculis deo: & omnia foras ciuitatem deſtruebant, ne quid alimenti uel hominum uel iumentorum relinquerẽtur:& latrocinijs furtim uſi,inopiam eis parabant. Quæ cum Herodes proſpexiſſet, aduerſus latrocinia quidem in opportuniſſimis locis inſidias parauit: de expenſis autem longius agmina militum tranſmittens,uenalia congregabat:ut intra paucum tempus multam affluentiam eis neceſſariorum faceret abundare: manuq; multa frequenter operantes, tres aggeres citius eriguntur. Aeſtas enim erat,& nullum ab operantibus impedimentum fiebat: ſed machinamenta inferentes, murum permouebant, & omnibus experimentis utebantur: nec tamẽ terrebant intra ciuitatem exiſtentes. Nam illi reſiſtentes, contra iſtos non paruã excogitabant: quædam adhuc imperfecta inſtrumenta, alia uero perfecta comburentes.Cumq; ad manus ueniſſent, nõ minores Romanis audendo fuerunt, niſi quia diſciplina deerat militaris aduerſum machinas. Nanq; muros conſtruebant,iam prioribus ædificijs euerſis:& ſub terram fodientibus occurrentes confligebant: deſperatione tamen potius quàm prouidentia belli uſq; ad ultimũ permanebant,licet magna expeditione obſeſſi,uel fame fatigati, uel inopia neceſſariorum fuiſſent exhauſti.Nam ſeptimus tunc annus acciderat. Interea aſcendũt quidem ſuper murũ uiginti priores,poſtea uero centuriones Soſij. Nam primus murus iam captus fuerat diebus quadraginta,ſecundus autem quindecim,& aliquæ circa templum porticus incenſæ ſunt:quas*Herodem Antigonus interdiſſe dicebat,odium ei mercatus Iudæorum.Sed poſt dum capta exterior pars templi fuiſſet,& inferior ciuitas, ad interius ſacrarium & ad ſuperiorem ciuitatem Iudæi confugerunt. Cumq; timuiſſent, ne prohiberent eos Romani deo quotidianas immolationes offerre, per legatos ſupplicabant, permitti uictimas ſolitas introduci.Herodes autem dum putaret eos iam quieuiſſe,conſenſit.Sed cum nihil uideret fieri quæ putáſſet,imò fortiter repugnare pro Antigoni principatu, inſtanter accedens,ciuitatem expugnat.& omnia ſtatim interneciõibus ſunt completa. Siquidem Romani pro mora obſidionis iraſcebantur,Herodes autem nullos ex Iudæis aduerſarios relinqui uolebat. Occidebant igitur per uicos & per domos quoſcunque inueniſſent,fugantes eos, & in templo concludentes: neque infanti-

Alias Tyrij.

Alias, Herodes Antigonũ.

 bus,neq;

bus,neq; ſenibus,neq; infirmitati mulierum miſericordiam præſtantes. Sed & re ge deſtinante & petente ut parcerẽt, nemo fuit qui dextram retineret immotam, ſed furioſi cunctam ætatem extinguebant. Vnde & Antigonus nec priorem nec præſentem fortunam conſiderans,à turre deſcendit,& procidit ante pedes Soſij. Ille tamen nequaquam eius miſertus pro calamitate,ſed plauſibus incontinenter uſus.Antigonam cum tanquam fœminam nominauit, quem non ut mulierem ſine cuſtodia remiſit.Et ille quidem ligatus cuſtodiebatur.Herodes autem proui debat prohibendo alienigenas auxiliatores.Nam feſtinabat multitudo peregri na templum uidere,& ſancta in ſacrario cõſtituta.Rex autem quoſdam petens, aliꝭ interminatus,multos autem & armis uetebat: perditionem priorem uicto riam æſtimans, ſi quid inuiſibilium uiſum fuiſſet. Reſecabat etiam rapinas ciui tatis, multum contra Soſium altercatus,dicendo: Si pecuniꝭ & hominibus Ro mani ciuitatem euacuauerint, deſertionis me regem relinquent: ſed & tantis ci uibus proſtratis, breuem uniuerſi mundi principatum iudicari, pro repenſatio ne necis huiuſmodi. Ille uero cum pro obſeſſione militibus iuſte prædam per mitti dixiſſet, reſpondit ipſe ſe pecunias de ſuo pro mercede ſingulis præſtatu rum,& ita reliquam ciuitatem promiſſionibus completis liberauit. Nam ita mu nificenter ſingulis militibus & ducibus merito regali, & ipſi Soſio donauit, ut omnes pleni pecuniꝭ abirent. Hæc paſſio Hieroſolymorum urbi contigit, con ſulibus Marco Agrippa & Canidio Gallo,centeſima & octogeſimaquinta olym piade, tertio menſe, in celebratione ieiuniorum, tanquam reuerſa calamitate quæ ſub Pompeio Iudæis illata eſt. Nam & tunc eodem die capti ante uigintiſe ptem annos eſſe noſcuntur. Soſius uero cum auream deo coronam deuouiſſet, reuerſus ab Hieroſolymis, Antigonum ligatum ad Antonium perduxit. Hero des quoque ueritus ne cuſtoditus Antigonus ab Antonio, & Romam perdu ctus,allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regalibus deſcenden tem, Herodem autem priuatum: & quod oporteret filios eius regnare propter genus,ſi ipſe Romanis peccaſſet: multis pecuniꝭ compulit Antonium, ut Anti gonus interficeretur. Quod cum factum fuiſſet, Herodes quidem timorem de poſuit. Deſtitit autem hoc modo Aſamonæi principatus poſt centum uiginti ſex annos. Nam de familia dariſſima,& nobiliſſimo genere,uel honore ſacerdo tali fuerat.Cum multa pro gente Iudaica parentes egiſſent, proprer mutuam ſe ditionem principatum amiſerunt. Tranſijt autem ad Herodem Antipatri filium de familia populari,& genere priuato,& ſubiecto regibus.Nos igitur hunc termi num cognationis Aſamonæorum accepimus.

Antigonus tradit ſe Soſio.

Herodes deſe dit templũ à militibus.

Aliàs.ſeptem.

Flauij

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Herodis auaritia & morte Antigoni. Caput I.

OSius quidē & Herodes qualiter Hieroſolymam ceperint, necnon & Antigonum captiuum, in ſuperiori uolumine demonſtrauimus: ſequentia uero nunc explanabo. Cum totius Iudææ principatum Herodes ſumpſiſſet, quantoſcunq; priuatos ſui fautores inuenit, in dignitatibus eos conſtituit: illos autem qui cōtraria elegerant, nō deſtitit tormentis ſingulis diebus afficere. Honorabantur autem apud eum Pollio Phariſæus, & Sameus diſcipulus illius. Siquidem obſeſſis Hieroſolymitis, iſti perſuadebant Herodem ſuſcipi, pro quo & compenſatione gratiarū fruebantur. Nam hic erat Sameus, qui quondam in iudicio dum Herodi peperciſſet Hyrcanus, prædixerat improperans ei & iudicibus, quod Herodes liberatus eos omnes perſequeretur: quod & factum eſt, deo ſermones illius adimplente. Eodem tempore cum Hieroſolymam ueniſſet Herodes, omnem ornatum ciuium auferens, in aula colligebat. Ex quo multum pondus argenti & auri Antonio uel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadragintaquinq; priores partes Antigoni. Nam cuſtodes per portas muri diſpoſuerat, ne quid deportari poſſet cum defunctis. Mortui uero dum excrutarentur, ſiquid argenti aut auri, uel aliud neceſſarium fuiſſet inuentum, regi ferebatur: nullus uero malorum terminus erat. Nam auaritia rectoris male conquiſita, deterius expendebat. Prouincia autem inculta permanſit, ſeptimo anno cogente, in quo agriculturam exercere illicitum nobis eſſe probauimus. Antonius itaq; cum captiuum Antigonum ſuſcepiſſet, deliberauit ligatum in triumpho ſeruare. Sed audiens gentem rebellare Antigono fauentē, doniſque Herodis redemptus, indicauit in Antiochia illum perimere, quia nullatenus Iudæi quieſcerent. Quod teſtimonio Strabonis Cappadocis confirmatur, ita dicentis: Antonius Antigonum Iudæum in Antiochia perductum interfecit. Et uiſus eſt hic primus Romanorum, regem occidiſſe: dum non æſtimaret alio modo ſententias Iudæorum flectere, quatenus ſuſciperent pro illo conſtitutum regem. Nam nec tormentis ſubditi, regem eum appellari patiebantur, tanquam magnum aliquid de priore principe retinentes. Infamiam igitur uel odium Herodis ita minuere putauit. Hæc quidem Strabo. *Strabo.*

De reditu Hyrcani ad Herodem à Parthis, & ambitione principatus Sacerdotij, & Ariſtobuli pulchritudine Caput II.

CVm uero Herodem principatum tenuiſſe Hyrcanus princeps ſacerdotum audiſſet, qui captiuus apud Parthos tenebatur, rediit ad Herodem, de captiuitate tali modo ſolutus: Barzafarmanes & Pacorus Parthorum duces, cum captiuos Hyrcanum principem ſacerdotum prius conſtitutum, poſt autem & re-

gem,& fratrem Herodis Phaselũ ad Parthos perducerent:Phaselus nõ tolerans uinculorũ obprobriũ,& omni uitæ suæ præponens mortem glorioſam,ipse suus peremptor,ſicut prædictũ eſt, apparuit. Hyrcanũ uero ad Parthos perductum, Phraates Parthorũ princeps modeſtius attendebat,dũ nobilitatẽ proſapiæ eius audiſſet.Quapropter remiſſum à uinculis, Babyloniæ habitare conceſſit: ubi & multitudo Iudæorũ Hyrcanũ tanq; principẽ ſacerdotũ & regem, & omnes uſq; ad Euphratem Iudæi habitantes honorabant.Qui dum his frueretur,& audiret Herodem principatũ ſuſcepiſſe,mutauit ſpem ſuam,ab initio ei amiciſſimus exiſtens:quem & gratiæ memorẽ putauit,quod eum à quæſtione & mortis damnatione,uel periculo tormentisq; liberaſſet.Sermones ergo Iudæis proferebat,feſtinando ad eum proficiſci.Qui uetabant, & rogabant eum permanere, dicentes, quod officiorũ ſimul & honoris in ſacerdotali uel principali dignitate nihil apud eos minus habuiſſet: præſertim dum nihil ab Hieroſolymitanis poſſet mereri p diminutione corporis,quam ab Antigono pertuliſſet.Retributiones autem nõ ſimiles à regibus dantur,quas priuati à benefactoribus acceperũt: nam mutat eos fortunæ prouentus. Talia cum ei ſuggererent,Hyrcanus deſiderio eundi tenebatur.Cui ſcribens Herodes,petebat eum Phraati & illic Iudæis habitantibus ſupplicare,quatenus nõ inuiderent ei unà ſecum cõmune regnũ poſſidere.Nam tempus extitiſſe dicebat,quo ipſe gratias redderet pro beneficijs, cum ab eo nutritus & ſaluatus eſſet.Hæc ſcribens Hyrcano,mittit ad Phraatem legatũ Saramallum, & dona multa,ſupplicans,ne impediret gratias reddere, quas pro beneficio deberet.Erat autem ſtudiũ eius nõ pro hoc tantũ: ſed quoniam præter meritũ principatum obtinuerat,timebat ne illi rationabiliter auferretur:& Hyrcanũ properabat ſub poteſtate ſua redigere,uel penitus eum diſperdere,quod poſtea fecit.Tũc tamen flexo Partho, pecuniasq; Iudæis ei dantibus ut ueniret, cum omni eum honore ſuſcepit: & in conuentu primum ei locum, & in conuiuijs primum lectũ concedebat: quem etiam decipiebat patrem uocando, & omnibus modis inſidias inopinatas ei parabat. Diſponebat etiam reliquas cum eo ſui principatus utilitates,unde & in familia eius ſeditio exarſit. Nam dum obſeruaret ne nobiliſſimus quidam princeps ſacerdotum dei haberetur, inuitauit aliquem ex ignobiliſſimis ſacerdotem de Babylone,nomine Ananelum, & huic principatum ſacerdotij deſignauit. Quod non pertulit Alexandra filia Hyrcani, uxor Alexandri filij Ariſtobuli regis, ex quo filios habuit: unum quidem pulcherrimum Ariſtobulum nomine, & Herodis iugalem Mariamnem,forma nobiliſſimam. Turbata ergo & moleſte ferens infamiam filij, quod illo ſuperſtite alter aduena principatum ſacerdotij meruiſſet, ſcribit Claopatræ, quodam ſodali ſuo literas deportante, ut peteret Antonium principatum ſacerdotij filio ſuo præſtare. Sed & Antonio negligente petitionem, amicus eius Gellius ad Iudæam cum propter aliquas cauſas peruenisſet, & uidiſſet Ariſtobuli pulchritudinem & magnitudinem & iuuentutem, mirabatur: non minus etiam Mariamnem regi cohabitantem ſtupebat. Vnde Alexandram bonorum liberorum matrem exiſtimans, & ad ſermonem eius ueniens, flectit eam pingere amborum imagines, & Antonio deſtinare, dicens, cum eas uiderit, petitiones eius modis omnibus adim-

Ananelus conſtituitur ſacerdos ab Herode.

De Gellio, & pulchritudine Ariſtobuli.

plebis

plebit. His elata uerbis Alexandra, imagines Antonio direxit. Cui Gellius referebat dicens, non ab homine putari, ſed à quodam deo eſſe liberos Alexandræ, dum uellet ad libidines Antonium emollire. Qui puellam quidem accerſere erubuit Herodi nuptam, uerumetiam Cleopatram metuens contriſtari. Scripſit ergo puerum tranſmitti cum honore, addens, niſi graue uiſum foret. His deportatis ad Herodem literis, non cautum exiſtimauit iuuenem excellentem Ariſtobulum, & tunc iam ſedecim annos ducentem, genere nobiliſſimo, ad Antonium deſtinare potentiſſimum Romanorum, & paratum ſuæ luxuriæ ſupponere puerum, qui etiam libidinoſior per potentiam exiſtebat. Reſcripſit ergo dicens: Si puer exierit à prouincia, ſtatim omnia bellis uel ſeditionibus complebuntur, Iudæis ſperantibus rerum nouarum mutationem. Quibus reſcriptis cum Antonio excuſaſſet, iudicauit nõ ultra puerum uel Alexandram humiliare: ſed etiam uxore ſua Mariamne ualde petente, quatenus fratri ſuo principatum ſacerdotij redderet: quod prodeſſe arbitrata eſt, dum nec ad Antoniũ proficiſci poſſet tali præditus adoleſcens honore. Conuentum itaq; faciens amicorum, multum Alexandram accuſabat, dicendo, latenter inſidias egiſſe pro principatu, dum per Cleopatram ageret, quatenus ipſe quidem regno priuaretur, puer autem pro ipſo rerum adminiſtrationem ab Antonio ſuſciperet: & hæc quidem illam non iuſte poſtulaſſe, quod & filiam ſuam à poſſeſſo iam honore priuaret, & ſeditiones in regno moueret, cum multum ipſe laboraſſet ut poſſideret multis & non fortuitis periculis, uerumetiam nullatenus memor ipſe malorum illius, ſed beneuolus circa eos eſſet, & nunc puero principatum ſacerdotij præberet: ideoq; olim ordinaſſe dicebat Ananelum, quod ualde puer eſſet Ariſtobulus. Cum tamen hæc non incaute dixiſſet, ſed pro deceptione mulierum & præſentia amicorum, læta ex non ſperatis Alexandra cum lachrymis ſatisfecit: dicens, de ſacerdotio quidem omnia pro infamia ſe feſtinaſſe: regnum uero nec deſideraſſe, inquit: nec ſi oblatum eſſet, cupide ſuſcepiſſe: cum & nunc nimium honorem habeam propter principatum eius & tutelam, cuius uirtute totum genus meum effulget honoribus: nunc quoque beneficijs uicta, ſuſcipio filij honorem, & in poſterum ad omnia ero ſubiecta. Petebat uero, ut ſi quid propter genus & præſentem ſibi fiduciam temerarium pro indignatione feciſſet, ignoſceret. Poſtquam autem locuti ſunt, dextris datis reconciliantur, omni ſuſpicione ut uidebatur ſublata.

Notatur M. Antonius impudicitiæ.

De interfectione Ariſtobuli, & Herodis amore in Mariamnen. Caput III.

ITaq; rex Herodes ſtatim principatu ſacerdotij Ananelum præter legem exuit, ſeditiones domeſticas pacando: nam non licebat aliquem honore ſemel accepto fraudari, quod prius Antiochus Epiphanes deſtruxit, dum auferret ab Ieſu ſacerdotiũ, & ordinaret fratrem eius Oniam: ſecundus autem Ariſtobulus Hyrcanum fratrem ſuum priuauit: tertius Herodes principatum ſacerdotij adoleſcenti tradidit Ariſtobulo. Et tunc quidem putauit ſedaſſe contentionem. Et licet reconciliati fuiſſent, non tamen ſecurus degebat, dum Alexandram ex præteritis conatibus, ne tempus nouarum rerum caperet, ualde timeret. Quapropter præcepit eam ita in aula conuerſari, ut nihil ſub poteſtate ſua haberet: diligenter etiam cuſtodiebatur occulte, ne quid præter quotidianam conuerſationem niteretur:

Sacerdotium Herodes tradit Ariſtobulo

quæ

quæ paulatim magis illam exacerbabant, & in odio ſuſcitabant: nam ſuperbia muliebris diligentiam cuſtodiæ indignabatur habere, dum omnia potius uellet pati quàm fiducia priuari, & fucoſum honorem cum ſeruitute uel metu poſſidere. Ad Cleopatram igitur, in quibus exiſteret, frequenter ſe lamentando deſtinabat, poſtulans ſibi auxilium præberi. Quæ iuſſit ei furtim cum filio in Aegyptum ad ſe confugere. Cumque hoc ei placuiſſet, tale aliquid excogitauit: Duo locula tanquam pro mortuorum exequijs parauit, in quibus & ſeipſam & filium mitti dixit: præcipiens conſcijs famulis ea noctu deferre, & exinde uiam ad mare facere, ubi nauim qua nauigarent ad Aegyptum, præparatam haberet. Hæc Sabioni amico Alexandræ Aeſopus ſeruus eius edixit: Quod cum Sabio audiſſet, & inimicus Herodis eſſet, quod inter inſidiatores Antipatri de ueneno conſcius putaretur, odium lenire pro indicationis fauore putauit: & regi nunciat inſidias Alexandræ. Qui cum iam uſque ad conatum procedere dimiliſſet, in ipſo facinoris opere detinuit, ſed inuitus conceſſit culpam, dum putaret nullatenus Cleopatram ceſſare, ſi contra ſe cauſam inueniſſet. Palàm ergo magnanimitate uel modeſtia ueniam ei largitus eſt. Propoſuit tamen omnibus modis aduleſcentem perimere, non tam cito, propter ueriſimilem diſſimulationem. Cum ergo tabernaculorum feſtiuitas ueniſſet, quæ apud nos cum ſumma ueneratione celebratur, tunc quidem diſtulit, & in delicijs ipſe & reliqua multitudo degebat: mouit tamen eum feſtinare uoluntatem ſuam conficere inuidia. Nam dum aduleſcens Ariſtobulus decimum & octauum annum ducens, ſecundum legem ſuper aram aſcenderet uictimas immolaturus, & ornatu ſacerdotali circundatus, celebraret religionis conſequentia, magnitudinem ſuper ætatem oſtendens, necnon & generis dignitatem, populi concitauit fauorem, & Ariſtobuli aui ſui præſens memoriam eis reduxit. Qui paulatim iritati, uoluntates ſuas iam demonſtrabant, gaudentes ſimul & lætitia perfuſi, uoceſque laudabiles in eum orationibus mixtas emittebant, ut manifeſtus fieret populi fauor & temerarius, ſub regno utiq; conſtituti, cum aliorum præterita beneficia memorarent. Inter hæc omnia, ſtatuit Herodes uoluntatem quam in aduleſcentem habuiſſet implere. Celebratione autem tranſacta, dum in Hierichunte maneret, & in conuiuium eos Alexandra peteret, Herodes adulabatur aduleſcenti, & illiciebat ad affluentiam potionis, paratus concludere, uel iuueniliter ad gratiam illius iocari: & loco æſtiuo illic exiſtente, collecti ſimul exierunt refrigerium captantes. Cumque fontibus aſſiſterent, calorem meridianum aura temperare, prius quidem natantes ſeruos & amicos proſpiciebant: poſt autem cum aduleſcens iritaretur, Herodis amici, quibus hoc præceptum fuerat, tenebris iam tenentibus, ſæpe eum mergentes tanq; cum eo ludentes, non emiſerunt, uſquequo eum preſſum fontibus ſuffocarent. Ariſtobulus quidem ita extinctus eſt, decimum & octauum annum agens ætatis, cum principatum ſacerdotij anno non amplius tenuiſſet, quem rurſus Ananelus ſuſcepit. Quo malo mulieribus nunciato, inceſſabilis eas ſtatim dolor defuncti inuaſit. Ciuitas etiam rumore delato, lamentis cuncta completa eſt, omnibus calamitatem tanquam propriam & non alienam dolentibus. Alexandra uero plus conſumebatur conſcientia peremptionis: nam dolorem ampliorem

Cõſpiratio Alexandræ & Cleopatræ in Herodem.

Ariſtobulus dolo Herodis ſubmergitur.

ab ipſo

ab ipſo funeris actu ferebat. Sed ſuſtinere neceſſarium putauit, licet ſæpius ſua manu uitam finire niteretur: deſijt tamen ſi poſſet uiuens ſufficere ad ultionem inſidiarum perempti. Vnde potius ſuam uitam tenebat, ne daret ſuſpitionem filium ſuum inſidijs perijſſe: per hanc enim diſſimulationem ſperauit ſatius ſe opportuno tempore uindicare. Illa quidem ſic continenter dolorem tolerabat. Herodes autem omnibus ueriſimilis uidebatur non inſidiarum adu- *Diſſimulatio Herodis.*
leſcentis autor extitiſſe. Nam non tantum quæ ad funus pertinerent peragebat, ſed etiam lachrymis uſus animæ confuſionem ueram eſſe monſtrabat. Interdum etiam & dolore uincente, eum ex aſpectu pulchritudinis plangebat, & licet adule ſcentis mors pro eius tutela putaretur, manifeſtum tamen erat, quod pro ſatisfactione iſta faceret: Siquidem munificenter exequias eius honorans, multum apparatum circa locellos, & multitudinem aromatum fecit: nimiumq; ornatum ſimul ſepelijt, ut dolorem mulierũ penè deleret, & ſolaretur eas per iſtam partem. Alexandram tamen nihil tale deuicit, ſed ſemper mali memoriam mœſtitia incitabat: & ſcripſit Cleopatræ Herodis inſidias, & filij perditionem. Quæ dum feſti- *Cleopatra indutat animũ Antonij in Herodem.*
naret petenti ſubuenire, calamitates Alexandræ miſerata, propriam omnem cauſam confecit, & petere Antonium uindicare aduleſcentis interitum non ceſſabat, cum diceret nõ eſſe dignum, Herodem per eum regem ſtatutum in regno, quod non ad eum pertineret, qui in ueros reges tales iniquitates oſtenderet. Quibus cum flexus eſſet Antonius, ad Laodiciam perueniens mittit præcipiens Herodẽ ad ſe proficiſci, ſibiq; pro morte Ariſtobuli ſatisfacere: nam non recte inſidiæ confectæ per eum extitiſſent. Qui cum cauſam timuiſſet, & Cleopatræ contrarietatem, quæ non ceſſabat Antonio ſuadẽdo quatenus eum damnaret, ſtatuit quidẽ obedire: nam nihil aliud erat quod ageret. Cumq; patruum ſuum Ioſippũ procuratorem regni & rerum reliquiſſet, demandauit ei ſecrete, ut ſi quid ab Antonio *Inſanus Herodis erga uxorem amor*
paſſus eſſet, cõtinuo Mariamnen occideret. Nam dilexiſſe uxorem profitebatur, & timuiſſe ne contumeliam poſt eius mortem pateretur, dum per pulchritudinẽ illius ab alijs deſiderari poſſet: per quæ demonſtrabat impetum Antonij quem in eam habuiſſet, cum olim de pulchritudine illius audiſſet. Herodes quidem hæc præcipiens, ſpe incerta ad Antonium perrexit. Ioſippus autem cum in diſpenſatione rerum regni ſtatutus eſſet, & propter hoc frequenter Mariamnen conueniret, & de negotijs honoris cauſa reginam percontaretur, fauorem & amorem circa eam Herodis inſeruit. Mulieres autem cum illum adulationibus emolliſſent, plus autem ab Alexandra ſeductus Ioſippus, ſententiam regis demonſtrauit, & mandatum explanauit, dum fidem illis uellet facere, quod nec poſt mortem ſine ipſa poſſet uiuere: dum diceret, ut ſi quid acerbum ab Antonio pateretur, non ſufferret ab ea nec poſt interitum ſeparari. Hæc quidem Ioſippus. Mulieres autem non hoc amorem affectus Herodis putauerunt: ſed timuerunt, ne reuerſus tyrannica crudelitate ſibi mortem inferret, ideóque de uerbo ſuſpicionem non paruam perceperunt. Eodem tempore rumor in ciuitate Hieroſolymorum ab inimicis Herodis diſperſus eſt, quod Antonius tormentis eum affeciſſet & occidiſſet. Quæ fama cunctos quidem in aula turbauit, plus uero mulieres. Tum Alexandra Ioſippum flectit, ut cum ipſis ad Romana ſigna confugeret:

confugeret: nam Romanum agmen tunc iuxta ciuitatem ſub duce Iulio pro regni cuſtodia caſtra poſuerat: dicens, primum ſi qua turba in aula concurrerit, ipſæ in tuto exiſterent, dum Romanos propitios haberent: præterea ſi Mariamnen Antonius perſpexerit, principatum recipere ſperamus, nec in aliquod poſtea ſeruitium de propagine regij generis deſcendemus. Cum has rationes fugæ cogitaſſent, literæ ab Herode de omnibus ſuis cauſis deportantur, priori rumori contrariæ. Nam cum ad Antonium peruenisſet, confeſtim eum donis de Hieroſolymis deportatis reconciliauit: & ſermonibus dicere compulit, ut nequaquam contrarie quiddam de ſe haberet, & Cleopatræ uerba nihil aduerſus ſuam ſatisfactionem ualere. Nam non, inquit, iuſtum eſt Antonius, ut rex de ſuo principatu depoſitus pœnam luat: quia qui honorem ei dederunt, ipſi ei uti poteſtate permiſerunt. Quo dicto flexa eſt Cleopatra, ſciens nequaquam alienum principatum ſcrutari prodeſſe. Cum de his ſcriberet Herodes, alioſque narraret honores, quos ab Antonio in conuentu uel in conuiuijs quotidianis haberet, & hæc tamen obtineret, licet in accuſationibus Cleopatra meleſta nimis exiſteret, quæ prouinciæ deſiderio omnibus modis perire illum feſtinaret: ſed quia Antonium iuſtum circa ſe cognoſceret, nihil horum difficillimum ſperaret: quod autem tardaret, fauore firmiore circa ſe Antonij, ſperaret Cleopatræ reconciliari animo poſſe, & ſe hoc facere dicebat: nam Antonium petitiones ſuas adimpleſſe, & ſibi inferiorem Syriam conceſſiſſe denunciauit: & per hoc ſolatium refutaret, & reijceret appellationes quas Cleopatra pro Iudæa feciſſet. Cum hæ literæ ueniſſent, deſierunt ab impetu, quem tanquam de mortuo habuiſſent, ut ad Romana ſigna confugerent: non tamen earum latuit uoluntas. Nam præceſſit Antonium rex ad Parthos euntem, & ad Iudæam reuertitur: ſtatimque ſoror eius Salome, matérque, eorum conſilium quod habuiſſet Alexandra cum ſuis aperuerunt: Salome uero & contra maritum Ioſippum accuſationem protulit dicens, quod cum Mariamne frequenter conueniſſet. Hæc uero dicebat inimicitiarũ cauſa, quod frequenter ignobilitatem generis eius in iurgio deprauaret. Herodes autem callidus ſemper, & nimis Mariamnen amans, licet ſtatim conturbatus fuiſſet, non tamen patitur amore Mariamnes aliquid temerarium in ea cõficere: ſed in utroque anxius, ſecrete eam inquirit, utrum uerum eſſet de Ioſippo quod audierat, an falſum. Illa uero cum iuramento affirmante, & ſatisfaciente, quod in nullo peccato fuiſſet ei commixta: paulatim rex deflectitur, & ira deleta coniugis amore ſuperatur, ut & iam ſatis factũ ſibi de his crederet quæ audiſſet, & honeſtati eius multas ageret gratias: fauorem quoque quem erga ipſam uel amorem haberet pandebat: & qualia ſæpe amantibus contingunt, collachrymabant inuicem, magno ſtudio ſeſe pariter diligentes. Cum uero rex ſuum affectum iam prætermiſſa æmulatione confirmaſſet, nõ amantis eſt, inquit Mariamne, quod mandaueras Ioſippo, ut ſi quid patereris ab Antonio moleſtum, me perimeret, quæ nihil tibi pecaſſem. Quod uerbum, ut audiuit Herodes, exardeſcens in furorem, ſtatim eam ab amplexu dimiſit, clamans, & ſuos capillos dilacerans: dicendo manifeſtum ſignum cepiſſe, Ioſippum cum ea habuiſſe communionem: nam nullatenus prodidiſſet, quod ſecrete audierat, niſi maxima fides illis interfuiſſet:

credenſque

credensq; de crimine, penè ſuam interfeciſſet uxorem: niſi uictus amore, furoris impetum refrenaſſet, ſeipſum conſumens: Ioſippum tamen ulterius, nec ad ſuam faciem uenire permiſit: Alexandram uero tanquam totius mali cauſam ſeruari præcepit.

De malicia Cleopatræ & Herodis uirtute. Caput IIII.

INterea per Syriam turba commouebatur. Cleopatra nõ deſiſtẽte Antonium flectere, quatenus omnibus oppreſſis potentiã ſingulorum ablatam ſibi donaret: multumq; ualebat, deſiderio ſui illo inflammato: quæ cũ natura auara exiſteret, nihil iniuſtum reliquit. Siquidem fratrẽ ſuum, quem iam habiturum regnũ ſciret, uenenis aggreſſa conſumpſerat, quintum & decimum ætatis annum agẽtem: ſororem autem Arſinoën Epheſi ad templum Dianæ confugientem, per Antonium extinxit. Iam pecuniarum gratia & templum, & corpora uiolabat: neq; ſacrarium tam caſtum fuit, aut aſyli priuilegio tutum, cuius ornatum ipſa non abſtulit: nec tam profanum uel inceſtum, quod ſolum potuiſſet auaritiæ illius ſatisfacere. Et cũ omnia expoliaret, fœmineis cupiditatibus nullatenus ſatisfaciebat: ſiquidem cuncta deeſſe ſuis deſiderijs ſemper putabat. Quapropter & Antoniũ compellebat aliquid ab alijs auferentem ſibi donare. Nam cum tranſiſſet ad Syriam cum eo, & eam cogitaret poſſidere: Lyſaniam quidem Ptolemæi filium accuſans, quia Parthos contra Rempublicam duxiſſet, occidit. Petijt autem ab Antonio etiam Iudææ & Arabiæ reges occidi. Antonius autem cum ex omnibus amore fœminæ uictus eſſet, ut non tantũ uerbis, ſed etiam uenenis uideretur obedire, manifeſtam quidem iniquitatem uidens, petebat eam, ne ſe tantum ut peccaret compelleret, ne cuncta negaret ei: nec quanta illa præcepiſſet perficiens, palàm iniquus uideretur. Ideoq; partes prouinciæ uniuſcuiuſq; recolẽs, donauit ei: præſtãs etiam ciuitates quæ intra fluuium Eleutherum uſq; ad Aegyptum erãt, excepto Tyro & Sidone, quas à maioribus liberas eſſe cognouerat, licet multum eum illa ſibi eas præbere ſupplicaſſet. Cũ hæc Cleopatra obtinuiſſet, & deduxiſſet Antonium uſq; ad Euphratem contra Armenios euntem, reuertitur: & intrat Apamcam & Damaſcum, inde etiam in Iudæam peruenit. Quam cum Herodes ſuſcepiſſet, conduxit ab ea reditus Hiericuntis: nam balſamum terra illa generat, quod pretioſiſſimum eſt, & nuſquã alibi naſcitur, & palmas multas & optimas. Et dũ multum tempus faceret cum Herode, tẽtabat cum eo concumbere: nã natura liter & euidenter libidine exardebat: forſan tamen & aliquid amatoriũ paſſa eſt: ſed quod ueriſimilius eſt, regno eius inſidiabatur, ſi quo modo iniuriam in ſe factam poſſet pro accuſatione adipiſci: deſiderio uero quaſi uictã ſe eſſe demonſtrabat. Herodes autem licet olim nullatenus faueret Cleopatræ, dum ſciret eam omnibus eſſe moleſtam, tunc tamen & ampliori odio eius detentus, quod per luxuriam uellet illa inſidias ei parare, uerba quidem eius in præſenti refutauit: conſilium uero cum amicis ſuis ſumpſit, ut eam ſub poteſtate ſua poſitam occideret, ut & ſe & multos malis eius liberaret, quibus iam grauis facta uel fieri poſſe putabatur. Nam hoc ipſum & Antonio prodeſſe, quia neque illi fidelem eam eſſe dicebat. Cum hæc cogitaſſet, prohibebant eum amici: primum quidem ſuggerentes, quod non deberet maximum periculum & manifeſtum pro re tanta ſuſcipere,

Cleopatræ malitia.

Balſamũ nuſquàm niſi in Hierico naſci.

Herodes Cleopatram interficere cogitat.

ſcipere. Cumq; permanſiſſent ſupplicantes ne quid temerarie conaretur, nam nullatenus Antonium poſſe pati dicebant, quamuis eum muneribus redimere putaret: cum amore eius potius incenderetur, & uideret uiolentia, uel inſidijs illius ſe eius amore priuatum, nec mediocre quiddam pro ſatiſfactione poſſet edicere, ſi contra fœminã hoc ageret, quæ per illud tẽpus omnes dignitate ſuperabat: utilitatem autem quam Antonio dicit futuram, uerendum eſt ne potius ille temeritatem exiſtimet, quod affectu tali eum priuaret: unde non eſt incertum, dicebant, quod maximis uel continuis malis principatus eius uel generatio compleretur: refutare uero concubitum, quem illa poſtulabat, pro tempore honeſte ſuadebant: qui cum hæc deſignarent, & pericula merito demonſtrarent, conatus eius compreſſerunt. Tunc Herodes Cleopatræ donis & muneribus ſatisfaciens, deduxit eam ad Aegyptum. Antonius autem cũ Armeniam cepiſſet, Artabazin Tigranis filiũ cum Sattapis ſuis ligatum in Aegyptũ deſtinauit, donans eos Cleopatræ cum omni eorum regio ornatu. Armeniæ uero tenuit principatum Artaxias, maior illius filius, qui tunc euaſerat. Quem cum Archelaus & Nero Cæſar expuliſſent, Tigranem nouiſſimum eius fratrem ordinauerunt. Hæc quidẽ poſtea contigerunt. Vectigalia uero, quæ debuiſſet de terra donata ab Antonio, Cleopatræ præbere, Herodes iuſtum iudicauit ex integro, ne occaſionem ei odij præſtarent.

Herodes Cleopatram ad Aegyptũ deducit.

De pugna Herodis contra Arabes. Caput V.

ARetas autem, cum Herodes reditus eius conduxiſſet, tempore quidem aliquanto reddebat duo milia talenta, poſt autem indeuotus extitit, uix partem aliquam præbens. Herodes quidem hoc modo defraudantem, nihilq; ſecundum iuſtitiam facere uolentem, perſequi deliberauit: ſed interim propter bellum Romanorum hanc diſtulit exactionem. Nam dum in Acciaco littore ſperaretur pugna, quæ centeſimaoctogeſimaſeptima olympiade contigit, & Cæſar cum Antonio de Republica decertaret, Herodes ex opulentia prouinciæ ſuæ multo tẽpore reditibus & uiribus collectis, Antonio deliberauit auxilia diligenter præparare. Sed Antonius nihil auxilio egere ſe dixit, Arabum autem perſequi præcepit. Nam iam audierat à Cleopatra perfidiã eius. Petebat enim hoc Cleopatra, dum ſibi putaret prodeſſe, ſi unus ab altero ſterneretur. Cum hoc ab Antonio iuſſum fuiſſet, Herodes milites congregauit, tanquàm confeſtim Arabiam ingreſſurus: paratacq; equitũ & peditum multitudine, in Dion ciuitatem peruenit. Cumque illic Arabes ei occurriſſent, pugna maxima commiſſa eſt, in qua uicerunt Iudæi. Poſtea multum exercitum Arabum in Chana uico congregatum, qui eſt in inferiori Syria, audiens Herodes uenit ſuper eos, ducens maiorem partem ſuæ militiæ, & prope Calon ſua caſtra metatus eſt, unde opportune pugnaret. Cumque hæc diſponeret populus Iudæorum, damabat mora dimiſſa contra Arabes impetum facere, dum credunt ſe in hoc paratos eſſe, quia in priori pugna uicto res extitiſſent. Igitur ſuum ſtudium milite oſtendente, rex ſtatuit magnanimitatem eorũ non remorari, dicens non ſe deeſſe uirtuti eorum, & primus ſe armãs omnes produxit ad aciem. Statim autem terror Arabis incidit. Cõtra quos modicum reſiſtentes, ut uiderunt inexpugnabiles, omniq; plenos uirtute, plurimi fugerũt:

Victoria Iudeorum cõtra Arabes.

fugerunt: fuiſſentq; perempti, niſi Arthemon Herodem & Iudæos inuaſiſſet: nam hic erat dux Cleopatræ ibi conſtitutus, & inimicus Herodis, futuráque nō imprudenter proſpexit: ut ſi quid darum agerent Arabes, ipſe quieſceret: uictis autem eis, quod & contigit, ex proprijs præparatis militibus, inuaderet Iudæos: quos tunc laſſos etiam uiciſſe putantes, ſubito ſuperueniens proſterne- bat. Nam alacritatem animi contra manifeſtos inimicos conſumentes Iudæi, & poſt uictoriā remiſſiores, citius à recentioribus hoſtibus obteruntur in locis aſperis & ſaxoſis, quorum notitiam inimici amplius habuerunt. Arabes autem prius uicti ſeſe recuperantes reuerſi occidebant, fiebatqúe diuerſa perditio. Rex autem Herodes peractioni pugnæ uectus equo ducere tentauit auxilium, ſed non ualuit, licet feſtinaſſet ſubuenire. Sed caſtra Iudæorum cum Arabes cepiſſent, non mediocrem felicitatem & ſine ſpe tenuerunt: nam uictoriam quam prius perdiderant, poſt obtinuerunt, plurimum aduerſariorum proſternentes exercitum. Exinde latrocinijs utebatur Herodes, multamqúe Arabum terram diſcurrens uexabat, dum ſuper montes caſtra diſponeret, & omnino recuſaret manus cum eis ex æquo conſerere. Frequenter tamen laborum diligentia lucrum ſibi acquirebat: nam & proprios milites omnibus modis fouebat, ruinam ſuam cupiens emendare.

Artemon laſſos inuadit Iudæos.

De Herode contra Arabes inſtituente exercitum & uincente. Caput VI.

INterea Acciaco bello inter Cæſarem & Antonium geſto, ſeptimo imperij anno Herodis, terra Iudæorum commota eſt, qualiter nunquam animalium peſtilentia per prouinciam geſta, perempti ſunt à ruinis etiam hominum decem milia. Milites uero cum ſub diuo degerent, nihil ab oppreſſione ſunt læſi. Qui cum Arabes inquirerent, & plus quàm in ueritate erat, audirent, quæ facta fuiſſent, tanquàm prouincia hoſtium euerſa hominibus peremptis, nihil ulterius ſibi aduerſum credebāt poſſe inſurgere. Quò cum legati Iudæorum peruenirent, pacem propter hæc quæ euenerant facturi, Arabes peremerunt eos, & cum alacritate contra milites eorum præparabantur. Qui nec inuaſionem Arabum ſuſtinuerunt, licet calamitatibus oppreſſi: nec bellare decernunt, dum non pares ſeſe prælijs eorum putarent, neque auxilium haberent, rebus ſuis domi ſubuerſis. Quos ita diſpoſitos rex flectere ſermone tentauit, ut recuperaret eis antiquum alacritatis animum: & exhortatus aliquos optimatum, auſus eſt etiam & ad populum ſermocinari: nam prius pigebat eum, ne male propter calamitates ſuſciperetur ab eis. Petebat ergo talem orationem proferens: Nō ignoro ſocij quoniā multa per hoc tempus facta ſunt contra Rempublicam noſtram, & fortaſſis nec hi modo de ſe confidunt, qui multum uirtute præcellunt: ſed quoniam compellimur pugnare, nec eſt aliquid quod ſemel factum, non poſſit rurſus bene tractatum emēdari: petere uos elegi ſimul & docere, per quæ poſſitis in proprio alacritatis animo permanere. Volo tamen primum uobis oſtendere, quod iuſte bellum id conamur committere, propter iniurias aduerſariorum: nam maxima magnanimitatis hæc cauſa uobis exiſtit: poſt uero declarare, quod nihil ſint quæ nunc nobis mala ſuperuenerunt, ſed & multas nos ſpes uictoriæ poſſidere. Exordiar aūt principia, teſtes uos faciens mei ſermonis. Nam Arabum iniquitatē no-

ſtis,& circa alios omnes,ita perfidam tãquàm Barbarorum,& quia nec deum cogitent: ſæpius enim nos offenderunt auaritia uel inuidia ſua. Et quid multa dicimus,dum immineret eis ut à proprio principatu decideret,& Cleopatræ ſeruirent,quis alter eos de hoc timore liberauit,niſi mea amicitia quam cum Antonio poſſidebam? Et illius circa nos affectus nihil hos importunũ ſuſtinere permiſit: nam Antonius cauebat agere,quod poſſet nobis in ſuſpicionem peruenire. Tamen & cum uellet Cleopatræ partes aliquas ab utraq; prouincia præbere, hoc quoq; ego diſpenſaui,multaq; munera ſecretius offerens,tutelam utriſq; acquiſiui. Expenſas autem ipſe ſuſcepi ducenta præſtando talenta,duo milia uero ſide dicẽdo,quæ etiam pro reditibus adimpleui: unde nos nihil ab eis ſuſcepimus: & oportebat quidem nulli tributa prouinciæ Iudæos præbere: quod & ſi præbendum eſſet pro nobis,non etiam pro Arabis daretur,qui nobis nec gratias agunt: nam pro beneficijs iniqua circa nos egerunt,prius quidem quod nos amicos non hoſtes reditibus priuauerint. Nam ſi fides hoſtibus neceſſario ſeruatur,multo melius amicis:Sed non apud hos ita eſt,qui modis omnibus optimum putãt iniquitatem eligere,ſi ſolum lucrum eis poſſit acquiri. Eſt ergo quæſtio nobis,utrum oporteat iniuſtos punire,dum hoc etiam deus deſideret,& præceperit ſemper iniquitates & contumelias execrari: quæ non tantum uerbo,ſed etiam iuſſit per bellum ulciſci: Nam quod uidetur iniuſtiſſimum apud Græcos & Barbaros, hoc ſi dici fas eſt,in noſtros legatos cognoſcitur perpetratum. Græci ſiquidem ſacros & inuiolatos dicunt eos eſſe, nos autem optimum & beatum decretũ in lege à deo didicimus. Hi nanq; & hominibus deum placant,& aduerſarios hoſtibus reconciliant. Qualis igitur poſſit iniquitas peior agi,quàm ſi legati qui pro iuſtitia loquuntur intereant? Quemadmodum autem poſſint uitam ſuam innoxiam cuſtodire,ſeu circa bellum feliciter agere,dum talia perpetraſſent,mihi quidem non uidetur. An forſitan rectum & iuſtum nobiſcum eſt,illi uero fortiores ob hoc putantur? Sed primum quidem indignum eſt uos hæc credere. Nam ubi iuſtũ eſt, ibi & deus:deo uero præſente multitudo cum fortitudine præſto eſt. Vt ergo de nobiſipſis requiramus,uicimus primo prælio,in poſteriore uero nec ſubſtiterunt, ſed ſtatim ceſſerunt,nõ ſuſtinentes noſtræ alacritatis impetum:uincentes aũt nos Arthemon inuaſit,bellum inferẽs non prædictũ. In primo uero prælio nomen & fortitudo noſtra apparuit: in poſteriori uero, iniquitate uel inſidijs concidimus. Cur igitur minora ſapimus in his,ubi maiores ſpes poſſidemus? Quomodo autem obſtupeſcimus eos,qui cum palàm decertant, ſemper uincuntur: cum uero ſic uincuntur,ab iniquitate illis hoc euenit: Virtus uero non expugnatione debilium, ſed in oppreſſione fortium apparet. Si tamen quenquã & illa terrent, quæ domi contigerunt, & in terræmotu acciderunt, primum quidem ſciat, quoniam hoc ipſum & Arabas decepit,dum maiora quàm contigerunt putarent. Præterea non debent hæc aut illis audaciam,aut nobis timorem immittere. Illi nanque noſtris laboribus uel calamitatibus ſpes ſibi aſſumũt,quas nos egreſſi cõtra eos, ſimiliter auferemus. Vos autem accipite alacritatem pugnandi, neque enim in tantum ſumus contriti,neque ira dei uulnerati,ut quidam putant,quæ potius accidentia ſunt dicenda. Quæ ſi dei prouidentia acciderunt,liquet quod iam ſecun-

dum

dum illius iudicium ira deſijt, dum ſatis uindictam de factis noſtris acceperit. Nam ſi uellet amplius nobis nocere, nequaquàm flexus fuiſſet. Bellum autem quia & uult fieri, & iuſtum eſſe cognouit, ex his nobis oſtendit, quod multis per prouinciã terræmotu peremptis, nullus armatus interijt, deo euidenter oſtendente, quod ſi omnes cum filijs uel uxoribus militarent, nihil penitus eis inopportunum accidiſſet. Hæc reputantes ergo quod in omni tempore dei patrocinijũ poſſidetis, perſequimini fortitudine iuſta iniquos, amicis perfidos, maleuolos circa legatos, ſemperque ueſtra uirtute deuictos. Cum hæc audiſſent Iudæi, multum audaciæ ſumentes, ad pugnam parabantur. Herodes autem hoſtijs celebratis, cum magno ſtudio eos contra Arabas, tranſiens Iordanem fluuiũ produxit, & prope aduerſarios caſtra diſpoſuit. Tum uiſum eſt caſtellum in medio poſitum occupare, quod ſibi multum prodeſſe putauit uolenti maturius præliũ uel committere uel differre: nam opportuno uel munito loco conſtiterat: Cumque idem prouiderent Arabes, bellum pro caſtello committitur: & primũ quidẽ protelatio, deinde uero multis ex utraque parte ad manus ueniẽtibus, Arabes afflicti recedunt. Quod ſtatim ſpes Iudæis non minores erexit, uirtutemq; accendit. Dumque magis omnia uellent Arabes pati, quàm decertare, & Iudæi caſtra eorum inuaderent, Arabes coacti recedunt, nullas uincendi ſpes habentes, ſed tantum multitudine audaciam ſumentes. Itaque pugna facta, multisq; ab utraque parte cadentibus, Arabes recedunt, quorum plurima mors fugiendo fiebat. Nã non tantum ab aduerſarijs terrebantur, ſed ipſi fugientes, ſua multitudine cõtriti moriebantur. Vnde quinque milia defuncta ſunt, reliqui uero ad caſtra confugierunt, minime ſpes ſalutis firmas habentes neceſſariorum inopia, & quod peius erat, aquarum indigentia. Iudæi autem licet perſequerentur, tamen inuadere caſtra minime permittebantur: obſidentes ergo uias eorum, fugere uolentes arcebant. In his igitur Arabes conſtituti, legatos ad Herodem diri-gunt, primum quidem diſſolutionem belli petentes: nã ſitis eos urgebat omnia pati, dum tantum in præſenti licentiam aquas acciperent hauriendi. Qui nec legatos nec dona ſuſcepit: neque mediocre quiddam pactus eſt, dum obſtinate permaneret ulciſci tranſgreſſiones in ſuos ab illis factas. Qui ſiti compulſi nimia ſemetipſos tradiderunt, ut per quinque dies quatuor milia caperentur: ſexto uero die reliqui de caſtris egreſſi, decertare cum aduerſarijs nitebantur, eligentes omnia pati, ne paulatim ſine gloria deperirent. Quæ cum deliberaſſent, nullatenus decertare ualuerunt: nam animo & corpore calamitatibus afflicti, pro lucro mortem eſſe putauerunt, ne in tribulationibus uitam expenderent, quorum ſeptem milia priori prælio conſternuntur. Cum his ergo caſibus uterentur, arrogantiam priorem deponunt, miratique Herodis prudentiam cesſerunt, patronum eum ſuæ gentis pronunciantes. Qui cum multa felicitatis gloria reuertitur, maximam acquirens ſuæ fortitudini dignitatem.

Vincuntur Arabes.

Quomodo Hyrcanum Herodes occiderit, & Cæſaris gratiam acquiſierit. Cap. VI.

IGitur licet optime per bellum Herodes res ſuas diſpoſuiſſet, tamen in periculum incidit. Siquidem pro Republica decertãs Antonius, in Acciaco littore à Cæſare uincitur. Tum in deſperationem ſui Herodes uenit, dum amici & inimici

putarent non impune amicitias ei prouenire, quas cũ Antonio habuiſſet. Quapropter amici quidem deſperabant: inimici uero licet in proſpectu contriſtarentur, tamen dàm nimium lætabantur, ſperãtes meliora ſibi rerum mutatione uentura. Herodes autem Hyrcanũ ſolum uidens in dignitate regia conſtitutũ, prodeſſe ſuis rebus opinatus eſt mortem illius: ne imminente ſibi à Cæſare periculo, ille daret occaſionem, qui ſolus regio uidebatur ex genere. Cum hæc cogitaret, nec daret occaſionem Hyrcanus, nam modeſtia morũ illam rerum gubernationem curabat, & rebus ſtudebat bonis, omnia concedẽs fortunæ: Alexãdra nimis pertinax, & ſpem rerũ mutatione incontinenter credens, uerba ad patrem fecit, ne ſuſtineret Herodis iniquitatem in familiam ſuã procedere: ſed cuſtodire ſpes eorum: petebat ut & Malacho Arabiam tenẽti ſcriberet, quatenus eos ſuſciperet ad ſe refugientes. Nã ſi mors euenerit inimico Cæſaris Herodi, ad ſe principatum uenturum, & propter populorũ fauorem, & propter generis dignitatem. Dum his eum flectere niteretur, Hyrcanus uerba depellebat. Sed pertinacia muliebri dum illa permanens nec noctu uel interdiu deſinens, Herodis erga ſe inſidias accuſaret, cõpellit eum epiſtolam dare Doſitheo cuidam amico, in qua ſcriptum erat, ut Arabas equites qui deberent eũ ad ſe perducere, mitteret prope paludem bituminis, quæ diſtat ab Hieroſolymis ſtadijs ducentis. Credebat enim Doſitheo, dum nimis eum ſibi amicum ipſe & Alexandra exiſtimarent propter inimicitias, quas cũ Herode haberet, ut Ioſippi cognatus, quem ille peremerat: quia & illorum qui in Tyro proſtrati fuerant ab Antonio prior frater extiterat. Sed hæc Doſitheũ nullatenus Hyrcano fidum in miniſterio parauerunt. Nam præponens illi regis amicitias, porrigit Herodi epiſtolam: qui eum pro fide non tantum laudauit, uerum

Doſitbei perfidia.

iuſſit ei, ut miniſtraret reliquæ cauſæ, quatenus ſignatam epiſtolam traderet Malacho, literaſq; ab illo reciperet, cum non paruum putaret & illius ſententiã cognoſcere. Quæ cum Doſitheus alacrius miniſtraret, Arabs reſcripſit & ipſum Hyrcanum ſe ſuſcipere, uel omnes qui cum eo uenirent. Deſtinauit etiam qui deberent eos caute perducere. Vt uero & hanc epiſtolam Herodes ſuſcepit, confeſtim uocato Hyrcano, de factis ei cum Malacho pactis requirebat. Cumq; ille negaſſet, epiſtolas coram concilio demonſtrans, uirum interfecit. Hæc nos cõſcripſimus, quæ in annalibus regis Herodis continebantur. Alij uero non ita exiſtimant, ſed magis Herodem inſidias contra Hyrcanum contexiſſe quatenus eum interficeret, dicunt, ita ſcribentes: In aliquo conuiuio ſine ſuſpicione quendam ſermonem Hyrcano intulit, ſi quas epiſtolas à Malacho ſuſcepiſſet. Qui dum ſe confeſſus eſſet, ſalutatorios apices accepiſſe: ille rurſus interrogans, ſi qua ſuper hæc etiam dona recepiſſet: nihil amplius, reſpondit, quàm quatuor iumenta tranſmiſſa ſuſcepiſſe. Occaſione hac inuenta, dona eſſe corruptionis uel proditionis uociferans, uirum iuſſit occidi. Signa uero ſunt minime Hyrcanum peccaſſe, quatenus tali termino occumberet, & modeſtia morum eius, quod nihil in iuuentute ſua atrocius aut temerarius egiſſet: quia & cum ipſe regnum habuiſſet, plurimam gubernationem Antipatro commiſerat, cum iam octogeſimum duceret annum, & cum multa tutela ſciret Herodem regnum poſſidere, & Euphratem tranſiſſe honorantes eum, quæ omnia deſpexiſſe eum, & aliquid nouitatis molitum, ni

Hyrcanus interficitur.

mis

mis incredibile eſt: quia nec naturæ illius aptum erat, ſed molitione Herodis occi
ſus eſt. Ita quidē finem uitæ inuenit Hyrcanus, diuerſas & uarias calamitates ex
pertus. Nam principio ut mater eius Alexandra regnauit, principatus ſacerdo
tij gentis Iudæorum nouem annis honorem obtinuit: matreq; defuncta cū im
perium ſuſcepiſſet, & hoc tribus menſibus gubernaſſet, depellitur ab Ariſtobulo
fratre, reſtituitur autem iterum à Pompeio: & quadraginta annis honore uſus,
ſecundo regnum per Antigonum perdidit, & corporis diminutionē paſſus, apud
Parthos captiuus perductus eſt: & exinde ad propria poſt tēpus remeans, pro
pter ſpes ab Herode promiſſas, nihil ſicut ſperauit executus eſt. Itaq; multis uitæ
paſſionibus inuolutus, & quod peſſimū eſt, ut diximus, in ſenectute, non dignū
uitæ terminum impetrauit. Siquidem modeſtus & mediocris in omnibus exiſte
bat, & plurima ſui imperij ſub diſpenſatoribus innocens tractabat, neq; callidus
regnum diſponere, Antipatro & Herodi uſq; ad hoc conamen aperuit iter. Hero
des auten Hyrcano interfecto, à Cæſare nihil optimū ſperans de rebus ſuis, pro
pter amicitias quas cum Antonio habuiſſet, laborabat. Cumq; in ſuſpicione Ale
xandrum habuiſſet, ne tēpus nanciſceretur, & multitudinem & turbam in regno
uel rebus ſuis concitaret, commēdauit omnia fratri ſuo Pheroræ: matrem autem
Cyprin cū ſorore & cognatione cuncta in Maſſadam cōſtituit, iubens ut ſi quod
de ſe periculum audirēt, principatum ſibi aſſumerent. Mariamnen uero ſuā uxo
rem, quod non potuiſſet ut inimica cū ſorore uel matre conuerſari, in Alexandriū
cum Alexandra matre ſua depoſuit: Ioſippū & Iturium & Soēmum ſuper eas di
mittens fidos ſibi amicos, quos ſub ſpecie honoris cuſtodire mulieres reliqt. Qui
bus etiam mandauerat, ut ſi quid de ſe periculoſum audirent, ambas interficerēt,
regnū uero filijs ſuis cum fratre Pherora cuſtodirēt. Cū hæc mandaſſet, ipſe Rho
dū ad Cæſarem properabat. Cumq; in ciuitatē delatus eſſet, depoſuit quidē dia
dema, aliud uero nihil de dignitate ſua diminuit. Vt uero communē ſermonem
cum Cæſare inſeruit, tū multo potius ſuam magnitudinem oſtendit, ſuæq; maie
ſtatis honorem ſeruauit, dū nec ad preces, nec ad petitiones conuerteretur tanq;
de peccatis ſuis ſatiſfaciens, ſed ratione actuū ſuorum confidens ſine dubitatione
Cæſari dicebat, amicitias ſibi maximas cū Antonio fuiſſe, omniaq; p uirtute ſua
egiſſe, quatenus ille rerū potentiam ſortiretur: militiæ tñ eius nullatenus cōmuni
caſſe eo quod occupatus Arabas expugnaret: tranſmiſiſſe uero & pecunias & fru
menta: tamē minora dignitate ſua. Nā qui fatetur amicum uel benefactorem ali
quem habere, debet uiribus animæ uel corporis aut ſubſtantiæ ſe facere particip̄
etiam ad periculum, quod ego, inquit, minus quàm oportebat effeci. Illud ue
ro integre ſcio: quia quamuis uictum in Acciaca pugna non reliqui, neque ma
nifeſte tranſiui, cum & ipſa tranſiret fortuna, ſed ſeruaui ei fidem, quanquam
non opportunus auxiliator, tamen conſiliarius fidiſſimus exiſtens. Nam Anto
nio cauſa ſalutis & rerum poteſtas qualiter prodeſſet oſtendi, dum Cleopatram
hortarer occidi: quod ſi perempta illa fuiſſet, nullatenus à rerū principatu conci
diſſt, imò magis & tuas facilius indignationes euitaſſet. E quibus nihil ille a
gendo, ſed ſibi quidem incommode, tibi uero utiliter profuturam præponen
do clementiam perijt. Nunc ergo ſiquidem pro Antonij ira noſtram fidem fuiſ

ſe iudicas,non ſum denegaturus,quia parui,neq; meum erga illum fauorem euidenter prædicans recuſabo:ſi uero perſona ablata, quis ſim circa benefactorem, uel qualis amicus requiras,poteris à factis me cognoſcere.Nam licet nomen ablatũ fuerit,nihilominus amicitiarum firmamentũ in nobis poterit approbari.

De liberalitate Herodis erga Cæſarẽ maxima,& cũctatione circa uxorẽ. Cap. VIII.

Herodes honoratur à Cæſare.

CVm hæc dixiſſet,& in omnibus ſui animi libertatem oſtẽdiſſet,non mediocriter Cæſaris liberalitatem, uel indulgentiam meruit:intantum ut criminũ cauſas pro fauore eius uindicari depoſceret,& tunc diadema rurſus ſibi repoſuit, Cæſare inuitante,dũ nihil ſecus circa eum q̃ prius erga Antoniũ appareret. Tũc Cæſar omnem ei honorẽ addidit,cæteris regibus ſcribens,cũ omni alacritate Herodem ſibi occurriſſe.Poſtquã uero hanc ſatiſfactionem præter ſpem ſuſceptã cognouit,uidensq; ſicut prius firmiorem ſibi principatũ à Cæſare datum,decretũq; Romanorum ſibi pro ſtabilitate ſua mercatum, ſecutus eſt Cæſarem ad Aegyptum ambulantem .Cumq; ſuper uires ſuas ei uel amicis dona obtuliſſet,liberalitatem magnanimitatemq; ſuam oſtendens,petebat,ne Alexander amicus Antonij aduerſi aliquid pateretur. Sed hoc nõ impetrauit,quia iam iureiurando Cæſar præoccupatus fuerat. Rediit autem iterum ad Iudæam cũ ampliore honore, & ſperantibus contraria ſtuporem cum metu incuſſit,quod darior à periculis dei prouidentia remeaſſet.Confeſtim ergo ſuſceptionem Cæſari per Syriã in Aegyptum eunti parabat. Itaq; cum eum ſuſcepiſſet cum omni regio apparatu Ptolemaide,& præbuiſſet exercitui ſumptus affluenter,omnino inter fideliſſimos reputatus eſt.Cũq; expeditionem Cæſar deputaret,in centũ quinquaginta domibus ornatis,eum cum amicis ſuſcepit. Præbuit autem per loca arida tranſeuntibus neceſſariam humanitatem,ita ut nec uinũ nec aqua,quæ potius militibus acceptabilis erat,alicui deficeret:ipſi etiam Cæſari octingẽta talenta donauit:omnibusq́ demonſtrauit, quod plus clarior in regno ſuo remunerando eum apparuiſſet, ut magis fidem eius & alacritatem Cæſar probaret. Cui & redeunti rurſus Herodes ab Aegypto non minorem priore largitatem exhibuit. Tunc quoque cum ad regnum ſuum rediſſet,turbatam omnem domum inuenit,ac grauiter ferentes uxorem ſuam, & matrem eius Alexandram :dum putarent non pro corporum tutela in illo oppido ſe poſitas, ſed tanquàm in carcere, cum nihil illæ neque de ſuo neq; de alieno in poteſtate haberent. Mariamne quidem amorem regis, diſſimulationem & deceptionem ſuam putabat. Angebatur autem, quod ſi quid ille periculoſum pateretur,nec ſpem uitæ poſſet habere,mandataq; Ioſippo data recordabatur. Quapropter cuſtodes cum nimia diligentia mitigabat,magis uero Soëmum, dum illi putaret omnem poteſtatem creditam. Soëmus autem initio fidelis, nihil penitus de mandatis Herodis pateſecit: ſed cum ſermonibus & donationibus mulierũ flexus paulatim deuictus eſſet, in ultimo cuncta regis mandata dilucidauit: dum tamen non omnino ſperaret eum cum eadem poteſtate reuerſurum: ſed ſi potius periculum fugeret, rediret inſignior: ideóq; non parua mulieribus putauit præſtare,utique ampliorem beneficiorum retributionem ſe accepturum ſperans,ſi regnaret,quod ſi proſpere cuncta gerens Herodes reuerteretur, nequaquàm contra uolũtatem uxoris eum poſſe facere ſciret:

Soemus mulieribus,regis mandata pandit.

rendū cognoſceret, omni ratione regis amorem erga Mariamnen ampliorē exiſtere. Itaq; cum huiuſmodi illū ſpes fefelliſſet, ſecreta omnia indicauit. Quæ Mariamne grauiter audiens, nec finem ſibi de periculis Herodis inuenire putans, cui & infeſta fuerat, nullatenus eum æquitatem impetrare orabat: & licet difficilem uitam ſuam poſt mortem illius putaret, nihil tamen de ſui animi paſſione cælauit. Nam cum ille maximas res præter ſpem impetraſſet, nauigauit, & primum uxori ſuæ de his bona nunciauit: ſolamq́ue præponens omnibus, propter amorē & conſuetudinē, quam cum ea habuiſſet, ſalutauit. Cui dum felicitatem ſuā referret, nullatenus gaudentem, ſed potius grauiter ferentem intellexit. Nō hæc cælare dolorem poterat, ſed pro decore nobilitatis ſuæ ad oſcula gemebat: narrationibus uero eius nequaquàm lætabatur, ſed potius contriſtari ſe demonſtrabat. Vt uero non ſuſpecta tantum, ſed etiam manifeſta facta hæc turbarent Herodem, contriſtabatur, animaduertens irrationabile circa ſe uxoris odium non cælatum, idcirco duriter tolerabat: dumq́ue amorem ferre non potuiſſet, nec in ira nec in amore permanebat, ſemper ab altero in alterum tranſiens, in utroque inconſtās erat. Sic ergo inter odium & amorem deſtitutus, ſæpius paratus uindicare, ſed timuit, ne præoccupatam ſuam animam cupidine debilitaret: & nullatenus occidere eam pertulit, dum uereretur ne perempta illa, maiorem pœnam pro amore illius interitus ſuſtineret. Intelligentes ergo eum ita de Mariamne habentem ſoror eius & mater, optimum putauerunt tempus pro illius odio cepiſſe: & loquebantur non pauca, Herodem concitātes in odium: qui nec ſuauiter hæc uerba attendebat, neque facere quicquàm in uxorem tanquàm credulus præſumebat. Peius ergo dolorum paſſione ſuccendebatur, dum neque illa odium cælaret, neque iſte amorem. Confeſtimq́; aliquid nefandiſſimum actum fuiſſet, niſi Cæſar nunciatus eſſet cōtrarios uiciſſe, & interemptis Antonio & Cleopatra cunctā Aegyptum poſſediſſe. Quapropter feſtinans ad Cæſarem, reliquit domum ita diſpoſitam. Qui proficiſcens, Mariamnen Soēmo commendans, multas habere gratias ei pro diligentia profitebatur, & partem magiſtratus ei à rege promeruit: & ille quidem honorem hunc obtinuit.

Mariamne turbatur propter Herodis dictum de ſe occidenda.

De ſeueritate Herodis interficientis uxorem & amicos. Caput IX.

HErodes uero cū in Aegyptum peruenīſſet, Cæſari cum ampliori fiducia ſermonē inſeruit, tanq́; iam amicus. Siquidem de ſatellitibus Gallis Cleopatræ quadringentos ei donauit, & terram ei rurſus reddidit, quam per illam perdiderat. Addidit etiam regno eius Gadara, & Samariam, necnon & maritimam Gazam, & Anthedonem, & Ioppen, & Stratonis turrim. Cumq́ue hæc acquiſiſſet, & Cæſarem comitatus uſque ad Antiochiam eſſet, reuertitur: & quanto res ſuas extrinſecus feliciter tractabat, tanto tum domeſticis laboribus affligebatur, præſertim circa coniugem, de qua potius felicitatem quandam uidebatur habuiſſe: nam amorem non minorē illis pertulit, quos in hiſtorijs cognouimus cupidine retentos. Sed hic merito Mariamnen dilexit, quæ cū in alijs caſta uel fidelis eſſet, muliebre uel moleſtum quiddam naturaliter habebat. Nam dominabatur marito ſeruienti libidini, & ſæpius contumelioſe eum aggreſſa eſt. Quod ille diſſimulans portabat & blādiebatur, licet matris eius uel ſororis ignobilita-

Cæſar reddit Herodi ciuitates, quas inſidijs Cleopatræ perdiderat.

bilitatem illa derideret & detraheret. Illo uero tempore maioribus accuſationi-
bus à ſuſpicione nutritis, anni ſpatium completur ex quo Herodes à Cæſare re-
uerſus erat, & cum iamdudum culpa uolueretur, tunc erupit tali occaſione da-
ta: Meridie nanque dum uoluiſſet requieſcere, accerſijt Mariamnen, amore
quem in eam ſemper habebat aſtrictus. Quæ cum intraſſet, non cum eo concubu
Aliàs matris. it, ſed feſtinātem eum depulit, & improperauit ei ſui patris uel*fratris interitum.
Qui cum grauiter contumeliam tuliſſet, & paratus ad facinus eſſet, ſentiens ſo-
ror regis Salome, paratum olim pincernam regium intromittit: præcipiens dice-
re, qualiter ſuaderet ei, Mariamnen amatorium confeciſſe regi: & ſiquidem ille
turbaretur, & interrogaret quale hoc fuiſſet, reſponderet uenenum illam tenuiſ-
ſe, petentem ſeipſum ſubminiſtrare. Si uero nullatenus de amatorio rex commo
ueretur, dimitteret uacuum, dum nequaq̄ ei periculum fieret. Hæc eum docens
*Mariāne ac-
cuſatur uene-
ficij.* illo tempore locuturum intromittit. Qui tanquàm ueriſimilia dicturus cum ſtu-
dio ingreditur, aſſerens Mariamnen præmia ſibi præſtitiſſe, dū flecteretur ama-
torium regi porrigere. Cumque ad hoc rex commotus fuiſſet: uenenum, inquit,
erat, quod illa monebat dari, cuius uirtutem ipſe ſe non ſciſſe fatebatur, ideóque
nunciaſſe, quatenus ipſe requireret. Itaque cum talia uerba Herodes audiſſet, &
dudum iam furibundus, tunc potius excitatur: & eunuchum qui Mariamne fi-
deliſſimus erat, de ueneno torquebat, cognoſcens quod ſine illo tale aliquid non
feciſſet. Qui cum neceſſitatibus intereſſet, nihil quidem tortus de ueneno dixit.
Vxoris autem odium quod in eum haberet, propter ſermones quos Soëmus ex-
planaſſet, manifeſtauit ei. Cum hæc dixiſſet magis rex exclamauit, dicens, nulla-
*Soemus interi-
mitur.* tenus Soëmum ſibi fidiſſimum prioribus temporibus, hæc prodidiſſe manda-
ta, niſi quiddam amplius inter eum & Mariamnen proueniſſet. Et Soëmū qui-
dem protinus interimi præcepit, uxori uero iudicium colligens familiarium accu
ſationem parauit, ſtudioſeque executus eſt de relationibus amatorij uel ueneni.
Erat tamē ſermone incontinens & iracunda, quam poſtea ita ſentiētes qui præſen
tes erant, mortiferam in eam ſententiam protulerūt. Dū hæc ſententia pronūcia-
retur, ſubuenit quidam ei ex aliquibus præſentibus, ne ita temerarie illā interfice-
rent, ſed deponerēt eam in aliqua regali cuſtodia. Tunc Salome cum ſuis feſtina-
uit è medio mulierē abducere, quæ potius regem impulit: caue, inquiens, ſeditionē
*Mariamne ad
mortem tra-
hitur.* multitudinis, ſi illa uixerit. Mariamne quidem ita trahebatur ad necem. Confide
rans aūt Alexandra tempus, & quod paruam ſpem haberet, eadem ab Herode
paſſura, contra priorem ſuam fiducium nimis ualde commutabatur. Nam uo-
lens oſtendere ſe ignoraſſe cauſam, exiens multa mala contra filiam uociferata
eſt, & omnibus audientibus clamabat, malam circa maritum & ingratam exti-
tiſſe: quapropter iuſte pati, quod audacter ei reſtitiſſet, nec retribuiſſet tantorū
beneficiorum remunerationem. Inter hæc talia & inhoneſta ea ſimulāte, & au-
dente etiam capillos ſuos euellere, multa quidem in ea ab aliis uituperatio defor
mis diſſimulationis apparuit. Quod potius à pereunte comprobatum eſt, cum
nec uerbum in initio dediſſet, nec ad ullius improperationes turbata reſpexiſ-
ſet: ſed æqualiter animi grauitate peccatum matris euidenter ferre demonſtra-
bat. Ipſa quidem non timido greſſu, neque mutato corporis colore ad mortem

ducebatur,

ducebatur, generositatem suã nequaq; in extremitate demutans. Et illa quidem sic interijt, fœmina quæ ad continẽtiam, & ad magnitudinem animi optima erat, modestia uero ei defuit. Pulchritudine nanq; corporis & affabilitatis dignitate, magis quàm quis æstimare posset, omnes mulieres anteibat: occasio tamen exinde maior prouenit, ne cum gratia regis uellet uiuere. Nam dum semper potiretur illius amore, & nihil difficile ab illo speraret, fiduciam immoderatam habuit: contristabant autẽ eam quæ erga suos euenerant. Hæc omnia ei quemadmodũ passa fuisset dicendo, ad ultimum inimicas sibi parauit matrem & sororem regis, & illũ simul, in quo tantum cõfidens, nihil quod molestum sibi oriretur sperabat. Postq; interijt, regis potius desiderium exarsit, ut sæpius nomen illius inuocaret. Moliebatur omnia facere quæ possent solatium afferre, conuiuia, colloquia, quæ nihil ei profuerunt: gubernationes etiã regales recusabat, & tantũ doloribus tenebatur, ut aliquando Mariamnen uocare ministris tanq; uiuentẽ ualẽtemq; præciperet. Cũ sic haberetur, superuenit ægritudo pestifera, quæ plures populi uel amicorum eius honestissimos extinxit: & omnibus præbuit suspicari, per iram dei hæc cõtigisse, pro iniquitate erga Mariamnẽ cõfecta. Ideóq; ad peiora rex peruenit, ut in ultimo solitudines eligeret sub occasione uenationis. His confectus cogitationibus, non potuit multos dies protrahere: sed incidit in difficillimam ualetudinem. Nam inflammatione uel astrictione gutturis, mẽtisq; mutatione tenebatur: & quæ potuissent curam exhibere, nihil penitus profuerunt, sed contraria inueniebantur. Vnde postea desperatione facta, medici dũ nequaquam medicaminibus allatis ægritudo decresceret, & rex nihil potuisset accipere, omnia quæ ille uellet iusserunt ei præberi, desperationem salutis casui deuouentes. Et ille quidẽ in Samaria Sebaste nominata ita inualidus iacebat: Alexandra uero Hierosolymis habitãs, cũ audisset in quibus esset Herodes, festinauit custodias ciuitatis obtinere, quæ duæ fuerant: una quidem ciuitatis, altera uero templi: quas si quis sub potestate sua comprehendisset, omnem gentem sibi subdebat. Nam immolationes nullatenus sine his fiebant, quas non exercere impossibile Iudæis uidebatur: paratis uticq; magis uitam amittere, quàm religionis dei solitum sacrificium non implere. Igitur custodibus earũ Alexandra sermonem obtulit, quod oportuisset ipsi uel filijs Herodis eas tradere, ne quis alter eas præoccuparet illo defuncto, rerumq; potestatem teneret: dicens, quia si à morbo quo detinetur euaserit, tutius ea poterit custodire. Cum hæc uerba fecisset, non patienter tulerunt, sed qui fideles prioribus temporibus extiterunt: tunc magis & propter odiũ Alexandræ, putantes non esse optimum Herode uiuente desperare. Quorum unus cõsobrinus regis nomine Amabec, confestim nunciauit regi Alexandræ sententiam. Qui nihil remoratus, interfici eam præcepit. Ipse uero uix & multo labore cum ægritudinem euitasset, animo & corpore debilitatus, simul & fastidiosus in omnibus causis factus, ad pœnam peccantium paratior erat: iccirco & amicos sibi necessarios interemit. Custobarum, & Lysimachum, & Antipatrum, Gadiam uocatum, necnon & Dositheum, ex hac occasione: Custobarus quidam genere Idumæus erat, inter primos dignitate horum qui à proauis sacerdotes uidebantur Coze, quem deum Idumæi arbitrabantur. Hyrcano uero rempublicam eorum sub Iudæi-

De temeritate & morte Alexandræ.

Herodes fecit in amicos.

cas

eas leges redigente, cum Herodes regno ſucceſſiſſet, iudicem Cuſtobarum Idumææ uel Gazæ declarauit: & dat ei ſororem Salomen, Ioſippum occidens priorem eius maritum, ſicuti demonſtrauimus. Cumq; hæc Cuſtobarus pater ſpē libenter impetraſſet, eleuatus felicitatem paulatim excedebat, putans non eſſe bonum, ſeſe iudice Herodis præcepta conficere, neq; Idumæos ſub lege iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad Cleopatram dicens, Idumæam ſemper illius maiorum fuiſſe, ac propterea iuſtum eſſe ut peteret prouinciam ab Antonio. Nam ſe paratum confirmabat tranſferre fauorem ſuum ad illam. Agebat tamen hæc, non quod potius Cleopatram dominari deſideraret, ſed æſtimabat, ſi pluribus uiribus Herodes priuaretur, facilius iam poſſet ſibi gentis Idumæorum principatum uendicare, occaſione generis & pecuniarum, quas perpetuo per illicita lucra acquiſierat. Et Cleopatra quidem Antonium petens, prouinciam minime obtinuit. Nunciantur autem hæc uerba Herodi: Qui paratus Cuſtobarum interficere, matris petitionibus & ſororis ueniam ei donauit: ſed non inſuſpectum eum in poſterum pro prioribus conatibus dereliquit. Tempore uero interiecto, cum contigiſſet Salomen à Cuſtobaro diſcordare, mittit ſtatim ei repudium, connubium renuens, non ſecundum leges Iudæorum. Nā marito quidem apud nos licet hoc facere, uxori uero nullatenus ſeparari & ducere alium, niſi prius à priore marito dimittatur. Salome tamen non generali lege, ſed poteſtatis ſanctione connubium ſeparauit: & ad fratrem Herodem dicebat, pro illius fide maritum ſe reliquiſſe, dum cognoſceret eum cum Antipatro & Lyſimacho & Doſitheo nouis rebus ſtudentem: fidem uero ſermoni de Babe liberis imponebat, quod ſeruarentur apud eum duodecim annis: quæ multum ſtuporem regi præter ſpem uerba fecerunt. Nam Babe liberos deſtinauit olim perſequi, quod inimici ſui fuiſſent: tunc uero per temporis longitudinem de memoria eius exciderunt. Quorum inimicitiæ & odium hinc ortum eſt: Cum Antigonus regnum haberet, & Herodes ciuitatem Hieroſolymorum obſideret, neceſſitate uel malis quanta obſeſſis aſſiſtunt, plures inuocabant Herodem, & ad illum clamabant. Babe autem filij dignitatibus præcellentes, & apud populum ualidi, permanebant cum Antigono, & Herodem accuſabant, & ſeruandum regio generi principatum ſuadebant. Ciuitate uero capta, cum Herodes rempublicam teneret, Cuſtobarus exitus ciuitatis obſtructurus ordinatur, quatenus non recederēt ab ea qui ciuiū rei, aut qui regi contrarij extitiſſent: ſciens uero in opinione uel honore populi Babe liberos eſſe, & putans magnā partem ſibi eos fore in rerū mutatione, illorumq; ſaluti ſtudens, abſcondit in propriis prædijs: tunc quidem iureiurando Herodem flexit nihil de illis ſciſſe ſe, quare liberatus eſt à ſuſpicione. Rurſusq; edicto à rege propoſito, & omnem modum excogitante ut eos inueniret, non eſt confeſſus. Sed cum primum negaſſet, non ſine pœna ſua eſſe putauit poſtea uiros oſtēdere: & non fide iam tantum, ſed & neceſſitate eos cælare feſtinabat. De his cum nunciatum à ſorore fuiſſet, rex deſtinans ad loca ubi commorabantur, ſimul cum alijs accuſatis, illos occidit, ut iam nihil eſſet reſidui de genere Hyrcani, ſed regnum ſuo poſſideret arbitrio, nemine in dignitatibus exiſtente, qui iniquitatibus eius reſiſteret.

De Babe liberis.

Hic

HIC MACHABAEORVM IN PRINCIPATV
ſacerdotij terminata eſt ſucceſſio.

De inſtituto theatro & trophæo ab Herode, & cõſequẽtibus malis deq; extructione Sebaſtiæ ciuitatis, & aliarum. Caput. X.

IDcirco potius à patrijs moribus excedebat, & peregrinis inuentionibus uetẽ rem ſtatum corrumpebat, qui nullatenus maculari debuiſſet: unde non minora nobis in poſterum mala prouenerunt diuerſis*præcedentibus maiorum pietate corruptelis: primum quidẽ certamen quinquennale Cæſari conſtituit, & theatrum in Hieroſolymis condidit, rurſus; in cãpo maximo Amphitheatrum, utraq; perſpicua, à moribus uero Iudaicis aliena. Siquidẽ uſus aut apparatio taliũ nequaq; tradita fuerat. Celebrationẽ quidẽ illã dariſſimã per quinquenniũ conſtruebat, nuntians finitimis, & conuocans ab omni gẽte athletas ad omnia certamina, & de tota terra inuitabat, ut ſpe propoſitorũ ſpræmiorum & uictoriæ gloria cõuenirẽt. Igitur collecti ſunt capitales artifices, nam non tantum eos qui exercitationibus corporis præualerent, ſed & muſica præcellentes, quos Thymelicos uocãt, proponẽs maxima uictoriæ præmia, omnesq; nobiliſſimos ad cõfli ctionẽ conuenire uocitabat. Cõſtituit quoq; & quadrigis & bigis, & unius equi curſui nõ parua dona, & omnia quæ munificẽtia uel decore apud ſingulos præfulgebant, uolens habere dariora: ſpectaculũ liberalitate cõpoſuit: theatrum uero circa Cæſaris imagines habebat: & trophæa gẽtium quas bellãdo ille deuicerat, auro ſcilicet & argento puro cunctis inſtructis, & neq; de ueſte neq; de uaſis aut de lapidibus prætioſiſſimũ aliquid defuit, quod certãtibus nõ offerebat. Apparatus etiam ferarum fuit. Nam leonibus multis congregatis, & alijs quæ eminent ferocitate, & raro inueniũtur, quorũ inter ſe altercationes & pugnæ contra homines excogitabãtur: peregrinis quidẽ ammiratio ſumptuũ, & delectatio ſpectaculi uidebatur: prouincialibus autẽ euidẽtiſſima ſolutio morũ qui apud eos coluntur. Impium eſt enim feris homines pro hominũ ſpectaculo ſubdere: iniquum etiam peregrinis moribus ſolita permutare. Super omnia uero contriſtabant eos trophæa, dum putarent imagines eſſe armis obſitas, quia non patrium illis fuerat talia colere. Quod nec Herodem latebat, qui uiolentiã quidẽ eis inferre opportunum non putauit, loquebatur autem & ſolabatur ut ſuperſtitionem eorum auferret, ſed nullatenus perſuadebat, dum grauiter illi tuliſſent, ea quæ uidebãt ſoluta lege cõmitti. Illi uero unanimiter damabant, dicentes: Licet omnia exiſtimemus tolerabilia, tamen hominum imagines uel trophæa nõ eſſe patriũ in ciuitate admitti profitemur. Herodes aũt turbatus, & intelligens nõ facile eos reſiſtentes deuinci ſine ſolatio, accerſit quoſdam primos eorum ad theatrum, & oſtendens trophæa, cõſuluit quid illis hæc uiderẽtur. Qui cum damaſſent hominum imagines, præcipiens auferre ornatum impoſitũ, oſtendit ligna nuda: quæ ſtatim ſpoliata, riſum plurimum ſpectantibus incuſſerunt. Tali modo multitudinis impetum mitigauit Herodes, ut iam plurimi mutati non offenderentur. Quidam uero permanebant in difficultatibus ſuis, quod ſolita minime contuebantur, & putabãt initiũ patrijs legibus deſtruendis. Vnde optimũ exiſtimaue-

Aliàs recedentibus.

runt magis pericula pati,quàm mutatã Rempublicam negligi:dum Herodem
Ciues decẽ contrà Herodem coniurauerunt. proſpicerent uiolenter introducere quæ non ſolita fuiſſent,& uerbo quidem regem,operibus aũt hoſtem omniũ demonſtratum. Vnde coniurauerunt omne periculũ ſe ſubire decem ciues, & gladios ſub ueſtimentis portabant. Inter quos fuit quidam oculis captus,qui per indignationem eorũ, quæ audiebat fieri,ſeipſum pati quæ & illi affirmabat,qui non mediocrem eis impetum in conatibus periculoſis immiſit. Quod cõſilium cũ deliberaſſent,ex compoſito ad theatrum pergebant,ſperantes non poſſe Herodem fugere,ſi ſubito eũ inuaderent. Cumq; parati cum audacia properarent,unus horum qui perſcrutantes ſingula renunciabant regi,eorum conſpirationem intelligens, paratos theatrũ ingredi indicauit. Qui confeſtim ſciens odiũ quod plures in eum habuiſſent,& ſeditiones quotidianas,diſcedẽs ad aulam,nominatim accuſatos uocauit. Qui cũ à miniſtris euidẽter capti fuiſſent,ſcientes quod non euitarent periculum,ornauerũt neceſſarium uitæ finem,nullatenus deponẽtes animi ſui fiduciã. Nec enim negauerunt actũ,ſed & demonſtrauerunt gladios:confeſſiq; ſunt bene & pie coniurationẽ ſe feciſſe,lucri quidẽ nullius cauſa,neq; pro ſuis doloribus,ſed pro cõmunibus cauſis,quas ſeruare aut pro his mori cunctis dignũ uideretur. Talia quidẽ illi de uoluntate inſidiarũ fiducialiter prolocuti,à regalibus miniſtris circumſepti ducebãtur, omnemq; pœnã paſſi perimuntur. Non multo poſt,eum qui talia nuntiauit, odio quidã rapientes,non tantum interfecerũt,ſed & membratim
Accuſator dilaceratur. dilacerantes canibus appoſuerunt. Videbant aũt multi ciuiũ quæ fiebant,& nemo nuntiauit, uſq; dum Herodi acerbiorẽ & certiorẽ inquiſitionem facienti,mulieres quædam tortæ cõfeſſæ ſunt quæ uidiſſent. Tunc Herodes eos qui facinus cõmiſerunt,ſimul cũ tota domo peremit. Concurſus uero & audacia populi,quã pro legibus habebãt,nõ remiſſiorẽ faciebãt Herodẽ,ſed multo potius cautiorẽ. Qui ſtatuit ſeſe undiq; munire,ut ſi q nouis reb⁹ ſtuderẽt,manifeſta eorũ fieret cõſpiratio:dũ ciuitas ab aula in qua cõuerſabatur, & à tẽpli cuſtodia curaretur,
Samaria nunc Sebaſtia. quæ Antonia dicebatur. Samariam quoq; deliberauit muris circundare,quam mutato nomine Sebaſtiam appellauerunt. Putans etiam prodeſſe prouinciæ locũ munire,qui de Hieroſolymis aberat unius diei uia,& olim uocabatur Stratonis turris,etiam eum conſtructum Cæſaream nominauit:& in maximo cam
Stratonis turris, nunc Ceſarea. po electos equites deputans,locum ædificauit,qui in Galilæa Gaba uocatur, & trans fluuium Sobonitidã. Hæc ergo paulatim ſemper pro tutela ſua molitus perfecerat,& circundans cuſtodijs totam gentem,ut nequaquam poteſtatem haberet ſeditiones promptas agere,quibus paruo motu facto frequẽter utebãtur, nec laterent ſi mouerentur,aſſiſtentibus ſemper in proximo qui uel cognoſcerẽt. Et multos quidem auxiliatores ſuos,plures autẽ ex finitimis illic habitare fecit,
Templum. dum munificentia ductus,templum conſtrueret,quo ſimile prius nec in nouiſſimis ciuitatibus exiſtebat:quod magis pro tutela ſua cõſtruens,in honorem Auguſti Cæſaris Sebaſtiam appellauit,& prouinciæ partem meliorem,quæ propè fuerat,diſtribuit habitatoribus,ut prono animo couenientes in ea conuerſarentur:muroq; fortiſſimo circundans altiora loca,cuſtodijs cõmuniuit,ne magnitudine minor eſſet maximis ciuitatibus. Nam uiginti ſtadia intus habuit, in me-

dio

dio uero mensuram unius & semis stadij locum statuit undiq; decoratum: in quo templum amplitudine & pulchritudine excellens ædificauit, paulatimq; totam ciuitatem exornans, munitioni quoq; eius prospexit, cuius pulchritudine memoriam posteris uoluit relinquere suæ largitatis.

De insigni liberalitate Herodis ad populum, & fauore consequente. Caput XI.

EOdem tempore, tertiodecimo anno regis Herodis instante, magnæ calamitates prouinciam occupauerunt, siue de ultione, siue de casu sic occurrente. Siquidem prius gelu percussa terra, fructus nullatenus inferebat. Præterea & ciues per inopiã frumẽti, morbus & passio pestifera possidebat. Qui continue malorũ diuersitate comprehensi, dũ indigerent cura uel alimentis, plus peste moriebantur. Morbus autem ita pereuntiũ & uiuentiũ solatia auferebat. Nam corruptis frugibus terræ, horreisq; exhaustis, nulla spes alimentorum præter pestilentiæ malum ullatenus expectabatur. Necessitas ergo plurima inopiæ, non minus ipsi regi quàm populo imminebat. Siquidem uectigalia quæ de terra solitus erat accipere, minime colligere prævalebat & pecunias consumpserat largissime ciuitates ædificando, nec erat quod dignum auxilio uideretur. Interea deliberabat tempori conferre præsidium, quod difficillimum fuerat, dum nec uicini habuissent unde alimenta præberent, quia nec ipsi leuiora toleassent, & pecunijs deficientibus, licet potuissent pauca pluribus comparare, bene tamen arbitratus nequaquam auxilium negligere, ornatum regium incidit, neq; pretiosissimis uasis, neq; artificio pretiosissimis parcens. Mittebat autem pecunias ad Aegyptum Petronio præsidi à Cæsare constituto, & dum non pauci ad eum confugissent propter eandem necessitatem, & amicus Herodis priuatim existeret, uolens subiectis eius subuenire, primis ipsis deportare triticum concessit, per omnia eos & in emptione & in nauigatione eleuans, ut maxima pars ipse huius auxilij fieret. Nam Herodes his deportatis, non tantum sententias in horrore se prius habentium mutauit, imò maximam ostentationem sui fauoris & patrocinij lucidauit. Siquidem primum his quantum potuissent per se panificare, triticum diuisit. Præterea multis existentibus, qui senio uel altera infirmitate tenti, non sufficerent alimenta sibi præparare, prouidebat eis constituendo pistores, qui paratos panes uendiderunt. Diligentiam autem nec cum periculo hyemarent habuit, cum comprehendisset eos etiam uestium inopia, corruptis & omnino consumptis pecoribus, neq; lanæ, neq; aliorum uestimentorum copiam habuerunt. Quæ cum procurasset iam & ciuitatibus finitimis conabatur prodesse, semina Syris præbendo: quod etiam ei multum profuit, dum gratiam exinde acquisisset. Terra enim post hoc fructus suos uberius ostendente, non minus quinquaginta milia hominum, quos ipse pauerat, a propria destinauit. Cum hoc modo calamitatibus oppressum regnũ, munificentia uel industria recuperasset non parua, & in circuitu similibus passionibus afflictos finitimos releuauit. Nam non fuit qui per necessitatem ad eum ueniens, non eius auxilium inueniret secundum suam dignitatem. Sed &

populi uel ciuitates,& priuati ad eum confugientes, ſolatium impetrarunt, in tantum, ut æſtimaretur indigentibus extraneis plus decem milia tritici coros dediſſe. Corus autē habet modia Attica decem. In ipſo autem regno ſuo octo-
Corus. ginta milia expēdit. Hanc eius diligentiam & ſolicitudinem,apud Iudæos tantum contigit præualere, & diuulgari apud alios,ut antiqua in eum odia commota pro præuaricationibus legum, per quas ētiam regno totius gentis penè priuari putaretur, liberalitate ſua prorſus extingueret, animi ſui magnificentiam præter opinionem demonſtrans. Populum autem intantum mutauit,ut ta-
Fauor populi erga Herodem. lem eum arbitrarentur, non qualem experti ſunt dudum, ſed qualem in neceſſitatibus probauerunt. Eodem tempore & auxilia Cæſari quingentos electos ſui corporis cuſtodes deſtinauit,quos. Eleiſeus ad mare rubrum perduxit. Poſt hæc ad meliora rebus ſibi prouenientibus, palatiū in ſuperiori ciuitate conſtruxit,magnas erigens domos, & ornatu precioſiſſimas, ut plures uiros ammiratione ſui capere potuiſſent. Secundum menſuram autem & appellationes eis impoſuit. Nam una Cæſaris, altera Agrippæ uocabatur.

Herodes ſacerdotis cuiuſdam filiam uxorem ducens,arces & oppida extruit, filioſq; erudiendos Romam mittit. Caput XII.

Aliàs Bithi. DEſiderio deinde commotus, cum nihil præponeret ſuæ libidini,filiam Simonis,ſibi coniunxit qui Hieroſolymita filius*Buzi cuiuſdam Alexandrini, ſacerdos inter nobiliſſimos: cum filiam haberet optimam,& tunc in Hie-
Herodes ſacerdotis filiam ducit uxorem. roſolyma nominatam,huius pulchritudo animum Herodis inflammauit. Et ne ſuſpicaretur uiolentia uel tyrannide hoc agere,melius arbitratus eſt nuptijs puellam ducere. Ideoq; Simonem indignum regia cognatione iudicans, dum ſuum deſiderium complere uellet,per honores euexit. Statimq; Ieſum*Fabetis filium
Aliàs Foabetis,& Fabati,& Boethi. à principatu ſacerdotij depoſuit, & Simonem ordinauit, atq; affinitati ſuæ cō iunxit. Cum uero nuptiæ perfectæ fuiſſent, ædificauit caſtellum in loco quo prius Iudæos, cum à principatu per Antigonum penè decidiſſet,euicerat:quod eſt ab Hieroſolymis ſexaginta ſtadijs,natura munitum, ad ædificationem opportuniſſimum, inſtar collis manu factum, ut eſſet in rotundo circuitio eius. Conduditur autem in circuitu turribus, rectum habens aſcenſum, ducentis gradibus ædificatum. Intus autem domus regiæ precioſiſſimæ, & ad munimen & ad ornatum ſimul effectæ. Circa initium collis habitacula cōſtructionis perſpicuæ, & aquæ ductus fecit. Nam non ille locus proprias habuit aquas, ſed longe perplurimis ſumptibus deductas. Circa campum uero ciuitas erat ædificata, quæ collem pro arce habebat. Cumq; omnia ſecundum ſpem euenirent, ſeditiones contra regnum nequaquam ſperauit oboriri, duobus modis ſubiectos regens: timore quidem quod eſſet ad pœnam non mitis: diligentia uero, quod in neceſſitatibus magnanimus appareret. Circundedit autem tutelam extrinſecus, tanquam murum ſubiectis parans. Nam & ciuitates extraneas, diuerſarumq; regionū reges patrijs muneribus ad amicitias ſuas flectebat. Vnde magnificentia ſua. Cæſarem & Romanorum potentiſſimos placabat, tranſgrediendo leges, dum templa erigeret ritui noſtro contraria. Nam nobis interdicta

interdicta sunt delubra,uel figuras more paganorum honorare:quæ foris pro-
uinciam Iudæam pro Cæsaris fauore faciebat in ciuitatibus, pro quarum con-
structione multas pecunias expendebat.Attendēs uero ppe mare locū oppor- *Cesarea oppidum.*
tunū ciuitati,qui quondam Stratonis turris dicebatur,non qualemcūq; urbem *Portus.*
illic,sed lapide albo palatijsq; pretiosissimis ciuitatem construxit.Portum quo-
que tranquillum, magnitudine similem Pyrrhæo, tutáque confugia nauibus
præbentem constituit.Quæ ciuitas iacet in Phœnice secundum pelagus ad Ae-
gyptum, inter Ioppen & Doram, oppida maritima: quæ stationem nauium
difficilimam habent propter Aphrici procellas. Cui difficultati remedium præ
stans, descripsit in circuitu portum, qui sufficeret maximis classibus locum præ-
bere refugij, lapides in altum ingentes ulnis uigintiquinq; deponens: quorum
longitudo xxv pdum erat,altitudo autem non minus decem & octo, latitudo
nouem: super quos turres disposuit,quarum maxima Drusus nominabatur, à *Turris Drusi.*
Druso Cæsaris priuigno. Ostia uero porticus contra Aquilonem extabant: in *Templum Cesaris Augusti.*
medio autem turris erat, super quam templum Cæsaris positum nauigantibus
apparebat habens statuas,unam quidem Romæ, alteram autem Cæsaris.Ci
uitas autem Cæsarea uocabatur, quæ subtus doacas non minores superiori-
bus ædificijs habebat, quarum aliæ quidem modicæ,spatio non longo ad por-
tum & ad mare fundunt: una uero media est, omnium receptaculum purga-
mentorum, quæ imbribus & mare influente diluuntur. Aedificauit etiam the *Theatrum. Amphitheatrum.*
atrum ab australi latere portus: Amphitheatrum quoq; multa milia hominū
capiens, in conspectu pelagi cōstruxit.Itaq; perfecta ciuitate duodecimo anno
cū nec ab re lassaretur, neq; rex sumptibus deficeret, deliberauit filios suos Ro *Herodes mittit filios suos Romā*
mam transmittere ad Cæsarem, Alexandrum & Aristobulum.Qui cum ascen
dissent, & in domo Pollionis, uiri nimis illustris,& Herodis amici conuersaren
tur,Cæsar eos cum omni humanitate suscepit:pollicitus licentiam Herodi præ-
stare, quem uellet sibi successorem relinquere: insuper & prouinciam Tracho-
nem & Bathaniam & Auranitem ei concessit, huiusmodi occasione: Zeno- *De Zenodoro quodam.*
dorus quidā, conductor domus Lysaniæ fuit,cui dum reditus non sufficerent,
de latrocinijs per Trachonē amplius acquirebat, quæ loca habitāt latrones Da
mascenorum prædas agentes. Hos Zenodorus minime prohibebat propter
communionem lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi, Varronē tunc præ-
sidem interpellabant: rogantes ut scriberet Cæsari iniquitatem Zenodori.Cæ-
sar autem delata suggestione rescripsit latrocinia exterminari: prouinciam autē
Herodi deputari, tanquam illius diligentia indigentem: quia difficilima domi
cilia & aquarum receptacula, & deposita frumenta habentes possent diu susti-
nere pericula munitis speluncis. Cum hæc per gratiam Cæsaris Herodes acce-
pisset, ad prouinciam Trachonem pergens, maleuolos latrones oppressit, &
in circuitu desideratam pacem omnibus præbuit.Zenodorus autem contrista-
tus, primum quod à magistratu depositus fuisset: magis autem inuidia,quod
præfectura Herodi tradita esset,ascendit Romam accusaturus eum: unde nihil
agens reuersus est.

De amicitia Herodis cū Agrippa & Cæsare,& de Manachemi prophetia. Cap. XIII.

Agrippa cũ Herode amicitias renouat.

INterea Agrippæ ſucceſſori Cæſaris trans Ionium miſſo, circa Mitylenem Iocuturus Herodes occurrit: priſtinaq; amicitia renouata, rediit ad Iudæam. Gadarenſium autem quidam cum ad Agrippam peruenissent accuſantes Herodem, quos ille nullo reſpõſo dato, ligatos regi tranſmiſit. Arabes quoq; iam dudum infeſti principatui Herodis, ſeditionem conabantur rebus eius inferre, occaſione huiuſmodi nacta: Zenodorus enim cum iam de ſe diffideret, præfecturæ ſuæ partem aliquam Auranitidis quinquaginta talẽtis uendidit: quæ cum in donatione Cæſaris haberetur, tanq; iniuſte ea ſublata, contendebant ſæpius quidẽ incurſionibus uiolentiam inferre: necnon & inopes milites flectebant, expectantes rebellionem: quam deſiderant qui ſtudent male uitæ ſuæ conſulere. Quæ cũ cognouiſſet Herodes, prouidentia ſua ſeditionum auferebat occaſiones. Igitur ſeptimodecimo anno regni Herodis, Cæſar ad Syriam peruenit, ubi Gadarẽſes plurimi Herodem accuſabãt, grauem eum ſibi & tyrannum in præceptionibus intimantes. Hæc autem eos dicere compellebat Zenodorus, cum iuraſſet nullatenus eos relinquere, uſq; quo ab Herodis imperio eos auferret. Quibus cõmoti Gadarenſes, & confitẽtes quod nihil paſſi fuiſſent ab Herode, cum eos Agrippa tradidiſſet, qui crudelis quidem in proprios, humanus autem erat in aliorum peccatis: accuſabant rapinas & contumelias, probantes & euerſiones templorũ. Et Herodes quidem indignatus, paratus erat ſatiſfacere: Cæſar autẽ amplectebatur eum, nihil de fauore ſuo dicens per ſeditionem multitudinis cõmutandũ. Et in primo quidem die de his ſermones prolati ſunt, in poſterũ uero nulla proceſſit cognitio. Siquidem Gadareni uidentes Cæſaris & concilij intentionem, timore territi, ne regi traditi tormentis afficerentur, quidã ſeſe noctu gladio percuſſerunt, alij præcipites ſeſe dederunt, quidam in fluuio ſponte ſubmerſi defecerunt, quæ uidebantur temeritatis, non peccati fuiſſe ſupplicia. Quapropter nequaq; Cæſar remoratus, Herodem à reatu ſoluit, necnon occurrit etiam nõ mediocris ei felicitas. Nam Zenodorus præcordijs ruptis ſanguine multo profluẽte, in Antiochia Syriæ uitam finiuit. Cæſar autem & huius poſſeſſionis partem

Liberalitas Cæſaris erga Herodẽ.

nõ paruam Herodi conceſſit, quæ inter Trachonem & Galilæã erat, Vlathã & Panneada, & in circuitu terram. Dimiſit autẽ eum, & procuratoribus Syriæ præcepit, ut ſecundũ illius ſententiam omnia tractarentur: qui in tantum felicitatis proceſſit, ut cum duo iſti Romanorũ imperium regerent, Cæſar & Agrippa, tertium ſibi amicitijs Herodem coniunxiſſent. Qui cum in tanta fiducia conſiſteret, fratri ſuo Pheroræ petiuit tetrarchiam à Cæſare, centum talentorum fedeiuſſor exiſtens: ita ut ſi quid ille pateretur, filij eius immunes euaderent. Sed cum Cæſarem comitatus eſſet uſq; ad mare, rediẽs in terra Zenodori pulcherrimũ ei templum cõſtruxit iuxta Panneada, ubi ſpelunca pulcherrima in monte cõſiſtit: ſub qua terræ altitudo inacceſſibilis eſt, aquis immobilibus plena, inde fontes Iordanis fluuij naſcuntur. Quem locum tẽplo cõſtructo, Cæſari deuouit. Tunc etiã tertiã partem tributorũ conceſſit ſubiectis ſuis occaſione ſterilitatis: plus autẽ reconcilians eos, ne aduerſarentur ulterius. Nã in talibus operibus pietate ſoluta, moleſte de præuaricatis legibus ferebant, & ſermones faciebant adinuicẽ. Qui dum his incitarẽtur & turbarẽtur, diligentiã habuit hæc ſedare, auferẽs quidem otiũ,

& præci-

& præcipiens ſemper in laboribus eos occupari. Nam neq; cõmunis deambulatio fiebat, neq; conuentus in ciuitate, ſed omnia cuſtodiebantur, & ſæuiſſima tormenta captis inferebantur, cum multi palàm & furtim in carcerem Hyrcani tracti, illic extinguerentur, & intus in ciuitate pariter & in uijs: nã erant qui conuenientes in unum, ſpeculabantur eos. Dicunt etiam nec ipſum hoc neglexiſſe, ſed ſæpius priuatum accipiens habitum, nocte cum populis conuerſabatur, experimẽtum faciens quid de principatu ſuo ſentirent, & ſi quos omnino atroces, nec approbãtes ſua opera inueniſſet, omnibus modis perſequebatur, & reliquam multitudinem ſacramentis impellebat ſibi fidelem exiſtere, & cogebat fauorem cum iureiurando ſibi uel principatui cuſtodire. Quorum multi placantes eum, uel timentes, ueniebant ad quod poſtulaſſet: alios uero ſeruantes ſuam opinionem, & grauiter ferentes quod cogerentur, modis omnibus occidebat. Flectebat autẽ & Pollionẽ Phariſæũ grauiter, & Sameũ, ſociosq; illorum ſibi iurare: Qui licet non obtemperaſſent, tamen nõ ſunt torti, dum uenerationes eius per Pollionẽ impetraſſent. Liberati ſunt etiam de hac neceſſitate hi qui dicuntur apud nos Eſſeni. Genus autem hoc eſt, quod conuerſatione utitur quam apud Græcos Pythagoras tradidit. De his quidem in alijs certius explanabo. Eſſenos autem ex hac cauſa ſic honorabat, quia maius quiddam de his ſentiebat, quàm de mortali natura dignum puto. Nam non inhoneſtus ſermo uidebitur in hiſtoriarum genere de his talibus intimare. Quidam Eſſenorum nomine Manachemus fuit, per omnem uitam benigna uoluntate probatus, præſcientiam à deo futurorum habens. Is dum adhuc Herodem puerum ad doctores pergentem uidiſſet, ut regem Iudæorum ſalutauit, qui illuſum ſe putans, commonebat eum ſermone adhuc priuatus. Manachemus hic ridens, & feriens manu poſteriora eius: regnabis, inquit, feliciter: nam iam à deo dignus iudicatus es, & recole Manachemi plagas, ut hoc tibi ſit ſignum de peccatis in regno committendis. Nam optima eſt ratio, ſi iuſtitiam & dei pietatem dilexeris, & modeſtiam circa ciues habueris: ſed non talem te futurum intelligo dum omnia cognoſcam. Felicitate nanq; omnes præcelles, & habebis gloriam æternam: obliuionem uero pietatis & æquitatis poſſidebis. Hæc non latebunt deum in ultimo uitæ pro tuo facinore. Quibus ſtatim nullatenus animum intendit, dum ſpes Herodi deeſſet: paulatim uero, cum eleuatus uſq; ad regnum fuiſſet, & feliciter principatum egiſſet, accerſijt Manachemum, & de tempore quãtum regnaret conſuluit eum. Manachemus aũt cum omnino nihil reſpondiſſet, ſed tacuiſſet, interrogauit eũ, ſi decem tantũ anni regni ſui eſſent: reſpondit, & uiginti & triginta, ſed fidem non addidit. Herodes autem iſtis contentus, Manachemum cum honore dimiſit, & omnes Eſſenos propter illum honorauit. Hæc igitur licet miranda, legentibus demonſtrare feſtinauimus, & oſtẽdere, multos apud nos talẽ diuinationis habuiſſe notitiam.

Phariſæi & Eſſeni.

De Manachemo Eſſeno.

De ædificatione noui templi & ſtola pontificali. Caput XIIII.

INterea decimo & octauo anno regni, Herodes poſt prædicta ædificia opus non minimum inchoauit, ſiquidem dei templum maximum conſtruere, & multum altum & decorũ erigere iudicauit: dũ putaret id nobilius omnibus ſuis

factis perficere, & ad æternam memoriam peruenire. Sed cum non facile populo persuaderi cognosceret, propter operis magnitudinem, conuocãs eos hac oratione mulcebat dicens. Alia quidẽ quæ à me in regno sunt acta, ò uiri contribules, ut de his laudem proferam, credo superfluum: tanq̃ mihi quidem minorem, licet uobis maiorem utilitatem ferre uideantur. Nam in difficultatibus nõ neglexi quæ ad uestra commoda pertinerent: neq; in extructionibus mihi magis quàm uobis omnibus festinaui tutelam impendere, & puto quod dei consilio ad hanc felicitatem euectus sum, ad quantam non prius gens Iudæorum aliquando peruenit. Cõstructæ nanq; sunt per prouinciam ciuitates, quas habitatoribus plenas munitionibus ornantes genus nostrum exaltauimus, quas operosum mihi uidetur scientibus enumerare. Quod autem nũc nitor efficere omni pietate præcellentius, explanabo. Bene enim nostis, quod istud maximũ deo tẽplũ nostri patres ædificauerunt, cũ à Babylonia remeassent: & quia desunt ei ad magnitudinẽ in altũ cubiti sexaginta, secundũ instar illius quod Salomon construxerat, nemo negligentiã pietatis parentũ nostrorũ accuset: quia non culpa illorũ factũ est breuius templũ, sed Cyrus & Darius Histaspis filius, huiusmodi mensurã ædificationis fieri præceperunt. Quibus illi seruientes, uel successoribus eorũ, & post illos Macedonibus, non habuerunt aptum tempus quo ad eiusdẽ antiqui formam istius mensurã perducerent. Nũc autem, quando nutu dei principatui meo pax larga concessa est, & diuitiarum possessio, & multitudo reditũ, & quod maximum est, amicitia fauorq; Romanorum, qui omnium rerum domini existunt: cur non studemus relictum necessitate seruitutis tẽpore opus corrigere, & integrum deo præbere pro beneficijs eius in meo regno collatis? Talia concionante Herode, multis ammirationem sermo pronuntiatus præter opinionem imposuit: nec aliqua desperatione commoti sunt, nisi quod anxiabantur, ne eo soluto aliquid emergeret, & opus moraretur ad finem usq; perduci: idcirco maior illis & difficilis putabatur magnitudo conaminis. Quos cũ Herodes cerneret dubitantes, adhortabatur eos dicens, se non prius deponere tẽplum, nisi omnia præpararentur quæ ad perfectionem eius pertinerent. Nã neq; mentitus est ex hoc quod promiserat. Illa enim plaustra parauit, quæ lapides ueherent: decem milia uero elegit peritos artifices, & mille numero sacerdotes, quibus stolas secundũ eorũ honorẽ habitũq; parauit: sed & quosdã cemẽtarios, alios aũtẽ fabros lignarios eruditos ad templi fabricã hortabatur. Cumque omnẽ apparatũ alacriter aggregasset, antiquis fundamẽtis solutis noua imposuit, super quæ templum erexit, longitudine cẽtum cubitorum, latitudine centũ cubitorum, altitudine centũ uiginti. Qui uiginti cubiti per tempus fundamentis desiccatis resederunt, quod post hæc tẽporibus Neronis renouare deliberauimus. Aedificatum est autem templum ex lapidibus albis & tenacissimis, quorũ magnitudo in longitudine uigintiquinq; cubitorum, altitudine octo, latitudine duodecim erat. Totius templi nanq; circuitus, & porticus undiq; humilima, altissimũ uero mediũ fuit, ut à multis stadijs cõspiceretur, & in prouincia constitutis, & contra habitãtibus aut ab accedẽtibus cerneretur: Ianuas aũt introitus & superliminaria, nec nõ & uela iuxta templi magnitudinẽ uario ornatu decorauit, & aureos

Aedificium noui templi

flores

flores ambientes columnas fecit, ſuper quarum capita uitis tendebatur, botryones aureos habens pendentes: qui mirandam magnitudinem, & artificij claritatem uidentibus exhibebant, propter materiæ pulchritudinem. Circundedit etiã & porticibus maximis omne templum, & ſecundum quantitatem uniuſcuiuſq; rei ſumptibus omnia priora ſuperauit. Porticus autem duæ maximis parietibus fulciebantur, ipſi autem parietes opere uario conſtructi erant. Nam collis erat ſaxoſus, paululum erectus à parte orientali ciuitatis, pronus ſuper arcem, quam dudum rex Salomon per dei prouidentiam magnis operibus muro circũdederat, ab inferioribus incipiens, quem uallis altiſſima circũdabat. Saxa uero ab Aphrico expoſita, plumbo ligauit, ut interiora loca complecterentur, multũ ſpatium ſtructura compræhendente, & in altum quadrangulo facto, ut uaſtitas lapidum à fronte uideretur: ab interiore uero parte ferro ligati, compaginem munirent immobilem per omnia tempora. Cumq; ita factum opus continuaret, uſq; ad ſummitatem collis perduxit, & foſſas circa murum poſitas complẽs, planum ſuper æqualemq; confecit. Quadriporticus uero in circuitu, unaquaq; porticu longitudinem ſtadij concludente, & intra hanc porticum, murum circa ipſam ſummitatem alius murus ſuperius ſaxoſus ambiebat omnia. Ab orientali uero parte pari longitudine porticum duplicem habebat, contra templi ianuas conſtitutam, quam multi priores reges conſtruxerant. Circa omnem uero ſacrarij orbẽ, ſpolia Barbarorum fixa, quæ rex Herodes deuouit, addens etiã quæ & ipſe ab Arabis ceperat. Per latus autẽ aquilonis turris alta, angulóſa, munita ualde fuerat, quã ante Herodẽ reges & ſacerdotes generis Aſamonæorũ cõſtruxerant, & Barin denominauerant, ut illic ſacerdotalẽ ſtolã deponerent: qua cum opus habuiſſet ut immolaret princeps ſacerdotum, induebatur. Hanc rex Herodes ſuo loco ſeruauit: poſt cuius obitum ſub Romanis fuit uſq; ad tẽpora Tiberij Cæſaris. Sub quo Vitellius Syriæ procurator, cũ profectus Hieroſolymã, & ſuſceptus à populo clariſſime fuiſſet, uolẽs eis uices retribuere, ut ſacerdotalẽ ſtolã ſub ſua poteſtate haberent, ſcripſit Tiberio Cæſari, & ille conceſſit. Et permanſit ſtola ſub poteſtate Iudæorum, uſq; quo obijſſet rex Agrippa. Poſt quẽ Caſſius Longinus, cui tunc Syria parebat, cũ Cuſpio Fado Iudææ procuratore, imperauerũt Iudæis in Antonianã turrim eã deponere, dicẽtes, Romanos oportere dominos eius eſſe, ſicut & prius. Deſtinant igitur Iudæi legatos ad Claudium Cæſarẽ, ut de his peterẽt. Qui cũ perueniſſent, iuuenis Agrippa rex Romæ conſtitutus, petens ab imperatore poteſtatem eius, accepit, ſcribente Vitellio Syriæ procuratore. Prius autem ſub ſigillo principis ſacerdotum, & cuſtodum pecuniarum fuerat: qui ante unum diem celebrationis ad principem cuſtodiæ Romanorum aſcendentes, & requirentes ſuum ſigillum, ſtolam tollebant: tranſeunte uero feſtiuitate, in eundem locum deportantes, & principi cuſtodiæ oſtendẽtes, ſimiliter cum ſigillis reponebant. Hanc autem Barin, id eſt, turrim, Iudæorũ rex Herodes munitiorem cõſtruens pro templi cuſtodia, ad gratiam Antonij, amici quidẽ ſui, principis uero Romanorum, Antoniam nominauit. A parte autem occidentalis muri quatuor portæ ſtabant, quarum una ad aulã tẽdebat, interpoſita ualle quæ erat in medio eius uiæ, duæ autem ad ſuburbana, quarta uero ad

Stola pontificis, à quibus ſolita ſit conſeruari.

ciuita

ciuitatem: multis gradibus ad inferiorem uallem tendentibus,& exinde rurſus ad ſuperiora aſcendentibus. Nam ex aduerſo templi ciuitas in modum theatri iacebat,circundata ualle altiſſima per omnem auſtralem tractum. Quarta autem frõs,quæ ad meridianum ſolem poſita erat, habebat & ipſa quidem in medio portas,ſuper quas regia porticus triplici longitudine terminata,ab orientali ualle incipiens,& ad occidentalem finita, amplius tendi non potuit. Opus autẽ fuerat dignum narrari omnibus qui ſub ſole ſunt. Siquidem altiſſima uallis ſic erat,ut nullatenus uideri poſſet,ſiquis eius altitudinem attendiſſet, ſuper quam porticus illa ſteterat. Ex qua ſi quis à ſummo, id eſt, à tertio tecto notaſſet, & profunditatem ædificiorum uidere uellet,tenebris perfundebatur,ita ut non poſſet uiſus ad immenſam altitudinem peruenire. Columnarum autem ordines cõſiſtebant in quadro per longitudinem, nam quartus paries colligabatur pariẽti lapideo. Craſſitudo uero uniuſcuiuſque columnæ, tres coniunctas ulnas habebat: longitudo autem pedes uigintiſeptem, duplici ſpina ſuppoſita: multitudo autem omnium, centum ſexagintaduæ fuerunt. Capita autem columnarum ſecundum modum Corinthium ſculpta, & admiranda propter magnitudinem operis. Cumque quatuor ordines fuiſſent, tres quidem media loca tenebant: quorum duo eodem modo facti, latitudinem habebant pedum triginta: longitudine ſtadia tria, altitudine quinquaginta pedibus tẽdebãtur: Medius uero ordo latitudinem uigintiquinque pedum habebat, altitudinem centum: nam dupla ſuper utrunque fuerat. Tecta uero lignis ſculptis in figuras diuerſas apparebant: mediæ uero porticus altitudo in immenſum tendebat, habens columnas compoſitas, politas undique, quarum compago incomprehenſibilis omnibus uidebatur. Talis quidem primus murus fuerat. A medio uero non multum ſecundus diſtabat, gradibus paucis aſcendendus: quem paries circuibat lapideus, titulum habens, qui prohibebat alienigenas ingredi morte interminata. Interior autem murus per auſtralem partem & aquilonis tractum, tres in pariete ianuas habebat à ſeſe diſtantes: per orientalem uero unam maximam, per quam tranſiebamus purificati cum mulieribus. Inacceſſibile autem ſacrarium fuit, intra quod tertium erat,ubi ſacerdotibus ſolis ingredi licebat. Ante quod ſacrarium ara erat, ſuper quam immolationes & holocauſta deo imponebamus. Horum trium nullum rex Herodes intrauit, cum utiq; prohiberetur,quia non ſacerdos exiſteret: ſed operibus muros, & porticus exteriores curabat. Quæ cum octo annis ædificaſſet,tẽplo per ſacerdotes in uno anno & quinq; menſibus peracto, omnis populus lætitia completus eſt. Et primum quidem pro celeritate gratias deo agebant: deinde alacritatem regis, quã in dedicatione habuit, laudibus extollebant. Rex autem trecentos boues obtulit deo, & alij ſecundum uires ſuas, quorum numerus nullatenus æſtimatur. Nam cum occurriſſet templi dedicatio, regiſq; natalitius dies,quo principatũ aſſumpſerat,inſignis eſt celebrata feſtiuitas. Conſtruxerat & effoſſam uiam ad aulam, ab Antonia intra templum ducentem per ianuam orientalem: ſuper quam & turrem ædificauit, quatenus & ſubterraneũ haberet acceſſum,propter populi ſeditiones. Dicitur autem per illud tempus,dum templum conſtrue-

Altitudo ædificiorum incredibilis.

Subterraneus in tẽplũ tranſitus.

retur.

retur,quod in die quidem non plueret,nocte uero imbres deſcẽderent,quatenus templi conſtructio nõ prohiberetur. Quod uerbum noſtri patres tradiderunt, nec eſt incredibile,ſi etiam dei prouidentiam aliquis cõſideret. Templũ quidem huiuſmodi conſtructione finitum eſt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSSEXTVS.

Lex Herodis de furibus, & regreſſus filiorum è Roma. Caput I.

IN adminiſtratione rerũ,ſtudium habẽs rex omnes iniquitates prohibere,quæ per ciuitatem & prouinciã fiebãt,legem ponit nullatenus priori ſimilem,in qua firmauit fures uendi. Quæ res non ad pœnam tantũ grauis,ſed ad confuſionem patriæ,ſolutionemq; conſuetudinis exiſtebat. Nam alienigenis,& nõ eundẽ uitæ modum habentibus,ſeruire in his quæ imperaſſent,peccatum in religione non pœna excedentium erat,dum in prioribus cautũ fuiſſet de hac pœna. Nã iubebant leges quadruplum fures reddere:non habentem uero tantum uenundari, non tamen alienigenis,neq; in perpetua ſeruitute,ſed Iudæis,& ſexto anno abſolui. Ergo præter conſtitutionem,& præter legem reddi hanc pœnam,ſuperbiæ pars uidebatur:nec regis ſed tyranni in uniuerſos ſubiectos tormentum atrociſſimum excogitatum,quod populi parabat diſcordiam. Eodem tempore Herodes ad Italiam nauigauit, Cæſarem deſiderans ſalutare, & uidere filios ſuos Romæ degentes. Cæſar quidem amicabiliter eum ſuſcipiens, perfectos ei doctrina filios reddidit,quos ad propria reduxit. Cum uero ab Italia rediſſent, ſtudium populi circa iuuenes erat,& perſpicui omnibus facti magnitudine corporis, & ornatu regio, forma non deficiente, inuidioſi ſtatim uiſi ſunt Salome ſorori regis,& illis qui accuſationibus Mariamnen damnauerant: dum putarent, ſi præualerent,ultionem exigerent de his,quæ in matrem ſuam commiſſa uidebantur. Cauſam uero timoris ad illorum criminationem tranſferebant: dũ dicerent, non libenter cũ patre eos cõmorari propter matris interitũ: & quia iniuſtum eis uideretur,ſimul cum interfectore genitricis conuerſari: & ex ueritate ſumentes initium,ad ueriſimile deſcendẽtes,affligere eos tentabant, & fauorem patris quem circa filios habebat auellere. Quod non manifeſte ei dicebant,ſed in multitudinem rumorem ſpargentes,Herodi nuntiari credebant:unde odium in eos patris exarſit. Interea omni ſuſpicione uel accuſatione prætermiſſa,rex amore filiorũ honores eis largitus eſt,& uxores nobiliſſimas iunxit: Ariſtobulo quidem filiam Salomes Beronicen,Alexandro uero Archelai regis Cappadocum filiam Glaphiram.

Lex noua Herodis in fures.

Odium Salomes in filios Herodis.

De prodi-

De prodigalitate Herodis in gratiam Agrippæ,& uectigalibus Iudæorum. Caput II.

Herodes occurrit Agrippæ uenienti in Asiã

CVm hæc dispoſuiſſet,& audiſſet Marcum Agrippam nauigaſſe rurſus ab Italia ad Aſiam,feſtinauitad eum,à quo petijt ut ad regnum eius accederet, ut obtineret quæ oportebat ab hoſpite uel amico. Qui cum flexus eſſet, lætus ad Iudæam peruenit.Herodes autem nihil quod ei placeret reliquit,in nouis ciuitatibus eum ſuſcipiendo, ædificia demonſtrando ampliſſima, & omni deliciarum apparatu reficiendo eum cum amicis in Sebaſtia,& Cæſareæ portu à ſe conſtructo,& in oppidis Alexandrio, & Herodio,& Hyrcanio.Ducebat etiam eum ad ciuitatem Hieroſolymorũ, occurrente cuncto populo cum laudibus. Agrippa autem deo quidem centum boues immolauit,pauit etiam magnifice populum,Qui licet multos dies illic uellet remorari,tamen propter tempus nauigationis feſtinauit rurſus ad Ioniam muneribus ab Herode multis donatus, unà cum ſuis amicis nobilibus peruenit. Rex autem poſt hyemẽ ueris tempore properauit rurſus ad eum,ſciens exercitum ad Boſporum producturum. Cumque per Rhodum & Coon nauigaſſet,putauit eum in Lesbo inuenire.flatu uero Aquilonis detentus,in Chio remoratus eſt: ubi multos ſibi occurrentes donis regalibus honorabat.Cumque ciuitatis porticum uidiſſet dirutam,quam in bello Mitridatico depoſitam,non facile propter magnitudinem & pulchritudinem reſtaurari contigerat,pecunias præbens quãtæ ſuperabũdare potuiſſent ad operis perfectionem, præcepit ciuibus,ut non negligerent,ſed citius ornatum ſuæ ciuitatis erigerent.Ipſe uero ceſſante procella,ad Mitylenen acceſſit,& exinde ad Byzantium profectus,cum audiſſet ultra ceruleas cautes iam Agrippam nauigaſſe,feſtinauit:& ad Sinopem Ponticam deſcendens, ſubito illi inſperatus appa-

Liberalitas Herodis.

Herodes iterum occurrit Agrippæ.

ruit:à quo libenter exceptus honoribus fruebatur.Cum quo & totius expeditionis tempore labores partitus eſt.Cumque prouincias Ponticas ordinaſſet, per Paphlagoniam & Cappadociam,& exinde per magnã Phrygiam profecti, Epheſum peruenerunt, unde ad Samum nagauerunt. Multa uero per ciuitates ſingulas beneficia regis,ſecundum petiones interpellantiũ fiebant,dum largitionibus minime parceret ſed & ſi qui aliquid ab Agrippa petiſſent, arbitrio ſuo poſtulata complebat.Cumque bonus & largus præſtando petentibus eſſet,nullumque contriſtaret, Agrippam ſimiliter ad beneficia prouocabat. Nam Ilienſibus eum reconcilianit iratum, perſoluit & pecunias, quas procuratoribus Cæſaris Chij debebant:aliorum quoque petitiones munificenter complebat. Cumque ad Ioniam peruenisſent, Iudæorum populi qui ciuitates habitabant,tempus & fiduciam nacti, uiolentias referebant, quas patiebantur dũ legibus proprijs uti non ſinerentur: damna etiam per calumniam exactorum in feſtis diebus:darent & pecunias quas ad Hieroſolymam tranſmittebant, & multis alijs calamitatibus opprimerentur, Romanis ſemper præcipientibus eis ſecundum proprias leges uiuere. Quæ cum ſuggeſſiſſent Herodi, præſentauit eos ut audiret Agrippa eorum allegationes. Nicolaum autem quendam ex ſuis amicis dedit,qui pro eis peroraret. Agrippa uero Romanorum nobiliſſimos

mos,& reges & potentes qui tunc præſto erant,cum ad concilium ſecum perduxiſſet,Nicolaus ita pro Iudæis locutus eſt: Omnes quidem ò maxime Agrippa indigentes,oportet pro neceſſitate confugere ad eos,qui uiolẽtiam poſſint auferre.Hi uero qui nunc interpellant,fiduciam prius à uobis datã quam ſæpius optauerunt,nullatenus ſe perdere per uos poſtulant qui dediſtis. Petunt enim ut hæc quæ acceperunt à uobis,qui ſoli poteſtis præſtare,ſeruentur.Nam damnis afficiũ ,non ab aliquo meliore,ſed ab his quos pariter ſecum ſubiectos uobis eſſe cognoſcunt.Et ſiquidem maxima ſunt quæ à uobis meruerunt, laudabiles uidẽtur, quod ita ſe probauerũt beneficijs dignos: ſi uero minora ſunt,inhoneſtum eſt, ſi nec hæc firmauerint qui præſtiterunt.Hi enim qui uiolentiam Iudæis ingerunt,niſi putarent bonos eos eſſe quod à uobis talia meruiſſent,non eis inuiderent, & ueſtra beneficia caſſare niterentur.Quod ſi quis interroget,utrum uelint patrijs legibus ipſi priuari,id eſt,immolationibus & pompis,quas feſtis diebus offerũt: ſcio libenter eos omnia pati,quàm patrias leges amittere. Nam & bella propter hoc multi amplectuntur,uerentes,ne tranſgrediantur patrias leges & libertatem, quibus nunc uniuerſum hominum genus per uos potitur,quod nos etiam petimus, ut liceat nobis per prouinciam ſeruare ſolennia. Cur ergo hi quæ pati nolunt, in alios committunt? Illud uero cõſideremus: Nunquid eſt populus, aut ciuitas, aut genus hominum:quibus non maximum bonum apparuit continentia ueſtri imperij,uel potentia Romanorum,uel audet aliquis eorum beneficia infirmare, licet ſit amens? Nam nemo eſt,qui non horum particeps,uel publice uel priuatim exiſtat. Quod & ſi quis auferat quæ uos donaſtis,nihil firmũ,neq; ſibi quod per uos habuerit obtinebit. Veſtra enim dona quis enumerare præualeat? Si recordatum fuerit regnum antiquum,& modernum imperium,multa exiſtunt quæ à felicitate ueſtra conceſſa ſunt. Noſtra uero licet clara ſint,non tamen inuidioſa, propter uos qui donaſtis.Hoc tantum perfrui poſtulamus,ut ſine impedimento patriam religionem ſeruemus. Quod & per ſe non debet inuidioſum eſſe, ſiquidem deus lætatur honoratus.Ex noſtris uero ſolennibus nihil inhumanum eſt,omnia uero religioſa & iuſticia ſunt ſalutari deuota. Neq; enim cælamus mandata,quibus utimur monimentis pietatis & humanarum profeſſionum.Septimum uero diem remittimus,doctrina noſtrorum ſolennium imbuti:quapropter nullatenus peccamus.Bonæ itaq; leges probantur quas colimus,ſi quis per ſe eas requirat, & antiquæ exiſtentes,licet aliquibus non ſic eſſe uideantur,ut earum honor per longitudinem temporis non facile repellatur ab his, qui eas caſte cuſtodiunt,quibus nos priuant per uiolentiam.Pecunias namq; quas deo conferimus,rapientes manifeſtum ſacrilegium committunt. Vectigalibus uero grauantes nos in feſtis diebus, ad iudicia & ad mercimonia non neceſſaria trahunt,pro cõtumelia religionis quã nos colere cognoſcunt,de qua non iuſtum odium habent.Siquidem ueſtrũ imperium,quod omnibus dominatur,probitatem quidem laudat,contumelias autem fortiter abhorret.Poſtulamus igitur maxime Agrippa uiolentias auferri, ne prohibeamur legitimis noſtris ſolennitatibus perfrui,& ne ſubſtantiæ noſtræ rapiantur ab his,quibus nullam uiolentiam inferimus.Nam petimus nõ tantum iuſta, ſed etiam à uobis primo donata,poſcimusq; pro his ſenatuſconſulta, & tabulas

Oratio Iudeorũ ad Agrippam pro tuenda libertate.

Accuſantur turbatores libertatis Iudæis à Romanis conceſſæ.

in capitolio poſitas relegere,quas certum eſt experimẽto noſtræ circa uos fidei datas.Sed ſi nullatenus fideles uobis apparuiſſemus,debent tamen firma eſſe quæ donaſtis:& non tantum nobis,ſed etiam omnibus hominibus præſtitiſtis,eos beneficiorum largitionibus ampliantes:quorum ſingula ſiquis enumeret,poteſt immẽſam orationem longo ſermone cõficere.Nos uero hæc iuſte impetraſſe ſi uelimus oſtẽdere,ſufficiet nobis,ut priora taceamus,hic noſter rex,qui uobiſcum præſens conſidet,qualiter eius fides erga ueſtram familiam datuit. Quis enim fauor eius, aut quis in uos non excogitatus honor,aut cauſa quæ defuit? Quis autem prohibet ueſtra circa nos enumerando beneficia explanare? Sed bonum puto,prius patris eius Antipatri res geſtas explicare:qui cum in Aegyptum Cæſar intraſſet,cũ duobus milibus armatis ei auxiliaturus occurrit,neq; in terreſtribus certaminibus neq; naualibus armatis minor apparens.Et quid oportet dicere,quãtum profecit illo tempore,tot donationibus Cæſaris accumulatus? Singulas uero memorare Cæſaris epiſtolas,quas tunc ſenatui pro ipſo deſtinauit,publicos etiam honores, quod ciuem Romanum Antipatrum ordinaſſet,ſuperfluũ puto referre. Sufficit enim hæc demonſtrare,iuſte nos beneficia ueſtra poſſidere,quæ per uos cõfirmari poſtulamus:à quo & ſi prius non extitiſſent,ſperabamus affectu circa uos noſtri regis,& ueſtro erga eum acquirere.Nunciatur enim nobis ab Hieroſolymorũ Iudæis,qualiter prouinciam ingreſſus eſſes,& deo perfectam immolationem honorãdo eum integris ſupplicationibus perſoluiſſes,& quomodo populum pauiſſes,& ab illo munera ſuſcepiſſes,quæ per gentes & ciuitates ſigna uel indicia hoſpitalitatis & amicitiæ ueſtræ putantur,quæ meruit Iudæorũ gens per Herodis prouidentiam.Hæc admonentes unà cum iſto tibi cõſidente rege,petimus te nihil ſuperfluum:ſed ut quæ uos dediſtis,ne concedatis ab alijs auferri.Cum hæc Nicolaus diſſeruiſſet,nulla eſt facta à Græcis controuerſia.Nõ enim in iudicio hæc,ſed in conuentu uentilabantur: hac tamen occaſione pro ſatiſfactione uſi ſunt, dicentes:quod inquilini per prouinciam Iudæi uiolẽtiam habitatoribus eius ingererẽt, dum illi indigenas ſe demonſtrabant:& licet ſuis ſolennibus uſi,tamen nihil læderent eos.Ergo intelligens Agrippa uiolentiam eos pati,hæc reſpõdit:Propter Herodis amicitiam uel fauorem,paratũ ſe eſſe cuncta Iudæis concedere.Tamẽ hæc, inquit,quæ poſtulant,per ſe iuſta perſpiciuntur:& ſi amplius petiſſent,non me piguiſſet,quæ non lædebant Romanorum imperium,eis concedere. Sed quoniam hæc & prius acceperunt,infirmari nullatenus cõcedo,quos uolo ſine moleſtia propꝛijs ſolennibus potiri.Cum hæc interlocutus fuiſſet, concilium dimiſit. Herodes autem affectui eius gratias exoluebat.Et ille pariter eũ amplectabatur,& ita tunc diſceſſerunt.Rex autem domum reuerti uolens,nauigauit:& ad Cæſaream deductus,non multis diebus proſpero flatu uentorum ad Hieroſolymã peruenit.Vbi concilium totius populi congregans,cum multi ex prouincia conueniſſent, concione habita,rationem totius ſuæ profectionis explanauit:& quæ Iudæis in Aſia per eum proueniſſent, ut ſine uiolentia in poſterum poſſent degere. Narrauit etiam quid felicitas uel gubernatio ſui principatus eis profuiſſet:necnon & quartam partem fiſcalium præteriti anni conceſſit.Qua illi oratione uel gratia lætati,cum ſumma exultatione bona regi orantes, receſſerunt.

Reſpõſio Agrippæ.

Herodes redit Hieroſolymam.

Domeſticũ

Domeſticum diſſidium inter Herodem, & eius filios. Cap. III.

PRocedebat autem ſeditio domeſtica, & acerbiorem accipiebat prouectum, cum tanquam hæreditarium odium ſuſcepiſſet circa aduleſcentes Salome, & ſumpſiſſet de matris eorum morte audaciam: dumq; uellet neminem illius relinquere, qui poſſet mortem eius uindicare. Cumq; aduleſcentes à genitore diſcordarent, memoria matris quæ falſis accuſationibus fuerat interempta, & imperij cupiditate: rurſus ſimile malum prioribus ortum eſt, dum derogationes ab illis circa Salomen & Pheroram fierent, inſidiæ uero ab his in aduleſcentes. Nã odiũ par alterutris fuerat, modus autem odij non ſimilis, dum illi manifeſte quidẽ detraherent, inhoneſtum putantes iram cælare: illi uero nõ tali modo, ſed callide ac maleuole accuſationibus uterentur, ſeducentes ſemper aduleſcẽtes, quorum audaciam putabant ad necem poſſe fieri genitoris. Qui nullatenus pro matris flagitio confundebantur, nec eam credebant iuſte periſſe, imò magis feſtinabant in autorem homicidij uindicare. Deinde cuncta ciuitas iſtis ſermonibus completa, miſerabatur innocentiam aduleſcentium: diligentia uero Salomes creſcebat, & ab illis occaſiones accipiebat, dum ſic contriſtarentur propter indignum matris interitum. Dicebant enim, miſere quidem contigiſſe matris obitum: ſe uero miſeriores, qui compellerentur cum interfectoribus matris cohabitare. Hæc autem ad peiora in abſentia regis procedebant.

De odio Herodis & impietate in filios duos legitimos. Cap. IIII.

CVm ergo Herodes reſediſſet, & populo interlocutus eſſet, ſicut prædiximus, ſtatim ſermones ad eum per Pheroram & Salomen proferebantur, magnũ ei ab aduleſcentibus periculum imminere, quod minime ſuſtinerent multum matris interitum. Addebant etiam, quod Archelai Cappadocis ſpe niterentur, tanq; per illum ad Cæſarem profecturi, & patrem Herodem accuſaturi. Per quæ Herodes confeſtim conterritus obſtupuit, quod & alij hæc eadem nũciaſſent. Recordabatur autem priſcas calamitates, quod nec uxore priuatus, ſeditione liberata domus eius fuiſſet, quæ priorum grauiora & peiora pateretur. Quapropter cõtriſtabatur, quod omnia præter ſpem feliciter ei forinſecus deus præſtitiſſet, & domeſticis calamitatibus uinceretur. Turbatus ergo & huiuſmodi calamitatibus afflictus in deiectionem aduleſcentium, Antipatrum filium ſuum ante principatum ſibi genitum de priuata uxore illis præponens, omnia in eum tranſtulit: dum putaret ſic conterrere fiduciam filiorum Mariamnes, & temeritatem eorum damnare, dum illi crederent aliũ præter ſe, patri ſuccedere: depoſitoq; Antipatri prouectiore ſupcilio, poſſet eos ad meliora cõuertere. Quod nõ ſicut putauit euenit, nã pueris omnino ſuæ deiectio grauis apparuit. Qua Antipater fiducia potitus quam prius nõ habuit, feſtinauit fratres affligere eorũq; accuſatoribus cõſentire, quibus pater facile credebat, alienatus à filiorũ amore. Sodalibus ergo miniſtris uſus, ne ipſe in ſuſpicionem ueniret, patris animũ in fratres accẽdebat: nã multos iã acquiſierat ſuæ uoluntatis miniſtros, propter ſpem quã de regno iã habuit: fide uero patris putabatur hæc facere: unde plus triſtitiæ aduleſcẽtibus occaſiones creſcebãt. Nã ſæpius ab eis lachrymæ pro cõtemptu ſuo, & matris recordatione fundebãtur, patremq; manifeſte apud amicos tanq; iniuſtũ accuſabant. Quæ maleuoli per Antipatrum

Herodi renunciantes,non paruam in aula ſeditionem commouebant.Quare exacerbatus rex accuſationibus,& humiliare nimis Mariamnes filios uolens, maiora in honorem Antipatri excogitabat,adeo,ut & matrem eius dudum cõtemptam reduceret,& Cæſari ſæpius pro eo ſcriberet.Agrippa uero poſt diſpenſationẽ decennalem Aſiæ Romam aſcendente, rex à Iudæa nauigans ad eum,ſolum Antipatrum ſecum duxit.Cui etm cum multis donis cõmendauit, quatenus Romæ Cæſari amicum faceret,ut iam omnes crederent,contemptis aduleſcentibus in illũ regnum patris tranſferri.Ipſe quoq; ſcribens,Romæ multis amicis Antipatrum commendabat.Qui contriſtabatur,quod abſens fratres ſuos ſolito accuſare minime ualeret:timebat etiam,ne mutatus pater,modeſtius filios Mariamnes diligeret.Cumq; hæc cogitaſſet,ſua maligna uoluntate uſus,exinde incitare patrẽ ſperabat:unde contra fratres frequenter ſcribens,ueteri patris interitũ ſimulabat: uſquequo Herodem ad tantum iræ uel furoris perduxiſſet,ut iam aperte contra filios niteretur.At ille,ne tãtum facinus perpetraretur,melius putauit Romam nauigare,& filios apud Cæſarem accuſare:nihilq; ſibi tale permittere quod propter magnitudinem impietatis periculoſum exiſteret.Cum uero Romam peruenisſet, & ad Aquileiam ciuitatem perrexiſſet,Cæſarẽ compellare feſtinãs,tempore apto de maximis ſuis calamitatibus intimauit:filiosq; ſuos præſentans,inſolentiam & audaciam eorum accuſauit,quod feſtinaſſent patrem ſuũ perimere,regnumq; tyrannico more inuadere:dum ipſe licentiam haberet non neceſſitate,ſed recto iudicio tradere regnum permanenti filio circa paternã pietatem:quam à Cæſare perceperat,ut quem uellet,ſibi ſucceſſorem relinqueret:cum illi non ſolum regno, ſed & uita mererentur priuari,qui tale facinus in patrem moliti ſunt:quorum temeritatem diu portans,nunc cogeretur Cæſaris aures talibus uerbis polluere, cũ nihil paſſi ſint moleſtum aut graue à patre:cur uero iniuſtum eis uideretur, ſi principatum quem multis laboribus uel periculis ſuis acquiſiuit,concederet & præberet ei quem meritum æſtimaret:nam hoc,inquit,præmium cum alijs iuſticiæ donis exiſtit,ſi meritis quiſquam gratiam præcedentem compenſauerit:& talem diligẽtiam habuerit,ut retributione tanta dignus exiſtat.Impium enim eſt uel de hoc ipſo cogitare,dum non poſſint ad regnũ niſi patre perempto accedere,quibus hactenus pater honores uel diuitias adminiſtrauit,coniugesq; nobiliſſimas genere copulauit:Ariſtobulo quidem filiam ſuæ ſororis,Alexandro uero filiam Archelai regis Cappadocum.Pro quibus commiſſis dum talia feciſſent, poteſtatem habens nõ in eos ſe uindicaſſe dicebat,ſed ad communem benefactorem Cæſarem adduxiſſet:& auferens à ſe totum,quantũ aut pater læſus,aut rex inſidiatus potuiſſet agere,pariter eos in iudicio ſecum fecit aſtare:& reliquum eſſe,aut eos occidi,ne cum timore maximo ipſe uiueret:aut ſe opprimi,quatenus utriq; fabula hominũ uel opprobrium forent.Cum hæc Herodes apud Cæſarem filios ſuos accuſando dixiſſet,iuuenesq; eo dicente lachrymarentur,& confuſi de tali accuſatione, licet liberũ ſermonem ac fidelem à conſcientia poſſediſſent,tamen patris criminationibus difficilem ſatiſfactionem putabant fore,dum non arbitrarẽtur honeſte & cum fiducia patrem redarguere.Erat ergo eis inopia dicendi & lachrymæ cum gemitu: dũ timerent,ne putarentur mala conſcientia ſatiſfactionem nõ inuenire. Turbationẽ

autem

autem eorum Cæſar attendens,ſicut erant innoxij,credidit quod conſcientia non facinoroſa,ſed imperitia & modeſtia minime ſeſe prævalerēt purgare. Vnde etiā facti miſeratione digni cunctis præſentibus,patrē commouerunt ad ueram miſericordiam:uidentesq; propitium eū & Cæſarē,& alios præſentes,unus eorū Alexander accuſationes diſſoluere uiſus eſt: O pater,inquit,tuus quidem erga nos affectus euidenter manifeſtus ex ipſo iudicio apparuit. Nam ſi quid in nos crudele cogitaſſes,nō nos ad omnium ſeruatorē Cæſarē deduxiſſes,dū tibi quod uelles liceret ut patri. Nemo enim quenq; uolēs interficere ad tēpla eū ſacrariaq; perducit,unde uita cōquiritur:quæ nobis morte peior exiſteret,ſi tale aliquid in patrem cogitaſſemus. Siquidem ſermonē fiducia ueritatis inuenit:cū beatos nos fore ſciamus,te mitigantes,ac pericula & falſam delationē fugientes:ſi uero accuſatio prævaluit,ſolem iam uidere nos ſuperfluū iudicamus. Quod ergo dicis,regnū deſiderare nos,ueriſimilis cōtra iuuenes cauſa uidetur:& quod de miſeræ matris interitu ſubiungis,à priore calamitate argumenta percipiens,nobis ingeris crimen. Conſidera tamen,quia hæc cōmunia cūctis exiſtunt,& ſimiliter in alijs dici poſſunt: dū nihil prohibeat,ſi regis filij ſint iuuenes:& matre eorū defuncta,omnes in ſuſpicione patris eſſe tanq; inſidiatores. Sed opinio ad talem crudelitatē non ſufficit. Dicat uero quiſquā, ſi tale aliquid præſumptū eſt à nobis,unde credibilia hæc appareant. Nūquid hoc manifeſtis indicijs poterit approbari,aut ueneni cōfectio, aut æqualium coniuratio,aut ſeruorū corruptio,aut literæ contra te deſtinatæ: dū & hæc poſſint,licet non facta,criminationibus cōfingi,domo regia non cōcordante? Principatum etiam,quem tu dicis præmiū eſſe pietatis,ſæpius euenit cauſam fieri malignæ rei. Culpā quidē noſtrā nullus probauit. Accuſationes uero quomodo ſoluat,qui excuſationes nō uult audire? Locuti ſumus quiddam,ſed non cōtra te: nam hoc iniuſtum eſſet:ſed in eos,qui ſi quid dictū fuerat,minime tacuerunt. Matrem uero quidā noſtrum planxit,nō quod defuncta eſſet, ſed quia derogabatur ei ab indignis,uolentibus principatū inuadere. Scimus nec patrē poſſidere quicq;, quod nos nō poſſidemus. Et dum regijs honoribus fruamur,fruſtra feſtinamus, ſi te occidendo regnum tenere uoluerimus:quibus pro hoc facinore nec terra peruia,nec mare nauigabile uidetur. Nunquid ſubiectorum pietas, & gens religioſa concedere habuit parricidas rempublicā obtinere,aut ſanctiſſimum à te cōfectū ingredi templum? Vt uero hæc omnia omittam,homicidiū inultum Cæſare uiuē te poſſet dimitti:ſed neque filios impios creaſti,aut ſtultos, ſed infelices, teq; indignos. Si uero neq; cauſas habes neq; inſidias inuenis,quid tibi ad fidē ſufficiet in tali crudelitate? An putas de matris interitu coniecturā ſumere,quæ nos non incitare,ſed magis mitigare poſſet? Ampliorem quidem ſatiſfactioni uolebamus ſeriem inſerere,ſed nō recipiunt prolixiorem orationem,quæ minime commiſſa creduntur. Quapropter ante omnium dominū Cæſarē præſenti tempore paciſcimur,ſi ſine ſuſpicione tua cū ueritate circa nos tuum recipimus affectum, pariter poſſumus uiuere, licet nō feliciter: quia maxima mala ſæpius ex falſo crimine generantur. Permanente aūt in te aliquo mœrore culpæ noſtræ,iam nobis uita iucūda nō uidetur, ſi tu eam ut immeritis largiaris. Cū hæc dixiſſet,& Cæſar nec prius magnitudinem criminationis crederet,tunc magis placabatur:& frequenter Hero

Reſponſio Alexandri contra accuſationem patris.

dem attendens,uidebatur mitigari. Cumq; præsentium miseratione rumor in au la diuulgatus esset,regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio. Nam adule/ scentum ætas,corporis pulchritudo,miserandum eis auxilium conferebat:plus ue ro,quia oratio cõuenienter & sapienter in Alexandri uerbis occurrerat. Cæsar au tem modicum remoratus, adulescentes quidem licet ab excusatione extranei uide rentur,hoc ipsum tamen peccasse eos pronunciauit,quod non tales se patri præ buissent,ut non darent criminationis occasionem. Herodem uero petebat,ut om nem opinionem abijciens,reconciliaretur cum filijs:dum non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse committi. Cum hæc persuasisset,iuuenibus innuit, ad uestigia patris sese proijcere. Qua supplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter est amplexus:quod cernentes qui aderant,flexi miseratione,in lachrymas facile pro/ ruperunt. Illi autem gratias Cæsari agentes,pariter discesserunt:& unà cũ his An tipater,simulans læticiam pro eorum reconciliatione celebrata. Postero die Hero des Cæsari quidem donauit trecenta talẽta,spectacula & munera populo Roma no tribuenti. Cæsar autem ei metalli æris Cyprij dimidios reditus,& dimidiã pro curationem præbuit,& hospitalibus eũ & muneribus honorauit:& de regno po testatem cõcessit,quem uellet filiorum successorem relinquere, uel partiri unicuiq; regnum,ut ad omnes perueniret. Illo tamen uiuente,hoc agere non permisit, di cens:oportere eũ dum uiueret,& regni & filiorum dominationem possidere. Hæc dum ordinasset,rursus redit ad Iudæam. In cuius absentia,non parua pars regni defecerat Trachonitidis:quos relicti iudices iterum sub imperium redegerũt. He rodes uero cum filijs dum nauigaret,& peruenisset in Eleusam Ciliciæ,quæ post ea Sebaste dicta est,inuenit Cappadociæ regem Archelaum expectantem, & de filiorum reconciliatione gaudentem: & quod Alexander, qui filiam eius habuit, ab accusatione solutus esset:donationesq; inuicem ut reges dederunt. Vnde cum Herodes ad Iudæam peruenisset,& ingressus in templum fuisset,de suis prosperis actibus locutus est populo, Cæsaris in se munificentiam explanans. In fine uero ad persuasionem filiorum sermonem conuertit,ut in aula & in alijs cunctis cõcor darent:quos & post reges futuros demonstrauit: primum quidem Antipatrum, postea uero filios Mariamnes, Alexandrum & Aristobulum: hortabaturq; eos, ut dum ipse uiueret,sibi in omnibus obedirent,quia nec per ætatem impediretur, nec per senectutem suam rempublicam gubernare. Cum hæc dixisset,concione di missa,multi sub expectatione filiorum eius,nouis rebus studebant.

Reconciliatio Herodis & fi liorum suorũ.

De magnanimitate & munificentia Herodis, & urbibus ab eo conditis,& seueritate in suos. Cap. V.

EOdem tempore perfecta est Cæsarea,quam ædificauit decẽnali tempore, ui cesimooctauo anno regni sui,olympiade centesima & nonagesimasecũda:cu ius in dedicatione celebratio uel apparatus munificẽtissimus fuit. Nã præceperat certamina musica,& palæstras cõuenire. Præparauerat etiam feras,& gladiatores, cursusq; equorum:& reliqua miranda spectacula,in honore quinquennali Cæsa ris. Cui Cæsar cũ sua uxore Iulia,pro dedicatione ciuitatis,maxima liberalitate sũ mum ei direxerat apparatum:quorũ summa quingẽtis talẽtis æstimata est. Cũq; multitudo ad ciuitatẽ cõuenisset pro spectaculis,& legationes quas populi desti nauerant,

Quinquẽnale certamen. Munera à Cæsare missa.

nauerant,beneficijs eius gratias agentes,pariter occurriſſent,cunctos ſuſcepit in di uerſorijs & cõuiuijs:& per dies quindecim ſpectacula & delicias miniſtrauit,unde inſignis eius magnanimitas potuit diuulgari. Quapropter perhibẽt Cæſarem & Agrippam ſæpius dixiſſe,quod magnanimitati Herodis,imperiũ eius deeſſet: & dignum eũ eſſe Syriæ uel Aegypti regnum poſſidere.Poſt huius urbis dedicatio nem,in campo qui Capharſaba uocabatur,in loco aquoſo,& optima terra arbo ribus,& fluuio circũdata,ciuitatẽ ædificauit,quam nomine patris ſui Antipatridẽ nuncupauit,pulchritudine & amœnitate decoratã:necnon & nomine matris locũ iuxta Hieriuntem ædificans,munitione & domicilijs optimũ,Cyprum nomina uit:imò & nomine fratris ſui Phaſeli,propter amorẽ quem in eũ habuerat,cõſtru xit turrim in ea ciuitate,nõ minorem Pharo Alexãdrina,pro munitione ciuitatis, quam in fratris memoriã Phaſelum uocauit.Appellationis uero eiuſdẽ, & ciuita tem iuxta Hieriuntem cõdidit.Beneficia uero ipſius,quæ alijs ciuitatibus per Sy riam & Hellada,& ad quos cõtigit eum proficiſci,donauit,minime poſſumus ex planare:nobiliſſima uero,& maxima facta eius in Rhodios extiterunt. Siquidẽ Pythium ipſe ſuis ſumptibus cõſtruxit,& præbuit multa talenta ad nauium cõfe ctiones. In Nicopolitana etiam ciuitate,quam in Accio Cæſar ædificauerat,mul ta publica loca cõdidit. Antiochenis uero magnam ciuitatem Syriæ habitãtibus, plateam longã in media ciuitate poſitam,ex utraq; parte porticibus ordinauit, & niam lapide polito ſtrauit,ad ornatum & uoluptatẽ habitantiũ:necnon & olym piacum certamen appellatione dignum,propter pecuniarum inopiã melius redi tibus deputatis refecit,& immolationibus & reliquo ornatu celebrationẽ eius inſi ſignem reddidit:pro qua munificẽtia perpetuus Agonitheta nominatus eſt. Alijs quidem mira uidetur differentia uoluntatis naturæ eius. Nã ſi largitiones conſide rẽtur,& beneficia,quæ omnibus donauit hominibus,quis poteſt negare munificẽ tiſſima natura eũ fuiſſe? Si uero tormenta & iniquitates in ſubiectos uel domeſti cos eius attendantur,duriſſimus & ferus, omniq; pietate alienus putatur. Vnde inconſtantem & ſibi contrariã uoluntatẽ eius exiſtimant,quod ego minime puto, dum unam cauſam in utroq; dominantẽ conſidero. Nam dum ad immẽſam lar gitionem,munificentiamq; produceretur,ſi alicubi præſentis gloriæ ſpes occurriſ ſet,uel futuræ,ſumptibus profuſis alacriter eã emere feſtinabat. Quapropter com pellebatur ſæuus in ſubiectos exiſtere,dum præſentibus cõſumptis pecunijs,alias uellet acquirere. Cumq; cognoſceret propter uiolentias ſuas ſe ſubiectorũ odio te neri,corrigere quidẽ uitia nõ facile poterat,conabatur aũt odium ſuum occaſione pecuniarum ulciſci. Familiariũ uero,qui eum uerbo non placaſſet,ſeſe ſeruum dicẽ do:aut ſi ſuſpicatus fuiſſet aliquem de principatu cogitare, nullatenus ſe poterat moderari,ſed perſequebatur & cognatos,& amicos,tanquam hoſtes.Et dum uel let ſolum ſe honorari,talibus delictis ſuccubuit. Teſtimonium autem mihi præ bent,huiuſmodi paſſionis eum fuiſſe,in Cæſarem uel Agrippam,uel in alios ami cos,honores exhibiti. Nam qualiter ipſe adulabatur maioribus, ſimiliter ſibi fie ri à ſubditis expetebat. Sed gens Iudæorum lege hoc agere prohibetur:& con tempta inani gloria,ſolam expectat iuſticiã. Vnde rex eos exoſos habebat, quod non potuiſſent eum templis uel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror

Phaſelus turris et oppidũ.

Herodes Agonitheta dictus.

Herodes gloriæ cupidiſſimus.

Herodem in ſuos quidem ſæuiſſimum, in extraneos uero munificũ paruiſſe.

De Auguſti & Agrippæ datis ad prouinciarum præſides literis Cap. VI.

Afflictio Iudæorũ per Aſiam & Libyam.

INterea Iudæi per Aſiam & Libyam atrociter affligebantur, dum non eiſdẽ legibus ſicut ſub antiquis regibus uterentur, ſed uiolentia paganorũ opprimerẽtur, ut pecunias ſacras uiolenter amitterent: ideoq; ad Cæſarem pro his legationẽ deſtinauerunt. Qui ſcribens per prouincias, ſuis eos legibus uti præcepit, quarum exempla ſubiungimus: demonſtrant enim uoluntatẽ, quã ab initio pro nobis Romani imperatores habuerunt. Cæſar Auguſtus pontifex tribunitiæ poteſtatis dixit: Quoniam gens Iudæorũ fidelis non ſolũ præſenti tẽpore, ſed etiã priori, & magis patri meo dictatori Cæſari, P. Q. Romano, & princeps Hyrcanus apparuit, placuit mihi & ſenatui, cũ ſententia Po. Romani, Iudæos ſuis legibus, & patrio iure frui permittere: ſicut & ſub Hyrcano principe ſacerdotũ altiſſimi dei, & ſacraria eorum inuiolata permanere, & pecunias ab eis ad Hieruſalẽ tranſmiſſas, reddi cuſtodibus pecuniarũ: neq; uadimonia ſabbato, uel ſexto die ab hora nona exigi. Siquis aũt inuentus fuerit auferẽs ſacroſanctos eorũ codices, aut pecunias à ſynagogis, huiuſmodi ſacrilegio teneatur, & ſubſtãtia eius publico Romæ deputetur. Suggeſtionem uero eorũ pro pietate mea, quã habeo ſuper omnes homines, per C. Martium Cenſorinum mihi porrectã, & hoc decretũ, præcipio proponi in nobiliſſimo loco, quẽ omnis Aſia meo nomini dedicauit. Siquis autẽ trãſgreſſus fuerit hanc conſtitutionem, non mediocrem pœnam exoluet. Scriptũ eſt in tẽplo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco ſalutem. Iudæi, qui antiquæ conſuetudine ſolẽt pecunias ſacras ad Hieroſolymam tranſmittere, ſine impedimento hoc faciant. Hæc quidem Cæſar. Agrippa uero ſcripſit pro Iudæis hoc modo: Agrippa magiſtratibus, ſenatui, populoq; Epheſiorum ſalutẽ. Pecuniarũ ſacrarum, quæ in Hieroſolymorum templum tranſmittuntur, diligentiam & cuſtodiã in Aſia Iudæos habere præcipio, ſecundum patrium morẽ. Hos aũt, qui ſacras pecunias Iudæorum auferunt, & ad aſylum cõfugiunt, iubeo detrahi, Iudæisq; reddi: quo iure etiã ſacrilegi detrahuntur. Scripſit uero Syllano magiſtratum gerenti, ne ſabbato Iudæi compellantur uadimonia præbere. M. Agrippa Cyrenenſium magiſtratibus, ſenatui, & populo ſalutẽ. Iudæi, qui per Cyrenem habitant, pro quibus iam Auguſtus ſcripſit, in Libya Fabio magiſtratũ gerenti, aliiſq; ibi prouinciæ procuratoribus, quatenus ſine impedimento pecuniæ in Hieroſolymã ſecundum morem ſuum tranſmittantur, nunc me interpellauerunt, qui ab aliquibus calumniatoribus affligũtur, occaſione tributorũ, quæ nequaq; debent, & prohibẽtur ſolẽnia ſua peragere: quos nullo modo impedire admoneo. Sed & ſi quas ſacras pecunias ciues ab eis abſtulerunt, has ipſas reddi præcipio, & in reliquo corrigi, ne talia committantur. C. Norbanus Flaccus, procõſul, Sardinienſium magiſtratibus, & ſenatui ſalutem. Cæſar ſcripſit mihi, præcipiens nequaq; Iudæos prohiberi patria conſuetudine pecunias colligẽtes, ad Hieroſolymã tranſmittere. Scripſi ergo uobis, ut ſciatis, quoniam Cæſar & ego ſic uolumus. Nihilominus & Iulius procõſul ſcripſit ita Epheſiorum magiſtratibus, ſenatui, & populo ſalutẽ. Per Aſiam Iudæi habitantes, Idibus Februarijs Epheſum mihi iudicanti demonſtrauerunt, Cæſarẽ Auguſtum, & M. Agrippã cõceſſiſſe eis, proprijs uti legibus: imò & pecunias, quas ſinguli eorũ ſua uo-

Exemplar epiſtolæ Cæſaris & Agrippæ pro Iudæis.

Tua uoluntate pietatis causa, quam in deum habent, solent transmittere, habeant licentiam sine impedimento hoc agere. Petierunt autem, ut & ego similiter cũ decretis à Cæsare, & Agrippa, meam sententiam confirmarem. Volo igitur uos cognoscere, quomodo decretis Augusti & Agrippæ parens, præcepi eos uti & seruare sine impedimento sua solennia. Hæc ideo explanauimus, quomodo conscripta nostra amplius apud Græcos uentura sunt, ut demonstrem eis, quia cũctum honorem ab initio impetrantes, nihil ex patrijs legibus prohibiti sumus à magistratibus agere: sed & defendebamur, religionem & honores in deo seruantes: quarũ facio sæpius mentionem, ut mutatis seculi odijs, causæ quæ nobis ob hoc uel illis irrationabiliter insertæ sunt, euellantur. Nam legibus eisdẽ nulla gens semper utitur, dum & per ciuitates multa religionis differentia seruetur: iusticiæ uero à cũctis hominibus similiter studetur, quæ commoda Græcis & Barbaris existit: de qua nostræ leges cum sint multam rationem habentes, omnes homines debẽt nos ut amicos & hospites amplecti. Nam oportet non differentia religionum nos alienos facere, sed non seruatus benignitatis affectus, quæ omnium hominum cõmunem uitam poterit custodire. Redeo uero ad reliqua monumenta conscriptionis.

Rationem rẽdit Iosephus quare tot epistolas magnã tum supra cõgesserit.

De sepulchro Dauidis & Salome incõtinentia & Herodis perturbatione. Ca. VII.

IGitur Herodes sicut prædixi, consumptis suis pecunijs, audiens Hyrcanũ ante se regem aperuisse tumulum Dauid, & tria milia talentorum inuenisse, multo plura credens deposita, quæ ad omnes sumptus suos sufficerent, tumulũ aperiẽs ingreditur noctu, dum nequaq; uellet hoc ciuitatẽ sentire. Vnde fidelissimos amicos tantum ducens, pecunias quidẽ depositas sicut Hyrcanus nõ inuenit: ornatũ uero, & uasa aurea plura tulit. Dum uero omne studiũ poneret, & inquisitionẽ diligentiorẽ faceret, ac uellet interius ingredi ad urnas, in quibus Dauid & Salomonis corpora posita erant, duo eius satellites flammis exusti sunt, ab interiore parte occurrentibus. Tunc ille timore perterritus, egreditur: & pro piaculo, monumentũ ex lapide candido, ante ianuã magnificentissimis cõstruxit expensis. Cuius & Nicolaus historiographus meminit, sed descensum regis obticuit, dum inhonestum hoc factum cognosceret, quod semper in suis egit cõscriptis. Nam uiuente rege, & cum eo degens, ad gratiam eius & fauorem, illa tãtummodo dicebat, quæ ad gloriam eius pertinebãt: multas uero iniquitates eius mutabat, & cũ multo studio celabat. Nam Mariamnes, filiorumq; eius mortes crudeliter factas, ad satisfactionem capiens perducere, ut luxuriosam illã, & adulescentes patris insidiatores accusauit. Res gestas aũt regis, amplioribus laudibus extollẽs, de delictis eius studiose satisfaciebat. Cui danda uenia est, quia nõ historiã, sed laudem cõscripsit. Nos uero generi Asamonæorum regum propinqui, & cum honore sacerdotiũ habentes, aliquid mentiri fœdum putauimus: ideoq; cum ueritate gestorũ memoriã recensemus. In domesticis ergo malis Herodes constitutus affligebatur, nam: multi ex regis ira capientes audaciam, accusabant propinquos & amicos eius. Quibus ita inter se dispositis, nulla requies erat. Siquidem Salome inimica filijs Mariamnes, Aristobulo suam filiam cõiunctam, nullatenus fidelem ei dimittebat: dum flecteret eam, ut quicquid locutus secrete fuisset, nunciaret sibi: & in altercationibus quæ inter iugales sæpius contingunt, cogebat puellam dicere, quæ de marito sciebat.

Iosephus ex genere Machabæorũ.

Illa

Illa uero dicebat,quod ſæpius memoriã ſuæ matris Mariamnes faceret, & quod patrem odio haberet:frequenter autem interminaretur,quia ſi principatum obtineret,filios quos Herodes ab alijs uxoribus habebat,magiſtros literarũ in agris conſtitueret:dum magis apti eſſent ad hoc opus,quàm haberent circa ſtudia diligentiam:uxores uero,ſi quando uideret maternum indui ornatum, pro præſentibus ornamentis,cilicijs intercludi,ne ſolem uiderent. Quæ cõfeſtim per Salomen regi nunciata,doloré eius inflammabant. Vrgebatur uero multo peius omnibus credens,inuicé ſe accuſantibus. Tunc aũt filijs interminatus,ſatiſfactionibus eorũ ad præſens mollitus,in poſterũ atrocius exarſit. Nam Pherora cũ ad Alexandrũ ueniſſet,filiam Archelai Glaphiram,ſicut prædiximus,habentẽ:Salomen, inquit, dicentem audiui,quod Herodes in amorẽ Glaphiræ ſuæ nurus incidiſſet,& minime deſiderij ſolatiũ poſſet inuenire. Quod ille audiens,aduleſcentia uel æmulatione commotus,quæ honoris cauſa circa puellam ab Herode fiebant,propter amorem hæc eũ facere ſuſpicabatur. Dolorem ergo minus tolerans,patri nunciauit cũ lachrymis,quæ Pherora dixiſſet. Herodes autem multo magis furens,& mendacium impudicæ criminationis non ferens,turbabatur:& ſæpius exclamans malæuolentiam familiarium,qualis ipſe erga eos fuiſſet,& quales eos inueniſſet, cõuocauit Pheroram:quem huiuſmodi uerbis aggreſſus:Peſſime,inquit,omnium ad tam immẽſam & infandam indeuotionem peruenijſti,ut talia de nobis exiſtimes aut loquaris? Nónne uideo tuam uoluntatem,quia non ad meam iniuriam talia uerba producere,ſed inſidias & uenena immittere filio pro mea perditione feſtinaſti? Quis enim alter niſi bonitate dei retentus,quam hic puer in ſe habet,portare potuiſſet in patrem non uindicare tam crudelem opinionem? Primus enim gladium in dextram,quàm hoc uerbum in animum eius debebas immittere contra patrem. Quid autem conaris male loquendo de me,niſi ut eorum fauorem fraudibus tibi concilies? Nam talia dixiſti,quæ tuæ impietati fuiſſent cogitanda. Abſcede iam peſſime circa fratrem ac benefactorem,& tecum quidem hæc malicia cõſcientiæ conuiuat. Ego uero uincere ſoleo meos,nec uindicans merito in eis, ſed magis beneficijs exornans,quibus indigni eſſe noſcuntur. Talia quidem rex. Pherora uero ſtatim mœſtitia plenus:Salome,inquit,hæc perſuaſit,& ab illa ſermones audiui. Quæ mox,ut audiuit (nam præſenſerat) exclamauit,quod nihil tale ab ipſa dictum fuiſſet,& quod feſtinarent omnes ad odium regis eam perducere:cunctis que modis occidere,propter fidem quam erga eum ſemper habere cognoſcerent: in præſenti uero plus ſibi inſidiari,quod ſola reflecteret fratrẽ, ne uxorem quam nunc haberet,repudiaret,regiſq; filiam in matrimonio ſibi coniungeret. Quapropter me falſis, inquit, accuſationibus eſt aggreſſus. Cum hæc dixiſſet, crines ſuos dilacerans,& pectora manibus tundens,ueriſimilis ad negationem eſſe conſtabat:maleuolentia uero morum,diſſimulationem redarguebat. Pheroras autẽ in medio reſtitit,nullam habens ſatiſfactionem. Nam Alexandro ſe dixiſſe cõfeſſus eſt,audiſſe uero à Salome minime comprobauit. Vnde diu confeſſione ſermonũ facta,rex fratrẽ & ſororẽ auerſatus,filiũ pro conſtantia laudauit,quod ſibi ſermones Pheroræ nũciaſſet. Hac lite facta,Salome ut accuſationis commotæ caput, omniũ odio tenebatur,quã uxores regis ut maleuolã abhorrebant,eo quod natura

Indignatur Herodes fratri.

malignam

malignam eam cognoscerent. Occasione ergo data, semper eam accusabant Herodi: quarũ fiducia ex huiusmodi causa magis accreuit. Rex Arabum,* Obodas nomine, naturaliter segnis, & regni negocijs penè inefficax, habebat dispensatorẽ regni sui astutum iuuenem, & in omnibus nimis ornatũ: cuius & ditioni omnis Arabia subiacebat. Hic pro causa quadam cum ad Herodem petuenisset, & cœnaret cum rege, uidit Salomen, & desiderio eius captus est: audiens præsertim quod uidua esset, amplius inflammatus, loquitur de nuptijs eius. Salome uero male tunè à fratre tractata, iuuenisq; accensa amore, libenter consentit ad nuptias. Et cũ rursus ad cœnam conuenissent, monstrabantur plurima, nec mediocria signa cupiditatis eorum. Quæ mulieres regi nunciauerunt, deridentes impudentiam illius. Herodes uero, cum Pheroram interrogasset, & obseruare præcepisset in cœna quid illi facerent inter se, nunciauit ei, quod nutibus & oculis non lateret de suo pudore. Post hæc Arabs quidem in suspicionẽ ueniens, recessit. Cumq; tribus mensibus remoratus esset, rursus rediit, adhuc ipsum sermonẽ Herodi facturus, postulatq; dari sibi matrimoniali iure Salomen, dum nõ incõmoda ei foret affinitas eius cũ Arabum principatu, quem iam sibi nunc adesse, magis uero futurũ ex plano credebat. Cumq; hunc Herodes sermonẽ sorori retulisset, interrogans, si ad nuptias consentiret, illa sine mora consensit. Tum illũ quoq; inquirit, si uellet inscribi legibus Iudæorum, & circuncidi, eo quod aliter non posset Salome penitus sibi iungi. Ille respondit nullatenus ista cõsentire: quia si actum fuerit, se ab Arabis non solũ regno, sed & uita priuari. Quo dicto, recessit. Salomen autem ex illo die Pheroras iam de luxuria criminari cœpit, nec tantũ ille, quantum regis uxores, quæ dicerent eam cum Arabo adulteriũ cõmisisse. Puellã namq; quam fratri suo Pheroræ rex desponsauerat, ipse quidẽ non accepit, uictus amore, sicut prædiximus, uxoris absentis. Salome autem rogabat filio suo de Custobaro nato, eã coniungi: & dissuadetur rex à Pherora, dum adulescentem suspectum haberet propter patris interitum: iustius autem esse, si duceret eam filius suus, qui magistratus tetrarchiæ successor extabat. Cumq; priore pacto soluta puella, duceretur à filio Pheroræ, præstitit rex dotem centũ talenta. Itaq; dissensiones familiares non cessabant, sed maiores ei turbæ crescebant, & incidit tale aliquid ex causa nõ honesta, & diutius ad difficultatẽ usq; processit. Fuerũt enim eunuchi regi, propter pulchritudinẽ nõ mediocriter acceptabiles: quorũ unus pincerna, alter infertor, alter uero lectuli regis crediarius, qui & consilio eius intererant. De quibus nunciauit quidam regi, quod hi ab Alexandro multis pecunijs corrupti essent. Qui requirenti regi, de facta quidem communione uel permixtione cõfessi sunt: aliud uero nihil acerbum scire de patre dixerunt. Cũq; magis torquerentur, & in necessitatibus essent, semperq; ministri atroces in eos insisterent, ad gratiam Antipatri hoc cõfessi sunt, quod odiũ circa patrem & inimicitias Alexander haberet: & persuaderet eis Herodem quidẽ spernere, uelut superfluum, & cooperientem senectutis suæ tempora, dum annos ætatis cælaret: & ad se iam respicere, tanquam regnum habentem inuito patre: & quod alij nullatenus, sed sibi citius primus locus uenturus esset: nõ propter genus tantum, sed præparationibus præparatã ei dominationem, essecq; quam plures, qui cuncta pro se pati uel facere essent parati. Hæc cum Herodes audisset, totus in furorem,

Alij Oriadã

Salome de adulterio suspecta.

De tribus eunuchis, qui odium filiorum in Herodẽ cõfessi sunt.

furorem,metumq; tractus,ea quæ ad cõtumeliam dicta cognouit, moleſte tulit alia uero in ſuſpicionem periculoſam ſuſcepit. Vnde ex utriſq; incitatus timebat, ne pro ueritate conflata fuiſſet in eum coniuratio fortior priore:& cuſtodias undiq; communiens,ſecrete quæſtionem fecit. Speculatores autem eis de quibus ſuſpicabatur,oppoſuit:& dum opinione uel odio cunctos haberet,arbitriũ pro tutela concipiens,multum cõtra inſontes acerbus factus eſt. Sed magis ac magis uallidi uidebantur ei,& terribiles,quos infrequenter nominabat,propter inſolitã conuerſationem:& ſi forte uocaſſet,ſtatim de interitu ſuo ſecuri non erant. Poſtea uero omnes propinqui,dum nihil habuiſſent firmum ad ſpem ſuæ ſalutis, cõtra ſe conuerſi,exiſtimabant utile,ſi quis anticipans alium accuſaſſet:& hoc ſibi ſalutem poſſe conferre,ſi ſuis facinoribus alios onerarent:& eo cadebant,in quod cæteros inſidiabantur immittere. Nã regis pœnitẽtia ne eos occideret,quod nõ manifeſte peccaſſent,intercedebat:ipſi uero,quod peius eſt,non deſiſtebant ſimilia cõmittere,ſed ad pœnã currebant parem:dũ ulciſcerẽtur in eos,qui prius eos accuſaſſent.

Accuſationes amicorũ Herodis inter ſe.

De diſſidio Herodis cum filio Alexandro,& eorum amicis. Cap. VIII.

TAlis igitur dum fuiſſet in aula turbatio,multis amicis rex palatium interdixit. Quam interdictionem maxime conſtituit his,qui fiduciam potiorem habebant. Siquidem Andromachum & Gemellum, uiros ab initio amiciſſimos, qui multum in republica eius legationibus & conſilijs domeſticis profuerant,eiuſq; filios docuerant:& qui præ filijs primum fiduciæ locum haberent,recuſauit ſuſcipere: Andromachum quidem,quod filius eius Demetrius amicus Alexãdri eſſet: Gemellum uero fidelem illi ſciens, quia & in conuiuijs & in ſtudijs Romæ cũ ipſo degebat. Quos honeſte quidem expulit,ne indecens aliquid contra uiros nobiliſſimos conſtituere uideretur:ſed caute agens,fiduciam eorum cũ honore amputauit,ne per potentiam aliquid in eum committeret. Horum autem omniũ malorum autor erat Antipater,qui patris inconſtantiam intellexerat,cum iamdudũ ei conſediſſet. Vnde magis ſuadere uidebatur, ut auferretur unuſquiſq; potentiũ. Tunc ergo rex,Andromacho cũ cæteris expulſo de colloquio & fiducia, reliquos fideliſſimos Alexandri cum tormentis interrogabat,ut ſi quid contra ſe conflatũ ſcirent,ederent. Qui moriebantur,dũ non haberent quod dicerent. Ille uero conſumebatur,quia tales quales exiſtimabat,non inueniebat. Callidus autem Antipater,quod ex ueritate ad conſtantiam & fidem deducere nõ ualebat,plus incitabat,requirendo à pluribus latentẽ coniurationem. Proinde cũ aliquis ex pluribus tortis retuliſſet,quod cognoſceret aduleſcentẽ,cũ laudaretur corporis eius magnitudo uel ſagittandi peritia,cũctaq; alia quæ ad uirtutẽ ſuper omnes haberet,hæc ſibi dixiſſe,potius bona naturæ officere,dũ pater inuideret:& idcirco ambulando cum eo ſeſe humiliare, ne longior appareret:in uenationibus uero cũ ſagittaret, illo præſente nõ recte iaculari propter genitoris inuidiã,quã de gloria ſua haberet. Cumq; uerbum ſcrutaretur, & remiſſio pœnarum corporis interueniſſet, addebat,quod fratrem Ariſtobulum conſcium haberet,ut in uenatione patrẽ perimentes,ad Romam cõfugerent,regnumq; peterẽt:repertas uero & literas aduleſcẽtis ad fratrem Ariſtobulum,in quibus patrem accuſabat non iuſte feciſſe,dũ terrã tribuiſſet Antipatro ducentorũ talẽtorũ reditus. Quibus relectis, putauit Herodes

Antipatri malicia.

uerum

uerũ exiſtere,quod de filijs ſuſpicabatur:& ſtatim apprehendens Alexandrũ liga uit.Deinde uero remiſit ſuam atrocitatem,dum nec quæ audiſſet crederet,& extimaret nihil dignum pro inſidijs ex his conflatum apparuiſſe,ſed querela eſſet uel iuuenilis temeritas:& quod manifeſte interficientes Romam confugerent, non ueriſimile uidebatur.Et maius aliquod ſperans inuenire iniquitatis filij ſignum,dicebat non placere ſibi temerarie filium colligaſſe. Torquens autem amicos nobiliſſimos Alexandri non paucos,nihil penitus de quibus ſuſpicabatur, confeſſos inuenit.Cumq; in hoc multus apparatus exiſteret,& terrore uel turba palatium plenũ eſſet,unus quidã iuuenis,ut in neceſſitates peruenit,Romã dixit tranſmiſiſſe Alexandrũ,& petiſſe,ut citius euocaretur à Cæſare,habere ſe manifeſte cauſam ſuggerere contra patrẽ,quod regem Parthorũ Mithridatem contra Romanos ſibi reconciliaſſet:addens quia uenenũ etiam Alexander in Aſcalone ei paraſſet. Tunc Herodes cum hæc audiſſet,credẽs quod ſolatium temeritatis inueniſſet,ſtatim de ueneno præcepit inquiri,quod tamen nullatenus potuit inuenire.Magnitudinẽ ergo malorum Alexander uolens confirmare,negare quidem diſtulit,incitando temeritatem patris ad multo maiora delicta:forſan autẽ & per hoc amputare uolens facilitatẽ eius,quã in accuſationibus credendis habebat:tamen nullatenus obtinuit, dum omne regnũ concutere uoluiſſet.Siquidẽ literas in quatuor libris deſtinauit, dicẽs,quod nõ oporteret torqueri quenq;,nec ulterius hoc procedere:quia reuera inſidiæ factæ eſſent,in quas coniuraſſe Pheroram & fideliſſimos amicos eius aſſerebat: Salomen autem noctu ſuper ſe ingreſſam, & cum inuito concubuiſſe:cunctosq; ſimul illic contra eum iure uenturos,quatenus eum occidentes perficerent, quod ſemper habere in expectatione meditati eſſent.Inter hos etiam Ptolemæus & Sabinus fideliſſimi regis accuſantur.Nã nihil aliud uidebatur, quàm ſi rabies quædam incidiſſet beluarum more,ut amiciſſimi contra ſe armarẽtur. Idcirco nec ſatiſfactio ueritatis habebatur,ſed indiſcrete perditiones pronũciabãtur. Cumq; aliquibus uincula,& alijs mortes,alijs uero inſperate dolores infligeret,turpiter regnum à priore felicitate dehoneſtatum eſt:& ſæuiſſima erat Herodi uita,dum turbatus nemini crederet,magnamq; expectationem tormentorum haberet. Ita noctu & die turbatus,in furorem & inſaniam penè lapſus eſt.

Alexãder cõprehenditur.

De conciliatione Herodis cum ſuo filio,& interfectione latronũ. Cap. VIII.

Archelaus autẽ rex Cappadociæ,cum hæc de Herode audiſſet,territus pro filia,& de aduleſcẽte cõtriſtatus,pro tantis amici turbationibus in Iudæam uenit:nec in contemptu quæ contigerant ponens, diligenter prius cuncta percontatus eſt:nec tamen in aliquo quaſi culpans Herodem,quod temere feciſſet, aggreſſus eſt:uerens, ne non ad reconciliationem furoris eum perduceret:ſed alium tenens ordinẽ,emendare quæ acciderant,cœpit. Nam iuueni interminabatur,Herodem autem mitem dicebat,dum nihil temerarie feciſſet,matrimonium quoq; filiæ ſoluere ſe promittens:& nec ipſi parcere,ſi in aliquo reperta illi conſcia nõ indicaret. Cum talem præter expectationẽ Herodes Archelaum uidiſſet, & quia plus ipſo furorem ſuũ demonſtraſſet,rex ab iracũdia mutatus,dum putaret iuſte acta quæ feciſſet, paulatim ad patris affectum redijt. Miſericordia ergo inter utroſq;

apparuit,cum aliqui pro iuuene ſatiſfeciſſent,& Herodes ab ira mutaretur. Tunc Archelaum ſimiliter increpantem attendens,petebat ut nuptias ſolueret,quod minatus eſſet:quia quamuis parum iræ adhuc habebat,in his quæ iuuenis commiſerat,Archelaus tamẽ uti modeſtiorem eum faceret,criminationes in amicos referebat:dicens illorum eſſe,quod iuuenẽ malignitate ſua corrumperent:fratremq; regis magis in ſuſpicionem mittebat. Nam cum Herodes iram cõtra Pheroram haberet,& Pheroras indigeret regis reconciliatione, ſimulq; credens,quod Archelaus eũ flectere potuiſſet,acceſſit ad eũ cum ueſte nigra:petens,ut fratrẽ pro eo peteret. Quem Archelaus nec ſpreuit,nec confeſtim ſe Herodem ſuadere poſſe promiſit. Imò hortatus eſt eum,ad regem accedere,& ſupplicando confiteri,ſe omniũ malorum autorem extitiſſe:quia prodeſſent hæc ad eius indignationem mitiganda plus quàm ſua ſuggeſtio. His flexus Pheroras,quæ inter ſe ambo conſtituerant,præter ſpem adoleſcentis accuſationes abſoluit. Cumq; & Pheroram reconciliaſſet Archelaus,ad Cappadociã reuerſus eſt:& gratus tanq; nemo alter illo tempore factus Herodi. Quapropter & muneribus eum munificentiſſimis ornauit,& omnibus magnifice ditauit,& inter neceſſarios amiciſſimum arbitratus eſt. Conſtituit autem & Romam proficiſci, quoniam de his Cæſaris ſcripta ſuſceperat:& uſq; ad Antiochiam eis ſimul euntibus,Syriæ procuratorẽ Titium,inimicum Archelai,ei Herodes amicũ fecit. Cumq; Romæ fuiſſet,& inde reuerteretur, factum eſt bellum inter ipſum & Arabes,ex huiuſmodi cauſa: Qui Trachonitidem habitant regionem,quã Cæſar à Zenodoro tollens,Herodis prouinciæ addidit,latrocinandi licentiam non habebant,ſed agrum colere & ſub quiete uiuere cogebãtur, quod illis minime cõmodum erat:multaq; Herodi gloria pro diligentia ſua ſurrexerat:igitur quando nauigauit Romam,ut filium Alexandrum accuſans,Cæſari cõmendaret Antipatrum,fama uulgauit eum eſſe mortuum. Quo comperto, Trachonitidem habitantes,ſubtrahentes ſe ab eius principatu,rurſus ad ſolitum morem reuerſi, finitimos agros depopulabantur. Contra quos egreſſi procuratores regis,omnes domuerunt. Ex quibus quadraginta principes latronum cum cognatione ſua,à Trachone prouincia ad Arabiã receſſerunt:Sylæo ſuſcipiente eos pro cauſa iræ,quam habebat negatis nuptijs Salomes. Quibus cum locum munitum dediſſet,illi non tantum Iudæam,ſed & inferiorem Syriam deprædabantur:refugia ſibi præſtante Sylæo. Herodes autẽ Roma reuertens,comperit plurima regni ſui à latronibus male tractata, nec poſſe duces ſuos latrones comprehendere, nec habere qualiter tutelam ſuam muniret,illis Arabũ patrocinijs fultis. Cumq; hoc grauiter ferret,ipſe quidem Trachonem peruenies familiares eorum peremit. Vnde potius illi ad iracundiam incitati, legemq; habentes,ut in eos uindicarent qui familiares ſuos occidiſſent, cunctam Herodis terrã uexabant & deprædabantur. Ille uero referebat hæc Cæſaris ducibus,Saturnino & Volumnio,uolens latrones ad pœnam petere. Nam illi fortiores & plures facti,omnia perturbabant,affligendo regis Herodis prouinciã,& uillas deprædando,& captos homines interimendo,ut & bello ſimilis eſſet uiolentia quam faciebãt. Nam iam plus mille extabãt. Herodes autem latrones quidem petebat, & debitum quod per Sylæum mutuaſſet Obodæ talentorum ſexaginta,iam cõſtituto die tranſacto,in quo ſtatutũ

Pheroras fratri reconciliatus.

Trachonitæ latrones ad Sylæum Arabiũ cõfugiũt.

fuerat

fuerat reddi pecunias. Sylæus autem Obodam deſpiciens, dum ipſe cuncta guber naret, latrones quidem denegauit per Arabiam eſſe, de pecuniis uero differebat. Quapropter cognitiones coram Saturnino & Volumnio procuratoribus Syriæ committebantur. Qui ſtatuerunt, intra triceſimum diem Herodem pecunias debere recipere: & eos qui de utroq; regno confugiſſent, inuicem reddere. Et apud Herodem quidem nullus Arabum penitus inuentus eſt, nec per afflictionem nec alio modo tentus: Arabes autem paſſi ſunt latrones apud ſe tenere. Cumq; conſtitutus dies trāſiſſet, nec Sylæus de quo ſtatuerat aliquid compoſuiſſet, Romam aſcendit. Reddítionē uero pecuniarum & latronū Herodes exequebatur. Cumq; Saturninus & Volumnius præceſſiſſent indeuotos perſequi, exercitum aſſumens Herodes, Arabiam ingreſſus, diebus ſeptem manſiones fecit. Cumq; prope caſtellum ubi latrones erant peruenìſſet, cepit quidem omnes eos inſidijs. Euertit uero caſtellum, quod Repta uocabatur, cum neminem penitus læſiſſet. Itaq; Arabis ad auxilium uenientibus, cum Nacebo duce, pugna committitur: in qua pauci quidē Herodis, Nacebus autem Arabum dux cum uigintiquinq; ſuis cecidit: reliqui uero ad fugam conuerſi receſſerunt. Puniens aūt rex horum tria milia, circa Trachonem Idumæorum locauit exercitum, & latrones ibi conſtitutos arcebat: & de his ducibus circa Phœnicē exiſtentibus mandauit demonſtrando, quia nihil amplius in indeuotos executus Arabas quàm oportebat egiſſet: quæ illi quidem requirentes, inueniebant nequaquam eum fuiſſe mentitum.

De geſtis inter Cæſarem & Arabes. Cap. X.

NVncij uero Sylæo cum Romæ geſta indicaſſent, & magis ad ſingula exagꝛeraſſent, & ille in aula permaneret, tūc inter Cæſaris amicos ſtatim hæc audiens, mutata nigra ueſte ad eum ingreſſus, ſuggeſſit quod bello cuncta Arabia conflicta, totumq; regnum cōmotum ab Herodis exercitu fuiſſet: & lachrymis fuſis, quingentos quidem cum duobus milibus Arabum primates periſſe dicebat: interfectum autem & ducem eorum Nacebum, propinquum & affinem ſibi: diuitias autem Reptæ caſtello conſtitutas deprædaſſe: dum pro ægritudine contemptus Obodas ei non ſuffeciſſet occurrere: quia nec ipſe nec exercitus Arabiæ interfuiſſent. Talia Sylæo dicente, & inuidioſe inſuper addēte, quod nec ipſe rediret ad prouinciam, niſi crederet quia Cæſar de pace omnium cogitaret: neque ſi præſens fuiſſet, commodum eſſe cum Herode bellum cōmittere. His dictis Cæſar iratus, præſentes homines Herodis percunctatus eſt, qui tunc à Syria ueniſſent, ſi exercitum Herodes ad Arabiam deduxiſſet. Qui cum ei hoc dicere compellerentur, nec cauſam facti ſuggererent, ira Cæſar cōmotus, ſcripſit Herodi cuncta quidem grauia. Summa uero epiſtolæ hæc erat: Olim amico, nunc uero ſubiecto. Scripſit aūt de his Sylæus Arabis, qui releuati neq; latrones ad ſe fugientes reddiderunt, neq; pecunias: ſed etiam & paſcua, quæ mercede tenebant, minime ſoluto reditu poſſidebant, Iudæorum rege Cæſaris furore humiliato. Tunc quoq; Trachonitidē habitantes, cum Arabis aggreſſi cuſtodiam Iudæorum afflixerunt eos, non tantum pro ſua utilitate, ſed & memoria prioris belli per Herodem ſibimet irrogati. Quæ rex ferebat perdita fiducia, quam Cæſaris amicitijs habuerat, dum ſecundo lega-

tiones ſuas ſatiſfacturus pro culpis non ſuſceptas ab eo cognoſceret. Aeſtuabat etiam de Sylæo, cui credebatur à Cæſare, qui præſens Romæ conabatur defuncto Oboda rege Arabũ in regno ſuccedere, multis Cæſari promiſſis pecunijs, alijſq; in aula potentibus. Interea Oboda moriente, Dineas, qui poſt Areta dictus eſt, regnum arripuit. Cæſar autem Aretæ minabatur, quod regnare præſumpſiſſet, priuſq; ſibi de hoc ſcriberet. Ille uero cum donis Cæſari coronam auream multorum talentorum deſtinauit: & epiſtolam, per quam Sylæum criminabatur ut maleuolum ſeruum, & Obodam uenenis eius peremptum, uxoresq; Arabum ab eo adulteratas, dum cauſas reipublicæ rege uiuente gubernaret, imò & ære alieno ſibi uellet per pecunias principatum acquirere. Quibus nullatenus animo Cæſar intendens, remiſit dona. Arabia uero & Iudæa pluribus malis affligebantur: dum regum unus quidem, quia necdum firmũ imperium habebat, prædatores nullatenus prohiberet: Herodes aũt iratum Cæſarem pro ſua uindicta uidens, omnes illorum iniquitates portare cogebatur. Deinde tantis circũſtantibus malis, iudicauit iterum Romam tranſmittere, ſi poſſet mediocriter per amicos Cæſarem placare. Direxit ergo Nicolaum Damaſcenum.

Dineas qui et Aretas Obode ſucceſſor.

De accuſatione filiorum Herodis coram Cæſare. Cap. XI.

DOmus autem & filij ſui multo peius illo tempore erant diſpoſiti: & licet ſine ſuſpicione nunquam fuiſſent, malum tamen plus tunc ex huiuſmodi cauſa prævaluit. Lacedæmonius Eurydes, nobilis domi, malus autem animo luxurioſuſq;, ad Herodem ueniens, multis donis eius fauorem comparauit, ut inter neceſſarios amicos deputaretur. Qui manens apud Antipatrum, aditum & conſuetudinem cum Alexandro habebat. Nam Archelao Cappadoci ſeſe dicebat hoſpitem, & ideo propter Glaphiram ualde honorabat eum, cunctisq; blandiebatur. Semper autem dicta uel facta notabat, ut exinde poſſet accuſationibus confertis gratias Herodis conquirere: unde ſinguli exiſtimabant multum ſibi fidelem exiſtere. Quapropter tractus Alexander ut aduleſcens, & dolens de his quæ paſſus fuiſſet, narrauit quomodo pater alienatus fuiſſet, & mater ſua interfecta ab eo periſſet, Antipatrum autem ſibi præpoſuiſſet: & quemadmodũ ille intolerabilia de eo patri dixiſſet, & ad odium illum incitaſſet, ut nec cõuiuijs eos, nec conuentu dignaretur. Cum ergo dolens talia defleuiſſet, ſtatim Eurydes Antipatro nunciauit, dicens: Non pro mea utilitate tibi hæc nũcio, ſed tuis iam uictus honoribus & rei magnitudine, præcipio cauere Alexandrum. Nam hæc non ſine dolore dicens, ineſſe ſuis uerbis audaciam demonſtrabat. Igitur Antipater cum eum ſibi fidum eſſe exiſtimaſſet, magnas ei donationes obtulit, & deinde flectit Herodi eadem explanare. Qui non ſicut ab Alexandro audiuerat intimauit, ſed uerbis ſuis aliquam ueritatem accuſationibus addens, animum regis immutabili odio filiorum compleuit. Qui à rege donationem quinquaginta talentorum accipiens, ad Archelaum regem Cappadociæ profectus, Alexandrum modeſtum & bonum referebat: multumq; laboraſſe, quatenus patri eum reconciliaret. Quapropter ab illo quoq; multa dona ſuſcipiẽs receſſit. Qui nec in Lacedæmone talia facere deſiſtens, multis iniquitatibus immerſus, patria priuatus exceſſit. Rex autem Iudæorum,

Eurycles delator.

non

non ſicut prius contra Alexandrum uel Ariſtobulum tantummodo accuſationes audiebat, ſed & ſi nullus aliquid ei nunciaſſet, ipſe perſcrutabatur: licentiamque dedit uolentibus quiddam contra eos referre. Tum uero Euaretum quendam, licet uellet, tamen non libenter accuſantem audiuit: quia & ipſum ut conſcium abhorrebat. Superuenit autem contra aduleſcentes aliquid peius, dum omnes præmiorum promiſſione ducerentur, aliquid acerbum contra eos nunciare: qui tanquam pro ſalute regis dicentes, etiam falſa ſuggerebant. Duo enim fuerunt amici Herodi, fortitudine uel magnitudine corporis præcellentes, Iocundus & Tyrannus nomine. Qui cum offendiſſent regem, expulſi: & Alexandrum ſecuti, in exercitationibus ab eo honorabantur, pecuniasque & donationes accipiebant. Quorum ſtatim rex in ſuſpicionem ductus, torquebat eos. Qui cum multo tempore ſuſtentaſſent, poſt uicti, dicebãt quod eis ſuaſiſſet Alexander Herodem in uenatione feras ſequentẽ ab equo deijcere, ut ita facile eum ſuis telis perfoderẽt. Quod olim ei contigerat. Demonſtrauerunt etiam aurum in Ioppe oppido cælatum: & præpoſitũ uenationis conuincebant, quod ſibi tela regalia Alexandri iuſſionibus dediſſet. Poſt hæc princeps cuſtodiæ Alexandrij oppidi apprehenſus torquebatur, quaſi uellet ſuſcipere cuſtodiam aduleſcentium, & præbere eis in caſtello poſitas regales pecunias. Et ille quidem nihil tale confeſſus eſt: filius uero eius iſta facta fuiſſe dicebat, literasque porrexit, quaſi manu Alexandri factas, quæ ita continebant: Cum dei auxilio quæ propoſuimus omnia confecta ſunt. Ergo ueniemus ad uos, & ſicut promiſiſtis, in caſtello nos ſuſcipite. Poſt hanc epiſtolam Herodes quidem de filiorum inſidijs credidit. Alexander autem: Diophantum, inquit, ſcriptorem imitatum manum ſuam, & has propter Antipatrum literas aſtute ſcripſiſſe: Diophantus enim talis erat, quapropter in huiuſmodi & alijs rebus conuictus interijt. Rex autem cum coram multitudine produxiſſet in Hierieuntem filios, & accuſatores eorum, hos quidem multi manu iaculantes intereme runt. Cumque impetum ſuper Alexandrum occidendum feciſſent, rex eos per Ptolemæum & Pheroram prohibuit. Cuſtodiebantur autem, ne quis ad eos ingrederetur, & ſpeculabantur ne quid facerent uel dicerent. Et quid amplius? Cum damnatorum infamia tenerentur, horum unus Ariſtobulus exiſtimans ſuam ſorcum condolere ſuis calamitatibus, & regem in odio habere: Et tu, inquit, in periculo perditionis communicas, dum accuſata de nuptijs Silæi, cuncta putaris prodere. Hæc autem illa ſtatim fratri nunciauit. Qui nullatenus ſeſe continens, ligari eos, & diſtractos ab inuicem, quæ male de patre ſenſiſſent, ſcriptis porrigere præcepit. Qui præceptis coacti ſcribunt, inſidias quidem contra eum nec cogitaſſe nec inſtruxiſſe: fugam uero meditatos, & hanc propter neceſſitatem, dum in ſuſpicione uel difficultate uitam ſuam haberent. Eodem tempore cum de Cappadocia legatus ab Archelao, Mila nomine, nobiliſſimus peruenijſſet, Herodes uolens erga ſe perfidiam Archelai manifeſtam facere, uocauit Alexandrum ſicut in uinculis erat: & rurſus conſuluit de fuga, qualiter uel ubi ſtatuiſſet diſcedere: cũ Alexander ad Archelaum dixiſſet, & ab eo promiſſum ſibi fuiſſe, ut Romæ deſtinaretur: nihil uero aliud, neque importunum aut acerbum in patrem cogitaſſe: nec ea quæ

Euaretus delator.

De Iocũdo et Tyranno.

Diophantus pſeudographus.

De legato Mila.

per maleuolentiam aduerſariorũ confícta eſſent,uera exiſtere:ac uelle ſi adhuc Tyrannus uiueret, ut quæſtione cautiore facta ueritas appareret:ſed hunc citius periſſe,Antipatro per amicos populum incitante. Cum talia retuliſſet, iuſſit Milam cum Alexandro ſimul ad Glaphiram produci,ut interrogaretur,ſi quid ea cognouiſſet de inſidijs in Herodem cõſtructis. Qui cum ueniſſent,ſtatim Glaphira Alexandrum ligatum uidens, caput ſuum percuſſit, & ſtupefacta nimis ingemuit. Fuerunt autem & adoleſcentis & præſentium lachrymæ,ſpectaculum dolore plenum:nec diu potuerunt interrogare uel reſpondere. Deinde multo poſt Ptolemæo, qui iuſſus erat eos perducere, interrogante Glaphiram, ſi quid de his quæ fiebant cognoſceret,Alexander reſpondit: Quid meum hæc ignoraret, quæ anima mea plus mihi diligitur, dum & communes filios haberemus. At illa damauit, quod nihil cognoſceret importunum:ſi tamen aliquid ſaluti eius prodeſſet, non recuſaret etiam mentiendo confiteri. Alexander autẽ: Nihil impium,inquit, nec quod pater ſuſpicatur,quia nullatenus hoc ipſe cogitaui. Tu uero mulier,quid aliud ſcis,niſi quod ad Archelaum fugere deliberauimus,& exinde Romam aſcendere? Eadem & illa confeſſa,Herodes in Archelaum de perfidia ſuſpicionem habuit:deditq; Olympo & Volumnio literas,præcipiens tranſeundo per Eleuſam ciuitatem Ciliciæ eas Archelao tradere, culpans eum quod inſidiarum particeps cum filijs ſuis eſſet,& exinde Romam nauigarent:ubi ſi Nicolaum inuenirent aliquid profeciſſe,ne Cæſar in eadem difficultate permaneret, darent literas & argumenta,quæ contra iuuenes conſtructa deſtinauerat. Archelaus autem literas accipiens,ſuſcipere ſe quidem adoleſcentes confeſſus eſt, quia prodeſſet eis uel patri, ne quid peius per diſcordiam eueniret:ad Cæſarem autem tranſmittere, uel aliud perfidum contra illum agere:nihil adoleſcentibus penitus promiſiſſe.Legati uero cum hæc audiſſent, & Romam peruenirent, literas porrexerunt:quia Cæſarem placatum inuenerunt. Nam de legatione Nicolai taliter euenit:ut hic ad aulam aſcendit,primum quidem non pro quo uenerat,ſed Sylæum accuſare deliberauit. Quod multi intelligentes,Nicolaum adeuntes, iniquitates omnes Sylæi nunciabant,& quod multos Obodæ peremiſſet,quorum iudicia manifeſta ex literis eius demonſtrabant.

De reconciliatione Cæſaris cum Herode, deq; accuſato Sylæo, qui morte damnatus eſt.

Caput XII.

NIcolaus felicitatem quandam ſibi exiſtimans oblatam,moliebatur per accuſationem Sylæi Cæſarem Herodi reconciliare. Sciebat enim quia ſi uellet ſatiſfacere de factis eius,non permitteretur:ſi uero Sylæum accuſaret,tempus pro Herode dicendi poſſet inuenire. Conſtituto ergo die,Nicolaus præſentibus legatis Aretæ,accuſabat Sylæum,& cum cæteris addebat regis multorumq; Arabum ſimul interitum:& pecunias mutuo accepiſſe pro nullo reipublicæ commodo:nec non adulteria, non tantummodo per Arabiam, ſed etiam Romanarum mulierum. Addebat autem, quo acerbius concitaret Cæſarem, nihil uerum docuiſſe de factis Herodis. Cumque ad hunc locum peruenisſet, Cæſar quidem interro-

Nicolaus Sylæu accuſat

gauit,

gauit,si Herodes exercitum contra Arabiam non duxisset,nec duo milia quingentos occidisset,nec captiuos traxisset,prouinciamq; deuastasset. Ad quæ Nicolaus respondit:pro his magis se uelle suggerere,quod nihil aut multo minus ut audierat factum fuisset:sed tu,inquit,uir iustus hæc atrociter æstimasti. Quod cum præter opinionem Cæsar audisset,& iussisset ut diceret:Nicolaus satisfaciendo,quingentorum talentorum conscriptionem produxit.In qua cautum fuerat, licere Herodi constituto die transacto,pecunijsq; non redditis, totam Arabiam inuadere. Introductam uero per prouinciam militiam,non expeditionem dicebat,sed multitudinem suas pecunias uolentem exigere:nec constituto die, sed multo post introductam. De qua re cum sæpius quidem Saturninum & Volumnium procuratores Syriæ interpellasset,deinde coram illis in Beritho cum Sylæus per tuam fortunam iurasset, intra tricesimum diem pecunias se præbere,nec non & eos qui à regno Herodis transfugissent,nihil horum eo faciente, rursus ad procuratores Herodis peruenit.Cui cum præcepissent pignora sumere, statim prouinciã cum suis ingressus est,quod iste bellum dicit ad inuidiam procuratorum tuorum, qui hoc fieri denunciauerunt secundum conscriptionum statuta. Iste uero,inquit,non tantum deos,sed & tuum numen periurans decipit.Restat mihi iam de captiuis dissere. Latrones Trachonem habitantes,quadraginta primũ,deinde multi tormentorum factorum timentes,refugium sibi fecerunt Arabiam: quos Sylæus cum suscepisset,contra omnes homines uastabant terram,quam eis habitandam præbuit, & lucra latrocinij cum eis partiebatur. Spopondit autem per eadem sacramenta & hos reddere,& die quo promiserat se debitum soluturũ. Quid ergo? Potest ne demonstrare in præsenti quenq; alium ex Arabum prouincia,quàm hos abstractos quos refero? nec cunctos ut ait,sed qui nequaquam latere potuerunt. Ita ergo calumnia de captiuitate declarata, maximum Cæsar intellige mendacium, & falsitatem ad tuam excitandam iram ab isto confictam. Nam cum ingressus Arabiam noster exercitus fuisset,& unus uel alter de socijs Herodis concidissent, coactus resistere,Nacebum ducem eorum cum uigintiquinq; prostrauit. Quorũ pro unoquoq; eorum centum iste referens,duo milia quingẽtos periisse dixit.Hac oratione Cæsar permotus,ad Sylæum conuersus,furore plenus, interrogauit quanti Arabum perissent. Qui conturbatus,errasse se dixit. Deinde pacta debiti leguntur,literæq; imperatorum & ciuitatum,quæ latrocinia criminabantur. Mutatus ergo Cæsar,Sylæum quidem mortis sententia damnauit, Herodi uero reconciliatur,satisfaciens quod ex falsa criminatione atrociter ei scripsisset. Nam ita Sylæo respondisse perhibetur:Quis est iste,qui me impulit mendosa suggestione uirum mihi amicum offendere? Sylæus quidẽ pecunias creditoribus redditurus, & post puniendus destinatur. Cæsar autem adhuc irascebatur Aretæ, quia principatum nõ suis præceptis,sed propria præsumptione cepisset.Cogitabat ergo & Arabiam Herodi tradere,sed impedierunt literæ quas rex miserat per Olympum & Volumnium.Qui cum Cæsarem audissent placatũ, statim pro præcepto Herodis literas uel probationes,quas de filijs miserat,porrexerunt. Quas cum Cæsar legisset, principatum alium addere seni, & male sentienti de filijs,non æstimauit. Videns

Sylæus damnatur. Herodes reconciliatur.

ergo legatos Aretæ,& improperans quod temerarie niſus eſſet, & non à ſe regnū accepiſſet, dona ſuſcepit,& principatum ei confirmauit.

De occiſione filiorum Herodis à patre crudeliſſimo. Cap. XIII.

HErodi uero ſcripſit,quod placatus ei fuiſſet,& de filijs eius contriſtaretur:præcipiens ut ſi quid acerbum contra eum præſumpſiſſent, perſequeretur tanquam patris præuaricatores:nam huiuſmodi poteſtatem ei conceſſit:ſi uero fugam tantummodo cogitaſſent,ut improperans mitigaret eos,nec aliquid crudele peragerent.Admonuit uero,ut concilio in Beritho congregato,quo multi Romani habitant,& ſimul imperatoribus Syriæ & Archelao rege Cappadociæ,aliosq; quantos exiſtimaret amicitijs uel honoribus dariſſimos, eorum ſententijs quod oporteret impleretur. Herodes autem cum literæ ueniſſent, lætus pro reconciliatione,& quod ſibi poteſtas ſuper filios fuiſſet conceſſa, ſtatim accerſijt cunctos à Cæſare conſtitutos ad concilium,præter Archelaum,quem propter offenſam noluit intereſſe,ne quid uoluntati ſuæ impediret. Cumq; in Beritho imperatores & alij cōueniſſent,filios quidem non permiſit ad concilium accedere,ſed in uilla quadam Sidoniorum Palæſtum nomine,iuxta ciuitatem reliquit, ut uocati ad concilium præſentarentur. Solus autem ingreſſus, centum & quinquaginta uiris conſidentibus,accuſabat filios:& cauſa quidem non erat acerba, quantum ad ueritatis indicia:multum uero diſſimilis patri filios criminanti. Nam uiolenter perorabat, & in approbatione cauſæ turbabatur,& maximi furoris & ferocitatis ſigna monſtrabat. Defendebat etiam tanquam uera,quæ in odium filiorum dicta fuerant: & quæ ipſe contra filios ſcripſerat legebat,in quibus inſidiarum quidem nulla conſcriptio fuit:tantum uero quod fugere cogitaſſent, & derogationes quaſdam, & opprobria propter odium quod in eos habebat.Quæ cū legiſſet,damauit iurando, quod melius uita priuaretur, quàm talia uellet audire. Deinde cum dixiſſet quod & natura & Cæſare concedente poteſtatem haberet,addidit:& patriam legem ſibi præcipere,ſi quando parentes filios accuſarent,& ſuper capita eorum manus ſuas imponerent,neceſſe eſſet populos circunſtantes lapidare eos,& huiuſmodi morte perimere:quam legem ipſe paratam in patria quidem uel in regno habebat ſi facere uoluiſſet:ſed ſpectaſſe illorum iudicia:cognitores autem inueniſſe eos in manifeſtis filiorum & non paruis criminibus,ut tempus habentes dignum,nullatenus deberent negligere,ne alijs talia prouenirent. Cum hæc rex itaq; dixiſſet, & aduleſcentes ad ſatiſfactionē tranſiſſent:uidentes iudices quod modeſtiam uel reconciliationem minime rex aſſumeret,poteſtatem ei confirmauerunt.Et primus quidem Saturninus,uir cōſularis,& in dignitatibus dariſſimus,mitem ſententiam protulit,dicens: Damno filios Herodis, interfici uero nō iuſtum arbitror:quia & ipſe filios habeo,& regem puto ſic uelle,quamuis infelices filios ſe habere conſentiat.Poſt quem Saturnini filij tres,qui eius erant legati,ſententiam eandē cum patre pronunciauerunt. Volumnius autem econtra,morte puniēdos filios Herodis reſpondit,ita circa patrem iniquos inuentos.Eadem cum plures dixiſſent, ut cum nihil ambiguum eſſet, quo minus intelligeretur morte damnatos aduleſcentes, ſtatim Herodes ad Tyrum peruenit, ducens miſeros aduleſcentes. Cumq; Nicolaus

Herodes iterum accuſat filios.

Dānantur miſeri aduleſcentes.

lãus ad eum Roma delatus eſſet,& prius ipſe ſentẽtias in Beritho de filijs pronũciatas audiſſet:Herodes eum conſuluit, quid amici eius de hoc Romæ deliberaſſent. Ille ait:Quod & mihi uidetur,impia eſſe quæ illi de te ſenſerũt:oportere uero ligatos & cuſtoditos coërceri,& ſi quid tibi aliud uiſum fuerit. Prouide tamen, ne plus iracũdia quàm modeſtia uſus eſſe uidearis.Nam minime dimitti ſolutos puto, ne talia committant,quæ nullatenus poſſent corrigi. Multi etiam tuorum amicorum eadem Romæ deliberauerunt.Herodes autem cum tacuiſſet mœſtitia tentus,poſt iuſſit Nicolaum ſecum nauigare. Moxq; ut ad Cæſaream delatus eſt,rumor à populo de filijs eius euolabat,cunctis ſuſtinentibus ubi cauſa eueniret dum ſic periditarentur:& cum doloribus eorum condolerent,dicere aliquid palàm, aut dicentem audire, ſine periculo non erat. Vnde miſericordiam cum dolore conclu- *Tyronis audacia carpentis Herodem.*
ſam ſine uoce comprimebant. Vnus autẽ miles nomine Tyro,cum filio ſuo æquæuo & amico Alexandri,cuncta quæ alij timore tacite dolebãt,cum libertate loquebatur:& ſæpius damabat inter multitudinem dicens,quod periſſet ueritas, quod iuſtitia ab hominibus receſſiſſet. Vigent,inquit, mẽdacia & malignitas:tantamq; nebulam humanis negocijs intulerunt,ut maximæ calamitates & miſeriæ pro nihilo iudicentur.Cum talia ſæpius exclamaſſet,licet non ſine diſcrimine,ueritas tamen omnes mouebat. Quapropter ſinguli timentes occultabant, & hæc illum dicentem libenter audiebant.Qui cum regem petiſſet,ut ſolus ſoli quæ uellet edicere,conceſſumq; ei fuiſſet:Non poſſum,inquit, rex continere pro tali dolore fiduciam uel audaciam meam, neceſſariam quidem tibi & commodam, ſi quid utile uelis ab ea ſuſcipere:meæ uero tutelæ contrariam.Deinde ſubſecutus ait:Quo tua mens ſagaciſſima receſſit? aut cur ſuperabundans ſapientia ſenſu mutatur, quo plures uel maximos acquiſiſti triumphos? Quid eſt quod cognati uel amici remorantur petitionibus tuam flectere pietatem:quos tibi minime iudico eſſe cognatos uel amicos, ſi deſpexerint tale ſcelus,in tuo beatiſſimo fieri principatu? Tu uero nõ præuides quid eueniat,ſi duos adoleſcentes ab uxore regia tibi creatos,& in omni ſummitate uirtutis præcellentes,occidis: teq; ſolum in ſenectute relinquis, cum uno filio male ſuam ſpem diſponente,& cum cognatis, quos ipſe toties iam morte damnaſti. Nónne cogitas,quod multitudo tacens crudelitatem tuam conſpicit & odit? exercitus quoq; cunctus & primatus eius,qui miſericordiam quidem de infelicibus,odiũ uero in te hæc faciente concipiunt,terret? Cum hæc rex in initio nõ libenter audiſſet,& cõmouiſſent eum uerba Tyronis,per quæ manifeſte familiariũ perfidiam exprobrauerat:paulatim immenſa & militari fiducia uſus Tyro, *Tyro comprehenditur.*
concidit,& turbatione compleuit Herodẽ. Qui cum magis increpari quàm admoneri ſe putaſſet,& quia milites eum abhorrerent,& primatus eorũ indignarentur, præcepit nominatos cunctos cũ Tyrone ligatos in cuſtodia detineri.Cum hoc factum fuiſſet,& Tryphon quidam tonſor regis, inuenta occaſione regem adiſſet, *Tryphon adulator.*
ait: Suaſit mihi Tyro ſæpius,ut regem tondens,guttur eius inciderem:nam inter primos apud Alexandrum,inquit,poteris eſſe,magnasq; donationes ab eo percipere.Quæ cum dixiſſet,eum rex comprehendi præcepit,& tormentis Tyronem & *Filius Tyronis.*
eius filium atq; tonſorem ſubdi.Cumq; Tyro ita conſiſteret,uidens filius patrem ſuum crudeliter laceratum, nec habentem ſpem ſalutis, futurumq; ſibi iudiciũ ex

tormentis

tormentis intelligens: se, inquit, regi ueritatem nunciare: si uerbo confirmaret, tormenta patris & sua remittere. Cumq; rex fidē dedisset, dixit constituisse sibi Tyronem manu sua regem adire & occidere, si copia daretur, ut solum eum inueniret: multaq; pati, quatenus Alexandro præstaret. Quæ cum ille dixisset, patrem à necessitate soluit. Incertum autem est, utrum hæc ueritate an necessitate retulerit, ut aliquod perfugium in præsentibus malis inueniret. Herodes aūt licet deliberasset iam dudum filios interimere, tunc tamen festinauit crudelitati suæ finē imponere: & in concione producens, trecentos priores militum reos factos, cū Tyrone filioq; eius, & accusatore tonsore, criminabatur coram omnibus. Et illos quidem multitudo peremit: Alexander autem & Aristobulus in Cæsareā tracti, patre præcipiente laqueo perimuntur. Corpora uero eorum noctu ad Alexandrium ponuntur: quo matris eorum pater, pluresq; cognati, & proaui positi esse uidebātur.

Alexander et Aristobulus laqueo perimuntur.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

De pessimis studijs Antipatris in patrem & alios. Cap. I.

Antipater ab omnibus odio habitus.

ANtipater autem, postquàm fratrum extitit accusator, & in patris facinus extremæ impietatis & crudelitatis impulsor, haud sanè pro uoto spes uitæ sequētis aperitur. Nanq; iam amittendi regni metu fuerat liberatus, quod iam uidelicet illud cum fratribus se cōmuni caturum fore non cerneret: operosius tamen & ambiguum regnū sibi fieri magis magisq; sentiebat. Siquidem odium uniuersæ gentis aduersus illum erat exortum. Fuit uero illi etiam hoc ualde contrarium, quod totam contristabat militiam, dum aduersam ab ea gereret protinus uoluntatem, in qua proculdubio omnia regni munimenta consistunt: & maxime, quoties gentem aut populum uniuersum, nouarum rerum cupidine perturbari contingeret. Tantum etenim periculum ei fratrum procurauit interitus. Verumtamen cum patre pariter participabatur regnandi negocium, non aliter quàm si rex etiam ipse consisteret: amplioráque à patre ei negocia credebantur: & unde perire debuisset, firmitatem magis fauoris inuenerat, quod quasi pro Herodis tutela fratrum suorum proditor extitisset, & non inimicitia, qua circa illos & circa patrem ipsum detinebatur. Talibus enim eum maleloquijs induxerat. Quæ omnia machinationes erant, uiam construentes, quæ aduersus Herodem tenderent, ut Antipater accusatores non haberet de his quæ parare cogitabat: Herodes autem omni refugio nudaretur, non habens qui sibi auxiliaretur, cum Antipater hostis manifestus existeret. Proinde odio paterno illas fratrum insidias perpetrabat. Pulsabat autem eum amplius, ut ab incepto non desisteret, quod cernebat moriente quidem Herode certo sibi principatum esse uenturum: prolixius autem

Maleuolus Antipatri animus in patrē.

autem uiuente patre multa ſibi ſurrectura pericula, ſi eius factio proderetur, cuius extabat ipſe compoſitor: & quæ ſi palàm fieret, hoſtem illi patrem compellebat exiſtere. Propter quæ ad donandum erat largus & affluens: & etiã eos qui circa patrem erant, lucris pulſabat ingentibus, ut aduerſus eum omnium odia concitarent: & maxime illos, quos Romæ poſſidebat amicos, miſſionibus magnorum munerum ſibi beneuolos comparabat. Ante omnes autem Saturninum, qui tũc curam Syriæ gerebat, inducere magna ſpe incitabatur: ſed etiam Saturnini fratrem promereri feſtinabat. Ad hæc ſororem regis uiro inter primos apud Herodem coniunctam, ſuo modo utens, ad ſe uolebat attrahere. Erat quippe ad fingendas amicitias colloquentibus ſecum callidus, & ad odium diſſimulandum ualde credibilis, & ad cælandum ſemetipſum aſtutiſſimus. Non tamen decipere ualebat ſuam nutricem, quæ illum iam ante abunde cognouerat, & ab eo falli non poterat. Siquidem omnibus eius factionibus iam antea fuerat reluctata, ob morum improbitatem: quamuis eius filiam haberet uxorem prouidentia matris Antipatri: & eius ipſius inſtantia illam ſuſcipiens, quæ primo fuerat Ariſtobuli ſociata connubio. Nam alteram Calleas uiri eius filius habebat uxorem: Sed nullum hoc ei tutamẽ erat, quo minus eius intelligeretur iniquitas: ſicut nec prius cognatio quicquam obſtiterat, quo minus odibilis haberetur. Interea Salomen feſtinantem Sylæo Arabio coniungi corporali libidine concitatam, Herodes compellit cum Alexa inire connubium, cooperante quoq; illi Iulia, & perſuadente Salome ne illius renueret nuptias, ne inimicitiæ inter eos maturius orirentur. Iurabat quippe Herodes, nunc̃q; ſe circa Salomen beneuolum fore, niſi coniugium Alexæ ſuſciperet, & obediret Iuliæ, utpote Cæſaris coniugi, ad hæc etiam utilia ſuadẽti. Interim filiam Archelai regis, Herodes ad ſuum deſtinat patrem, quæ fuerat Alexandro iugata, dotem etiam reſtituens, ut nullum inter eos certamen oriretur. *Salome nubit Alexæ.*

De Herodis uxoribus, & filijs filiorum. Deq; Zamari Iudæo Babylonico. Cap. II.

IPſe autem enutriebat filiorum filios diligenter admodum. Erant enim Alexandro quidem ex Glaphira uirilis ſexus duo: Ariſtobulo autem ex Beronice Salomes filia maſculi tres, puellæ duæ. Et ſæpius amicis præſentibus coram ſe conſtituens Herodes illos infantulos, filiorum quoq; fortunam caſumq; deplorans, orabat, ne tale quicquam illorum filijs accideret: ſed ut cum uirtute creſcentibus, uiciſſitudinem illi nutricationis & educationis exoluerent. Deſponſabat aũt eis maturo iam tempore decurrente, maiori natu quidẽ Alexandri filiorũ, filiã Pheroræ: Ariſtobuli uero filio, filiam Antipatri: filiam uero Ariſtobuli denominat Antipatri filio: alteram uero ex filiabus Ariſtobuli, Herodi filio ſuo: fuerat autem is regi natus ex filia pontificis. Paternus quippe mos erat, ut ſimul plures haberemus uxores. Agebat autem filiorum deſponſationem rex miſericordia infantulorum parentibus orbatorum, ad beneuolentiam eorum per ſocietatem coniugalem Antipatrum prouocare deſiderans. Antipater autem non ceſſabat circa infantulos ea uolũtate uerſari, qua circa fratres quoq; fuerat agitatus. Incitabat aũt eum ſtudiũ patris, quod circa infantulos gerebat, ſperans eos maiores ac meliores ſuis fratribus *Mos Iudæorũ*

bus fore,præſertim cum in uirilem ætatem prorumperent:Archelao etiam auxilium nepotibus præbituro,uiro in regni culmine conſtituto:& Pherora,in nurum unam ex eis ſuſcepturo filiam:tetrarches enim erat iſte. Excitabat autem eum uni uerſa quoq; multitudo,quæ circa infantulos quidem miſericordi mente mouebatur,aduerſus eum autẽ odium in omnibus gerebat,propter quod daruerat tantæ in fratres iniquitatis aſtructor.Machinabatur quoq; diſſoluere quæ patri placuerant:aduerſum ſibi reputans,ſi cõtra ſe talium adunaretur potentia. Et differebat quidem Herodes ſequi poſtulationes Antipatri,ut ipſe quidem Ariſtobuli filiam in connubio ſuſciperet:Pheroræ uero filius,fratris eius Alexandri filiam. Et ſponſiones quidem nuptiarum huiuſmodi gerebantur à rege,Antipatro tamẽ inuito.

Herodis uxores & liberi.

Herodi uero regi ea tempeſtate uxores erant nouem:Antipatri mater & filia pontificis,ex qua etiam Hononymus illi filius fuerat procreatus. Erat autem ei etiã fratris filia cõiuncta:& cum ea neptis altera:ex his quidẽ proles nulla germinauerat.

Antipas.
Archelaus.
Olympias.
Ioſippus.
Cleopatra.
Herodes.
Philippus.
Pallas.
Phaſelus.
Phædra.
Helpis.
Rexamana.
Salome.

Erat etiam in uxoribus ex gente Samaræorum una, ex qua filij extiterãt Antipas & Archelaus:& filia Olympias nomine,& hanc quidem poſtea Ioſippus ſuſcepit uxorem,qui regis fuerat fratruelis.Archelaus autẽ & Antipas Romæ apud quendam familiarem educabantur.Coniuncta illi erat etiam Cleopatra,ſed Hieroſolymitis:& filij ex ea fuerant nati,Herodes & Philippus,qui etiam Romæ educabantur.Erat in uxoribus etiam Pallas,quæ Phaſelum ei pepererat filium. Super has quoq; Phædra & Helpis erant uxores,ex quibus duæ filiæ fuerant procreatæ,Rexamana nomine,& Salome.Filiæ aũt eius maioris natu,ex una matre procreatæ cũ Alexandro,quarũ intuebatur Pherora nuptias,cõiunctæ erãt una quidã Antipatri ſororis filio,altera uero Phaſelo:& iſte quoq; fratris Herodis fuerat filius:& hoc quidem ex diſpoſitione factum fuerat Herodis.Tunc autem uolens aduerſus Trachonitas munitus exiſtere,cogitauit uicum Iudæis ædificare,non diſtante magnitudine ciuitatis,ut per hoc inacceſſibiles hoſtibus faceret limites ſuæ prouinciæ.

De Zamari Iudæo.

Et cognoſcens uirum quendam Iudæum ex Babylonia,cum equitibus quingentis & ſagittarijs plurimis,cognatorum etiam multitudine,uſq; ad centum fermè numerum uirorum,Euphratem fluuium tranſmeaſſe,& in Antiochia in loco qui dicitur Daphne Syriæ cõuerſari,cum Saturnino,qui tunc ibidem imperator militiæ conſiſtebat,illum ei locum ad habitandũ benigna largitate,cui Balathana nomen erat,concedere promiſit. Euocabat ergo eum cum tota multitudine omnium,qui eum fuerant conſecuti:ſpondens daturum ſe terram in regione quæ dicitur Bathanea.Determinauerat enim eum in Trachonitide conſtituendum,uolens eius habitationem obſtaculum contra hoſtes habere. Promittebat itaq; illam regionẽ ſine tributis eſſe daturum,& liberos fore,quæ moris erat illius regionis habitatoribus exhibere:immunemq; eis terram & nullis illationibus obnoxiam præbiturũ.His perſuaſus Babylonius uenit:& ſuſcipiens regionẽ,oppida, & municipia plurima conſtruxit.Et uicum Bathyra nomine conſtituens, obſtaculum erat & oppoſitio quædam,ille uir,indigenis aduerſus Trachonitas,& Iudæis de Babylonia uenientibus ad Hieroſolymã per ſacrificiorum tempora, ne quis eorum latrocinijs Trachonitarum inſidijsq; læderetur. Et aduentabant ad eum plurimi, maximeq; illi undiq; concurrebant,à quibus paternus mos Iudæorum,& inſtituta colebantur.

Quibus

Quibus rebus illa regio breui populosa facta est, propter qd' immunis ab omnibus functionibus permanebat, uiuente duntaxat Herode. Cæterum postquam Philippus filius eius principatū regni suscepit, modicas paruo tempore illis functiones imposuit. Agrippa uero maior, & filius eius, qui homonymus quoq; illi constabat, eos admodū grauauere: non tamen eis de libertate ipsorum, cum possent, ullam intulere molestiam. Sed Romani deinde dominatū illius regionis adepti, libertati quidem eorum etiam ipsi seruauere dignitatem, impositionibus autem eos functionū usquequaq; grauauerunt. Et hæc quidem opportuno tempore diligenter exequar, oratione procedente. Zamaris autē Babylonius inter hæc uita defungitur: qui ad possidendam illam regionē ab Herode fuerat acquisitus: quicq; cum uirtute uiuens, filios quoq; optimos reliquerat: Iacimum quidem, qui fortitudine clarus extabat (is equites Babylonios, qui sub illo fuerant, continebat) & Eli: quos rex afficiebat abunde muneribus. Sed Iacimus in senectute defunctus, Philippum filium dereliquit, & manu bonum, & alijs uirtutis artibus usui supra quemlibet accommodum. Ob hoc fida illi amicitia, & firmissimus fauor cum Agrippa rege prouenerat: militiamq; totam quam rex habebat, iste curabat: & ubicunq; deducendam* ratio postulabat, eius regimine ducebatur. *Aliàs, rex:*

Insidiæ Antipatris in patrem Herodem, sed deprehensæ in Pharisæis. Cap. III.

HErode autem in quibus retuli cōstituto, in Antipatrum spectabant cuncta negotia, propter quod utilis ac *propitius à rege putabatur, & rex ex hoc firmitatem nō amiserat potestatis, quam ei pater * promptius indulgebat, spe quasi fauoris eius, ac fidei. Ad hæc erat etiam ad deriuandam in se potestatem audacissimus, quoniam incognita erat patri eius nequitia: & quoniam ad fidem faciendam in dicendo callebat. Erat etiam cunctis terribilis, non tantum magnitudine potestatis, quantum peruersitate morum, & quod erat ad male loquendum procacissimus. Maxime autem eum Pheroras accurabat, uicissimq; curabatur. Nam eum callide ualde circumuenerat Antipater, & maxime per mulieres, ad occupandos eius animos ambierat. Deditus quippe fuerat Pheroras uxori, matriq; eius, atq; sorori, licet mulierum genus horreret, ob iniuriam filiarum suarum uirginū: ueruntamen has patiebatur, ab hisq; ducebatur, & nihil ab eo sine illis mulieribus agebatur. Nam hominem illū etiam medicaminibus accurabant, & sibimet inuicem cooperari nequaquam mutuo fauore cessabant. Ita enim eas omnibus modis Antipater induxerat, partim per semetipsum, partim etiam per propriam matrem. Nam idem hæ quatuor mulieres sentiebant, idemq; loquebantur. Pheroræ tamen circa Antipatrum in nonnullis minimis sanè rebus sententia mutabatur. Erat autem illis in contrarium nitens regis soror, iam diu cuncta circumspiciens, & amicitiam eorum in perniciem Herodis construi cernens, & annunciando non abstinens. Illi autem sentientes molestam esse regi suam ad inuicem beneuolentiam, consilium ineunt, ut manifesta eorum non esset amicitia, neq; palàm conuentum facerent: odium autem & maliloquia, ubi tempus exigeret, cōtra semetipsos cōfingerent: maxime autem sub Herodis præsentia, ut ad eum de semetipsis talia deferrent: secreto uero beneuolentia inter eos firmior, certiorq; constaret. Et sic quidem illi gerebant. Salomen autem nihil prorsus latebat, neq; pri-

Aliàs, promptus.
Aliàs, propitius:

mum eorum propoſitum ad huiuſmodi negotia feſtinare, neq; tunc, quando ſecretas machinationes conſtruebant. Cuncta quippe illorũ illa mulier indagabat, quæ amplificans & atrociora faciens, ad fratrem propriũ perferebat, ſecretos eorum conuentus inſinuans: & conuiuia, & conſultationes occulte ſemotimq; conſertas, ad eius interitum tendere, niſi maturius proderentur. Indicabat quoq; illos in manifeſto quidem aduerſarios ſemetipſos quaſi conſtare, & ad læſiones mutuas ficte loqui, finemq; feſtinare: ſecrete & ab alterutris remoti, beneuolentiam inter ſe confirmare maximam: & quoties in quibuſcunq; negotijs ſinguli forent, illud agere, quod amicitia poſtularet: & polliceri ſibi, etiam pugnare contra quos opus eſſet, modo ut illud aſtu uel fauore mutuo non ſentirentur efficere. Illa quidem hæc & huiuſmodi inueſtigabat omnia, & integra ad fratrem cõueniens cuncta deferebat, ſentientem quidem iam etiam ipſum plurima per ſemetipſum: ſed ad audendũ aliquid, licet excitatus eſſet ſororis accuſationibus, retardantem. Erat enim portio quædam Iudæorum hominum, de ſcrupuloſitate & ſubtilitate paternæ legis gloriantium, & culturam diuinitatis ſimulantiũ, à quibus inducebantur mulieres illæ ſupra memoratæ: hi Phariſæi dicebantur, qui poſſent maxime regi nõ modicum afferre præſidium. Erant enim procaces ad bellum gerendum, læſionesq; inferendas immaturius eleuati. Cũ igitur cuncta gens Iudaica iureiurando iuraſſet, Cæſaris ſe propriã fore, & omnibus regis rebus fauere, iſti nõ iurauerũt. Erant autẽ numero ſupra ſex ferè milia, quos rex pecuniario damno mulctauerat. Quod damnum uxor pro eis Pheroræ cõtulerat. Illi uero beneuolentiam quaſi pro uiciſſitudine referentes, futurorũ ſibi agnitionem nutu diuinitatis infuſam eſſe prædicabant: quod Herodi uidelicet terminus regni iam eſſet ex ſuperna maieſtate decretus, tam ipſi quàm eius uniuerſæ cognationi: Illam autem regnum poſſeſſuram, atq; Pheroram, & filios qui ex eorum eſſent ſemine deſcenſuri. Et hæc quidem regi nunciabantur: nõ enim Salomen iſta fugiebant, & quomodo plurimos regalis aulæ corrumpere niterentur. Rex autem interfecit Phariſæos, qui cauſa ſeditionis extiterant: & Vagoan eunuchum, & Carum quendam, qui tunc primatum inter eos habebat, honeſtate dignitatis decoratum, filiosq; eius peremit: omnesq; ei cognatione uel familiaritate coniunctos: quibus ille Phariſæus præſagiebat. Magnificabatur autem apud eos etiam Vagoas uti pater, & plurimis rebus benemeritus, ac profuturus apud regem futurum. In manibus enim eius cuncta fore prædicabat, præbente illi regi & coniugi firmitatem, & filiorum, ueluti propriis filijs.

De hypocriſi phariſeorum.

Occidũtur Phariſei.

De ſimultate inter Herodem & Pheroram. Caput IIII.

HErodes itaq; ultus ex Phariſæis qui fuere conuicti, conuentum congregat amicorum: & accuſationem Pheroræ coniugis, iniuriamq; uirginum, & audaciam illius mulieris exponens, & crimen uxoris ad diminutionem dignitatis illius referens & honoris: quod ei certaminum ſeditiones aduerſus fratrem & bellum, ex illius ingenio ac uerbis operibusq; cõſurgerent: & quantum poterat hortabatur, ut illa inter eos ſimulatio ſolueretur: quod fore firmabat, ſi ſocietatem illius effugeret propter illa quæ geſſerat. Nihil enim cũ fratre Pherora gratiæ permanere poſſe definiebat, ſi ſecum illam retineret, quæ bonũ ingenium circa ſe fratris euer-

Herodes apũd amicos accuſat Pheroram & eius uxorẽ

tris euerteret. Iubebat igitur uxorem abiicere, quæ inter fratres causa belli constaret: & si magni pretij consanguinitatem suam duceret, illam non iugaret: sic enim posset nullo modo charitas fraternitatis imminui. At Pheroras licet illo sermone moueretur, tamẽ affirmabat neq; aliquid iuris ex germanitatis necessitudine detracturum, neq; dilectionẽ cõiugis abnuere: eligere se potius mori dicebat, quàm illa muliere priuari, quæ sibi grata constaret. Herodes uero differebat circa Pheroram super hoc iracundiam, quamuis cuperet pro rebus gestis ultionem sumere. Antipatro tamen interdixit & matri eius cum Pherora miscere colloquium, uel cum illis mulieribus quæ cum eo erant: obseruarentq;, ne in unum aliquatenus conuenirent. Illi uero profitebantur quidem, conueniebant tamen, quando temporis opportunitas prouocabat, & simul etiam conuiuebantur Pheroras & Antipater. Ferebatur etiam sermo, quod Antipater Pheroræ coniugi misceretur, cooperante illis ad conuentus faciendos Antipatri matre. Suspectum autem patrem habens, & timens Antipater, ne circa se amplius eius odium procederet, scribit amicis Romæ, postulans ut scriberent Herodi, quatenus celeriter Antipatrũ mitteret, simúlq; cum eo munera digna mandaret, & testamentum etiam, in quo post se regem declararet Antipatrũ: quoniam iam defunctus erat Herodes, qui ei ex filia pontificis erat procreatus. Quo facto, pergit unà quoq; cum Antipatro & Sylæus Arabs, nihil ex his quæ præceperat Cæsar peragens: unde quoq; Antipater ante Cæsarem eius accusator extiterat: pro quibus primus Nicolaus patiebatur inuidiam. Accusabatur etiam & ab Areta Sylæus, eo quod plures occiderit in Petra castello benemeritorum hominum, præter suam conscientiam: maxime autem Sondum uirum omni uirtute decoratum, iustitiáq; pollentem, sed etiam Fabatonem Cæsaris seruum. Sylæus autem causas habuit ex hisdem criminibus propagatas. Erat quidam Corinthius, Herodis regis unus custodum corporis, cui maxime plura committebat. Huic persuadet Sylæus, pecunias magnas pollicens, ut Herodem occideret: hoc etiam ille promiserat. Quod agnoscens Fabatus Sylæo indicante, statim regi denunciat. Ille uero Corinthiũ tormentis examinans, fecit omnia depalari. Detinuit autem & secum duos Arabas, cõfessioni credens Corinthij, & Philarchum, quod Sylæi fuisset amicus: qui etiam ipsi (nam eos rex tormentis affecerat) cõfessi fuerant quod eos exhortaretur, nuncians Corinthiũ nõ agere molliter, & sicubi opus esset rei, ferro cooperarentur ad pepetrãdum facinus inter eos cõplacitum. Ad hæc etiam Saturninus, omnibus ei ab Herode denunciatis, Romam eos destinat. Pheroram uero fortiter in amore coniugis permanentem, discedere ad propria Herodes præcepit. Ille uero gratanter accipiens, ad suam tetrachiam non moratus abscessit: plurimum se iureiurando constringens, nõ prius reuerti, quàm mortem Herodis aduerteret. Proinde etiam ab Herode morte cõstricto petitus, ut ueniret pro aliquibus sibi mandatis, si mors contingeret iniungendis: nullo modo persuasus est aduenire, ne iurisiurandi uiolator existeret. Non tamen Herodes in his rebus imitatur illius exemplũ, meliorem circa Pheroram uoluntatem suæ mentis ostendens. Nam paulopost ipse cœpit ægritudine laborare. Ad quam Herodes non solũ non euocatus aduenit, sed *Pheroras moritur.*

etiam mortuũ eum recepit, atq; ad Hieroſolymam detulit, & iuxta morem exequias ei honorabiliter magnificéque celebrauit: ingentemq; luctum ſuper eum, ſupra quàm quiſquam ratus erat, expoſuit. Hoc Antipatro, licet Romam nauigaſſet, malorum tamen extitit aduerſorúmque principium: ex hinc enim iam cœpit fratricidij factio denudari. Narrabo itaque omnem ſuper hoc homine rationem, exemplum generi humano in futura tempora permanſurum, ad utilitatem qui uoluerint uirtutis eſſe cultores.

De ueneno parato Herodi à filio. Caput V.

PHerora itaque mortuo, humatóque celebritate magnifica, duo ex liberis eius, qui ab eo in honore habebantur, ad Herodem ueniunt poſtulantes, ne inultam mortem fratris relinqueret: quin potius inquiſitionem faceret acerbæ mortis & calamitoſæ, repentinæq; tranſlationis. Illo autem attonito facto liberorum ſermonibus (fidelia nanque narrabant) apud coniugem die proxima antequam ægritudinem incurreret eum cœnaſſe retulerunt: uenenum autem in cibo ſumpſiſſe, ex eóque periſſe: quod uenenum allatum eſſet ab Arabica muliere, amoris faciendi gratia. Amare ſe nanque fingebat, re autem uera ad interitum erat Pheroræ petitum. Sunt quippe ad uenena conficienda artificioſiſſimæ Arabicæ mulieres. Perſuaſum illi dicebat, ut uenenum uenundaret: ad loca quippe illa ueniſſe referebat matrem Pheroræ coniugis & ſororem, unde illud uenenum apportantes, cœnam illi præparauere, in qua ille ueneno ſumpto periit. His uerbis protinus excitatus, ancillas earum mulierum tormentis examinat, inter quas aliquas etiam liberarum. Et adhuc in occulto remanente negotio, quia nulla earum aliquid depalaret: nouiſſima quædam, inflictis ei magnis ex tormento doloribus, nihil quidem aliud dixit, niſi deum inuocans, ut talibus ſupplicijs Antipatri matrem traderet imprecata eſt, quæ omnium illorum malorum cauſa conſiſteret. Hæc ad inſtandum Herodem magis magiſque coëgerunt, ut cuncta mulierum illarum ſecreta tormentis erueret. Tunc omnia palàm facta ſunt, & conuiuia, & conuentus ſecreto facti ſæpiſſime: ſed etiam ſermocinationes, quæ ad ipſos & ad filium ſolum factæ fuerant, & illa quæ ab eo ad mulieres Pheroræ deferebantur (erant autem munera centum talentorum) ut ſecreto Pheroræ perſuaderent, quicquid Antipater imperaret. Prodebatur etiam odium quo in patrem concitaretur, & lamentationes, quas ad matrem propriam frequentabat, quod tam prolixe pater aduiueret: ſibi iam imminere ſenium, ut etiam ei ſi regnum ueniret, non liceret iucunde uiuere per ætatis grauitudinem atque moleſtiam: Ad hæc etiam, multos ſibi fratres in regno illo coaleſcere, & fratrum plures filios, ex quibus omnibus minus ſpem ſuam tutam haberet. His etiam addebat dixiſſe, quod per idem iam tempus fratri potius in regno ſuo licentiam habere concederet: crudelitatem quoque plurimam regis accuſare, & filiorum cædes: ſe quoque timere, ne uſque ad ipſum hoc malum pertingeret. Artem quoq; Romam pergendi conſiliumque narrabat: Pheroram quoque ad ſuam tetrarchiam ex eius diſceſſiſſe ſententia. Quibus Herodes auditis, cognoſcebat ſororis ſuæ ſermones, quos ad ſe ſæpe detulerat. Incitabatur autem rex ſuper Antipatri

nequitia,

nequitia,iuſſitq; matrem eius ornamenta ſua cuncta contradere,quæ multorum conſtarent precio talentorum. Quæ poſtquam abſtulit, reiecit eam, & in amicitiam mulierum Pheroræ pro damnatione dedicauit. Amplius autem aduerſus filium iracundiam regis incendebat uir Samarites, Antipater nomine, qui filio regis Antipatro curator extabat. Nam cum alia quidem eius in tormentis aperuiſſet,illud quoque prodiderat,quomodo uenenum mortiferum confecerat,dederátque Pheroræ: iubens, ut poſt eius abſceſſum, cum iam ſpatium aliquanti temporis cucurriſſet, ubi ratio prouocaret, patri protinus propinaret: & dicebat attuliſſe illud uenenum ex Aegypto Antiphilum, unum ex amicis Antipatri: tranſmiſſum autem Pheroræ per Theudionem fratrem matris Antipatri:& hoc modo ad uxorem Pheroræ peruenisſe,dantem marito ad cuſtodiendum.Quod illa quoque fatebatur, rege ſcrutante negotium: & procurrens tanquam uenenum allatura, miſit ſe de tecto deorſum,non tamen interiit, quod cadens in pedes terra ſuſcepta ſit: ac deinde poſtquam recreauit animam, promittit ei Herodes ſalutem,eiúsque domeſticis, dummodo ab ea nequaquam occultaretur ueritas.Neque ſe illi malum pro ingratitudine redditurum iurabat, ſi cuncta cum ueritate proderet,uel modum quo geſta conſtarent. Ad hæc illa dicebat iſta ab aliis enunciata: firmabátque allatum eſſe uenenum ex Aegypto ab Antiphilo:medicum quippe eſſe fratrem eius aiebat,à quo prouiſum fuerat: per Theudionem autem uiro ſuo tranſmiſſum: ſe uerò cuſtodire illud à Pherora ſuſceptum, aduerſum ipſum ſanè ab Antipatro præparatũ. Cum igitur Pheroras ægritudine, inquit,teneretur,& eum aduentu tuo conſolationéque curares, uidens circa ſe tuam beneuolentiam,concidit mente deiecta, & me conuocans: ò mulier, inquit, induxit me Antipater,aduerſus patrem ſuum fratrem meum,conſilia iniqua conſtituens. Nam uenenum in eius perniciem nundinatus eſt. Nunc itaque quoniam frater erga me nec ante iniquum aliquid geſſit,& nunc propoſitum bonæ uoluntatis oſtendit,me autem non multum poſt de hac luce ſentio receſſurum, age ne cum conſcientia fratricidij ad noſtros progenitores abierimus, illud uenenum apportans,epiſtolamque Antipatri.me uidente combure.Ego autem plurimum eius igni contradens, aliquantulum reſeruaui: ut Pherora defuncto, ſi me, ò rex, male fortaſſis attenderes, illo uſa, ſeculi huius neceſſitates effugerem. Hæc dicens, & uenenum & pixidem in medium protulit. Sed etiam frater Antiphili & mater eius eadem fatebantur, tormentorum uehementia compulſi, pixidem quoq; illam nihilominus agnoſcebant. Accuſabatur quoq; filia pontificis, uxor regis,tanquam omnium conſcia fuiſſet,ſed ea cælare maluerit.Ob quæ illam quidem Herodes emiſit: filium autem eius ex teſtamento deleuit,in cæteris permanente: ſed etiam ſocerum pontificatu priuauit Simonem Buzi: ſubſtituit uero Matthiam Theophili,Hieroſolymitem genere.Cum ea geruntur,Bathillus quoque ex libertis Antipatri uenit ex Roma,& tormentis examinatus,inuenitur uenenum aliud attuliſſe, quod matri daret Antipatri, & ab illa Pheroræ tradendum: ut ſi primum uenenum minus regem forſitan peremiſſet, & hoc maturius uterentur.Apportabat etiam literas ab amicis Herodis Romæ conſtitutis, con-

Antipater Samarites aperit Herodi omne conſilium filij eius.

ſilio Antipatri & dictatione compoſitas, accuſationem habentes Archelai atque Philippi, quod quaſi de patre quererentur pro nece Ariſtobuli & Alexandri: ſe metipſos quoque Herodem miſerari nunciabant: & euocabantur quidem à patre, ueluti non ob alias res, niſi ut etiam ipſos extingueret. Hæc quippe magnorum munerum amici gerebant, opitulantes Antipatro. Scripſit etiam Antipater de fratribus, culparum genera magna confingens, omnimodo eos adiudicans, ætati eorum cauſam aſcribens, qua impelli poſſent nequitiam ſui patrare propoſiti. Ipſe uero certamini quod cum Sylæo gerebat, magno ſtudio fuit intentus: & accuſationi primorum uirorum Romæ conſtitutorum ſe totum dediderat. Monilia quoque precioſiſſima ducentis talentis empta parauerat. Miretur fortaſſe aliquis, quoniam tantis aduerſus eum in Iudæa motis turbinibus, fermè ſeptem menſium tempore decurrente nihil illi fuerit nunciatũ. Cauſa uero huius rei erat obſeruatio uiarum atq; cuſtodia, & odium hominum, quo circa eum tenebantur. Nullus etenim erat, qui pronus eſſet proprio periculo illius tu tamen ſalutemque conquirere.

Accuſatio Antipatri de ueneno patri præparato. Caput VI.

HErodes ſanè, Antipatro ſcribente, quod cuncta quæ oporteret peragens, maturius adueniret, cælans ſuam indignationem, reſcribit iubens, ne ulla deſidia ad iter agendum præpediretur, ne quid in eius abſentia ipſe forte patere tur. Et ſimul quoque de matre ipſius minimum quiddam expoſtulando cauſatur, promittens tamen ei ſe reconciliatum iri, cum ipſe protinus adueniret: & in omnibus erga eum dilectionem ſuæ quaſi mentis aperiebat, formidans, ne forte quicquam ſuſpicans differret ineundæ uiæ negotium, atque Romæ demorans, aliquas poſſibilitates pararet, & in regno Romano muneris alicuius fieret miniſter. Has itaque in Cilicia literas accepit, alias autem Tarenti, in quarum textu Pheroræ declarabatur occaſus. Quibus lectis, ægre ſatis tulit & aſpere, non propter Pheroræ gratiam: ſed quia patris interitu, ut promiſerat, non peracto defecerat. Circa Celendrim autem Ciliciæ ueniens, cœpit de cauſa nauigationis ambigere, utrum deberet domum ſicut inſtituerat tendere, abiectione matris adductus in dubium. Tunc ex amicis pars ſuadebant expectare, donec agnoſceret, quæ domi mota geſtáque fuiſſent. Alij uero hortabantur ne nauigationem domi differret: ſoluturum enim ſuo aduentu omnes aduerſitatis cauſas aiebant: nam neque tunc aliunde illos fluctus eueniſſe, niſi eius abſentia facultatem accuſatoribus uirtutémque tribuiſſet. His perſuaſus protinus nauigauit: & exceptus eſt portu nomine Sebaſto, quem Herodes magnis opibus conſtructum, Sebaſtum ad honorem Cæſaris appellauit. In apertis iam malis erat Antipater, nullo ad eum cominus accedente, nullo colloquente, ſicuti cum fuiſſet egreſſus, uotis eum ac ſecundis precibus proſequebantur: nunc econtra aduerſis eum maledictis non prohibebantur excipere. Verebantur enim cuncti, quod pœnam eſſet
Varus. fratribus pro ſua impietate ſoluturus. Ea tempeſtate contigerat forte Varum Quintilium in Hieroſolymis agere, qui ſucceſſor Saturnini ad Syriæ regionem fuerat

fuerat deſtinatus. Venerat quippe conſultatum Herodi, ab eodem poſtulatus, pro cauſis in quarum diſpoſitionibus hæſitabat. Quibus unà conſeſſum habentibus, uenit Antipater, cunctis illi rebus incognitis. Quiq; ingreſſus aulam regiam, indutus purpura, & ipſum quidem ianitores excipiunt: amicos autem qui circa illum erant, aulam accedere prohibebant. Cœpit itaque perturbari; in quæ mala deuenerit, manifeſte cognoſcens. Denique illum pater ſalutatum accedentem repulit, fratricidij ſimul accuſans, & conſilia obiectans ſuper ſuimetipſius interitu, quorum omnium auditorem ac iudicem in craſtinum Varum fore confirmat. Et ille quidem tanto malo audito pariter atque imminente, ipſa magnitudine fatigatus abſceſſit. Cui mater & uxor accurrunt, quæ reſidua fuerat de filiabus Antigoni, qui ante Herodem in Iudæa regnauerat: ex quibus uniuerſa cognoſcens, cœpit ſe certamini iudicioq; præparare. Sed die poſtero conſeſſum faciunt Varus ſimul atque rex, amici etiam utrorúnque conuocantur. Aderant quoque regis conſanguinei, & Salome ſoror: & ſi qui nunciaturi forent, quæ prodiderant examinatione tormentorum. Serui denique Antipatri, ex materno illi iure conuenientes, qui pauloante fuerant comprehenſi, epiſtolam deferentes Antipatro, quæ fuerat in hanc perſcripta ſententiam: ne ad patriam repedaret, quod cuncta uidelicet ad patris notitiam reuelata peruenisſent: ſolumque illi ſuſfugium remanſiſſe Cæſarem, & ſub patris poteſtate non cadere. Antipatro uero patris genibus prouoluto, atque deprecante, ne iudicium de illo rebus incognitis promeretur: quin potius facultate ſibi auditorij contributa, purgatum iri ſe apud patrem poſſe firmabat. Quem iubens Herodes in medium produci, ipſe lamentari primitus cœpit, quod tales illi filios habere contigiſſet, per quos ei fortunæ tales exurgerent: aut unde tantam diuinitatis indignationem comparauerit, ut ſua ſenectus in Antipatri nequitias incidiſſet. Memorabat etiam enutritiones, & educationes, quas filijs ſtudioſe præbuerat: opum quoque ac facultatum affluentiam, in quibuſcunque temporibus illi cuperent, ſemper illis protinus adiacere: & quod nullum eſſet impedimentum quo uoluntas eorum conſilio periculum mortis incideret, dum illi regnum impie rapere feſtinarent, antequam ipſe legi naturæ concederet. Vnde ſe ualde mirari dicebat Antipatrum, quorum ſpe ſubleuatus auderet ſine ulla refrenatione ad talia tantáque prorumpere, quandoquidem eum regni ſucceſſorem etiam ſcribendo declaraſſet: ſed etiam uitæ ſuæ tempore in nullo minor exiſteret, non claritate dignitatis, non uirtute potentiæ: quinquaginta denique illum talenta ex reditibus ſumere, ad hæc trecenta talenta Romam eunti dona dediſſe. Increpabat illum etiam de fratribus, quos uelut malignos accuſauerit, cur eorum imitator extitiſſet: ſi uero innocentes fuiſſent, inique aduerſus conſanguineos crimina confeciſſet: Nam illa omnia quæ de illis nunciata fuiſſent, à nullo alio niſi ab illo ſemetipſum protinus aduertiſſe: conſilióque eius geſtiſſe cuncta, quæ aduerſus illos fuerint geſta, quos nunc protſus abſolueret, iſto Herodi illis in parricidij facinore ſuccedente. Hæc ſimul dicens profundebat lachrymas, quæ illum interduſa uoce loqui amplius non ſine-

bant. Verum Nicolaus Damaſcenus, regis amicus, & in omnibus cum eo unà ſemperque uerſatus, & modum quo res geſtæ fuerant aſſecutus, rogabatur à rege, ut ipſe reſidua loqueretur, quæcunque ad demonſtrationem cauſæ redargutionemque proficerent. Sed Antipater econtra conuerſus ad patrem, ſemetipſum excuſare nitebatur. Enumerabat itaque cuncta ſuæ circa illum benignitatis exempla, honoréſque ſibi à patre conceſſos, quos minime percepiſſet, niſi uirtute dignus & officijs circa illum meritus haberetur: enimuero prouidiſſe ſe ſemper, ut uſui neceſſaria forent, conſiliúmque ſemper circunſpectis rationibus antecepiſſe: ac ſi quando ad rem explanandam manu opus eſſet, ſuo labore negotia cuncta peregiſſe: neque credibile conſtaret, ut qui ſæpius ex aliorum inſidijs patrem ſtrenue liberarat, nunc ipſum inſidiatorem patris effici, ut deleret omnia ſuæ uirtutis uetera monumenta, molimine repentini facinoris: præſertim, cum ſucceſſor regni iam fuiſſet oſtenſus, & ſimul etiam rerum honorúmque potiretur, quæ uſque ad præſens tempus eum habere conſtaret: Neque illud eſſe ueriſimile prorſus, aiebat, ut qui cunctarum rerum dimidium ſine ſui periculo, & cum uirtutis honeſtate teneret, uelle totum cum crimine atque periculis appetere, incertus utrum non ualeret affectum ſuæ cupidinis obtinere: præſertim cum pro tali cauſa ſuos fratres uidiſſet extinctos, quorum facinoris & nunciatorem & accuſatorem ipſum eſſe conſtaret: quod niſi ab ipſo proderetur, occultum procul dubio permaneret: quorum etiam poſtmodum, quod eſſet malignitas eorum circa patrem ad fidem perducta, punitor extaret. Et ibi quidem hæc ſua dicebat eſſe monumenta, quibus conuerſationem ſuam cum magna beneuolentia circa patrem agitaſſe probaretur. Romæ uero quæ geſſerit, teſtem Cæſarem conuocabat, quem iuxta ac deum fallere nemo poſſet, quorum fidem facere literas ab eodem Cæſare deſtinatas: quibus literis haud tectum eſſe fortiores aut fideliores reputare accuſationes hominum, uolentium inter eos turbas & iurgia concitare, quas accuſationes à ſuis inimicis confictas aiebat, quas ſe reuerſo ultra iam habere non poſſent. Cauſabatur etiam de tormentis, quod eorum uiolentia factum eſſet, ut falſa dicerentur: doloris quippe ac neceſſitatis eam eſſe naturam, ut doceat eos qui ſubiecti ſunt illa loqui, quæ uiderint grata dominantibus, quorum ſe poteſtate tormentis adigi ſentiunt. His dictis, mutatio eſt facta totius conſeſſus. Satis etenim miſerabantur Antipatrum, profuſione lachrymarum & uultus humilitate miſerabilem, ita ut etiam inimicis lamentabilis appareret. Iam quoque flectebatur Herodis animus inclinatus, licet conaretur ſuam mentem alijs non eſſe manifeſtam. Nicolaus autem exorſus ab illis uerbis, quibus rex principium fecerat, cauſam amplificare cœpit: & cuncta quæ uel tormentis eruta, uel teſtibus erant relata proferens, congregabat undique criminis probamenta: maxime uero uirtutem regis & dementiam, longa narratione proferebat, qualiter nutritiones & educationes in ſtudijs doctrinarum filijs ſuis impenderat: quarum rerum labor in nullo ei profeciſſet accommodus, in alias ex alijs calamitatibus irruenti: quanquam ſe non mirari diceret priorum

Excuſatio Antipatri.

filiorum

filiorum inconsiderationem, quod & adhuc fuissent adulescentuli, & deceptui faciles, à prauis suasoribus corrupti, in transuersum declinassent, naturæq; iura reliquissent, ut immaturius quàm oporteret regnandi cupidine raperentur: Antipatri uero furiam admodum se prorsus expauescere, non propter paterna beneficia, in quibus eum affatim fuerat muneratus: quæ cum essent tam multa magnáque, eius tamen animum lenem reddere non quiuere, more uenenatorum repentium: licet illa repentia quamlibet sint aspera, beneficijs aliquatenus leniuntur. Non solum ergo in hoc expauescere se dicebat prauitatem Antipatri, uerum etiam quod fortunæ iam fratrũ pro exemplo præcederent, quo minus imitator eorum existens, impetum suum à crudelitate retineret. Quanquam ò Antipater, qui temeritatis fratrũ nunciator extitisti, & scrutator documentorum, & punitor redargutorum, cur non repulisti animum, quem in illis te prodente culpabamus, sed potius ad imitandum flagitium illorum insana libidine raptus es? Vnde daret, quod nec illa à te pro tutamine gesta sunt patris, sed pro fratrum infeliciũ interitu festinata: ut illorum odium ostentando, amator quasi patris crederetis, quatenus posses ad eius insidias iter facilius adipisci, potestatem à patre percipiens, quod etiam ipsis operibus approbatur. Ambiebas enim, ut fratres interimerentur de nequitia redarguti: ut autem cõscij eis proderentur, minime curasti. Vnde certum est, te quoq; cum illis aduersus patrem insidias cõstruxisse, accusationem illis præparans: ut si forte ad effectum uenissent, tibi lucrum parricidij prouenisset, ut ex duobus procertaminibus tu fructus perciperes gaudiorũ, tuis moribus competentes. Et circa fratres quidem qualis extiteris, manifestus es: nam super eorum morte, uelut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem esset dignum, ita te sapere, si tu non deterior extitisses. Sed te occulto aduersario patris extante, daret quia illos non ueluti patris insidiatores habebas exosos (nam haud ita exorbitares, similem nequitiam cupiens perpetrare) sed timens, ne regni fierent successores, quos tibi uidebas iustius posse præponi: patrem autem super fratres extinguere festinabas, ne celeriter tua aduersus fratres factio proderetur: & pro quibus tu merebaris pœnas luere, ab infelici patre supplicium sumere conabaris: ac parricidium non commune cogitasti, sed quale uix à quoquam nunc usque in uita hominum uel uideri potuit uel audiri. Non solum enim filius patri insidias præparabas, uerum diligenti quoque, & beneficia multa præstanti. Socius quippe regni constabas, successor in nomine, in dispositionibus particeps, in fruendo communis. Nam & successor ante iam denunciatus, & iucunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus, ad spem etiam futuri gerendam ex sententia patris & literis communitus. Sed tu nõ ex Herodis dementia iudex rerum eras, sed tua uoluntate ac nequitia opera paterna pensabas: uolens, patre in omnibus tibi obediente, etiam partem quam possedisset abripere: & confingebas uerbis uelle seruare eum, quem rebus ipsis & operibus interimere nitebaris. Et non solum tu malignus extabas, uerumetiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus: fratrumq; uoluntatem aduersam seditiosamq; reddebas: qui etiam patrem, bestiam appellare ausus es, cum habeas ipse mentem omni serpente peiorem.

peiorem. Siquidem illorum aduerſus patrem uenena colligebas. Et quem patrē? qui te tantis beneficijs muneratus eſt. Et contra eum auxilia diuerſa poſtulabas, & artibus uarijs per uiros atq; mulieres utebaris, quatenus interimeres hominē ſenio & ætate confectum, quaſi ad nocendum non ſufficeret ſola tuæ mentis iniquitas. Et nunc ueniſti poſt tormenta liberorum atque ſeruorum, quæ propter te uiris atq; mulieribus conſtant inflicta, & contra denunciationes coniuratorum tuorum inficiatum ire feſtinas. Et non ſolum patrem hominibus auferre meditatus es, ſed etiam leges, uirtutémq; Vari, & ipſius iura naturæ, ipſamq; conaris interimere ueritatē. Itáne tua confidis impudentia, ut etiam tormentis temetipſum ſubijci uelis? cum cauſeris de tormentis eorum qui examinati ſunt: ut illi quidem qui ea dixerunt; quæ ad liberationem tui patris attineant, ueritatem minime tenuiſſe uideantur: tormentis uero quæ tibi fuerint adhibita, uelis indagaſſe ueritatem. Nónne ſaluas Vare, nónne liberas regem, factionem à ſuo ſanguine ſuſtinentem? Per maieſtatem imperij Romani, per uirtutē tuam obteſtamur, ut hanc atrociſſimam beſtiam, quæ per proditionem fratrum, patri ſe beneuolum eſſe ſimulabat, quatenus poſſet ſolitarium & omni conſanguinitate deſertū de regno propellere, adiudices atq; condemnes. Non pronuncias hunc ſceleratum ducendum ad necem, ſciens quoniam parricidiū cōmunis iniuria eſt, & naturæ ipſius, & totius uitæ hominū? Neq; minus facinoroſus reputandus eſt qui cogitauerit, tametſi eum effectum non contigerit adipiſci. Naturam ipſam iniuriat, qui talibus ſupplicia nō importat. Addebat etiam illa, quæ mater Antipatri ad aliquos ſtoliditate muliebri locuta eſt: ariolationes quoq; ac diuinationes ſuper rege factas, & ſacrificia memorabat. Aiebat item & quicquid Antipater cum Pheroræ mulieribus laſciuire dicebatur: conuiuationes quoq; ſordidas, amoréſque narrabat. Deniq; examinationes tormentorum, & teſtificationes plurimas inferebat, quæ ſanè plurimæ conſtabant. Nam alias quidem ante parauerat, alias ex repentinis nunciijs ſummatim acceperat, ex quibus priora magis magiſq; firmabant. Plurimi quippe homines, quæ antea timore Antipatri ſilentio prætereunda mandabant, cernentes eū accuſationibus plurimis odibilem & aduerſa fortuna inimicis eius aperte propteq; contraditū, quod odio ineffabili aduerſus eum nitebantur, tunc omnia prodebant. Incitabantur quoq; ad accuſandum non ſolum horrore factorum eius & magnitudine ſcelerum, quæ uel patrauerat, uel patratū ire præſumpſerat: ſed & improbitate, quam circa patrem & fratres exercuerat parricidijs: & quod ſuper eum ſenſerant, neq; odium merito, neq; amorem benignitate circa quempiam habuiſſe, ſed ſuæ tantum commoditatis intuitu. Quorum omnium illud eum amplius aggrauabat, quod nulli extiterant, qui res ex æquo bonóq; iudicabant, quod eorum animus amicitiarum iure careret. Dicebant ergo ſe olim iſta ſenſiſſe, prohibitóſque ſemper annunciando: libertate uero data, in mediū cuncta deferre. A quibus proferebantur multiformia probamenta, neq; quaquam accuſari de falſitate ualentia: quod neq; benignitate circa Herodem, neque timore periculoſo tacerent: ſed ſolo rerū indicio iniquitatem Antipatri profitebantur: dicentes, quod nō in ſuis actibus Antipater utilitatem Herodis & munimen attenderit, ſed ſola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus: propter quod

omni

omni pœna dignum esse loquebantur. Multa etiam à plurimis sine ulla interrogatione dicebantur, ita ut Antipater, quanquam in omnibus rebus impudens, & ad mentiendum promptissimus atq; callidissimus, tamen tunc tanta confusione fuit oppressus, ut neq; negare, neq; contradicere ualuisset. Nicolao igitur finem dicendi redarguendiq; faciente, Varus iubebat Antipatrum, ut se tantis criminibus expurgaret, si aliquas astructiones haberet, quibus obnoxius illorum quæ importata erant, non esse monstraretur. Nam ipse quoq; optare se patrem certe nosse dicebat, ut in nullo contra se cogitasse fieret manifestus. Ille uero in faciem prouolutus, deo rem omnibusque commendabat, qui sibi testificarentur, nihil se improbum cogitasse: atque signum à deo fieri postulabat, insidiatorem se patris penitus non fuisse. Solent quippe uniuersi quibus iustitia deficit, quando facinorum aliquorum perpetratores existunt, dicere, sibi liberum arbitrium ex diuinitate concessum: quando uero in pericula ceciderint, iustum recipientes iudicium, per inuocationem eius omnia testimonia conantur auertere: quod etiam Antipatro contingebat. Cum tanta nanque, uelut absente diuinitate, ante gesserat, tunc autem iusto iudicio undiq; concludente, defectu purgationum ad dei iudicium accusationum absolutionem omniumq; criminum ferebat: potentiæ diuinæ causam tribuens, ut eius testimonium in medium ueniret, quanta pro patre gesserit, quantáq; pericula pro eius salute præsumpserit. Varus autem cum sæpius interrogaret Antipatrum, & nihil amplius ille quàm dei proferret inuocationem, uidens in infinitũ rem pergere, iussit uenenũ in mediũ proferri, ut experiretur quænam esset uis eius. Et adductus quidam eorum qui fuerant morte damnati, bibit iubente Varo, confestimq; moritur. Tunc exurgens, abibat è consessu, & die postera in Antiochiam perrexit: ubi frequens illi fuerat conuersatio, eo quod Syrorum regnum ibi fuerat constitutum. *Vis uenení.*

De Epistolis contra Herodem scriptis machinatione filij. Cap. VII.

HErodes autem continuo in uinculis filium obstringi iussit. Incertæ autem erant plurimis confabulationes Vari, quæ ad regem habebantur. Dicebant nonnulli, quod ex eius sententia fecerit, quæcunque de Antipatro gesta sunt. Ligans ergo eum, destinauit Romam ad Cæsarem literas, omne declarantes negotium: sed etiam qui præsenti relatione Cæsarem docerent nequitias Antipatri. Deprehenditur autem in his diebus etiam epistola, ab Antiphilo ad Antipatrum scripta. In Aegypto autem erat iste. Quæ soluta à rege, talia declarabat: Missi tibi epistolam ab Agme, non parcens animæ meæ. Scis enim, quàm periditabor à duobus domesticis, si hoc fuerit agnitum. Tibi autem prosperitas ad gerendam causam proueniat. Et epistola quidem talia loquebatur. Rex autem quærebat alteram epistolam, quæ tamen inueniri non poterat. Nam & seruus Antiphili, qui lectam apportauerat epistolam, aliam se suscepisse denegabat. Cum autem hæsitaret rex, unus amicorum Herodis inspiciens interiorem tunicam serui (nam duabus erat indutus) arbitratus est in interiori tunica literas obcælari: & erat ita. Inuenitur ergo epistola, in qua erant scripta hæc: Agme Antipatro. Scripsi patri tuo qualem uoluisti prorsus epistolam: & rescriptum faciens epistolæ, quæ ad meam dominam, ueluti à Salome directa est, destinaui. *Antiphili epistola deprehensa.* *Item alia.*

Quam

Quam cum legerit,certo ſcio puniturum Salomen,tanquam inſidiatricem. Erat autem epiſtola tanquam Salomes ad dominam eius,ab Antipatro dictata, ſub Salomes nomine,quantum ad ſententias pertinebat:ſtilo autem Agmes compoſita,in qua cõtinebantur iſta:Agme regi Herodi.Ego ſtudium habens,ne te quicquam lateat,quæ aduerſum te gerũtur: inueniens epiſtolam Salomes ad meam dominam cõtra te cõſcriptam,cum periculo quidem meo,ſed cum tua tamen utilitate cõſcripſi,tibiq; direxi.Hanc autem illa cõſcripſit,nolẽs Sylæo cõiungi. Scidi igitur hanc epiſtolam,ne fortaſſis ego de mea uita periditarer. Ad ipſum autem Antipatrũ epiſtola ſcripta erat,quod eius iuſſionibus miniſteriũ geſſerat, ut ad Herodẽ ſcriberet,eo quod quaſi Salome inſidias illi præparare feſtinaret.Sed etiam reſcriptũ eius epiſtolæ, quæ quaſi ad ſuam dominam fuerat à Salome deſtinata,direxerat. Erat autem Agme Iudæa quidẽ genere,in ſeruitio autem erat Iuliæ Cæſaris cõiugis:& hæc gerebat amicitia,quam cum Antipatro iunxerat,cõparata ab eodem Antipatro magnis pecuniarũ muneribus, ut eius aduerſus patrẽ & nutricem ſuffragaretur inſidijs. Herodes autem obſtupefactus magnitudine nequitiarũ Antipatri,impellebatur quidem ut cõfeſtim eum perimeret,uelut procellam magnarũ turbinemq; cauſarũ,& nõ ſolum ſibi, ſed etiam ſorori inſidiantem, domumq; Cæſaris ſua iniquitate corrumpentem. Accedebat autem etiam Salome,crebro pectus percutiens, & ſe interfici poſtulans, ſiquid forſitan tale in ea probaretur.Herodes autem cõuocans filium interrogabat,iubens,ut ſiquid haberet aperiret:increpabatúrq; à patre,dicente: Quoniam inimicus omnino repertus es,age nunc.& qui tecum ad hæc negotia operam dedere, nullo modo moreris aperire. Ille autem in Antiphilũ cuncta referebat,nullumq; alium cauſam horum extitiſſe firmabat.Herodes uero admodũ dolens,uolebat Romam ad Cæſarem filium deſtinare,ut ſuppliciũ pro ſuis factionibus ſumeret: timens uero ne fortaſſis amicorũ ſuffragio ualeret effugere,ipſum quidem uinctum,ſicut & antea,cuſtodiebat. Verum legatos miſit ad accuſandum filium cum literis, intimandáq; omnia,quæ Agme illi ad perficiendam factionem fuerat ſuffragata: exemplaria quoq; ttanſmiſit epiſtolarum. Interea legati Romam proficiſcuntur,docti in præſentia quæq; loqui reſponderéq; deberent.

Epiſtola Agmes, quæ erat miniſtra Iuliæ Auguſti coniugis.

Antipater culpam in Antiphilum reijcit

De Aurea Aquila pro foribus templi poſita,& uindicata. Cap. VIII.

SEd rex morbo prægrauatus,teſtamentum ſcribit,iuniori filio regnum retribuens odio,quod circa Archelaum Philippumq; ex Antipatri accuſatione conceperat.Cæſari uero mille talenta dereliquit: Iuliæ uero Cæſaris uxori, & filijs & amicis,& libertis Cæſaris,quingenta:filijs etiam ſuis, filiorúmq; filijs pecunias & reditus diſtribuit.Salomen ſororem magnifice locupletauit,quod eam ſcilicet erga ſe beneuolam ſemper agnouerit,& nunquam aliquid ex aduerſo molientem. Deſperans autem contra morbum ſe poſſe ſubſiſtere(nam annum agebat circiter ſeptuageſimum) exaſperatus eſt,irreuocabili furia,& amaritudine mentis incenſus,uolebat.ſi poſſet,Iudæorũ cuncta diſperdere. Cauſa uero huius rei erat, quod ſe contemni putabat, eo quod caſum ſuum iucunde gentem totam exiſtimabat accipere.Super hæc quoq; qdam populariũ hominũ ſeditionem excitauerant,propter huiuſmodi cauſam. Erat qdam Iudas Arifei,& Matthias Cargalothi,Iudæo-

thi, Iudæorum eruditiſſimi, & ſupra cæteros legis expoſitores doctiſſimi: populo etiam amabiles propter iuuẽtutis eruditionem. Semper enim apud eos totos cõſumebant dies cuncti, quibus inerat ſtudium, & cura uirtutis. Iſti igitur audiẽtes regem morbo prægrauatum, & remedij minime receptabilem, omnem excitaue re iuuentutem: ut opera quæcunq; à rege præter patriã legem facta fuiſſent euertentes, pro lege dei glorioſa niterentur exercere certamina. Etenim propter eius præſumptionem, & propter quod præter humanum morem fuerat conuerſatus in plures, omnia illi mala contigiſſe firmabant: ægritudinem quoq; præſentem, non ei ob aliud accidiſſe. Fecerat enim Herodes quædam contra legem, quæ Iudas & Matthias uociferabantur. Nam conſtruxerat ſupra portam templi munus, quaſi deo propoſitum, aquilam auream immanem, & qualitate & quantitate ſatis opulentam. Prohibet autem lex imaginum eleuationes & animaliũ propoſitiones conſtituere, his qui uolunt ſecundum eius præcepta conuerſari. Proinde hortabantur illi ſophiſtæ aquilam illam loco diuellere. Enimuero mortalibus, inquiebant, multo iucundius debet eſſe periculum, quod pro cõuerſatione paternæ legis & pro uirtute ſuſcipitur, q̃ uitæ quantacunq; dulcedo. Nam morte quidũ fama & laus ſempiterna conquiritur, & naſcituris hominibus memoria iucunda relinquitur, exemplumq; uirtutis & gloriæ. Nam etiam ſi quiſquam ſine periculo ualeat aliquod præclarum opus efficere, poſt paululum tamen uenturã mortem naturæ lege non ualebit effugere. Proinde pulchrum eſt his, qui ſtudiũ habent amoremq; uirtutis, cum laudibus & cum honoribus de hac uita diſcedere. Lenigatio quippe maxima eſt, pro bonis operibus interire, quæ non niſi meditatione periculi conquiruntur, filijs atq; cognatis, & alijs quibuſcunq;, qui ab eodẽ ſtemmate deducuntur, ſiue fuerunt uiri, ſiue mulieres, ſiue quilibet alteri: quibus prouideri debet in poſterum, ut ad eos utilitas gloriæ perueniat. Et illi quidẽ huiuſmodi uerbis iuuenes excitarunt. Defertur autem ad eos repente rumor, regem uita diſceſſiſſe, qui ſophiſtis illis admodum ſuffragatus eſt: mediaq; die aſcẽdentes euulſere aquilã, & ſecuribus concidere. Cumq; plurimus eſſet tumultus in templo, ecce dux regis cũ militibus uenit: nũciatus quippe illi fuerat niſus eorũ: & exiſtimans ex maiore illos conſpiratione etiam manu congreſſuros ad prælium, ampliorem ſecum numerũ militum duxerat, qui poſſent impetum ſuſtinere illorũ, qui moliebantur anathema templi deijcere. Quo irruente ſuper eos, nequaquàm uim eius ſuſtinere ualuerunt: ſed ſicut ſolet turba uulgaris, præſumptione magis ſtulta, q̃ cauta prouidentia congregata, omnes cõtinuo fugerunt. E quibus quadraginta ſoli iuuenes animi confidentia remanſere, quos dux comprehendit, cum principibus facti, Iuda & Matthia. Inglorium enim iudicauerunt loco cedere, aduentumq; ducis effugere. Hos omnes perducit ad regem. Quos cum interrogaſſet, cur in tantam audaciã prorupiſſent, ut ornamenta templi conuellerent. Et illi: geſſimus, inquiunt, quæ geſta ſunt, & cõſulto nos illa geſſiſſe profitemur, quæ ad uirtutem attinent, quam uiros decere certum eſt. Siquidẽ prudentum eſt defenſare dignitatem legis & numinis. Nec mirari debes, ſi tuis inſtitutis inſtituta præferimus, quæ nobis Moſes inſpiratione dei conſcripta dereliquit. Mortem autem ac ſupplicia quælibet importes, cum iucunditate ſubimus. Non enim pro iniuſto

Iuuenũ quadraginta comprehenſorum conſtantia & animus.

facinore, ſed pro amore pietatis nobis ſuſtinenda ſunt. Et illi quidem talia loquebantur, in nullo minora uerba quàm fuerat commiſſi præſumptio proferentes. Rex autem uinculis eos conſtringi præcipiens, euocauit ex Hiericunte Iudæorum principes. Quibus aduenientibus, conſeſſus omnium congregatur: ipſe uero in lecto recumbebat, quod præ ualetudine ſtare non poterat. Enumerabat igitur præſumptiones ſeditioſorum iuuenum, in quibus ſæpius fuerant deprehenſi: templi quoq; ornamenta quæ ſuis fuiſſent magnis ſumptibus conſtructa, memorabat: qualia per annos centũ uiginti *ſex, neq; per Aſamonæum regem conſtruere, neq; proſapiam eius ualuiſſe narrabat: ſe autem ad honorem diuinitatis illud templum anathematis admiratione dignũ ornaſſe: quo poſt eius mortem, gratam ſui memoriam iucundamq; relinqueret. Exprobrabat etiam quod iniuriam illi non dubitarent ingerere. Cæterum præſumptum facinus uerbo quidem ad ſuas pertinere dicebat iniurias, re autem ipſa & ueritate, ſi quis uellet meritum examinare facinoris, ſacrilegium commiſſum eſſe firmabat. Ad hæc illi propter eius crudelitatem, ne cõtra ſe quoq; fortaſſis exaſperatus, ultiones in eos aliquas moliretur, humiliter reſponderunt, dicentes: neq; ex ſua ſententia contigiſſe, neq; illa commiſſa inulta eſſe debere. Ille uero circa cæteros quidem quaſi manſuetus extitit, Matthiam autem pontificem ſacerdotio remouit, uelut huius facti conſcium, & cauſam ſeditionis extantem: promouet autem Azarum pontificem, fratrẽ uxoris ſuæ. Matthiæ autem pontificatus tempore, prouenerat alterum extitiſſe pontificem, ad unius uidelicet diei functionẽ, quam Iudæi cum ieiunio celebrant. Cauſa uero talis erat: Matthia ſacerdotali fungenti officio, nocte, quæ in ſolennẽ luceſcebat diem, in qua futurum erat ieiunium, uiſum eſt ſibi omnino mulieri eſſe commixtum: propterea q; ſacerdotio perfungi non potuit: ſed Ioſephus Elimi filius, cognatus eius ſecũdum carnem, pro eo munere ſacerdotali perfungitur. Hũc ergo Matthiam Herodes pontificatu remouit: alterum uero Matthiam qui ſeditionem excitauerat, & aliquos uiros ex ſocijs ſeditionis illius, uiuos igni contradidit. Sed etiam luna eadem nocte defecerat.

Alijs quinq;.

Sacerdos unius diei.

Iudæi uiui tradũtur igni.

De luctu quem ſibi Herodes moriturus inſtituit. Caput IX.

HErodem porrò amarior indies morbus urgebat, ſupplicia deo commiſſi ſceleris expetente. Ignis quippe lentus inerat, nõ tantum conflagrationem in ſuperficiem corporis agẽtem prodens, quantum intrinſecus creſcens operabatur incendium. Auiditas quoq; inexplebilis ſemper inerat cibi: nec tamen ſatietas unquàm rabidis incitata faucibus, ualebat implere ingluuiem. Inteſtina interius ulceribus tabida putreſcebant, doloribus quoq; coli ſæuiſſimis cruciabatur, humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoq; & circa pubem erat afflictio: Sed & uerẽda ipſa putredine corrupta ſcatebant uermibus, ſpiritus quoq; incredibilis erecta tentigo, quæ fuerat ſatis obſcena diritate fœtoris, & anhelitus reſpiratione creberrima: contractus quoq; per cuncta membra ſubſiſtens, uim noxiam operabatur, quæ omnem tolerantiæ contulerat firmitatem. Dicebatur igitur ab his quibus inerat diuinandi peritia, diuinitus has pœnas ob impietatem eius, & multa crudeliter geſta depoſci. Ipſe tamen multum ſpe ſalutis inſtabat, ſi forte poſſet contra morbos aliqua remedia, uidere. Medicos quo-

Morbi Herodis immedicabiles.

que

que adũocans, ut uterentur ſi quid poſſent ad ſalutem proficere poſtulabat: & tranſiens Iordanem fluuium, aquis calidis quæ ſunt circa Calliroẽn, die noctuq; fouebatur. Hæ igitur aquæ calidæ, ſuper alia quæ habebant commoda, etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem, quæ ſulphurifera uocitatur. Præterea uiſum eſt medicis, ut eum in dolio oleo pleno confouerent: ubi cum eſſet, ita defecit, ut ab omnibus mortuus putaretur. Tunc grandis ſeruorum ululatus exortus eſt. Cum igitur nulla iam de eo ſpes ſalutis exiſteret, iuſſit militibus quinquagenas dragmas auri diſtribui: plurima quoq; ducibus & amicis ſuis munera tribuebat. Deinde reuerſus in Hiericuntem, præualentibus nigris coloribus, exaſperatus iniquius eſt, ut ipſo moriente indignum facinus ageretur. Venerant quippe ex locis omnibus per eius præceptum Iudæorum optimates, & erant plurimi, ſiquidem ex omni gente fuerant conuocati. Ad hæc etiam fuerat mors contemptoribus præcepti propoſita. Magna igitur in omnes regis furia cõcitata, pariter culpabiles inculpabilesq; in Hyppodromo concludens, ſororem ſuam Salomen uirumq; eius Alexam conuocat, & mortem ſuam non in lõgum differri denunciat: tantis ſe doloribus circumuentum, fore cũctis ſatis optabilem, ſe autem ſine luctu & deploratione periturum: quod regibus, maxime autem ſibi, magni mœroris eſſet, firmabat: neque ſuum arbitratum Iudæorũ falli propoſito, quod eis ſua mors amabilis foret & grata: Nam etiam ſe uiuente ſæpius illos & ſeditiones & ſeceſſiones fuiſſe molitos, & in eius iniurias ſemper fuiſſe feſtinos: cæterum leuigationem quandam illis natam eſſe dicebat, quod talibus ipſe doloribus urgeretur: proinde petere ſe ab illis, quod eos ſciret contra eius gloriã in nullo uenturos, ut agerẽt qualiter eius exequiæ honorabiles ſuper cæteros reges, & luctus amplior ageret: Quod futurũ dicebat, ſi peregiſſent ut Iudæi ex animo in eius morte deplorare lamentariq; cogerẽtur. Cum igitur me, inquit, animam uideritis expirantem, circumuallantes Hyppodromum omni militia, nec dum mea morte uulgata, confeſtim omnes illos induſos iugulari perficite: & ita cunctis intereuntibus duo commoda prouentura, quod & regnum illis poſt ſuam mortem firmum perſeueret, hoſtibus amputatis, & ſuper ſuam mortem luctum celebrandum eſſe magnificum. Et ille quidem lachrymabundus talia lamentatur, & cognatos omnes beneuolẽtiam circa ſe fidemq; ſeruare poſtulat, inuocationem diuinam in his interponens: ne cum inhonorificentia ſua mors, & cum indignitate tractaretur. Illi uero profitebantur in nullo ſe eius præcepta tranſgreſſuros. Sed ego comperio illius hominis mentem, conſiderans illa quæ in anteriori tempore appetebat, quod ex more temporalis uitæ fecerit quæcunque parẽtibus geſſit, conſiderans etiam præſentia mandata nihil humanum penitus habuiſſe. Siquidem etiam de hac uita diſcedens procurabat, quatenus omnem gentem orbatam & deſertam parentibus dilectiſſimisq; relinqueret: iubens unum ex unaquaque domo interimi, qui nihil iniuſtum neque in ipſum neq; in alios admiſiſſe fuerant deprehenſi. Hæc igitur illo ſuis parentibus demandante, deportantur & literæ ab legatis, qui ad Cæſarem Romam fuerant miſſi. Quarum hæc erat ſententia, quod Agme indignatione Cæſaris extincta ſit, pro facinoribus quæ cum Antipatro perpetrare tentauerat: ipſum autem Antipatrum in patris uo-

Literæ Romæ de Antipatro Herodi allatæ.

lũtatem dimiſſum, ut quod placeret ex eius ſententia fieret: ipſum etenim & patrẽ eſſe & regem: ſiue illum in exilium detrudi, ſiue illum morte multari uellet, in eius propoſito conſtitutum. His auditis Herodes, pauliſper animum refouit, uoluntate ſcriptorum & morte Agmes in ſuperbiam ſubleuatus, & poteſtate puniendi, quam acceperat in filium. Sed prævalentibus creſcentibuſq; doloribus, interitui propinquabat: & quanq; in multo defectu contineretur, appetebat tamen cibũ: & poſtulans malum, quæſiuit & cultrum. Erat enim illi talis mors, ut ipſe per ſemetipſum malum excorians, per partes modicas recideret, & comederet. Sumens ergo cultrum, circũſpiciẽſq; ne quis adeſſet, uoluit ſemetipſum interimere: quod forſitan perfeciſſet, niſi prævenientes manum eius Aciabus contineret: nepos autẽ eius erat: & magnum clamans, ſtatim ululatus per totã aulam exortus eſt & tumultus. Quæ cum ad Antipatrum peruenisſent, credidit ſuum patrem uitæ terminum ſuſcepiſſe: præcipiensq; fiduciam tam uerbis q̃ motibus, ita totus animo geſtiebat, tanq; fuiſſet liberatus è uinculis, & regnum in ſuis manibus ſine ullo labore percepiſſet. Tũc cœpit cum cuſtode ergaſtuli de ſua dimiſſione fabulari, magna ſe continuo ſpondens dona tributurũ. Ille uero non ſolum non acquieuit ut faceret quæ uolebat Antipater, uerum etiam cuncta rei denunciat, intimãs eius mentem, & quæ ab eo munera ſpondebantur. Tunc Herodes, q̃uis & ante non minore odio fereretur in filium, cum audiſſet cuſtodem ergaſtuli illa narrantem, magnum protinus exclamauit. Tunc quaſſans caput, quanq; in extremo uitæ teneretur, & cubito ſeſe attollens ſtatim deſtinans quendam armigerorum ſuorum, ſine ulla dilatione celeriter necari iubet Antipatrum, ſepulturamq; eius in Hyrcanio ſine ullo honore fieri.

Teſtamentum Herodis. Caput X.

Teſtamentum Herodis. Aliqui codices hunc Antipatrũ uocãt is eſt qui hortatu Salomes ſecutus Archelaum cum eo de regno certat iuuãte Antbipa. Salo. filio ut infra.

TEſtamentum interea ſcribebat mente mutabili, & * Antipatrem quidem, quem ſibi ſucceſſorem in regno deſignauerat, tetrarcham facit Galilææ regionis atque Beroeæ: Archelao uero regnum contribuit. Gaulanitidem autem & Trachonitidem, & Bathaniam, & Panneada, Philippo filio quidem ſuo: fratri autem Archelao germano, tetrarchiæ iura conceſſit. Iamniam uero & Azotũ & Phaſelidem Salome ſorori diſtribuit, ſed & argenti ſignati miriadas quinquaginta. Diſpoſuit etiam de cæteris ſuis cõſanguineis atq; cognatis, opibus eos reditibusq; locupletans. Cæſari ſanè argẽti ſignati mille miriadas, præter uaſa quædam aurea, quædam argentea, & metallis pretioſa, & artificis opere uenuſtiſſima dereliquit: indumenta quoque pretioſa. Iuliæ Cæſaris coniugi, & alijs nonnullis, quingentas miriadas. His diſpoſitis, quinto die poſtquàm Antipatrum filium necauerat, defungitur: regnãs poſtquàm Antigonũ interemit, annos quatuor & triginta: poſtquàm autem à Romanis regnum perceperat ſeptem & triginta, uir crudelis quidem in omnes æqualiter: iræ quidem ſubditus, à iuſtitia uero effrenatus: fortuna porrò propitia ſuper quemlibet affluẽter abuſus, & ex plebeio in regnum aſſurgens, & pericula plurima eludens quibus ſæpius fuerat circũſeptus, diuturnitate uitæ perfruitus eſt. Domi uero circa filios, quantũ quidem ad eius ſententiã, etiam ibi proſperitate potitus, eo quod ſe ſuos inimicos ſuperaſſe

Mors Herodis, & tẽpus eius regni.

peraſſe cẽſebat,meo uero iudicio ſuper omẽs infeliciſſimus. At Salome & Alexas antecꝫ mors regis diuulgata foret, ex Hyppodromo Iudæos abire permittũt ad proprias domos,dicentes,regẽ iuſſiſſe,ut unuſquiſcꝫ in ſuas regiones abſcederet. Hoc autem fecerunt, beneficium illi genti præſtare cupientes: Interea mors magis magiscꝫ diuulgatur. *Iudæi ſoluun/tur e carcere.*

De ſepultura Herodis & ſucceſſore Archelao. Caput XI.

TVnc Salome & Alexas cunctam militiam congregantes in Amphitheatro quod Hiericunti erat,primum quidem epiſtolam regis legi fecerunt,quam ad milites fecerat:deinde gratias eius in eos pro fide ac beneuolentia,quam circa eum exhibuerunt,inſinuant: petitiones quoꝫ eius,ut ſimiles ſe circa Archelaum filium eius exhiberent,quem regem conſtituit,intimabant. Ptolemæus etiã, cui fuerat teſtamentum à rege creditum,annulusꝫ quo ſignauerat commiſſus,continentia teſtamenti denunciat: quod teſtamentum non poſſet robur firmitatẽꝫ ſuſcipere dicebat,niſi cuncta quæ in eo eſſent, deferrentur ad Cæſarem. Fit continuo fragor ingens,honorantium Archelaum, regemꝫ prodamantium: milites quoꝫ cuncti,& uniuerſi duces,fauorem & beneuolentiam promittebant: paratosꝫ ſe ac promptos ad omnia profitẽtur, adiutoremꝫ deum ſupplicationibus aduocabant. De hinc ſepulturam regi præparabant. Curæ nanꝫ fuit Archelao, ut exequiæ patris quàm magnifica poſſent celebritate agerentur,utꝫ memoratũ teſtamentum proferrent cum mortuo producendum. Portabatur itaꝫ in lecto aureo,lapidibus depicto uariis atꝫ pretioſis: ſtramina uero erant oſtro auróꝫ contexta: eratꝫ ipſe mortuus circumamictus purpureis ueſtimentis, caput eius diademate coronatum: ſceptrũ quoꝫ in manu eius,uelut ſi à uiuo teneretur,erat appoſitum: Circa lectum autem erat frequentia filiorum, multitudo cognatorum: circa quos omnis militia ſtipata pergebat, per proprias diſtincta nationes, & diſcreta nominibus. Erant autem tali ordine diſtributi: Nam primi quidem pergebant eius armigeri,poſt quos omnis Thracum manus:poſt iſtos etiam natio Germanorum,atꝫ Galatarum. Hos item ſequebatur cum ornatu maximo cuncta belligeratoria multitudo. Cætera uero militia poſtrema ſequebatur,in eũ ſcilicet modum digeſti,qualiter ſolebãt in bellum procedere,& à ſuis ducibus ordinari. Poſt hos ſequebantur ſeruorum eius quingenti, odores uarios,& aromata deportantes. Pergebãt autem in Herodium ſtadijs diſtans octo:illic enim eſt eius ſepultura ex eius iuſſione confecta. Et Herodes quidem hoc modo defungitur. Archelaus autem per ſeptem dies luctum ſuper patrem honore regio ex more gerit: tantos etenim dies lex paterna præcepit obſeruari. Conuiuia itaque celebrans, & luctum exoluens,aſcendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebatur, magniſcꝫ prædicabatur laudibus, ſecundum quod unuſquiſcꝫ arbitrabatur ei maiora cꝫ alius conferre præconia. Tũ uero tribunal ille conſcẽdens,quod ſibi fuerat præparatum, & conſidens,omnibus benigna loquebatur,& ſibi propitios comparabat, gaudio fauoris omnium,& uoluntate, quam ex beneuolentia circa ſe cunctorum œperat: gratiasꝫ illis habere narrabat, quo læſi à patre nihil circa ſe malum ab illis reciprocaretur:ſe autem adniſurum, ut eis bonorum uiciſſitudinem redderet,eorumꝫ remuneraret alacritatis affectũ :rogabatꝫ autem,ut *Aguntur gratiæ militibus nomine Herodis.* *Populus gratulatur Archelao.* *Verba Archelai ad populũ ſibi gratulantem.*

nunc interim parcerent nomine illũ regis honorare: sufficere sibi dignitatem potestatis aiebat, quam tunc firmam esse dicebat, cum testamentum à patre scriptũ à Cæsare firmaretur: ob quam causam neque in Hiericunte, cuncta militia diadema illi imponere cupiente, uoluisse suscipere: ambiguum honorem extimans ex tali re sibi prouenturum, quod esset adhuc incerta uoluntas eius, qui posset illi regnum proprie firmiusq; concedere: non sibi defuturam circa illos benignitatem, quæ beneuolentiæ eorũ uicissitudinem reportaret. Festinare quippe se in omnibus enarrabat, meliorem se suo patre circa illos ostendere. Illi uero, sicut plebeia multitudo cõsueuit, in ipsis primis diebus uidẽtes regis lene principiũ, uoluntates suas laudibus & fauoribus aperiebant: & quanto mansuetius cum eis loquebatur Archelaus, tanto amplius nomẽ Archelai prædicabant: deinde ad munerum petitiones intercessionesq; uertuntur. Alij quidem functionum publicarum leuigationem cum clamore postulabant, pars uero uinctorum solutiones expetebant, qui fuerant ab Herode deuincti: alij uero grauedines, quas Herodes in emptionibus & in publicis nundinis constituerat, auferri uociferabantur. Archleaus porrò in nullo illis contraria respondebat, sed in omnibus eos placabat, accurans regni fore suffragium, si multitudinis beneuolẽtiam comparasset. Dehinc ad sacrificia offerenda deo conuertitur, & cum amicis conuiuia celebranda.

Seditio Iudæorum propter ablatam auream Aquilam. Caput XII.

Seditio. CVm hæc interim aguntur, congregantur Iudæorum iuuenes plurimi, nouarũ rerum cupidine concitati: & cœperunt de morte Matthiæ, aliorumq; cũ eo ab Herode interemptorum, tumultuosa uoce causari: dicentes, quod iniuste perempti etiam exequiarum honore Herodis timore caruerãt. Erant autem isti, pro quibus turba loquebatur, qui fuerant euulsione aureæ aquilæ perempti. Magnum ergo illa turba proclamante, & clamitationibus utente: quasdam etiam iniurias, quasi ex hoc posset ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire, proterue procaciterq; iactante congregabatur: magis magisque numerosa multitudo, & ultionem mortuorum ab Archelao fieri debere poscebant, supplicijs eorũ, qui sub Herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omnium sacerdotio remoueri pontificem, quẽ Herodes fecerat, proclamabant: uirum mundum, & secundum leges suas dignum, ad pontificatum promouendum esse dicebant. Archelaus autem licet ista grauiter ferret, annuebat tamen, impetum eorum mitigare festinans, donec iter ad Romam, quod propositum habebat, sine tumultu perageret: & cum de sese uoluntatem Cæsaris agnouisset, respicere dixit, quid agendum foret, & de cunctis petitionibus eorum legitime dispositurum: neque tunc tempus esse dissensionis, aut iniurias uel contumelias ingerendi, magis autẽ unitatis atque concordiæ, donec ex præcepto Cæsaris ad eos cum firmitate regni recurreret: tunc quippe in commune consulere, de quibuscunque illis tractandum esse uideretur: tum autem sustinendum esset, ne forte seditionis quoq; crimen incurrerent. Et ille quidem hæc dicens, ducemq; suum edocens, mittit ad eos, hæc ipsa locuturum. Illi porrò proclamantes, ducem loqui penitus non sinebant: periculum quoque minabantur, siquis eos ab assumptione sua reuocare uoluisset: & instabant sua libidine magis expleri, quàm imperantium subiacere

iacere consilijs. Graue nanque illis uidebatur, si cum Herode uiuente amicis pri uati fuissent, eodemq; mortuo nullam ultionem fieri mortuorum. Illud enim iu stum legitimumque dicebant, non quod ratio dictaret, sed quod eorum libidini uoluptatem posset afferre: fatui ad prouidendum, quantum illis esset ex ea re pe riculum nasciturum. Plurimis itaque ab Archelao missis, ut tumultum seditio nemque mitigarent, alijs ex regis persona loquentibus, alijs autem ex illius qui dem sententia, sed ueluti ex sua mente monentibus, illi nullum penitus aduerte bant: sed amplior fremitus & turba fouebatur: concurrente etiam plurima mul titudine, quod illa tempestate Iudæis dies festus imminebat, quando azyma se cũdum obseruationem paterni moris exercent. Pascha enim illa festiuitas uoci tatur, ad recordationem & memoriam exitus ex Aegypto: & sacrificatur ab eis il lo die cum alacritate magna pecudum innumerosa multitudo, quanta in nulla alia solennitate acta. Concurrit ergo ex uniuersa regione magna copia popolo rum, plures etiã ex montanis locis adueniunt, religionem numini soluturi. Sed iu uenes qui seditionem excitauere, Iudam Matthiamq; lamentabantur, ueluti do ctores expositoresq; legis antiquæ: & persistebant in templo, suffragatione quo que uictualium abunde subsistente. Nam seditiosis hominibus turpe non duce batur ab alijs cibos expetere. Anxius autem Archelaus, ne in deterius eorũ pro cessisset audacia, cohortem destinat armatorum: cum quibus etiam tribunũ mi litarem mittit, ut eorum coërceat impetum: & primum quidem, ut illos seditio sos repellerent, & alia multitudine separarent. Sed uenientibus militibus, illi se ditiosi cũ ingenti alacritate, excitata secum etiã turba, super tribunum ac tota præ sidia, cum uoce magna inuicem hortantes impetũ faciunt: ex quibus plurimi fu si, pauci autem cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta pes sum ire censebat, nisi multitudinis illius impetum frangeret, tumultumque illũ resectum extingueret. Cunctam igitur mittit militiam, ut alij eos qui sibi in tem plo habitacula construxerant, exinde repellerent. Cæduntur itaque ab equiti bus circiter tria milia hominum, reliqua uero in montes proximos refugit mul titudo. Cæteros autem ex edicto, cunctos ad suas regiones discedere iubet Ar chelaus. Quique continuo discesserunt, festiuitatem deserentes minime celebra tam, maiores timore periculi propulsati, licet essent in mortem temeritate præ cipites. Interea Archelaus ad mare proximum cum matre descendit, Nicola um secum & Ptolemæum habens, & amicorum plurimum comitatum: Phi lippóque fratri omnia gubernanda reliquit, domum ei regnumque commen dans. Salome quoque soror Herodis, cum eo simul egreditur, omnem secum ducens prosapiam: ad hæc etiam plurimi cognatorum, uerbo quidem, ueluti cũ Archelao collaboraturi, ut ei regnum à Cæsare firmaretur: re autem uera, ut ad uersus eum niterentur: maxime illa, quæ ab eo in templo gesta sunt, accusan do proponerent. Obuiam fit Archelao Sabinus Cæsaris curator earum rerum quas in Syria possidebat, in Iudæam pergens, pro conseruatione thesaurorum Herodis. Quem Varus ab hac intentione reuocauit, per Ptolemæum, qui tran sibat ab Archelao, conuocatus. Sabinus ergo Vari gratia, neque arces obtinu it, quæcunq; fuerant in Iudæorum ciuitatibus constitutæ, neque thesauros con

Cæduntur circiter tria milia Iudæorum in templo.

Archelaus ad Cæsarem nauigat.

ſignauit: ſed omnia ſub iure dimiſit Archelai, donec quid de his Cæſari uideretur, agnoſceret. Proinde Cæſaraeæ ſe ſuſtinui: ſic enim ſe promiſerat eſſe facturum.

Certamen duorum de regno Iudæi Antipatris filij Salome & Archelai. Caput XIII.

SEd cum Romam nauigaſſet Archelaus, Varus perrexit Antiochiam, Sábinus aſcendit in Hieroſolymam, & aulas regias obtinet: euocansque omnes oppidorum præfectos, & quotquot rerum diſpenſatores fuerant, ratiocinari cœpit, & arces ut ſibi traderentur expetere. Ex hoc iam illi quos præfecerat cuſtodes Archelaus, mandata eius implere non poterant: ſed cuſtodiebant omnia ſecundum interdictum Sabini, uſque ad Cæſaris præceptum. Nauigat etiam Romam in illis diebus Antipater Herodis filius, regnum etiam ipſe petiturus, hortatu Salomes & promiſſionibus incitatus, dicentis, iuſtiores cauſas illum habere Archelao ad regnum percipiendum: quod primum teſtamentum, in quo is ſucceſſor regni fuerat conſtitutus, firmius eſſet: quàm illud, quod poſteriore tempore factum eſt: illud ſana ſiquidem mente feciſſet Herodes, hoc autem iam ſenſu præ ualetudine diminuto conſcripſiſſet. Ducebat ſecum etiam matrem, & fratrem Nicolai Ptolemæum, amicum Herodis ſatis honorabilẽ, ſed etiam ſibi ualde gratiſſimum atq; fauentem. Maxime autem eum incitabat ad regnum petendũ Irenæus rhetor, uir opinione clarus, & ad dicendum acerrimus. Idcirco etiã freti, eos qui perſuadebant cedendum Archelao, ſiue quod regio teſtamento ſucceſſor fuerit inſtitutus, ſiue quod maior natu eſſet, aduertere contemnebant. Sed cũ Romam ueniſſent, omnes cognati ab Archelao diſcedẽtes, ad iſtum conueniũt: non beneuolentia circa eum aliqua conſtricti, ſed odio, quo aduerſus Archelaum iritabantur. Maxime autem libertatem deſiderabãt, & Romanorum iudices magis quàm reges proprios habere cupiebant. Quod ſi hoc minus procederet, Antipatrum magis q̃ Archelaum ſibi regem conducibilius æſtimantes, impetrare laborabant. Sabinus quoq; accuſationem Archelai apud Cæſarem depoſuit. Inter hæc Cæſar ſuſcipiẽs ab Archelao literas, in quibus iura à patre ſibi relicta propoſuit, teſtamentum quoq; cognoſcens, & ratiocinia theſaurorum Herodis cum annulo cõſignatorio, quem Ptolemæus apportauerat, cœpit cõſpicari quid ordinandum ratio poſtularet. Legens quoq; literas Vari, & epiſtolas Sabini, ſummã quoq; theſaurorum, & quid pecuniæ per ſingulos annos ingrederetur, aduertẽs: literas quoque quas Antipater pro regno promerendo tranſmiſerat recẽſens, congregabat ad conſultandum omnes ſenatorij ordinis, & amicos, in quibus etiam Caium filium Agrippæ, & Iuliæ filiæ ſuæ adoptiuũ. Deinde illis omnibus in conſeſſum inductis, copiam facit, ut quiſque de quibus moneretur, ediceret. Ibi primum Salomes filius Antipater, dicendi potentiſſimus, & Archelao ſatis infeſtus, huiuſmodi uerba locutus eſt, dicens: Archelaum uerbo quidem pro regni petitione ſe fingere laborare, opere uero omnem regni poteſtatem poſſidere: antequam ei à Cæſare, in quo cuncta poteſtas ſita eſſet, indulgeretur. Huius teſtimoniũ eſſe dicebat eius audaciam, quam præſumpſerat in die feſto Iudæos interimere. Qui & ſi iniuſtum aliquid geſſiſſent, alios inter eos deberet ulciſci,

Antipater contrà Archelaũ.

tiſci, qui eos poſſit legitima & ordinata poteſtate compeſcere, & non ab illo tantam cædem fieri oportere. Qui ſi ut rex illud feciſſet, contumeliam grandem Cæſari intuliſſe firmabat, quod ignorans quid de eo adhuc diſpoſiturus eſſet, regia iam uti poteſtate præſumeret. Si autem uti priuatus illa geſſiſſet; amplius eum deliquiſſe narrabat: quod regnum non poſſidens, ſupplicia quibuslibet intulerit, de quibus decretum Cæſaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudicum militarium mutationes, & ordinationes: ad hæc etiam ſediſſe illum in ſolio regali & cauſas plurimas iudicaſſe, ac determinaſſe proclamabat, tanquàm à rege legitimo eius ius poteſtatis integrum poſſidente: petitionum quoque plurimarum promiſſa publice facta memorabat, quid eum amplius iuris ac poteſtatis habiturum, dum in regno à Cæſare firmaretur. Opponebat illi etiã, quod ex Hyppodromo uictos ſponte dimiſerit, & plurima, ſiue quæ facta fuerant, ſeu quæ facta quidem non erant, ſed credibilia uidebantur propter naturam ſui: quod fieri poſſe iudicabantur à iuuene, tum etiam ab accenſo regnandi cupidine. Dicebat etiam luctum eum patris penitus neglexiſſe, prohibitos quoque omnes à rege cũ moreretur uidendo: unde initium quoque ſeditionis affirmabat exortum, quod eum uidebant circa patrem ſuum mortuum, qui ei multa & magna bona præſtiterat, tam nequiter conuerſari: ut uelut in ſe lachrymas per diem publice confingentem, occulte autem uoluptate regni percepti perfrui, & noctes in delicijs agitare: erga Cæſarem quoque huiuſmodi ſe præbiturum Archelaum, cum ei regnandi iura tribuerit, qualem ſe circa patrem exhibuiſſe cognoſcitur: Tripudiare nanque, & cantus exercere in morte patris, tanquàm ſi hoſtis aliquis interiret: & quod nunc adueniſſet ad Cæſarem, calliditate uſum dicebat, ut ſe regni percipere firmitatem deſiderare ſimularet, cum omni iam uſus eſſet antea poteſtate, quanta illi nec amplior à Cæſare rerũ domino poſſet attribui. Maxime uero cædem, quæ in tẽplo facta fuerat, uerbis exaggerabat: & impietatem obiectabat, quod in die feſto ſacrificijs diuinis inſtãtibus, multa milia hominum cæſa fuiſſent, in quibus multi peregrini, plurimi inſontes indigne & miſerabiliter occubuerint: templũ quoq; plenum cadaueribus mortuorum, non alienigena ſorte perimẽte, ſed eo qui ſe regni iura legitime percepiſſe iactabat. Vnde apparet, inquit, illud opus crudelitatis libidine peregiſſe, ut integre ſe plenum tyrãnidis negotium proſecutum eſſe teſtetur, per iniquitatem admiſſam, qua cunctis hominibus conſtaret odibilis. Feſtinabat enim quoquo modo regnum accipere, ſciens quod proſui merito nunq; poſſet uel in ſomnis regiam poteſtatem legitimo iure promereri. Nam & patri ſuo certos eſſe ſuos mores agnouerat, unde ſe regni ab eo ſucceſſorem diſponi proculdubio deſperabat, niſi per ægritudinem ac morbos, quibus non ſolum corpore confecto defecerat, uerumetiã animo parum ualido erat. Cæterum quãdo mens eius ſoſpes fuiſſet & ſana, & corpore forti, ut digne ac merite negotia cuncta diſponeret, in Antipatrum poteſtatem regnãdi contulerat, teſtamento iure legitimeque confecto: Nam qualis porrò rex iſte poſſit exiſtere, qui aut contempto Cæſare ius ſibi totius poteſtatis arripuit: aut ſi à Cæſare ſe dominum fieri & ab eo regnum ſperabat accipere, cur ciues ſuos ſine illius præcepto priuatus adhuc, & in templo die feſto inſtante, tam crudeliter interemit? Et

Antipa-

Nicolaus pro Archelao uerba facit.

Antipater quidem huiuſmodi uerba locutus, teſtes etiam introduxit plurimos ex cognatis, per quos ſua dicta firmaret. Cumqúe is loquendi finem faceret, ſurgit Nicolaus pro Archelao uerba facturus: dicebat itaque: Illa quidem quæ in templo contigerant improbitate potius eorum qui paſſi ſunt, quàm Archelai poteſtate contigiſſe: ſiquidem tantum eos facinus aggreſſos fuiſſe, ut non ſolum iniurias contumeliasqúe iactarent, ſed etiam eos qui deuote humiliterqúe uiuere diſponebant, ulciſci prætenderent. Cumqúe hoſtilia multa operarentur, uerbo quidem aduerſus Archelaum, rei autem acerbitate aduerſus Cæſarem: neceſſarium Archelaus iudicauit, ut eos ab hac inſolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos, quos Archelaus ad ſedandas turbas miſerat, interimere feſtinabant, ſine ulla uel dei uel loci feſtiuitatisúe reuerẽtia. Mirari ſe ſanè dicebat, nõ confundi Antipatrum, quod talium defenſor exiſteret: dũmodo inimicitiæ ſuæ, quam contra Archelaum gerebat, libitum faceret: & odio magis quàm naturæ iuſtitiæ iudicaret: illos purgare geſtiendo, qui cum tanto ſcelere aduerſus ſuos principes arma corripuerint. Cætera uero de quibus Archelaum accuſauerant, in eos ipſos accuſatores referebat, dicens: nihil ſine ipſorum conſultatione uel conſenſu factum geſtumúe fuiſſe: ſed animo lædendi nunc in tranſuerſum ab æquitate diſcedere. Nam neque ſcirent taliter res eſſe diſpoſitas, qualiter accuſabant: ſed ad inuidiam Archelai cuncta depraua re: & tantam illos cupidinem inuaſiſſe obſiſtendi Archelao, uiro quidem conſanguinitate propinquo, conuerſatione autem eis familiari per omne tempus adiuncto. Teſtamentum etiam patrem ſana mente conſcripſiſſe narrabat, firmiusqúe eſſe quod poſterius fuiſſet ſcriptũ, quod in hoc poſteriore dominum cunctæ ordinationis Cæſarem conſtituerit: quem minime illorum improbitatem imitaturum dicebat, qui Herodi iniuriam facerent, in cuius uita omnibus bonis omniqúe poteſtate perfuncti eſſent. Nunc autem ad contumelias quidem uoluntas eius & intellectus in omnibus feſtinarent, ſed nequaquàm Cæſarem iniurias illius uiri permittere, qui & amicus fuerit & auxiliator, & omnia in ſua poteſtate dimiſerit: neque pati ut teſtamentum eius ſolueretur, quod de ſua fide fretus ſcripſerit: neque uirtutem Cæſaris imitaturam eſſe illorum accuſatorum, criminatorumqúe nequitiam: fidem eius in omni mundo ad exemplar propoſitam, & indubitatam cunctis gentibus eſſe referebat: unde nequaquàm poſſit Herodi alienationem & furiam mentis aſcribere, quem per multum tempus optime regnum geſſiſſe cognouerit, ſucceſſionemqúe optimo filio dedicaſſe: Sed neque iudicium regis circa electionem ſucceſſoris peccaſſe firmabat, imò magis prudenter & optime iudicaſſe, quod omnia ad uoluntatem poteſtatemqúe Cæſaris redegiſſet. Poſtquam hæc Nicolaus enarrauit & finem loquendi fecit, Cæſar Archelaum ſibi ad genua procidentem cum honorificẽtia ſubleuauit, pronuncians eum dignum regni perceptione, magnũq; ſuæ mentis monimentum gratiamq; declarauit: & non aliter eſſe ſe facturũ, niſi quæcunque teſtamento continerentur. Interea cuncti Archelao fauere: non tamen certum aliquid fuerat definitum.

De

De conſpiratione Iudæorum in Sabinum & incendio porti/cus & pugna. Caput XIIII.

IGitur facta ſolutione conſeſſus, apud ſeipſum Cæſar conſiderabat, utrúmne Archelao regnum confirmare deberet, an omni Herodis generi diſpertiri. Interea mater Archelai morbo prægrauata defungitur. Sed etiã à Varo, qui in Syria militiæ magiſter erat, literæ ueniunt, ſignificantes ſeditiones deceſſionesq; Iudæorũ. Poſtquàm enim Archelaus nauigauerat, cuncta gens uariis motibus fuerat tumultuationibusq; turbata. Sed Varus aduenies, eos qui cauſa ſeditionis extiterant, ſupplicijs & tormentis adegit: rebusq; compoſitis ad Antiochiam repedabat, unum ordinem militum in Hieroſolymis derelinquens, qui Iudæis, ſi forte aliquid ſeditionis molirentur, obuiam irent: ſed nec ſic tamen ſeditio terminatur. Nam poſtquam Varus abſceſſit, Sabinus curator Cæſaris illic remanens, Iudæos cœpit opprimere, ex militia ſibi multos armigeros faciés, quorum ſatellitio aduerſus Iudæos affligendos utebatur. Vnde illi perturbati ad ſeditiones excitandas neceſſitate cogebantur. Sed etiam arces uiolenter obtinuerat, lucrorum & rapinarum cupidine concitatus. Imminente igitur pentecoſte (feſtiuitas nanque hæc apud nos ſic paternaliter appellatur) non tantum religionis gratia, quãtum indignatione ſuccenſi, propter improbitatem & oppreſſionem Sabini, multa milia congregata ſunt hominum Galilæorum, & Hiericuntinorum immenſa multitudo, & quotquot trans Iordanem fluuium habitabant: ſed etiam incolarum magna manus adunata, qui plus aliis incenſi, in ultionem Sabini conſpirauerãt. In tres itaq; partes diuiſi, diuerſa loca occupant. Et una quidem pars Hyppodromum tenuerat: cæterarum uero duarũ altera pars, ab aquilone ad auſtrum uerſa circa templum erat: altera uero ad orientem loca poſita detinebat. Tertia uero pars Hyppodromum, ſicut diximus, ad occidentem occupauerat: quo loco etiam aula regalis extabat. Erat autem illis tota feſtinatio, ut Romanos induſos obſeſſoſq; conſtringerent. Sed Sabinus timens tam etiam multitudinem eorum, q̃ nobilitatem ingenij, quippe quibus mors cõtemptui erat dummodo cœpta perficerent, confeſtim ſcribit ad Varum, poſtulans ut q̃ citiſſime ſubueniret: in magno periculo eſſe cunctam à ſe ibi militiam derelictam: ipſe autem altiſſimã turrium arcis aſcendens, cognomento Phaſelum, in honorem fratris Herodis Phaſeli ædificatam atque ita nominatam, qui in prælio Parthorum defecerat, annuebat Romanis, ut Iudæos exeuntes aggrederentur. Cumq́ue ipſe neque ad amicos auderet ullo pacto deſcendere, alios ante ſe pro ſuarum facinore rapinarum mortem hortabatur appetere. Sed Romanis egreſſis cũ fiducia, pugna utrinq; aſpera ſatis exorta eſt. Et licet Romani opere bellico, & experiẽtia ſuperiores exiſterent, & plures ex Iudæis occumberent, obſtinatio tamen Iudæorum nequaquam tam dira belli facie frangebatur: ſed circumeuntes penè templum, aſcendunt in porticus, quæ fani aream continebant, & ibi multum prælium profligatur: ſaxa quædam manibus uoluebant, quædam fundis & tormentis cæteris emittebãt. Ad hæc etiam cum arcubus intermixti, Romanorum plurimos ſauciabãt. Nã opportunitate loci, Iudæi ſuperiores extiterant. Romani uero in incerto poſiti, nec ictus ancipites euitare, nec hoſtem ullis iaculis poterant uulnerare, Pro-

Committitur pugna.

inde cum in hunc modum non breui tempore pugnaretur, poſtremo Romani impune ſe talia perpeti non ferentes, ignem porticibus ſubmittunt, Iudæis qui ſu per porticus erant, non ſentientibus. Ignis porrò à plurimis appoſitus, continuo in flammas exæſtuat, tectaq; corripuit: quorum materies, quod erat pice cum ce ra peruncta, & in ſuperficiem deaurata, ignem confeſtim ſuſcepit: quo incendio opera illa magna & admiratione digna diſpereunt. Sed etiam eos, qui ſuper por ticus pugnantes aſtiterant, repentinus corripit & inſperatus interitus: alij ſimul cũ tectis concidentibus peſſum ibant, pars hoſtium confixi periere uulneribus: pleri/que defectu conſilij, & ſub tali cladis ſtupore, aut igni ſeſe contradunt, aut gladi/is abuſi ſuis intereunt: ut malum quaſi quo ſe uidebant circumſeptos, effugerẽt. Quotquot autem retrorſum uia qua aſcenderant, recurrentes, à ruina uel incen dio liberabãtur, à Romanis continuo ſine ullo negotio necabantur. Quippe nu di armis, & animi timore ſoluti, ueniebant in manus Romanorum. Proinde ex cunctis qui tecta conſcenderant, nullus ualuit penitus euadere. Romani aũt per illud incendium in fiduciam ſubleuati, interius progrediuntur: & ærarium ubi tẽ/pli opes ſeruabantur, arripiunt: & plurima quidem à militibus furata ſunt. Sabi/nus autem uix inde quadringenta talenta publica ualuit ratione conquirere. Inte rea Iudæos plurimum contriſtabat, tam interitus ſociorum, q; ærarij, anathema/tumq; direptio: & tamen quotquot eorum uel peruerſitate mentis obſtinati, uel pugnaces promptiq; conſtabant, aulam regiam undique uallantes minabantur incendium, & cunctos ibidem unà interitui dare, niſi celeriter abſcederent. Nã ſe quoque copiam illis exeundi, ſi id eligerent, daturos. Sabino quoque, ſi etiam ipſe uellet, exeũdi tribuere facultatem pollicebãtur. Dum iſta gerũtur, nonnulli ex re/gijs militibus ad Iudæos tranſeunt. Rufus autẽ & Grachus tria milia pugnatorũ ex militia Herodis ſub ſe habebãt, uiribus corporis exercitatos, & ſtrennuos. Cũ his igitur omnibus ſeſe Romanis adijciunt. Rufus etiã equites aliquantos ha/bebat, ipſos quoque ſecum Romanis auxilio duxerat. At Iudæi obſidionem mi nime negligebant, ſed etiam mœnia cuncta circuibant: hortabanturq́ue omnes, ut illam opportunitatem ſe ſaluandi, & in libertatem paternam reſpirandi non perderent. Sabino uero optabile fuit, ut egrediẽs abſcederet: ſed committere ſe/metipſum non audebat, ſuorum conſideratione factorum, & quod hoſtes admo dum infideli mente eſſe cognouerat: ſimul etiam Vari præſtolabatur aduentũ: eumq; ſi adeſſet, obſidionem illam eſſe ſoluturum.

Magna ſtra/ges Iudæorũ.

Rufus et Gra chus.

De tumultu Iudæorum uario pro libertate & regno. Caput XV.

EA tẽpeſtate etiam alia plurima, turbis tumultibusq; pleniſſima prouenerũt, quæ totam Iudææ regionẽ grauiter deſolabant. In quibuſque nanque locis, alij lucri cupiditate cõcitati, pars inimicitia Iudæorum, ad excitanda bella ferebantur. Militauerunt quondam Herodi duo milia hominum, hincinde congregato/rum. Hi ergo in unum collecti, & ſeorſum à cæteris diſcedentes, aduerſus regios milites pugna congrediuntur. Vtebantur autem duce, Herodis nepote, quem ſibi præfecerant: qui tam in campis ad pugnam ſtrennue ferebatur, quàm in lo/cis aſperis arte prævalebat, propter experientiam, quam exuſu belli perceperat.

Iudas

Iudas autem quidam erat filius Ezechiæ præpoſiti latronum,qui multum quon
dam prævalerat,ſed temporibus Herodis cum magno fuerat labore deprehen
ſus.Iſte igitur Iudas circa Sephorim Galilææ congregans multitudinem uiro
rum perditorum,atq; deſperatorum,cum eis aulam regiam pugnabūdus inua
dit.Ex qua copiam armorum,quantācunq; ille locus habebat,abripuit: & exin
de ſuos omnes armans,ſumit etiam cunctas opes,quæ ibidem pro cuſtodia fue
rant derelictæ.Hinc terribilis uniuerſis effectus eſt. Nam huc atq; illuc agebat,
& ductabat exercitum,libidine rei maioris accenſus,& æmulatione regnandi,ſi
ne ulla uirtute ullaq; prudentia:ſed ad uim inferendam tantum, & lædendum
pronior,& prodiuis extabat: ſperans ex hoc ſibi dignitatem gloriamque uentu
ram. Extiterat quoq; Simon ſeruus quidem Herodis regis,uerum decorus uir, *De Simone ſeruo Herodis.*
magnitudine corporis ac fortitudine præſtans,cui magna fuerant credita, cōmiſ
ſaq; negocia.Is igitur rerum intemperantia ſubleuatus,diadema ſuo capiti præ
ſumpſit imponere,& aliquanta multitudine congregata,rex pronunciatur,inſa
nia ſimul furiaq; populorū.Sed etiam ipſe dignum ſemetipſum exiſtimans,ſu
per omnes qui regnum ante geſſiſſent,aulam regiam in Hiericunte ſuccendit, &
oīa quæ ibi habebantur abripuit, multa quoq; in diuerſis locis per uniuerſam
prouinciam,ubi regia cōſiſtebant tabernacula,cōburebat:cunctaq; exterminio
dabat,ignibus cōcremando.Ampliora quoq; iſte geſſiſſet,& amplius illa regio
fuiſſet deleta, niſi celeriter mutatio contigiſſet:nam exercitus militum regiorum,
qui ſe Romanis addiderant,tota manu totaq; uirtute congrediens, occurrit Si
moni:ubi multa ui die longo certatur. Sed plures, qui ex locis trans Iordanem
cum Simone fuerant congregati,neq; ordinis neque diſpoſitionis bellicæ gnari,
(ſiquidem temeritate magis quàm diſciplina pugnabant)à regijs occubuere mi
litibus. Sed etiam & ipſum Simonem, per fugas ſe & per montis fauces ſalua
re cupientem,Gracchus occurrens,caput ei abſcidit. Incenſus eſt etiam illis die
bus ſuper Iordanem locus,nomine Emachoēs, à quibuſdam hominibus,Simo
ni conſimilibus.Sic igitur in illa gente multa demētia uagabatur,propter quod
regem proprium non habebat, qui populum uirtute ac moderatione diſpone
ret, & propterea alienigenæ irruperant, per quos ſeditioſæ mentes occaſio- *De Athonge.*
nem accipiētes,ad bella excitanda ſuccenſæ ſunt, intentione ſola deuaſtandi, &
rapiendi aliena. Cæterum &* Athonges,uir neq; generis dignitate conſpicuus, *Aliās Athlōge.*
neq; uirtute decoratus,ſed opum tātum confiſus abundantia (paſtor enim erat
iſte, & cunctis in omnibus rebus obſcurus, uerū magnitudine corporis & robo
re prævalens)auſus eſt etiam ipſe in regni conſpirare potentiam. Erant quippe
illi fratres quatuor,uaſti etiam ipſi corpore, & magnum de fortitudine glorian
tes,& ex hoc credebant ſeſe regnum omnibus modis obtinere: nā unuſquiſque
eorum turmam propriam ductabat.Congregatur itaq; ad eos plurima multitu
do. Et illi quidem ductorum fungebantur officio:& ſicubi opus erat, diſcurre
bant, bellicos exercendo conflictus. Ille uero diadema ſuo capiti circumpo
nens, ad conſultandum concilium conuocabat, ut quid facto opus eſſet, decer
neret. Videns autem cuncta in ſua poteſtate, cœpit inſania ferri,maxime quod
rex à populo uocabatur, quod ſibi ad regendum quæ uellet,nihil eſſe impedi

mento cernebat. Deniq; tam ipſe quàm fratres eius magna conſpiratione fre-mentes,odio Romanorum & regiorum militum,bellum gerere feſtinabãt. Nã æqualiter aduerſus utroſq; infeſta mẽte ferebantur:aduerſus regios quidem mi lites,propter iniurias,quas eos ſub Herode perpetraſſe reputabãt:aduerſus Ro manos autem,quod eorum in præſentia poteſtas exiſteret. Igitur aſperitas hu-ius mali tempore currente creſcebat,nullusq; interitum poterat euitare.Nam a-lios quidem ſpe lucri exterminabant, alios autem occidendi conſuetudine peri-mebant.Incurrunt etiam aliquando Romanorum turmæ circa Emmaum,& cir cundantes Arrium cẽturionem,qui ductabat exercitum,quadraginta ex eis uul nerauere,qui fuerant manuũ exercitatione meliores:cæteri uero timore fugiẽtes, à Graccho qui multitudinẽ regiæ militiæ ſub ſe habebat,defenſari ſaluãtur,ſuos mortuos relinquentes.Et multa parte diei Romanæ legionis milites inſequẽtes, plurimos ſauciabant.Superantur tamẽ poſtea,& comprehendũtur:alius quidẽ cum Graccho confligens,alter autem cum Ptolemæo. Maiorem autem fratrẽ, Archelai milites comprehenderunt. Nouiſſimus autem eorum, ſuper his quæ cõtingebant mœrore confectus hæſitare cœpit,qualiter ſaluaretur. Nam ſe ſolũ remanſiſſe cernens,& omni manu militum ſpoliatum,fidei patruelis Archelai ſe committit,ac tradit:ſed hæc quidem poſtea contigerunt.Igitur ſic Iudæa latro cinantium facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregaret, quæ ſecum ad ſeditiones faciendas,conſpirare præſumeret, ſtatim rex efficieba-tur,exurgens ad communem regionis interitum.In breui quidem,& in minimis rebus Iudæi Romanis noxij exiſtentes, inuidia tamen contribulium, ciuiumq; ſuorũ,ad omnia nequitiæ opera ferebantur.

De Varo Romanos in Hieroſolyma obſeſſos liberante, trucidantesq; ſeditioſos. Caput XVI.

Varus præſidium ſuis ferre matu-rat.

INterea Varus,mox ubi quæ geſta ſunt,Sabino ſcribente cognouit,timens il-li legioni,quam in Hieroſolymis dereliquerat, duas reliquas legiones aſſu-mens (tres quippe in Syria fuerant conſtitutæ) aſſumens etiam equitum alas quatuor,& auxilia quæ reges ac tetrarchæ diuerſi mandauerant,maturabat præ ſidium illis,qui in Iudæa obſidione tenebãtur,afferre. Dicebat autem omnibus, quod Ptolemaidem pergeret.Dant illi etiam Berithij tranſeũti ſubſidium mil-le quingentorum uirorum.Mandat illi & Aretas quoq; Petræus,qui odio circa Herodem,amicitiam cum Romanis induxerat,non paruam peditum & equitũ manum. Congregato itaq; in Ptolemaide omni exercitu, exinde partem filio tradens, unum amicorum ſuorum deſtinat Galilæos expugnatum, qui ſuper Ptolemaidem habitabant. Ille autem Galilæam ingrediens, magna ui pugna-re cœpit. Et primum Sephorim capiens, habitatores quidem omnes captiuos abduxit:ciuitatem autem ignibus tradidit. Varus autem Samariam cum omni manu ingreditur, ſed à ciuitate abſtinuit:erat enim crimine ſeditionis immunis: ſed quodam uico Ptolemei Arus nomine,caſtra collocat, quem uicum Arabes odio Herodis hoſtili more comburunt. Iter quoque agentes, alium uicum Saf ſo nomine,magnum atq; opulentum, ijdem Arabes comprehendentes, incen-dio concremarunt, & quaqua uerſum exercitus ibat, igne cuncta & cæde reple-

Aretas rex Arabum.

bantur

bantur. Succenditur enim Emmaus caſtellum, Varo iubente, gratia mortuorū. Hinc itaq; in Hieroſolymam tendit. Illi porrò, qui ad obſidionem fuerant congregati faciem ipſam non ferentes exercitus, paſſim cuncti diffugiunt, imperfecta ſeditionis opera relinquentes: qui uero in Hieroſolymis fuere Iudæi, Varo grauiter incuſante excuſationibus diuerſis ſemetipſos purgare nitebantur, quod multitudo illa propter feſtiuitatem fuerit congregata: bellum autem nequaquā ex eorum ſententia contigiſſe, ſed temeritate aduenarum fuiſſe commotum: ſeipſos autem cum Romanis obſeſſos potius quàm obſidendi geſſiſſe propoſitum. Venerunt autē in occurſum Varo Ioſippus Herodis regis nepos, &* Grachus, atq; Rufus, omnem exercitū quē ſub ſe habebant, ſecum pariter adducentes: occurrunt etiam Romani, qui obſidione tenebātur. Sabinus autem non uolens in faciem Vari uenire, ex alia parte Hieroſolymis egrediens, mare uerſus abſceſſit. Interea Varus per omnem regionem, partem militiæ mittit quæſitum eos, qui cauſa ſeditionis extiterant. Deprehenſis autem qui manifeſtabantur, alios qui cauſa mali extitere, ſupplicijs cruciabat: quoſdam uero dimittit, in quibus culpa leuior inuenitur. Fuere autem, qui propter hanc cauſam in crucem acti ſunt, fermè duo milia hominū. Hoc igitur modo rebus correctis, atq; compoſitis, maximam partem militiæ ad ſedes proprias dimittit, grauem eam illis locis exiſtimans: nam in plurimis exceſſerant, & eius decreta plurima contempſerant, lucrorum ac rapinæ cupidine. Ipſe uero decem milia Iudæorum in unum locum fuiſſe congregatos audiens, feſtinus occurrit, ut eos comprehenderet. Illi autem antequam comprehenſi fuiſſent, ſemetipſos tradidere, hortatu Aciabi. Tunc Varus multitudini quidem ueniam contribuit, ipſos autē ductores, qui cauſam ſeceſſionis excitauerant, ad Cæſarem mittit. Cæſar autē pleroſq; ex eis dimittit: illos autem qui Herodis cognati fuere, ſupplicijs adegit, quod nullum iuſticiæ gerentes reſpectum, contra familiares & conſanguineos arma tentauerant. Et Varus quidem iſta diſponens, & propter præſidia unam legionem, quam etiam primo dimiſerat, Hieroſolymis derelinquens, in Antiochiam repedare feſtinat.

Aliàs Gracchus.

Iudæorum querela contra reges & Cæſaris decretum. Cap. XVII.

ARchelao uero apud Romam commorante, aliorum negociorum principia pullulabant, quorum hæc erat cauſa. Venerat Romam legatio Iudæorum, ſuper octo milia hominum, petentium, ut ſuis legibus uiuerent, & legati quidem qui ex decreto totius gentis fuerant miſſi, quinquaginta fuere. Cætera uero multitudo Romæ ad eos fuerat uocata. Cæſare autem concilium faciente cum amicis, cæteriſq; Romanorum primatibus, & eos in Apollinis templum congregante, quod ab ipſo fuerat magnis opibus impenſiſq; fundatum, legati quidē cū uniuerſa multitudine indigenarū Iudæorū, cauſam acturi cōueniūt. Archelaus autem econtra cum amicis aderat. Quotquot autem regis fuere conſanguinei, ab Archelao per odium ſeparantur. Iudæis autem aduerſus eum conſociabantur: non tamen ſemetipſos publicæ demonſtrabant, graue putantes, & ad confuſionem propriā pertinere, ſi ante Cæſarem contra conſanguineū

Iudæi aduerſus Archelaum Romā conueniūt

Philippus uenit Romam.

& familiarẽ loqui præſumerent. Aderat etiã Philippus de Syria ueniens, Vari concitatus hortatu, prima quidẽ cauſa, ut fratri adeſſet. Nã ei plurimũ Varus fa uebat. Enimuero arbitrabatur, quia illo regno ſoluto, per partes poſſet diſtribui: ſiquidẽ plures eſſent, qui ſuis legibus uiuere poſtulabant. Vnde uero Philippũ hortabatur, ut pro ſe laboraret, quo poſſet etiam ipſe partem aliquam regni per cipere. Data igitur Iudæorũ legatis copia dicendi, cœperunt pro diſſoluendo re gno multa loqui, & primum ex iniquitatibus Herodis argumẽta multa ſume re: dicẽtes, eum nomine tm̃ fuiſſe regẽ, re aũt uera tyrannidis facinora perpetraſ ſe, & multã per eum deſolationem rerũ factã eſſe Iudæorum: naturaliter eũ etiã ad nouitates inueniendas pronũ fuiſſe proclamabant, & tantos quidem Iudæo rũ eius crudelitatibus interiſſe, quantos nunq̃ ex hiſtoria periſſe cognoſcerẽt: ſed multo amplius ſemet qui uiuerent, infeliciores exiſtere, non ſolũ eis, quibus oſtẽ ſione uultus aſperi, & indignatione mẽtis terribilis apparebat, ſed etiã eis quibus ſubſtãtias ſuas abripuit: ciuitates quippe extraneas, & ab alienigenis habitatas, eum ornare & locupletare, cũ perditione & exterminio eorũ, qui ſub eius regno habitabant: omnem gentẽ penuriæ neceſſitatiq̃ contradidiſſe, cũ paucis autẽ re gno delicijsq̃ frueretur: plurimos quoq̃ ex nobilibus ciuitatibus, & nobili gene re natos perimeret: nullis rationabilibus ſubſiſtentibus cauſis, niſi ut eorũ ſubſtã tias raperet, & quibus uitam fortaſſe conceſſiſſet, rerũ ſuarũ amiſſione dãnaret. Iam uero in exactionibus functionũ, alia quidem pro muneribus publicis cum augmentis annalibus exigebat, alia uero lucrorũ gratia poſt functiones à ſeruis exactoribus, uel amicis eius diripi ſolere cauſabantur: nec ſolũ iſta quæ ad dãnũ auri uel argenti pertinebãt agi: uirgines etiã corrumpi, matronas pollui, quæ pu dore ſui ſimiliter ab eis qui paſſi fuerant, tacebantur, ſicut ab illis qui gerebãt de ſiderabantur: qui uidelicet facinora ſua timebant, ne in publicũ proderẽtur: tan tasq̃ ſub Herode iniurias, & cõtumelias paſſos fuiſſe, quãtas nec ulla beſtia poſ ſet ingerere, ſi facultas daretur, ut hominibus imperaret. Et multas quidẽ ſæpius calamitates ſuã gentem paſſam dicebant, ſed nũquam ſe in tantã infelicitatẽ, tan tamq̃ dadem prorſus incidiſſe. Exẽplum nanq̃ iniquitatis & facinoris Herodẽ uniuerſæ genti fuiſſe. Et optabiliter ſe Archelaum quidem regem denominaſſe firmabant, quia poſt Herodem quemlibet malum ferendum & tolerandum u tiq̃ decernebant: qui tamen ipſis initijs ſe quaſi mitiorem Herode conabatur o ſtendere: uerum poſtea uerens, ne non proprius Herodis filius crederetur, nihil ultrà diſtulit, ſed ſtatim aperuit ſuæ mentis indicia, & cum nondum erat regni conſecutus integram firmitatem, quod in Cæſaris arbitrio conſiſteret, illius re gni poteſtatem uel tribuere uel negare, dedit tamẽ ingenij ſui propoſitiq̃ moni menta, qualiter poſſet in futuro illud regnũ gerere, ex his quæ in ipſis initijs per petrare præſumpſit: ut ciues in tẽplõ die feſto uelut numini eos offerẽs, auderet occidere: unde iuſte uniuerſæ genti illum fuiſſe exoſum, propter merita ſuæ cru delitatis & ſceleris. Ob id quoq̃ & has querelas legationem, totam gentem de ſtinaſſe firmabant. Petebant ergo, ut eorum prouincia regibus careret, & Sy riæ iungeretur: ut ab illis iudicibus regerentur, qui illuc ex Roma ad gubernan dam prouinciam mitterentur, & tunc cognoſci poſſe dicebat, utrumne ſeditioſi eſſent

eſſent & tumultuum concitatores, an ſubiecti & deuoti, ſi probis iudicibus & rectoribus uterentur. Talia Iudæis dicentibus, Nicolaus regē criminibus expurgabat: Herodem quidem, quomodo per omne tempus quoad uixerit, nunquam fuerit accuſatus. Non enim uera poſſe dicere eos confirmabat, qui cum haberent aliquid, unde cauſarentur, illo uiuente, prætermittentes, quando poſſent in quibus læſi fuerant, uindicari, illo mortuo querelas importune confingerent. Illa uero quæ ſub Archelao acta eſſent, ad illorum improbitatem iniuriaſq; redigebat: qui contra ius & contra leges talia commiſiſſe præſumpſerint, quiq; cædis fecêre principium in eis, qui ſe à tumultibus prohibebant. Incuſabat eos etiam, quod ſeditionis libidine tenerentur, & quod peruicaces eſſent ad obedien-
dum uel legibus, uel iuſticiæ, dum cuperent in omnibus ſuis aſſumptionibus uincere. Hæc itaq; Nicolao dicente, Cæſar hincinde quæ dicta ſunt audiens, cõuentum dimiſit, & poſt paucos dies Archelaum quidem regem non pronuntiat, dimidiæ uero Iudææ regionis, quæ Herodi tributa reddebat, Toparcham conſtituit: ſpondens ei regiam quoque dignitatem, ſi laboribus & fauoribus circa ſemetipſum meritus appareret: alteram uero dimidiam, bifariam diſtribuit, alteris Herodis filijs, Philippo uidelicet & Antipæ, qui contra fratrem Archelaum de uniuerſo regno certauerat. Et huic quidem regio trans Iordanem Galilæa tributa reddebat, quæ conſtabant in talentis ducentis per ſingulos annos. Philippo autem Bathanea cum Trachonitide, & Auranitide, cum aliqua parte domus, quæ Zenodori dicebatur, reddebant talenta centum. Cæterum Archelao Idumæa, & Iudæa, & Samaria. Hæc enim leuigata fuerant quarta parte functionum, ex decreto Cæſaris: propter quod in ſeditione cæteræ multitudini participes non fuêre. Erant autem ciuitates, quæ Archelao tributa reddebant, Stratonis turris, & Sebaſta, cum Ioppe, & Hieroſolymis: Gaza uero, & Gadara, & ipſæ fuere Græcæ ciuitates: quas abſcindens à diſpenſatione Syriæ, additamento Iudææ regioni coniunxerat. Accedebant ergo Archelao tributa per unumquenque annum talenta ſexcenta, ex omnibus regionibus quas in ſua poteſtate ſuſceperat. Et hæc quidem de filijs Herodis ordinata ſunt. Salome uero ſuper illa quæ frater in teſtamento reliquerat, (erat aũt Iamnia, & Azotus, & Phaſelis, & argenti ſignati miriades quinquaginta) Cæſar etiam donat ei ad habitandum aulam regiam, quæ fuerat in Aſcalone conſtituta. Intrabant autem etiam huic reditus ex omnibus ſuis, talenta per ſingulos annos ſexaginta. Domus autem eius in regionibus erat, quæ ſub Archelai fuere poteſtate. Accipiunt ſanè regis quoq; conſanguinei, quæcunque in teſtamento declarantur. Duabus autem filiabus eius uirginibus, præter illa quæ pater reliquerat, Cæſar etiam utriq; dona largitur uicenas quinas miriadas argenti ſignati, easq; coniunxit Pheroræ filijs. Cuncta uero, quæ illi fuerant dimiſſa, per filios Herodis diſtribuit: erant aũt quingenta & mille talẽta, pauca ſibi ſumens uaſcula, quæ nõ tam ei magnitudine uel precio, quàm recordatione regis accepta conſtabant.

Nicolaus Archelaũ expurgat.

Archelaus non rex, ſed toparcha fit

Diuiſio regni.

De Alexandro quodam ſimulante ſe Herodis filium interemptum à Cæſare deprehenſo. Caput XVIII.

HIs igitur à Cæſare diſpoſitis iuuenis quidam, Iudæus quidem genere, ſed apud Sidonios nutritus, à quodam Romanorum libertino, qui eum in cognitionem Herodis induxerat, ſimilitudine formæ prouocatus, qua uidebatur Alexãdro conſimilis, filio Herodis, qui fuerat interemptus: teſtificabantur quoque illi cuncti, quorum aſpectibus occurrebat: ex hoc occaſionem ſibimet eſſe reputabat, quo regnum poſſet excipere, aſſumens ſecum adiutorem ſuæ gentis, hominem ſcientem cuncta quæ in palatio gerebantur, & ingenio callidum ad magna negotia perturbanda, eo ſibi huius factionis magiſterium præbente, conſcĩdit. Dicebat ergo Alexandrum ſe eſſe Herodis filium, ex morte ſeruatum ab his, quibus eum ut perimerent, fuerat delegatus, occidentes quippe alios, per quos imaginem completæ iuſſionis oſtenderent, & expectatores fallerent, illum eiusq; fratrem Ariſtobulum ſaluauiſſe. His igitur figmentis & ipſe in ſuperbiam extollitur, & alios quotquot occurrerent, erudiebat. Interea Cretam appulſus, Iudæorum omnibus, qui cum illo colloquia miſcuere, perſuaſio facta eſt. Vnde ille quoq; pecuniarum abundantia cœpit affluere, plurimis hincinde donantibus. Præter hæc uenit ad Melum, ibi quoque congregat meliora. Nam ei plures offerebantur pecuniæ, fide, qua ex regio ſanguine illum deſcendere iudicabant: & ſpe quod poſſet paterni regni iura ſuſcipere, uicemq; præſtantibus reportare. Ibat igitur Romam, plurimis in eius obſequium uenientibus, & Dicæarchiam appulſus, ibidem quoque qui habitabant, Iudæos ſimilibus fallacijs illudere, deciperéque non deſtitit. Occurrebant nanque illi, ueluti regi, & alij quidem plurimi, maxime tamen illi, qui familiaritatem & amicitiam cum Herode poſſederant. Cauſa uero maxima deceptionis erat hominibus, quod illum caſum cum uoluptate à referentibus aduertebant. Ad hæc etiam accedebat fides ex formæ uultusq; ſimilitudine: etenim etiãm qui plurimum fuerant cum Alexandro conuerſati, nihilominus inducti fuerant ad credendum, illum non fuiſſe alterum, ſed Alexandrum Herodis filium: ita ut etiam alijs neſcientibus iurare præſumerent. Proinde ingredienti Romam, & fama ſui cuncta replenti, in occurſum eius egreditur Iudæorum plurima multitudo, inſtar miraculi, ſalutem eius factam diuinitus admirantes, & cum gaudio illum maiore ſuſcipiunt: maxime propter maternum genus, quod erat ualde clariſſimum. Proinde cum ciuitatem intraret, per plateas & uicos in ſella portabatur, cuncto regali cultu compoſitus ex opibus & quæſtibus, quos per diuerſa loca perceperat. Congregatur itaq; ad eum maxima multitudo, uoces plurimæ, damoresq; cum fauore reddebantur, & omnia fiebant, quæ ſolent ad gaudia mentes hominum concitare, præſertim in tali euentu, ubi præter ſpem, ſalutem illius factam eſſe mirabantur. Sed ubi Cæſari nuntium illud allatum eſt, non quidem credebat, propter quod ſciret Herodem non facile poſſe in quibuſlibet negotijs decipi, præſertim in illis, in quibus animum intenderet: tamen ſperans potuiſſe contingere celatum, quendam ſuum libertum, qui ſæpius fuerat cum illis infantulis collocutus, mittit ut uideret Alexandrum. Ille autem cum uidiſſet, nulla meliori diſcretione uſus eſt, quàm uſa fuerat multitudo. Verum Cæſar decipi omnino non potuit, quoniã erat quidem ille ſimilis Alexandro

De quodam Alexandro, qui ſe Herodis filiũ eſſe ſimulabat.

dro, ſed non ita, ut eos poſſet inducere, qui prudenter inſpicere diſcernereq; ua lerent. Siquidem iſte falſus Alexander, ex labore & opere ualde conſtabat attritus: in illum autem delicatudo ex delicijs, & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & groſſius erat corpus. Intuens igitur mendacia, conſpirantes iuxta diſcipulum atq; doctorem, & cum fiducia uerba proferentes examinabat: rem etiam de Ariſtobulo cunctam perquirens, quid de illo quoque fuerit factum, & ſemetipſum obſtupeſcere ſimulans, rogabat ob quam cauſam Ariſtobulus quoq; non ueniſſet, quo regnum etiam ipſe dignitatemq; ſibi depoſceret. Cumque ille reſpondiſſet, in Cypro illum inſula remaniſſe, marinis periculis ſimul fatigatum, & territum, ut ſi forte ſibi aliquid optabile proueniſſet, ſaltem ille ſaluaretur, ne omne genus Mariamnes penitus interiret: talia enim eum doctor ille reſpondenda docuerat. Cæſar ſemotum aduleſcentulum à cæteris abducens, tibi, inquit, mercedis gratia ſalus à me præſtabitur, ſi non tentaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaq; mihi tu quis ſis, & quis te ad talia confingenda perpulerit: maior quippe eſt tua ætate hæc adinuenta calliditas. Tunc ille (neq; enim ultra mentiri potuit in periculo cõſtitutus) aperit Cæſari omne figmentum, & quali modo, & à quo fuerit commentatum. Tunc Cæſar falli quidem Alexandrum nequaq̃ contra quod promiſerat, fecit: uidens enim eum laboribus aptum, in ordine conſtituit, numeroq; nautarum: illum uero qui talia præſumenda perſuaſit, morte condemnat. Melienſibus autem condemnatio ſufficiens uiſa eſt, ut quantoſcunque ſumptus uel pecunias in falſum Alexandrum erogaſſent, irreparabiliter amiſiſſent. Et circa falſum quidem Alexandrum res cum magna temeritate præſumptæ, finem huiuſmodi perceperunt.

Calliditas Auguſti in deprehendẽdo dolo.

Autor doli occiditur.

Archelai accuſatio & relegatio. Caput XIX.

ARchelaus autem toparchiam ſuſcipiens, mox ut Iudæam attigit Iozarum Boëthi de pontificatu remouit: exprobrans ei, quod cum ſeditioſis unà conuenerit: Eleazarum autem fratrem eius ad pontificatum ſurrogat. Aedificat etiam in Hiericunte aulam regiam, cum elegantia & decore mirabili: medietatem quoque aquarum, quæ ad irrigationem agrorum influebant, tractu ducturaq; conſtructo, diuertit in campum, qui ab ipſo fuerat palmarum arbotibus conſitus. Vicũ etiam ædificat, cui nomen Archilaidem conſtituit. Paternã quoq; legem tranſgrediens, Glaphiram Archelai quidem filiã, Alexandri uero fratris coniugem, ex qua filios quoque ſuſceperat, ſibimet accerſit uxorem. Iudæis autẽ fas non erat, fratrum uxores accipere. Sed neque Eleazarus in pontificatu diutur no tempore perſeuerauit. Siquidẽ etiam ſuper ipſum cõſtituit Ieſum Seæ filiũ. Interea decimo anno principatus Archelai, omnis nobilitas Iudæorum, primatesq; Samariæ, non ferentes crudelitatem eius, moresq; tyrannicos, apud Cæſarem accuſationem ei inſtituunt: maxime quia cognouerant eũ Cæſaris mãdata tranſgreſſum. Nam ei præceperat, ut manſuete, dementerq; cõuerſaretur ad populum. Cæſar igitur ut hæc aduertit, indignatione cõmotus, curatorem eiuſdem Archelai rerum earum, quæ Romæ fuêre (Archelaus etiam ipſe dicebatur) aduocat: cæterum ſcribendum Archelao, indignum æſtimat: illum autem deſti-

Iozarus depoſitur à pontificatu, ſurrogato Eleazaro.

nat,ut Archelaũ celeriter exhiberet.Ille continuo ſine ulla dilatione nauem aſcẽ-
dẽs,nauigationem celeriter peragit, & in Iudæã uenit: Archelaumq; occupat cũ
amicis epulum celebrantem:mentem ei Cæſaris aperit:atq; ut confeſtim egrede
retur ciuitatem,compellit.Cæſar uero,ueniẽte Archelao,aliquibus accuſatoribus
aſtantibus,cauſam hinc inde cognoſcit:ſed ubi ſe parum expurgat Archelaus,in
exiliũ retrudi præcipitur:in Vienna ciuitate Galliæ habitaculo contributo:pecu
nias uero eius,ratiõibus iuſſit ſociari fiſcalibus.Sed anteq; Romã uocatus fuiſſet
Archelaus,ſomniũ ſuis amicis tale recitauit: Vidiſſe ſe nanq; dicebat,ſpicas decẽ
numero,plenas turgentesq; frumentis,uigoremq; integrum poſſidẽtes, quas ui
debat à bubus comedi.Sed hoc uidens,magnis fluctibus eius animus fatigaba
tur:à quibus dum ſciſcitaretur,illi per diuerſas contrariasq; opiniones, ſolutio-
nesq; diſcinduntur.Tunc Simon, uir Eſſenus,ueniens, mutationem rerum illo
ſomnio ſignificari dicebat,Archelao,non ſanè in rebus ſecundis, aut commodis
prouenturam.Boues nanq; labores, & miſeriam ſignificare firmabat, propter
quod ſoleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri: mutationem au
tem rerum illo ſomnio demonſtrari dicebat,quod terra boum laboribus & ope
ribus exarata in ſeipſa permanere penitus nõ ſinatur: per ſpicas aũt decẽ, perio-
dum decem annorum terminari manifeſtabat. Vnam quippe futuram æſta-
tem, & tempus ſuppleri aſſeuerabat Archelao,quo de principatu ſuæ poteſta-
tis exiret. Et illo quidem hoc modo ſomnium illud expoſuit. Quinto uero die,
poſtquam illud ſomnium Archelao fuerat demonſtratum,euocator eius Arche
laus procurator ſuus, in Iudæam uenit, à Cæſare deſtinatus. Similiter & Gla-
phiræ uxori eius,& regis Archelai filiæ prouenit.Quæ primo, ſicut ſuprà oſten
dimus, Alexandro in coniugium ſociata conſtabat, Herodis quidem filio, ſed
fratri Archelai.Poſtea uero quàm idem Alexander à patre fuerat interemptus,
Lobato Libyorum regi coniungitur. Quo defuncto, item illam uiduatam in
Cappadocia,à patre Archelaus in coniugium ſuſcepit:Mariam excludens, quæ
ſibi fuerat coniugata.Tantus ſiquidem illum Glaphiræ amoris ardor incende-
rat. Cum uero iuncta eſſet Archelao, tale ſomnium ipſa quoq; contuetur. Vi-
debat quaſi Alexandrum ſibi aſtantem, & ſe quidem illi adgaudere, eumq; li-
benter & alacriter amplexari: illum uero exprobrationes ei protinus imputare,
dicentem:O Glaphira, nempe uel nunc confirmas prouerbium,quo dicitur, fi-
dem mulieribus non habendam.Nónne mihi iureiurando conſtricta es, & iu-
gali fœdere uirgo ſociata? Poſtquam filios quoq; ſuſcepimus,amores noſtros
oblita es,ſecundarum cupidine nuptiarum: ſed neque hoc tibi ſufficere iudica-
ſti, quin etiam cum tertio ſponſo concumbere præſumpſiſti: & ſine pudore do
mum noſtram ingrediens, thorum genialem polluiſti, cum Archelao ius con-
iugale conſocians, ut illum uirum haberes,quem meum fratrem eſſe conſtaret.
Verum ego nunquam tui penitus obliuiſcar:neq; beneuolentia, qua ſemper cir
ca te detentus ſum,carebo. Liberabo ſanè te uniuerſis obprobrijs, meam, ſicuti
fuiſti,firmam ſtabilemq; perficiens.Quæ cum illa familiaribus mulieribus retu-
liſſet,poſt paucos dies uita defungitur. Hæc ergo haud ſanè importuna huic no
ſtro operi ratus inſerui:primum quidem,quia ea ſunt,quæ circa ipſos reges con

Archelaus damnatus exilio, relegatur in Vienna Galliæ.

Somniũ Archelai.

Glaphira moritur.

tigiſſe

tigiſſe noſcuntur: deinde, ut exemplo uera probentur dicere illi à quibus immortalitas diſputatur animarum: ac etiam, ut appareat diuina prouidentia rerum humanarum cuncta diſponi, ne incredulitate huiuſmodi rerum, homines lædãtur in moribus. Enimuero qui hæc crediderit, nullo modo prohibebitur per dies ſingulos ad uirtutis augmenta procedere. Archelai uero regio tributaria facta, Syriæ diſpenſationi coniungitur. Interea Cyrenius, uir conſularis, à Cæſare deſtinatur, cenſum in Syria diſpoſiturus, & domum Archelai redditurus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVS OCTAVVS.

De deſcriptione Syriæ per Cyrenium tempore natiuitatis Chriſti. Caput 1.

Circa hæc tempora natus eſt Ieſus Chriſtus, anno regni Auguſti xlij.

CYrenius autem, unus de his qui ſemper in conſultatione congregabantur, uir per omnium magiſterio rum & principatuum officia celebratus, per cunctas adminiſtrationes ad conſulatus culmen aſcendẽs, & in cunctis alijs dignitatibus clarus, cum paucis uenit ad Syriam, cenſor gentis à Cæſare deſtinatus, & approbator uniuſcuiuſque ſentẽtiæ. Mittitur etiam, cum eo Copinius, ductor totius equeſtris agminis, poteſtatemq; Iudæorum omnium gerens. Venit etiam Cyrenius in Iudæam (nam diſpenſationi Syriæ fuerat adunata) uniuerſorum depreciaturus ſubſtantias, & Archelai redditurus pecunias. Porrò Iudæi licet in ipſis initijs deſcriptionis nomen dirum haberent, ſubijciuntur tamen ne amplius reſiſterent, perſuadente illis pontifice Ioazaro: Boëthi nanq; erat iſte filius, & illi quidem euicti ratione pontificis, depreciari ſuas permiſere ſubſtantias, nihil amplius hæſitantes. Sed Iudas Gauloni-
tes, homo ex ciuitate, cui nomen erat Gamalas, Saddocum Phariſæum ſibi coniungens, receſſionem facere feſtinabat, depreciationemq; & cenſum nihil aliud eſſe dicebant, quam integram ſeruitutem. Proinde ad defendendam ſuam libertatem, totam plebem diuerſis exhortationibus incitabant, omnem quoque illis cooperaturam eſſe creaturam, ſi pro bono libertatis honorem ſuum & gloriam magnanimitate tuerentur: ſed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore, niſi talibus conſilijs ad agendum procederent. His ita dictis, amplius eorum animus concitatur, ut etiam ab homicidijs nullo modo parcerent: quoniam cum magna uoluptate, quicquid ab illis dicebatur, hauriebant: atque hoc modo in magnum malum ſeditio illorum & audacia prorumpebat: nihilq; fuit malorum, quod per illos non pullulauerit uiros, & ſupra quàm dici poteſt, illa gens continuationibus eſt repleta bellorũ: & dades inter eos & latrocinia, deprædationeſque gerebantur, obtentu quidem utilitatis defenſionisque communis, reuera autem propriorum lucrorum gratia tota ſeditio gerebatur. Multæ itaq; cædes ciuium ſociorumq; perpetrantur: poſtremo in inuicem con-

De Iuda & Sadduco.

uertuntur,non ſecus quã contra hoſtes infenſius agerent bellum.Itaq; quotidie deprædationes,captiuitates, cædes ubiq; cõcurrebant:ita ut etiam templum dei ignibus cremaretur. Tantum ualuit nouitas,& inſtitutionum mutatio paternarum. Siquidẽ iſte Iudas & Saddocus quartam philoſophiam nouiter introduxerant:cuius amatorum copiã cõquirentes, ſeditionibus ac tumultibus repleuere rempublicam.Sed etiam malorum futurorũ radices peſſimas plantauere,per inſolentiam inconſuetæ philoſophiæ:de qua uolo pauca diſſerere.

De quatuor hæreſibus apud Iudæos. Caput II.

IVdæis igitur philoſophiæ tres erãt,etiam inde ab initio inſtitutis patrijs derelictæ, Eſſenorũ,Sadducæorum,& tertia qua Philoſophabantur,qui dicebãtur Phariſæi.Et quanq; de eis explanauerim in ſecundo libro Iudaici belli,tamẽ etiam nunc cõmemorationis gratia breuiter attingã) Phariſæi enim quotidianã conuerſationẽ exiguam habẽt,& prorſus abiectã,nihil mollitudini aut delicatudini penitus indulgentes:ſed quæcunq; iudicio rationis oportere cõperta ſunt,illa ſequũtur:præpoſitis nullo modo reluctãtur: maiores natu cõpetenti honore uenerantur,ita ut nec contrariũ quiddam alicui aliquãdo reſpondeant:fato geri omnia credunt:ſed neq; liberũ arbitrium hominis auferũt:iudiciũ dei futurũ eſſe ſentiũt,illic cũctos homines propria merita recepturos,tã eos quidem qui ſecundũ uirtutem uixerint,quàm illos qui nequitia deprauati ſunt. Animas autẽ immortales dicũt.Sed etiam in inferno congrua unicuiq; habitacula,pro merito uel uirtutis uel iniquitatis attribui, ſicut unicuiq; uiuẽti gerebat ſtudiũ,& alias quidẽ animas æternis retrudi carceribus,alias aũt facultatẽ reuiuiſcendi percipere,& ob hæc populis quidẽ ſunt acceptabiles,credibilesq;. Quãtacunq; itẽ ad cultũrã diuinitatis pertinent orationũ celebrationes,tẽplorum conſtitutiones,expoſitionibus ſuis facienda eſſe prædicãt.Nam tantũ uirtutibus eorum prælatũ eſt teſtimonium,ut ad eos plurimæ ciuitates,& maxima multitudo cũ ſtudio grandi cõfluerent, opinione adducti,qua meliores cæteris æſtimãtur.Sadducæi aũt animas mortales exiſtimãt,ſimulq; cũ corporibus interire.Nullas uero alias obſeruationes præter legẽ cuſtodiũt:aduerſus doctores aũt philoſophiæ ſuæ certare,& reniti,glorioſum annumerãt.Sed ad paruos admodũ doctrina eorũ puenit,& modus exercitationis.Primates aũt apud eos dignitatibus honoribusq; celebrãtur. Eſſeni aũt ad deũ cuncta rediguntꝫ immortalẽ animã dicunt: iuſticiã aũt rem precioſam,pro qua etiã uſq; ad mortem pugnandũ eſſe prædicãt:in tẽplo aũt anathemata proponẽda prohibẽt:ſacrificia uel hoſtias cũ populo nõ celebrãt,quod ſe plurimũ ab eis putãt mũditia uel ſanctitate differre: & merito ſe à cõmuni congregatione diſcernũt, remotim ſacrificia faciẽtes:cultu uero morũ atq; cõuerſationis optimi:ad colendã terram & exercendã omni ſtudio intenti. Illud etiam habent dignum,& ualde mirabile,quod in alijs non inuenias gentibus tã Græcorũ quàm etiã Barbarorũ,quod omnes illis opes in medio ſunt, & ab eis oia cõmunia poſſidẽtur:nihil ampli⁹ inter eos ditio fruitaꝫ,nihil paupior defraudaꝫ, acſi nihil omnino poſſideat.Et illi quidẽ hoc modo ſeſe gerũt.Sunt aũt ſup quatuor milia hoim numero.Vxores nõ ducũt,neq; ſeruos habere eſtimãt:aliud quippe iniquitatis,aliud ſeditionis opportunitatem æſtimant. Iſti

ergo

Phariſeorũ dogmata.

Sadduceorum dogmata.

Eſſenorum dogmata.

go ſemotim apud ſemetipſos aduiuunt,mutuas ſibi uiciſſitudines miniſtrãtes: ſuſceptores autem redituum promouent,curatoresq; conſtituũt,qui cuncta quæ terra profert,in uſus neceſſarios adminiſtrent. Sacerdotes autem optimos uiros eligunt:cibus illis ſimplex eſt,habitus inſumptuoſus & mundus. Quartæ ergo philoſophiæ Iudas princeps extitit,cuius fecimus mentionem. Huius ſequaces in ueſtitu,in habitu,cæterisq; aliis,Phariſæis conſentiunt:circa libertatem uero immobilem retinent atq; immutabilem ſententiam. Nã huius rei cupido magna eorum mentibus eſt infixa. Solum enim principem & dominũ dicunt deũ omniũ,mortis etenim multas & uarias ſpecies ſuſtinere pro nihilo pendũt: uel cognatorum ſupplicia,uel amicorum amiſſiones omnino contemnunt,dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur. Nonnulli nanq; uiderũt, qualiter ſæpius aliqui eorum in ſupplicijs immutabiles permãſerunt. Vnde plurimi quoque illius gentis hoc ſtulticiæ morbo inſanabiliter ægrotarunt, Geſſioſloo principatum huius uanitatis obtinente. Nam ex hac quoq; ſuperbia ad ſeditiones excitandas Romanis,recedendiq; ab eis,& ipſe præcipitatus eſt,& alios præcipites dedit. Et philoſophiæ quidem genera,hæc atq; huiuſmodi ſunt apud Iudæos.

Quarta ſecta à Iuda introducta.

De ciuitatibus ædificatis tempore Cyrenij,& pollutione templi. Caput III.

INterea Cyrenius opibus reſtitutis Archelai,deſcriptioneq; perfecta,quæ facta eſt triceſimoſeptimo anno,poſtquam Antonius Acciaco bello fuerat à Cæſare ſuperatus: Iozarum quoq; pontificem,ſeditionem à multitudine paſſus, ſacerdotali depoſuit officio, Ananum in põtificatu ſubſtituẽs. Herodes autem & Philippus tetrarchiam ſuam eorum unuſquiſque ſuſcipiens,Herodes Sephorim muro circũdedit,ad inſtar & ſimilitudinem Galilææ, quam Anthocra toridan appellat. Aliam autem Betharanta. Ciuitas autem ipſa eſt,quam muro circunſepiens,Iuliam ex nomine Iuliæ uxoris Cæſaris nominat. Philippus autem Panneadem,quæ eſt circa fontem Iordanis fluminis conſtruens,Cæſaream nuncupauit. Tum etiam Bethſaidam proximam ſtagno Geneſaræ ædificat, & dignitatem ei ciuitatis attribuit,habitatorumq; multitudine replet,aliarumque neceſſariarum copia rerum refertam facit,& Iuliam homonymam Cæſaris filiæ uocat. Copinio autem Iudæam illo tempore gubernãte,quem ſupra docuimus cum Cyrenio deſtinatum,huiuſmodi factum in Iudæa prouenit: Azymorum dies agebantur,quam feſtiuitatem Paſcha uocamus:in qua mos erat,ex media nocte portas templi à ſacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis,uiri quidem Samaritæ occultæ in Hieroſolymam uenientes,per templi cunctas porticus,& per totum fanum oſſa iaciunt mortuorum. Et ex illo cœpit in templo cuſtodia maior à ſacerdotibus exerceri.

Iozarus põtificatu deponitur. *Sephoris.* *Betharãta.* *Panneas.* *Bethſaida* *Iulia.*

De morte Cæſaris & Parthorũ imperatoris,de Artabano Pilatoq;. Cap. IIII.

COpinius autem non poſt multũ temporis Romam reuertitur, cui ſucceſſor regendæ prouinciæ Marcus efficitur, ſub quo etiam Salome Herodis regis ſoror uita defungitur, Iuliæ Cæſaris uxori derelinquens Iamniam, & omnem ſuam toparchiam: & in campo Phaſelidem & Archelaidem conſtitutam, quæ etiam plurimis conſitæ fuere palmetis, quorum fructus optimus & ualde

ualde præcipuus. Sed huic quoq; ſuccedit Annius Rufus, ſub quo etiam Cæſar moritur Romanorũ ſecundus imperator, ſeptẽ & quinquaginta annos in imperio aduiuẽs, menſes ſex, dies aliquantulũ ſuper duos, ex quibus quatuordecim annis, ſimul cum eo Antonius reipublicæ gubernacula rexerat. Viuens itaque annos ſeptuagintaſeptem, uita deceſſit. Huic ſuccedit in principatu Tyberius Nero uxoris eius Liuiæ filius, qui fuit Romanis tertius imperator: ſub quo quintus Iudæorum rector Valerius Gratus efficitur, Annij Rufi ſucceſſor. Is Ananum remouens ſacerdotio, Iſmaëlum filium Iabi pontificem deſignauit. Sed & hunc non multo poſt abijciens, Eleazarum Annæ pontificis filium, ſacerdotio ſurrogauit. Poſt annum uero etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidã Camithi filio, miniſterium pontificatus attribuit. Sed non amplius & ipſe quàm unius anni ſpatio eodem perfunctus officio, Ioſephum cui Caiaphas nomen fuit, habuit ordine ſucceſſorem. Et Gratus quidem talia gerens, Romam reuertitur, poſtquàm xi. annos in Iudæa compleuerat. Huic ſucceſſor Pontius Pilatus effectus eſt. Herodes autem tetrarcha ad magnam amicitiam Tiberij perueniens, ædificat ciuitatem, quam ex eius cognomento Tiberiadem denominat, mœnibus eam firmis fortibuſq; circundans, in regione Galilææ iuxta ſtagnum Geneſar, unde aquæ calidæ non longe diſtabant in uico, cuius nomen erat Amathus. In hanc igitur cõfines plurimi cõfluxere, atque etiam ex tota Galilæa non parua multitudo cõcurrit. Ex omni quoq; regione, quæ ſub illo fuerat cõſtituta, ab eo coacti conueniunt, ut ibidem cõmanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitãdi gratia tranſferuntur. Suſcepit etiam quotquot hinc inde ueniebant inopes & egenos, pleroſq; etiam quos liberos non eſſe conſtaret, quibus tamen ſecuritatẽ libertatis attribuit, & beneficia plura contulit, ut hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate diſcedere. Priuatas etiã domos ex propriis opibus fabricabat, terras largiebatur, ut his oĩbus ſtabiles habitatores efficeret: maxime aũt ex paterna lege tranſcribens, in qua ſignificatur, ut habitatio ſeptem dierum ciuem loci perficiat. In illis diebus moritur etiam Phraates Parthorũ imperator inſidijs illi à Phraate filio præparatis, ſecundũ hunc modum: Phraates imperator poſtquàm legitimos filios habuit, aſciuit ſibi Italici generis concubinã, cui nomen erat Thermuſa. A Cæſare Iulio cum alijs muneribus hæc ei fuerat condonata, & primum quidem ea, ſicut dixi, pro concubina utebatur, captus mira pulchritudine mulieris. Procedente uero tempore, filioq; ex ea Phraate ſuſcepto, coniugem eã legitimã deſignauit, quam honorabiliter tractabat in omnibus, quicquid etiam ei diceret obediebat. Itaq; feſtinans, ut Parthorum principatus filio ſuo cõtingeret, quod uidebat aliter fieri nõ poſſe, niſi exinde legitimos filios aliquibus argumentis exduceret: perſuadet imperatori, ut illos Romam obſides deſtinaret. Proinde illi (non enim facile fuit Phraati, diſpoſitionibus Thermuſæ reſiſtere) Romam à patre mittũtur, & ſolus in regno Phraates filius enutritur. Sed poſtq; adoleuit, graue reputans ac moleſtum, ut principatum patre tribuẽte ſuſciperet, inſidias præparat patri, cooperante ſibi etiam matre. Nam ſermo quoq; ferebatur, quod ei concubitu miſceretur. Itaque pro utroque facinore genti factus eſt exoſus, tam parricidio quàm amore matris infando, & ſeditionibus excitatis, anteq; amplior

fieret

Auguſti obitus.

Tyberius ſucceſſor Auguſti.

Pontius Pilatus.

Tiberias cõditur ab Herode.

fieret,ex regni poteſtate depulſus emoritur. Concordantes itaq; in unum Partho rum fortiſſimi,cementesq; ſine principe ſe non ualere conſiſtere,cœperũt inſpicere quiſnam illis ex genere Arſacidarum fieret imperator:nam aliunde fieri non lice bat:unde quoq; uſq; in hodiernũ diem pollutum dicunt,& iniuriatum ex ſemine mulieris Italicæ illud imperium. Herodem itaq; per legatos aſciſcunt. Sed poſtq; iſte quoq; ſuſcepit imperiũ,cœpit inuidioſus eſſe multitudini,atq; ſuſpectus, pro pter immenſam crudelitatẽ:erat quippe ita ferus,& omnibus modis immitis. Hũc ergo congregati ſimul extinguunt. Plericq; autem dicebant,quod eum in ſacrificijs inter altaria peremerunt:nam eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros por tare. Apud plurimos tamẽ opinio illa eſt,quod dũ uenatum pergit,occiſus eſt. Le gationem itaq; Romam mittunt, unum ex obſidibus ad imperium poſtulantes: & mittitur illis Bonones,cæteris ſuis fratribus antelatus:quod iudicabatur fortu nam ſuam,poteſtatemq; non inſolenter aut nimie tractaturus. Sed barbaræ mul titudini celerrima conuerſio ſuboritur. Siquidem ſunt etiã natura mutabiles. Man ſuetudinem itaq; eius cœperunt contemnere:indignum putantes,ut ſeruo ſubijce rentur alieno. Nam obſidarum ſeruitutem eſſe definiebãt:neq; enim iure belli da tum:ſed quod peius putabant,in pace ad iniuriam ſuæ gentis & regni alienigenis eſſe contraditum. His ergo querelis gens uniuerſa cõmota,illum proturbat impe rio,confeſtimq; Artabanum euocant Medorum regem, ab Arſacidarum genere deſcendentem. Perſuaſus itaq; Artabanus,uenit cum omni militia. Cui Bonones occurrit: & multitudine congregata Parthorum,cum eo bello congreditur. Arta banus autem uictus,confugit ad mõtes Mediæ:& non poſt multum tempus con gregans etiam ipſe magnas turmas exercitus,cum Bonone confligit:& uictus Bo nones,cum pauco ad Seleuciam fugit equitatu. Artabanus autem fuſum Partho rum exercitum inſequens,magnam ſtragem operatus eſt. Tunc Barbaris grandi metu compreſſis,ad Cteſiphontem cum magna multitudine pergit. Illo itaq; Par this imperante,Bonones in Armeniam uenit:& primo quidem in illa regione cœ pit imperare,deinde uero ad Romanos legationem mittit. Sed ubi Tiberius peti tionem eius abnuit,ille rectà ad Parthos conuertitur, & bellum Artabano denun ciat,quãdoquidem nulla illi recuperandi regni machinatio ſuccurrebat. Cæterum Armenij,qui circa Niſatem habitabãt,Artabano fuere ſociati:à quibus detentus Bonones,Syllano Syriæ rectori contraditur. Ille autem ex uerecundia (quoniam eum Romæ nouerat) cuſtodiuit,honorificeq; tractauit. Armeniam autem Arta banus Herodi uni ſuorum filiorum tradidit. Ea tempeſtate moritur etiam Coma genæ rex Antiochus,& plæbs aduerſus nobilitatem ſcinditur,& mittit utraq; pars legationem Romam:nobilitas quidem ſtatum reipublicæ habitumq; mutare de ſiderans,ut præſidiali diſpenſatione regeretur:multitudo uero regnũ habere pro prio more cupiebat. Senatus autem utraque legatione ſuſcepta,ex decreto Germa nicum mittit,cuncta Syriæ negocia correcturum,agente fortuna,quo facilius inte riret. Nam ueniens in partes Orientis,& in melius cuncta diſponens,à Piſone ue neno perimitur,ſicut iam in alijs indicatum eſt.

Bonones à Parthis pulſus.

Artabanus.

Bonones capitur.

Antiochus rex Comagenæ moritur.

Germanicus uenено moritur.

De bina Iudæorum cæde à Pilato cõmiſſa. Cap. V.

PIlatus autem Iudææ rector,exercitum de Cæſarea ſecum aſſumens,tendit ad

Hierosolymam,ut leges solueret Iudæorum.Nam secum statuas Cæsaris,quæ in signis militaribus inerant,intromittit.Imagines autẽ,aut aliquid huiusmodi facere,lex nostra prohibet:& propter hoc ante illũ omnes Iudææ rectores,sine signis ingrediebantur mœnia ciuitatis.Primus autẽ Pilatus ignorantibus populis introgressus,signa quæ secum apportabat,in ciuitate constituit.Illi uero mox ut rem cognouere,congregati ueniunt Cæsaream,diebus plurimis supplicãtes,ut imagines de Hierosolymis auferrentur.Pilato uero abnuente,quod iniuriam Cæsari facere si fieret æstimabat,Iudæi nullo modo discedunt. Tunc ille occulte in insidijs armatos milites collocat.Cumq; pro tribunali sedisset,quod ei fuerat ornatũ in stadio (nam eum locum insidijs,quas præparauerat,aptum esse perspexerat) Iudæiq; iterum supplicarent,signo dato milites processere,Iudæisq; undiq; circũdatis,cœpit Pilatus mortem cõminari,nisi quieuissent. At illi mortẽ se potius electuros,quam constitutiones legis suæ transgressum ire firmabant. Tunc Pilatus admirans fortitudinem Iudæorum in conseruandis legibus suis,confestim imagines de Hierosolymis auferri præcepit,Cæsareamq; perduci. Voluit etiã ex opibus templi aquæ ductum pergentem in Hierosolymã fabricare,suscipiens initium torrentis,qui stadiorum duũm milium interuallo distabat.Sed Iudæi non libenter accipiunt:& circa eos qui operabãtur multa milia hominũ congregata,damabant ut ab illo opere cessaretur.Plericq; etiam maledictionibus utebantur,contumelias quoq; iactantes,sicut uulgaris solet multitudo.Ille uero milites à dorso Iudæos circũuenire præcipiens,iubebat ut cederent.Illis autẽ ad contumelias iniuriasq; conuersis,dato signo militibus, iussit ut Iudæos inuaderent. Milites porrò ampliora quàm iussi erant perpetrantes,multitudinem magna cæde prosternunt. Plures igitur ibi deficiunt,plericq; autem sauciati discedunt. Itaq; hoc modo seditio illa terminatur.

Iudei cedũtur à Pilato.

De domino Iesu Christo. Cap. VI.

FVit autem eisdem temporibus Iesus,sapiens uir, si tamen uirum eum nominare fas est.Erat enim mirabilium operũ effector:& doctor hominũ eorum, qui libenter quæ uera sunt audiunt. Et multos quidem Iudæorum,multos etiã ex gentibus sibi adiunxit.Christus hic erat.Hunc accusatione primorum nostræ gentis uirorum,cum Pilatus in crucem agendum esse decreuisset, non deseruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum uiuus: secundum quod diuinitus inspirati prophetæ,uel hæc uel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum,Christianorum,qui ab ipso nuncupati sunt,& nomen perseuerat & genus.

De stupro nobilis Paulinæ in templo Isidis Romæ:deq; Iudæorum turbatione Romæ & in Iudæa per Pilatum. Cap. VII.

EIsdem temporibus alia Iudæos sæuiora perturbãt.Nam etiam in templo Isidis,quod Romæ fuerat constitutum,factum quoddam turpitudine plenum opprobrioq; contigit,quod primũ explanabo:tum demum ad illa quæ apud Iudæos euenere transibo. Paulina quædam mulier erat Romæ,maiorum dignitate prædara,studio castitatis intenta, honestatis opinione perspicua. Erat etiã opum magnitudine locuples, & uultus pulchritudine decora:ætate autem quando maxime mulieres pudicitia decorantur. Hæc nupta erat Saturnino, etiam ipso genere,

De Paulina doloſe oppreſſa.

opibus,

opibus,cæteroq; cultu consimili. Huius itaq; amore detinetur iuuenis quidam,nomine Mundus,ex numero equestri,sed in gradu iam emerito constitutus,& dignitate magna sublimis,idoneus etiam ad munera largienda,sumptusq; faciendos. Nam memoratæ quoq; mulieri maiora dona promiserat, quæ illa contemnente maximo fuerat amore succensus,ut etiam uiginti miriadas dragmarum Atticarũ se daturum pro uno concubitu spopondisset:sed neq; sic illa deflexa est. Tum ille nimiam infelicitatem morbi sustinens:siquidem neq; cibum ualebat accipere,morti se addixerat:hoc unũ sibi iudicans tanti mali fore remedium. Et ille quidem tale decretum animo infigens,per dies singulos hoc agebat,ut celeri morte raperetur. Erat autẽ eidem Mundo liberta quædam ex parentibus,nomine Ida,omniũ malorum & iniquitatum coagulum. Quæ grauiter ferens,quod ille iuuenis se damnaret in mortem (nam darebat omnino periturus) accedẽs erexit eum:& cœpit cum eo talia fabulari,quæ animũ eius bonæ spei facerent. Promittebat se nanq; acturam apud Paulinã,ut quinq; miriadas accipiens,concederet iuueni quod uolebat. His itaq; dictis iuuenem de morte reuocans,sumpsit ab eo pecuniæ quantum pactuerat:sed non eadem uia Paulinam aggreditur, qua fuerat ante tentata:cernens animũ mulieris nullo modo capi pecunijs. Sciens uero quod admodum esset illa cultura Isidis occupata,tale aliquid machinatur: Accedit ad quosdã ex templo Isidis sacerdotes,quibus interpositione iurisiurãdi fidem seruare persuasit, dans etiã in præsenti duas miriadas & dimidiam:promittens etiã aliud tantũ,si quod uellet habuisset effectum. Tunc causam aperit,amorem iuuenis indicat:orat ut & mulierem quibus possent modis inducerẽt. Illi autẽ pecuniarum cupidine capti,promittunt quicquid imperaret protinus impleturos:præsertim autẽ ipse maximus sacerdotum,ut Paulinam conueniret,ac suis uerbis impelleret,pollicetur. Finxit itaq; se ex Aegypto uenisse,ab Anubi destinatum,quod is grandi circa Paulinam amore teneretur:eumq; deum sibi iussisse,ut Romã ueniret,mulieriq; præcepta numinis apportaret. Libenter illa & exoptabiliter susçipit, atq; ad amicas gloriãdo denunciat,quod ab Anubi tali merito digna iudicetur. Hoc etiã indicat & marito,quod ab ea thorum & cœnam Anubis concupiscat. Ille autẽ grate concessit,pudicitiã coniugis non ignorans. Illa igitur pergit ad templum:& cum cœnasset, tempusq; quiescendi uenisset,uniuersæ ianuæ à sacerdote daudũtur,cuncta quoq; lumina subtrahuntur:Mundus autẽ intrò latebat occultus. Qui postq; silentium factum est, ad mulierem deuenit. Illa autẽ existimans deum esse,reuerenter accipit:atq; ita cũ ea Mundus pernoctans,circa uiciniam lucis abscessit. Illa autẽ mane facto consurgens,atq; ad suũ uirum ueniẽs,aduentum ad se numinis enarrauit. Similiter etiã loquitur ad amicas,magnam sibi ex hoc glorificationẽ reputãs prouenisse:& quia uerba quoq; ad illam fecisset Anubis,indicabat. Sed ex audientibus alij non credebant,naturam inspicientes rei,alij autẽ credebant:quidam uero admiraculum ducebant,pudicitiã attendẽtes,dignitatem referentes. Tertia uero die postq; factum est,occurrens ei Mundus:ô Paulina,inquit,saluasti mihi uiginti miriadas,quas potuisses familiaribus tuis rebus adijcere:nunc aũt nec meis postulationibus defuisti, & damnificatione liberasti. Nam in templo tota nox à te cũ Mundo peracta est: nec mei nominis interest uoluptate præcepta. Nihil enim ad perficiendũ negociũ

De liberta Mundi, nomine Ida.

Paulina in templo stuprata.

obfuit,quod Anubis uocitatus ſum. Et ille quidē talia locutus abſceſſit: Illa uero in mentem ſuam rediens,tunc primū illud facinus intellexit:& ſciſſis protinus ueſtimentis,ad uirum accurrit,factionemq; aperuit tam magni facinoris,deprecata ne ſuam iniuriam negligeret. At ille imperatori cuncta denunciat. Tunc Tiberius diligenter cauſam examinans,uniuerſum ſacerdotum ſcelus inuenit:& ipſos quidē cū Ida,quæ cauſa totius iniquitatis extiterat,adegit in cruces:templum autē ipſum funditus euertit,ſtatuamq; Iſidis in Tybrim fluuiū iactari præcepit: Mundū autem exilio condemnauit,dignumq; eum maiore pœna nō iudicans,quod amoris uehementia deliquiſſet. Et ea quidem quæ in templo Iſidis prouenere,tali fine concluſa ſunt. Nunc ad rem redeo,ut explicem quæ Iudæis Rómæ eodē tempore contigerunt,ſicut etiam ante præſtrinxi. Erat quidam uir genere Iudæus,de ſua patria profugus:accuſabatur autē de legalium tranſgreſſione præceptorum, unde apud ſuos quoq; reus habebatur,& malignus in omnibus. Iſte per multos dies legem ſe Moſi exponere ſimulabat:& tres uiros in omnibus ſimiles ſibi conſocians,ſeduxit Fuluiam quandam, unam de cœtu nobilium,ut legi Iudaicæ animum ſuum dederet. Cui perſuadent,ut oſtri & auri plurimū in Hieroſolymā mitteret, templi ornatui profuturū. Quod illi ſumētes,proprijs uſibus abſumpſere, propter quod etiam argumentis & fallacijs antea cuncta peregerāt. Tunc Tiberius (nam ei totū negociū Saturninus inſinuat,uir Fuluiæ pariter amicus & tutor) iubet Roma cunctos Iudæos excedere. Conſules autē quatuor milia ex Iudæis militantes mittunt in Sardorū inſulam:plurimos autē militare nolentes,propter legis paternæ cuſtodiam,affecere tormentis:atq; hoc modo propter nequitiam quatuor hominū,uniuerſa ex urbe multitudo pellit̄. Sed neq; Samaræorū gēs turbis fuit expers,uel tumultibus aliena. Hos em̄ peruertit uir quidā,mentiri pro nihilo ducēs, Caphedon nomine,qui omnē plæbem ſuaſionibus artificioſis induxerat,ut in montem Garizim omnes accurrerent,quod eum ſanctum ac uenerabilem haberēt. Pollicebatur enim ſe aſcendētibus oſtenſurū uniuerſa uaſa,quæ ibidem à Moſe fuiſſent obruta. At illi perſuaſi uerbis illius armantur,& conſidunt in quodā uico,cuius nomen Tirathua:atq; hincinde plurimos cōgregabant,ut cū maxima multitudine montem aſcenderent. Sed hos in ipſo aſcenſu Pilatus occupat,omnē equitatum præcedere iubens,& ductu uelociſſimos:atq; ibi circa memoratum uicum pugna cōmittitur:& alios obtruncant,pleroſq; in fugam uertunt,maximā partem capiūt:quorum ſeditionis principes,uel eos qui in fugiendo plurimū ualuerāt, Pilatus interfecit. Sed ex Samaræorū gente turbata,cuncti priores ad Vitellium ueniūt, qui per id tempus gerebat Syriæ principatum,atq; apud eum Pilatū accuſant,quod iniuſte tantos occiderit. Non enim à Romanis diſcedendo,ſed iniuriā Pilati declinando,in Tirathua congregatos eſſe profitebantur. Tunc Vitellius Marcellum, unū ex ſuis amicis,qui curaret in Iudæa,cōſtituit:Pilatum autē Romam pergere, ut de his quibus à Iudæis accuſabatur,ſe in iudicio Cæſaris expurgaret. Tunc Pilatus, poſtq; in Iudæa decimū compleuit annum,pergit Romam, Vitellij iuſſione compulſus:non enim poſſet eius diſpoſitionibus reluctari. Sed anteq; Pilatus Romā ueniret, Tiberius ex humanis rebus abſceſſit.

Deſtruitur templum Iſidis.

De Fuluia.

Iudei Roma excedere cogūtur.

Fortè, Thyatira legendum.

Vitellij

Vitellij gesta circa Caipham pontificem, & de bello Parthorum. Cap. VIII.

VItellius autem ueniens in Iudæam, ascendit Hierosolymã: & erat fortè tunc festiuitas à maioribus instituta, quæ Pascha uocatur. Vitellius itaq; magnificus ac munificus extitit in populos: nam & uenalium rerum precia leuigauit, & in alijs plurimis circa eos liberalis apparuit: sed etiam stolam pontificis, uniuersumq; eius cultum atq; ornatum, in templo haberi permisit, & sub pontificum potestate seruari, secundum institutionem moris antiqui. Nam antequã Vitellius uenisset, in Antonia seruabatur. Arx enim huiusmodi nomine censebatur. Vt autem ibidem seruaretur, talis extiterat causa. Pontificum quidã Hyrcanus nomine, unus ex multis (nam plures hoc uocabulo fuerant nũcupati) prius in loco templi uicino tabernaculum construxerat, & ibi ex maxima parte degebat, ubi etiam stolam pontificalem habuit. Nam custos eius existebat, propter quod eam soli licebat induere, quando intrabat templum. Cæterum quando in ciuitatem exibat, priuatis indumentis utebatur. Hanc itaq; consuetudinem & ipse & filij eius multo tempore conseruabant. Sed postq; Herodes accessit in regnũ, illud tabernaculum opportuno loco sibi situm existimans, opulentius cõstruit: & Antoniam ex nomine Antonij, quod ei amicus erat, appellat: sed etiam stolam sicut eam ibi reperit, ita etiam præcepit custodiri, existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit Archelaus filius eius, postquàm Herodi successit in regnum. Et deinde Archelao exclusso, à Romanis seruabatur stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato: sub sigillo sanè pontificum, & gazophylacis habebatur, à quo & cætera templi ornamenta & candelabrum quoq; seruabatur, quod tantum per dies festos ad usum pontificum tradebatur. Transacta uero festiuitate, iterum in loco proprio reponenda reddebatur: & per tres utiq; festiuitates singulis quibusq; annis, & per ieiunia dabatur atq; reddebatur. Vitellius autẽ tunc secundum morem antiquum stolam illam pontificum potestati contribuit: neq; permisit, ut quando usui opus esset, à gazophylace peteretur. Hoc itaq; beneficium Iudæis indulgens, pontificem Iosephum cognomento Caiapham, sacerdotali remouit officio, cui Ionathan filium Annæ in pontificale ministeriũ subrogauit. Quæ cum egisset, iter confestim, quod in Antiochiam ducit, ingreditur. Mittit etiam Tiberius ad Vitellium literas, iubens ei, ut amicitiam cum Artabano Parthorum imperatore conficeret. Terrebat enim eum, quod inimicus extaret, & Armeniã inuasisset, ne fortè amplius eius concepta progrederetur audacia: monetq; ut non aliter eius amicitiæ crederetur, nisi suos filios obsides præbuisset. Hæc itaq; ad Vitellium scribente Tiberio, ille magnis muneribus persuadet Iberorum & Albanorum regi, ut cum Artabano sine ulla dilatione pugnarẽt. At illi à pugna quidem abstinent, uerum Scythas, concesso eius transitu, aperientes Caspias pylas, in Artabani regiones immittunt, atq; ita deuastatur Armenia, omnisq; terra Parthorum hostibus impletur & cladibus. Nam primi eorum passim ubiq; perimuntur, turbis & luctu cuncta complentur. Filius etiam ipsius imperatoris in ea pugna perimitur, cum exercitu numeroso. Nam multæ miriades ibi defecere Parthorum: ipsumq; Artabanum, per munera Vitellius corruptis amicis eius & consanguineis, pene perdiderat. Sed cum dolos intelligeret Artabanus, secq; circumuen-

De stola pontificali à Vitellio reddita.

tum irremediabiliter agnouiſſet (nam erāt & plures & primi, à quibus inſidiæ parabātur) cum paucis fidelibus ad ſuperiores ſatrapias abſceſſit, atq; ita ſe inſidiantium dolis eripuit. Poſtea uero magnā manum Dacorum ſuorumq; cōgregans, & ſuperans, ſuum tutatus eſt principatum. Hæc igitur Tiberius audiens, iuſſit poſtea cum Artabano amicitiam fieri: quod etiam ille libenter amplectitur. Hoc autem quando gerebatur, circa Euphraten fluuiū erant Artabanus & Vitellius, atq; ibidem paucis de fœdere colloquuntur, in medio ſibi ponte fluminis occurrentes, paucos ſecum uterq;, qui ſibi munimento forent, adducens. Ibi poſtquàm de pace locuti ſunt, Herodes eis tetrarcha conuiuiū in loco medio præparat, tabernaculum ex uelamentis precioſis exornans. Tunc Artabanus dat obſidem Tiberio Darium filium ſuum, cum quo etiam munera magna multaq; tranſmittit. In quibus etiam hominem magnitudine ſeptem cubitorum, genere Iudæum, nomine Lazarum, miſit: qui propter corporis uaſtitatem Gigas uocabatur. His itaq; peractis, Vitellius ad Antiochiam, Artabanus autem in Babyloniam reuertitur. Herodes autem uolens ſemetipſum Cæſari tali nuncio commendare, literas per huiuſmodi deſtinat portitores, in quibus intimat pacem factam, obſidemq; ſuſceptū: poſtremo cuncta denunciat, quæ ad negocium pertinebant, nihil penitus prætermittens. Poſtea uero cum à Vitellio de his rebus deſtinarētur epiſtolæ, reſcribitur à Cæſare, quod cuncta iam ante cognouerit, Herode de omnibus edocente. Ex hoc Vitellius ſupra quàm quiſquam ratus erat, indignatione turbatur: nō tamen ſuum animum aperit, ſed iram mente ſeruabat, donec reuerteretur, Caio ſumente regimen principatus.

Herodes conuiuium Artabano & Vitellio præparat.

De bello inter Herodem & Aretam propter Herodiadem. Cap. IX.

TVnc etiam Philippus Herodis huius frater uita defungitur, uiceſimo quidem ſecundo anno imperante Tiberio: ipſe autem per uigintiduos annos rectus aduixit, ſub ſuo iure poſſidens Trachonitidis & Gaulanitidis regionem. Ad hæc etiam Bathaneorū uniuerſam gentem ſuo regimine gubernabat. Is moderatum & manſuetum ſe cunctis quibus imperabat exhibuit, nullas oppreſſiones aliquibus importans: nam eius ad ſubiectos conuerſatio talis erat. Procedebat in itinere cum paucis electis, ſibiq; gratiſſimis: in cauſis iuſta iudicia proferebat: occurſantibus uel opis egentibus auxiliabatur impiger: ac ſi fortè oppreſſionem ſenſerat alicuius, ſtatim in ſolio conſidens cauſam audiebat: iuſtæ parti adiutor, iniuſtæ autē punitor exiſtens. Hic ergo moritur in Iuliada: unde magnis exequijs in monumentum defertur, quod ab ipſo ante fuerat conſtitutum. Iuſtaq; ſunt illi magnifice celebrata. Principatum autem eius Tiberius Cæſar aſſumens, ſiquidem nullum reliquerat filium, diſpenſationi Syriæ regiminiq; coniunxit: functiones autem tributarias quæcunq; colligerentur, in eadem præcepit tetrarchia ſeruari. His quoq; temporibus inter Aretam Petræum, & Herodem regem ſimultas magna contigit, propter huiuſmodi cauſam: Herodes Tetrarches uxorē habuit, Aretæ filiam, cum qua non paruum tempus aduixerat. Sed cum Romam euocaretur, tranſiens in domo Herodis exceptus eſt. Frater eius erat etiam ipſe, ſed non ex una matre progenitus. Herodes enim ex filia Simonis ſacerdotis fuerat procreatus. Cumq; ibi eſſet, Herodiadis amore captus eſt, uxoris alterius Herodis: filia enim erat

iſta

iſta Ariſtobuli,ſoror autem Agrippæ maioris. Audet igitur cum muliere de nuptijs ineundis miſcere ſermonem. Illa uero ſuſcipiẽte, pacta firmantur:ut cum Roma reuerſus fuiſſet, illa connubij iura ſuſciperet. Erat enim in pactis,ut filiam Aretæ regis excluderet. Et Herodes quidem Romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuerſus fuiſſet,peragens Romæ propter quæ fuerat euocatus, uxor eius fideliter cuncta cognoſcens,quæ inter eum fuerant Herodiademq; compoſita:anteq; eam ille cuncta cognouiſſe ſentiret,rogat uirum ut in Machærunta,ubi limes erat Aretæ Herodisq; regionis,ab eo mitteret, nihil ſuæ uolũtatis aperiens. Hoc Herodes libẽter accipiens, mittit uxorẽ,nihil eam ſenſiſſe penitus arbitratus. Illa uero (præmiſerat enim ante multum tempus ad patrem, ut ei apud Machærunta omnia pararentur,quæ itineris uſus expoſceret) à ductoribus Aretæ ſuſcipitur:confeſtimq; intrat Arabiam,atq; ibi ab illis ductoribus ad alios,ab illisq; rurſus ad alteros tranſmiſſa,cum ſumma celeritate patri perducitur,cui cunctam Herodis aperit uoluntatem. Ille uero exhinc inimicitiarum ſumpſit initium,atque ab utroq; exercitu congregato, in regione Gamalica bello confligitur:non quidem ipſis præſentibus,ſed ductoribus ab utraq; parte tranſmiſſis. Pugna itaq; facta, & exercitu Herodis afflicto, proditione profugarũ,qui de Philippi tetrarchia ad Herodẽ quaſi auxiliandi cauſa cõuenerant, hæc Herodes ſcribit ad Tiberium. Ille autẽ indignatus, quod Aretas talia perpetrauerit,ſcribit Vitellio, ut ei bellum inuinctanter inferret,& aut uiuum eum uinctum adduceret, aut certe mortui caput auferret. Tiberius quidem ut hæc ageret,rectori Syriæ demandabat.

Herodes capitur amore Herodiadis.

De Ioanne Baptiſta. Cap. X.

QVibuſdam autem Iudæorum uidebatur ideo periſſe Herodis exercitum, quod in eum ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit, pro uindicta Ioannis,qui uocabatur Baptiſta. Hunc enim Herodes occidit,uirum ualde bonum:qui præcipiebat Iudæis,uirtuti operam dare,iuſtitiam colere,in deum ſeruare pietatẽ, & per baptiſmum in unum coire. Tum demũ enim baptiſmum acceptabile fore, ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur, uerũetiam ad caſtimoniam corporis, atq; ad animæ iuſtitiam, purificationemq; ſeruetur:omniumq; pariter uirtutum uelut ſignaculum & cuſtodia quædam fidelis habeatur. Quæ cum ab eo præcepta huiuſmodi docerentur,atq; ad audiendum eum perplurima multitudo concurreret,ueritus Herodes,ne fortè doctrinæ eius perſuaſione populi à ſuo regno diſcederent (uidebat enim quod præceptis eius ac monitis parata eſſet plebs in omnibus obedire) melius credidit priuſq; noui aliquid fieret,præuenire hominem nece, quàm poſtmodũ turbatis rebus,ſeram pœnitudinẽ gerere. Ex ſola hac ſuſpicione Herodis,uinctus in caſtellum Machærunta abducitur Ioãnes,ibiq; obtruncatur. Iudæis autem,ſicut iam diximus,uidebatur pro eius ultione interitum illius exercitui deum importaſſe,quo Herodes ſumpſiſſet digna ſupplicia.

De morte Tiberij,& Herodis progenie uniuerſa. Cap. XI.

VItellius uero cœpit omnia præparare,ut bellum cũ Areta perageret. Sumẽs igitur duas legiones,& peditum & equitũ uniuerſam manũ,cunctosq; auxiliarios ex regibus qui ſub Romanis erant,ſimul adducens, pergebat per Iudæam

tranſitum facere. Sed uenientes in occurſum eius primates Iudæorum, poſtulabãt ne per eorum regionem iter ageret, ne compellerentur contra legem ſuam imagines & ſigna ſuſcipere. Quibus auditis ille perſuaſus, mutata ſentẽtia, quam ante conſulto prouiderat, per campum magnũ ire præcepit exercitum: ipſe autem cum Herode tetrarcha & amicis aſcendit in Hieroſolymam, deo hoſtias immolaturus. Nam dies feſtus Iudæorũ propinquus inſtabat. Ad quam feſtiuitatem occurrẽs, fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine Iudæorum exceptus eſt: ibiq; per gens dies feſtos, Ionathan pontificali remouit officio, quod Theophilo eius fratri cõtradidit. Quarto autẽ die allatæ ſunt illi literæ, in quibus ſignificabatur mors Tiberij: & ut omnẽ multitudinem cõgregans, ad deuotionem Caij iurare compelleret, milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat, quod bellũ iam gerere non ualeret, neſciens Caij propoſitum, in quẽ poteſtas rerum tranſlata conſtaret. Dicebatur etiam, quod hoc Aretas ex augurio antea cognouiſſet. Nam cũ ad eum Vitellius nunciũ belli miſiſſet, fertur Vitellij militibus reſpondiſſe, impoſſibile prorſus, ut ad Petræos Romanus exercitus aduenire: antea enim unum ex principibus moriturum, uel eum qui bellum imperauiſſet, uel illum qui imperantis propoſito miniſtraret, uel illum aduerſus quẽ prælium pararetur. Vitellius interea in Antiochiam repedauit. Agrippa uero Ariſtobuli filius, anno anteq; Tiberius moreretur, Romã uenit: uolens apud imperatorem agere, ut ſibi aliquam tribueret poteſtatẽ. Volo igitur plenius explicare de uniuerſo Herodis genere, qualiter fuerit propagatum: ſimul enim & ſermo ad hanc hiſtoriam pertinens, amplius eniteſcet: & nihil prodeſſe, uel exercitus, aut uim corporis, uel alia quæ uidentur mortalibus appetenda, ſine pietate qua colitur deus. Siquidem intra centum annorum ſpacium, præter paucos (nam admodum plures erãt) cuncta Herodis origo conſumpta eſt. Super hæc etiã ad humilitatem & modeſtiam humanũ genus adducitur, cum illius familiæ calamitates audierit. Poſtremo etiã omnis res Agrippæ declarabitur, digna maiore miraculo, qualiter ex priuato & abiecto, ad tantam magnitudinẽ poteſtatis aſcenderit, quod nullus gentiũ eũ, de illo homine, aut ſperare poſſet, aut credere. Dixi quidẽ & antea de his, tamen nunc quoq; diligentius explanabo. Herodi maiori fuere ex Mariamne Hyrcani filiæ duæ: ex quibus una, id eſt, Salome, nupta fuerat Phaſelo nepoti ſuo, filio Phaſeli fratris Herodis: hãc enim pater ipſe tradiderat: altera uero, id eſt, Cypris, Antipatro, & ipſa nepoti quidem Herodis, filio autem ſororis eius Salomes. Et Phaſelo quidem ex Salome procreantur filij quinque: Antipater, Herodes, & Alexander: filiæ autem, Alexandra, & Cypris: quam in coniugium acceperat Agrippa, filius Alexandri. Alexandram autẽ honorabilis uir Cyprianus ex nobilibus habebat uxorem: ſed nullos ſuſcipiens filios Cypris, emoritur. Verum ex Agrippa quidem pueri procreantur duo, filiæ autem tres: Beronice, Mariamne, Druſilla: Agrippa autem & Druſus pueri uocabantur: quorum Druſus, antequam ad aduleſcentiam ueniret, emoritur: Agrippa autem à patre enutriebatur. Herodes autem & Ariſtobulus, & Beronice, etiam hi quoque filij fuerunt filij Herodis maioris: Beronice autem Cuſtobari, fuit Salomes filia, ſororis Herodis. Hos Ariſtobulus infantulos dereliquerat, occiſus à patre cum Alexandro fratre, ſicut ante iam diximus. Sed hi poſtq;

Aliâs, tres.

Mors Tiberij

De uniuerſo Herodis genere.

poſtquàm adoleuerunt,ducunt: Herodes quidem iſte Agrippæ frater, Mariam filiam Olympiadis, regis Herodis filiæ, & Ioſippi, qui erat Herodis regis frater. Habuit autem ex hac filium Ariſtobulum. Tertius autem Agrippæ frater Ariſtobulus ducit Iotopalam, Sigerammi filiam, Emeſorum regis: ex quibus naſcitur puella, cuius audiendi ſenſus fuerat obturatus, nomine Iotapa: Et iſti quidem mafculorum filij fuere. Herodias quoq; erat his ſoror progenita, quæ Herodi Herodis maioris filio fuerat iuncta, quem ex Mariamne ſuſceperat, Simonis pontificis filia. Ex iſtis etiam Salome filia procreatur: qua procreata, Herodias legem paternam tranſgrediens, Herodi cõiungitur fratri uiri ſui, ex uno patre progeniti, uiuũ deſerens uirum. Hic autem cui coniuncta eſt, tetrarchiam habebat Galilææ: Filia uero eius Salome, Philippo filio Herodis nupta eſt, tetrarchæ Trachonitidis regionis. Sed iſto ſine filijs moriente, Ariſtobulus eam in coniugem ſuſcepit, filius Herodis, fratris Agrippæ. Ex quibus filij quoq; naſcũtur tres: Herodes, Agrippa, Ariſtobulus. Et Salomes quidem tali modo proſapia propagatur. Ei autẽ ex Antipatro filia procreatur Cypris, quam Alexas Selcias ſumit uxorem. Alexæ uero huiuſcq; mulieris filia, fuit item Cypris. Herodes autem & Alexander, quos fratres diximus Antipatri, ſine filijs moriuntur. Alexandro autem Herodis regis filio, qui à patre fuerat interemptus, Alexander & Tigranes filij generantur, ex Archelai Cappadocum regis filia: & Tigranes quidem cum regnaret in Armenia, accuſatus in Roma, ſine prole defungitur. Alexandro autẽ, Tigranes homonymus fratris eius gignitur filius: Et iſte Alexander, qui duxit Antiochi Comagenorum regis filiam Iotapam nomine, Leſidi Ciliciæ ciuitatis à Veſpaſiano rex effi citur. Et Alexandri quidem origo confeſtim ut pullulauit, culturam gentis ſuæ dereliquit, ad ritus tranſiens moresq; gentilium: cæteræ uero filiæ Herodis, nullam prolem penitus habuere. Herodis autem quam memoraui proſapia, permanſit uſq; ad tempus quo Agrippa maior regnum accepit.

Agrippæ fortunæ in Iudæa & cum Cæſare. Cap. XII.

HIs itaq; de Herodis genere declaratis, nunc de Agrippa narrabo: uel qualis illi aduerſitas fortunæ prouenerit, uel qualiter omnes calamitates effugerit, atq; ad magnam dignitatem poteſtatemq; cõſcenderit. Ante paucum igitur tempus quàm rex Herodes de uita diſcederet, Agrippa apud Romam erat, ubi maximam familiaritatem cum Druſo Tiberij filio conquiſierat, & cum Antonia Druſi maioris coniuge: propter quod hæc matrem eius in honore magno haberet, & uenerabiliter appellaret. Agrippa uero magnus & natura largus exiſtẽs, & ad donandum ualde munificus, uiuente quidem matre ſuam uoluntatem non ualebat oſtendere, ueritus ne illam in aliquo contriſtaret. Mortua uero matre, & proprij factus arbitrij, cœpit opes ſuas abundanter effundere: & alia quidem quotidiani uictus gratia opulenter erogare: alia muneribus in diuerſos expendere, plurima uero libertis Cæſaris dare, quod ipſe per eos poſſet aliquid adiuuari. Proinde hoc modo ſemetipſum exhibens, breui ad magnam penuriam egeſtatemque peruenit. Acceſſit illi enim aliud, unde Romæ permanere prohiberetur. Contigit enim Tiberij filium mori: quo mortuo, Tiberius prohibuit omnes amicos filij ſui, omnesque familiares ante faciem ſuam accedere: ne illis uiſis, recordatione

Nauigatio Agrippæ.

cordatione filij facta, dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igitur cauſam in Iudæam Agrippa nauigando perrexit, uidens ſe apud Romã miſerabiliter uiuere, propter quod omnes ſuas opes amiſerat: & nullus illi aditus eſſet, unde poſſet aliquos quæſtus habere: nam multas etiam ibi pecunias ſub fœnore acceperat: à quibus cum urgeretur, unde debitum conſolueret non habebat. Defectu igitur conſilij, & confuſione, quod ſe taliter uideret, diſceſſit in quandam turrim, quæ in Malathoës fuerat conſtituta: addicens ſemetipſum, ut hac luce defungeretur. Quæ cum uxor eius Cypris ita eſſe ſentiret, cœpit omnibus modis laborare, ut eum à morte prohiberet. Inuenit ergo conſilium, ut ad ſuam ſororẽ Herodiadem ſcriberet, quã Herodes tetrarcha uxorem acceperat, intimans ei in quibus Agrippa eſſet conſtitutus, uel qualiter ſe uellet morte damnare, oportere illam propter conſanguinitatem auxilium ferre. Illi uero euocantes Agrippam, habitationem illi in Tiberiadẽ conſtruunt, & aliquantum æris per ſingulos dies, quod ad uictum eius ſubminiſtraretur, dare præcipiunt. Sed in hoc Herodes non multo tempore perſeuerat, licet etiam ipſa quæ daret ſufficientia non eſſent. Nam cum aliquo die in Tyro per uinum hoc Herodes exprobraret Agrippæ, Agrippa impatiens exprobrationis abſceſſit, atq; inde perrexit ad Flaccum uirum conſularem, cum quo Romæ amicitiam non paruam induxerat. Is enim tunc gubernationem Syriæ diſpenſabat. Cumq; ſuſceptus eſſet à Flacco, apud eum interim degebat. Retinuit ibi quoque Flaccus Ariſtobulum fratrẽ Agrippæ, ſed ſimultate diuerſum: haud ſanè per hoc in aliquo præpediebantur, quo minus amicitiam conſulis honoremq; mererẽtur. Sed non tamen Ariſtobulus aduerſando ceſſauit, donec eum Flacco quoq; reddi diſſet inuiſum, huiuſmodi cauſam offenſionis inueniens: Damaſceni cum Sidonijs pro militibus certamen exercebant. Cumq; inter eos Flaccus auditurus foret, illi cognoſcentes Agrippam, quod apud eum plurimum poſſet, rogabant ut partis eorum fautor exiſteret, argentum ei plurimum promittentes. Et ille quidem omnia ſtudioſe gerebat, quod Damaſcenis ſuffragaretur auxilium. Ariſtobulus autem (non enim eum latuit pecuniarum quæ fuerat facta promiſſio) cauſam deportat ad Flaccum. Quæ cũ fieret examinatione manifeſtior, à ſua gratia repellit Agrippam. Ille autem extrema penuria circunſeptus ad Ptolemaidem pergit, atq; ibi neceſſitate rei familiaris aſtrictus, conſilium capit in Italiam nauigandi. Sed cũ eum ſumptuum prohiberet inopia, Marſyam libertum ſuũ rogabat, ut ei in tanto molimine adiutor exiſteret, ab aliquibus pecunias mutuando: Et Marſyas primum quendam Beronices matris Agrippæ libertum, ſed iure teſtamenti eius factum ditionis Antoniæ, poſtulat ut ei aliquas pecunias daret, ſcriptura & fide mediante. Ille uero querebatur de Agrippa pro cuiuſdã fraude pecuniæ: & compellit Marſyam, ſe cautionem dare milium Atticarũ, facereq; ut duo milia minus quingentis acciperet. Ille porrò conceſſit, quia nõ erat aliud quod egiſſet. Sumpta itaq; pecunia, Agrippa Anthedonẽ uenit, & reperiens nauim, iter propoſitum perage-

Herennius Agrippæ creditor.

bat. Hoc agnoſcens Herennius Capito, Iamniæ curator, milites mittit, ut ab eo argenti triginta miriadas exigerent, quæ Romæ theſauris Cæſaris debebantur. Quiq; uenientes, Agrippam pecuniam dare compellunt. Ille uero facturũ ſe quod iubebatur aſſimulans, nocte Alexandriam profugit, ubi Alexandrum deprecatur

tur Alabarchum,ut ei uiginti miriades mutuans largiretur. At ille ipsi quidem daturum se non promisit.Cypridi autem similia postulanti nō abnuit,obstupescens studium dilectionis eius erga proprium uirum, & quod eam uidebat honestatis cuncto genere decoratā.Alexander igitur quinq; illis talenta in Alexandria mutuatur,promittēs ut cum in Dicæarchiam ueniret,ibi reliquū daret:timens Agrippam,quod esset in expensis profusior.Et Cypris quidem exinde uirum in Italiam nauigaturum dimittens,ipsa cum filijs in Iudæam reuertitur. Agrippa uero Puteolos appulsus,epistolam ad Tiberiū Cæsarem scribit,qui tunc Capreis agebat, præsentiam suam significans,ut dignus fieret uultui Cæsaris apparere,quo continentiam ab eo mereretur.Petebat ergo ut ei Capreas uenire concederet. Tiberius autem nihil dilatione producens,dementer illi & humane rescripsit:inter alia gaudere se quoque significans, illum ad se sospitem repedare. Cumq; ille Capreas aduenisset,nihil minus ei Cæsar alacritatis exhibuit, quàm per literas ostenderat. Nam eum & amplexatus est,& magnifica hospitalitate suscepit. Sed postero die allatis literis ab Herennio Capitone,in quibus significabatur, quod Agrippa triginta miriadas debens,liber soluendo non esset:& ob id tempore quo se spopondérat redditurum profugit, exactores euitans, animus Cæsaris immutatus est. Nam cum illam legisset epistolam,indignatione commotus, ingressum ad se interdixit,donec ab eo debitum redderetur. Ille autem nequaq; ex Cæsaris indignatione turbatus,Antonium deprecabatur Germanici matrem & Claudij, qui postea Cæsar effectus est, ut ei triginta miriadas mutuas impartiret, ne ab amicitia Tiberij decideret. Illa uero Beronices matris Agrippæ recordatione (nam se hæ mulieres admodū diligebant,siquidem pariter Claudio lac præbuerant,pariterq; illum enutrierāt) argentum quod postulabat impartitur.Quod cū pro debito reddidisset,nullo modo post hæc ab amicitia Tiberij prohibetur. Deinde Tiberius Cæsar eum suo nepoti coniunxit,iubens ut ei in omnibus processionibus adhæreret.Agrippa uero,propter quod ab Antonia cum magna gratia fuisset exceptus, cœpit omni ope niti, ut Caium eius filium in omnibus accuraret, qui fauore matris in magnis habebatur honoribus.Erat ibi fortè quidā genere Samaræus,liber tus Cæsaris,ab eo mutuatur miriadas centum, ex quibus Antoniæ restituit quod debebat,ex reliquo autem Caium amplius accurabat, unde apud eum maiorem adipiscitur dignitatem.

Agrippa ad Tiberiū. properat.

Tiberius committit Agrippe curam sui nepotis.

De moribus & morte Tiberij,decq; captiuitate Agrippæ, & exaltatione eius in regnum. Cap. XIII.

PEr dies igitur Agrippa circa Caium in melius procedente, quodam die sermo fit de Tiberio,quumq; Agrippa ex affectu uota profunderet,ut celeriter defuncto Tiberio,Caio daretur imperium,quem meliorem dignioremq; in omnibus esse firmabat: inter auditores horum uerborum fortè fuit quidam Eutychus, Agrippæ libertus & auriga:& tunc quidem silentio quod audiuerat tradidit, postea uero cum eum Agrippa furti argueret pro uestibus aliquibus,& reuera aliqua uestimenta subtraxerat, fugiens comprehenditur. Cumque ad Pisonem duceretur, qui tunc custos fuerat ciuitatis, causam fugæ requisitus, uerba quædam secreta Cæsari se nunciare dicit, eius munimini salutiq; profutura.

Eutychus quidā furti reus

Proinde

Proinde uinctum mãdat ad Capreas. Tiberius autẽ more ſuo utens, habuit eum in uinculis cuſtoditum. Magnã enim ſolicitudinem pro ſemetipſo gerebat, ſuper quemlibet, aut imperatorem cogitans, aut tyrannũ. Nam neq; legationes facile ſuſcipiebat: neq; ducum ſuorum, uel curatorum, uel aliorum in cæteris conſtitutorũ officijs remotiones, profectionesq; celebrabat: niſi fortè cum quiſq; in aliqua deprehenderetur offenſa. Alioqui nulli ab eo dabatur niſi morte ſucceſſio: nam uinctorum aliquas ſecretas denunciationes ſuſpectas habebat. Vnde cum amici cauſam huius diſpoſitionis inquirerẽt, reſpondiſſe fertur: legationes quidem ideo nec facile ſuſcipere, nec cito dimittere: ne cæteri uidentes alios facilius abſolutos, ex hoc plures ad ſe uenire incitarentur, & ſibi frequentia legatorum moleſtiam inquietudinis apportaret, præſertim cum neceſſe eſſet etiam eis dona largiri. Magiſtratus aũt ſemel datos ideo ſe iugiter permittere dicebat illis, quibus fuere conceſſi, quod intelligeret conſuli per hoc & præſtari ex magna parte ſubiectis. In natura nanq; omnem adminiſtrationem hoc habere firmabat, ut circa opes acquirendas faceret homines ſtudioſe feſtinare. Cum igitur non ſe aliquis perennem in officio permanere perſpexerit: manifeſtũ quod omne gerat ſtudium, ut anteq; arceatur officio, quàm plurimũ poſſit acquirat. Vnde quoq; ad furta & rapinas plurimi concitantur. Si uero perſeueraturos ſe in adminiſtrationibus certo cognoſcant, licentia plurima conquirendi pigriores & quietiores fiunt, ad furta uel fraudes aliquas faciendas. Cum autẽ celeres ſucceſſiones dantur hominibus, nequaq; ſubiecti ſufficiunt ducibus deprædantibus, quibus largitas temporis non eſt attributa: qui repleti ſi eſſent, ſtudium omne lucrandi deponerent. Exemplum etiam eis proferebat, quendam uulneratum, ad cuius uulnus muſcæ congregabantur plurimæ: quẽ quidam tranſeuntium cum uidiſſet, miſeratus eſt eius calamitatem: ratusq; quod imbecilli tate nimia muſcas illas à ſe non poſſet abijcere, opusq; haberet alterius beneficio, interrogauit eum cauſam, cur ſibimet ipſe non auxiliaretur, moleſtiam repellendo muſcarum. Cui ille reſpondẽs: Amplius, inquit, mihi læſionis importas, ſi has præſentes fugaueris. Iſtæ quidem iam repletæ ſanguine, non eo modo moleſtæ ſunt, quin etiam aliquantulum remiſſius inſiſtunt: ſi uero his amotis aliæ famelicæ congregentur, ita illud uulnus inuadũt, ut etiamſi intereant, nõ ualeant effugari. Propterea igitur & ſeipſum dicebat ſubiectis per rapinas iudicum fatigatis conſulere, per hoc quod nõ crebro in adminiſtrationibus alios ſubrogaret: qui more muſcarum, cum naturaliter ad lucra ferantur, tum etiam remotionis timore, amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem. Teſtificatur autẽ huic meo ſermoni, quod huius eſſet naturæ Tiberius, ipſum eius opus inſpectum: quandoquidem duobus & uiginti annis in imperio actis, duos tantum diſpenſatores in Iudæam miſit, quorũ illa gens gubernatione regeretur, Gratum, atq; Pilatum, qui ei ſucceſſerat: nec in ſola Iudæa fortè talis extitit, ſed etiam in cæteris regionibus non aliter apparuit. Sed etiã uinctorũ examinationes differre propterea ſe dicebat, quia ſi cõdemnati morerẽtur, liberatio per hoc hominũ malorum imminentiũ illis adeſſet: cum uero in cuſtodia tenerentur, maiorem illis ſicut meriti eſſent inferri calamitatẽ. Propter has igitur & huiuſmodi cauſas, etiã Eutychus auditus non fuerat, ſed retinebatur in uinculis. Tempore uero procurrente, Tiberius ex Capreis Tuſculanum uenit,

diſtantem

distantem à Roma interuallo stadiorum centum. Agrippa uero rogabat Antoniam,ut ageret, quo Eutychi aduersum se discuteret accusatio. Honorabilis quippe apud Tiberium habebatur Antonia,& cognationis & dignitatis gratia: nam Drusi fratris eius uxor extiterat:sed etiam uirtute pudicitiæ. Aetate nanq; uiridi uiduata,permansit,spernens secundi uiri coniugiũ,cum etiam à Sebasto cuicunque nubere iuberetur, se omnémq; suam uitam liberam detractionibus gessit. Tiberio quoq; beneficium grande præstiterat,cum fuissent à Seiano insidiæ præparatæ,amico uiri sui, & potentiam tunc magnam habente,eo quod multarum tunc militiarum doctor existeret,& quod in consilium eius perplures ex nobilitate concurrerent, libertorúmq; se ad eum magna manus addiderit: sed militia omnis fuerat ante corrupta. Igitur omnibus per dies augmentum accedebat insidijs, & penè Seianus totum opus impleuisset, nisi Antonia Seiani malignitate prudentior, suam exercuisset in hac causa fiduciam. Nam cum cognouisset quæ de Tiberio tractarentur,scribit ad eum omnia diligenter:& per Pallantem quendam seruorum suorum fidelissimum, literas in Capreas destinat ad Tiberium. Ille autem insinuata cognoscens,Seianum cum conscijs uniuersis interemit. Antoniam autem, licet etiam ante uenerabilem haberet, uenerabiliorem tamen ex eo habuit,eiq; in omnibus obediebat. Ab hac igitur Tiberius rogatus,ut examini daret Eutychum:siquidem,inquit,Tiberius,mendacium est, aduersus Agrippam quod dicitur, meritum habebit Eutychus, dignúmq; sibi supplicium:si uero in examine datus,quæ dicit uera daruerint,in illum qui causam examinari cõpellit,omnis pœna reuerteretur. Sed Agrippa cum ei hæc ab Antonia dicerentur, magis instabat,deprecans examinationem causæ fieri. Antonia uero (non enim ualebat Agrippam contemnere,quod erat uehemens in petendo)tempus opportunũ inueniens,procedente etiam Caio eius filio & Agrippa pomeridiano (iam quippe pransi processerant) postulat Tiberium,ut uocato Eutycho,celebraretur examen. Tum ille: Sciunt,inquit,Antonia dij, quia non ex mea sententia, sed à te coactus geram,quicquid in hac causa fuerit gestum. Hæc dicens,iubet Macronem,qui Seiano successerat,ut adduceret Eutychũ. At ille sine ulla dilatione cum esset adductus,cœpit eum Tiberius percontari, quidnam dicendum haberet aduersus eũ,qui ei libertatis munus indulserit. Tum ille:O domine,inquit, ueheba tur carruca Caius,& Agrippa cum eo, ego autem ante pedes eorum assidebam. Et cum eo multi sermones uerterentur,hoc etiam inter plura locutus est ad Caiũ Agrippa: O si ueniat aliquando dies, ut isto fene defuncto mundi tu suscipias principatum: nihil enim Tiberius filius eius impediet,quod à te facile ualebit occidi. Tum enim mundus beatus erit,& ego cum eo beatus efficiar. Tunc Tiberius credibilia quæ dicta sunt reputans, simul etiam quod iram ueterem reseruaret Agrippæ,propter quod eum iusserat Tiberium nepotem suum,filium Drusi: frequentare suis conuentis,& curare,quam iussionem Agrippa contempserat,totúmq; se Caio dediderat: hunc,inquit,Macro uinciri facito. Sed cum Macro nõ satis intelligens,de quo illud uerius imperaret: nam nec sperabat eum de Agrippa tale unquam aliquid cogitare: sed interrogauit,ut certius de eo id quod iubaret,agnoscceret. Cum quo Cæsar in hippodromo deambulabat, & peruenit ad

Antoniæ dignitas.

De insidijs Seiani.

Eutychus accusat Agrippam.

Agrippam,eumq; manu comprehendens,dixit ei: O Macro,hunc iussi uinciri. Illo etiam tum requirente,quemnam præciperet: Agrippam,inquit. Et Agrippa subito perturbatus, ad deprecationes conuertitur, commemorationem eius filij faciens,cum quo fuisset unà nutritus,& Tiberij,cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamen proficiebat aliquid, sed ducebatur ostro uestitus in uincula: & erat ardor magnus: nam æstatis tempus extabat:& ex uino quo in epulis multo fuerant usi,cœpit siti uehementer incendi. Vnde quoq; anxius factus, præter decus atq; dignitatem cœpit cuncta respicere,unde posset sitis inuenire remedium:conspiciens quendam ex famulis Caij, Thaumastum nomine, aquam in uase potantem,petiuit bibere. Illo autem porrigente, suscepit atq; auide bibit: Et spero, inquit,ò puer,quod in bono tibi hæc effecta fuerit amministratio. Nam cum hæc effugero uincula,nullo modo tardabo tibi libertatem à Caio promereri, qui mihi etiam uincto ministeriũ præbuisti: sicut etiam ante nunquam neglexisti, cum fuissem in dignitate cõstitutus. Neq; enim hæc dicens,mentitus est,sed uicissitudinem ei meritam reddidit. Nam postmodum rex effectus, Thaumasto libertatem à Caio promeruit, curatorémq; eum fecit suæ substantiæ: sed etiam moriens, filio suo Agrippæ & Beronicæ filiæ in eodem ministraturum officio dereliquit: atq; in hoc honore senio grandæuus defungitur. Et hæc quidem postea facta sunt. Agrippa uero tunc uinctus stabat ante palatiũ, in quadam arbore præ anxietate reclinatus cum plurimis,qui simul fuerant uincti: & quodam alite considente super arborem,in quam fuerat Agrippa reclinatus,quem bubonem Romani uocant:quidam ex uinctis Germanus nomine contemplatus, interrogauit milites,quisnam esset ille qui ostro uestiretur: & agnoscens quod Agrippa uocaretur,genere autem esset Iudæus,ex his qui in illa gente primates haberentur: petiuit colligatum sibi militem, ut ad eum copiam acciperet accedendi, quod uellet ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur,accessit: & per interpretem,ò iuuenis,inquit,affligit quidem te repentina mutatio,magnam tibi fortunam calamitatis importans: sed uerba tibi denunciabo, quæ tibi ex numine diuino fugam totius mali portendunt. Scito ergo, deos tibi tam meæ patriæ quàm huius loci testes inuoco, ex quorum prouidentia hæc nobis uincula prouenerunt,quod neq; cupidine fallendi,neq; uanum tibi gaudium afferre desiderans dicam, quæ dixero. Siquidem tales prænunciationes, quæ non ualent ipsis operibus approbari,magis faciunt mœroris augmentum,quàm si nihil uerborum aduertis illorum: ideoq; iustum putaui hoc deorum præsagio nunciare. Impossibile nanq; est,non te confestim de his uinculis liberari, & ad prouectum diuturnũ magnæ dignitatis & potestatis ascendere: ita ut inuidiam ab uniuersis habeas,qui te nunc miseranter attendunt: exitus etiam uitæ in beatitudine te reperiet constitutũ,diuitiasq; plurimas,omniáq; quæ prima mortales ducunt, tuis filijs qui tibi nati fuerint derelinquens. Memineris autem, quoniam cum iterum hunc alitem uideris,intra quinq; dies finem uitæ tibi uenturum. Et hæc quidem tibi cuncta complentur,nisi uano hæc à numine disponuntur,cui placuit prænunciandi causa illum alitem destinare. Ego autem iniustum putaui, si talia cognoscens, te quoq; cognoscere defraudarem. Nam utile tibi iudicaueris paululum afflictum

Agrippa apprehenditur.

Thaumasti clementia.

Germanus augurij & boni ominis interpres.

afflictum esse moeroribus, cum in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint, & omnem infelicitatem, in qua nunc detrahimur effugeris. Et Germanus quidem talia prædicens, tantum risum excitauit Agrippæ, quantum postea apparuit dignus miraculo. Et Antonia grauiter ferens Agrippæ calamitatem, intercedere quidem pro eo apud Tiberium, suspectum esse cernebat: ad hæc etiam infructuosum fore. Sanè inuenti sunt ei à Macrone ex militibus tales, qui eum sine districtione seruarent. Adhibetur etiam talis centurio, qui illis præesset militibus: sed etiam qui cum eo ligaretur talis inuentus est. Lauacra quotidiana concedebantur, sed etiam copia libertis & amicis ad eum intrandi tribuitur: aliáq; omnia permittuntur, quibus solicite curaretur. Intrabant autem ad eum amicus Sylas, & ex libertis Marsyas, & Stocchetus, cibos afferentes quos libenter edebat, aliámque diligentiam, quæ necessaria esse solet in rebus talibus, exercebant: indumenta quoq; deportantes, sub obtentu uendendi. Cum autem noctis adesset aduentus, stramina componebant, consciis fauentibusq; militibus. Nam eis Macro cõmendans ante prædixerat. Et hæc quidem agebantur per menses sex, quibus Agrippa in his infortunijs habebatur. Tiberius autem reuersus in Capreas, febrium ardore corripitur, & primum quidem mediocriter, sed in peius ægritudine procedente, contrariam de eo spem habebat Euodus, amantissimus ei omnium libertorum. Is iussit ad eum filios eius adduci. Oportere namq; dicebat, ut cum eis loqueretur, antequam terminum uitæ susciperet. Erant autem illi filij, non quidem proprij, sed adoptati: nam Drusus eius filius iam fuerat mortuus, cuius filius Tiberius fuerat adoptatus, cognomento Gemellus: & Caius, Germanici fratris filius, iam adulescentulus, & liberalibus apprime disciplinis institutus, qui etiam populo & honorabilis erat & charus, propter Germanici patris eius uirtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus propter mansuetudinem morum, & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset, nõ se tamen præferebat, sed omnibus par esse uolebat. His igitur rebus non solum apud populum, sed etiam apud ipsum senatum magnus habebatur. Ad hæc etiam unusquisq; diuersarum gentium, alius confabulationis gratia, alter fide ac mansuetudine, quam in eius moribus motibusque cernebat, ad amorem fuerat excitatus. Cæterum eius morte luctus magnus apud uniuersos expositus est: non sicut assolet, ut principi placaretur, ficto dolore monstrato: sed uera cuncti tristitia mœrebant. Nam eius mortem unusquisq; propriam suam reputabat, ita eius mores eiusq; colloquia cunctis hominibus grata fuerant. Vnde ad filium quoq; ipsius, amor cunctorum fauorq; peruenerat: maxime autem omnis militia eius amore tenebatur, ita ut gloriam reputarent pro eo mori, si ratio postularet, quo ipse susciperet principatũ. Sed tunc Tiberius Euodo iussit, ut sub ipso diluculo infantulos illos adduceret. Ipse autem dijs patrijs supplicabat, ut ei signũ manifestum ostenderent, quisnam post eum in imperium succederet: festinans quidem ut nepoti suo principatum relinqueret, maiorem tamen credens sua sententia suóque consilio diuinæ dispensationem prouidentiæ, ideo à dijs sibimet demonstrari desiderabat. Supplicanti denique illi omen tale monstratur: ad illum uidelicet uenturum esse principatum, qui

Agrippa ninctus benigne tractatur.

Tiberius Cæsar ægritudine corripitur.

Germanici laus.

ad eum ſequenti die primus ex omnibus adueniſſet. Hæc ille cognoſcens, mittit ad nepotis ſui pædagogum, iubens ut primo mane puerum ad ſe perduceret, putans illa re numinis ſuperare ſententiam. Sed deus econtra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitante, ecce dies illuxit: iubetq; Euodum, ut quiſquis foris eſſet infantulorum, eum ad ſe primitus euocaret: ille autem egreſſus, Caium ante tabernaculum reperit: nam Tiberius necdum aderat, ciborum acceptione tardatus. Ille autem ignorans totum quod agebatur, quidq; Tiberius cuperet: ueni, inquit, uocat te pater. Et cum dicto eum in tabernaculum introduxit. Tiberius autem ut uidit Caium, tum primum intellexit maieſtatis ſupernæ potentiam, & quod non ſit in hominum poteſtate de imperij conſtitutione decernere. Tunc ille primum lamentatus ſemetipſum quidem, quod eius conſilium fuerat infirmatum, & ei poteſtas ordinandi quem uellet ablata: Tiberium autem nepotem, quod non ſolum de imperio decidiſſet, ſed etiam ipſam ſalutem ac uitam agere, illi non ſine periculo fore cernebat: ad hæc etiam inuidiam illi ex cognatione futuram eſſe. Nam timore uel odio ſuſpectũ fieri Caium rebatur, tam ex eo quod principatum accipere feſtinauerit, quàm ex eo quod eum inſidiaturum ſibi uelle putaturus eſſet: quaſi feſtinaturum in ſe redigere poteſtatem. Et tunc quidem in his malis erat Tiberius ex illo euentu augurij, quod ei præſagium fuerat, eo quod eius nepos amiſiſſet imperium. Vnde multum anxius, ſe quoq; culpabat, quod illud augurium poſtulaſſet accipere: & quod cum liceret de hac uita mœroribus liberum abſcedere ignoratione futurorum, per ſuam ipſius imprudentiam factũ eſſe, ut cũ magna infelicitate, & magno dolore diſcederet. Tunc tamen licet ualde turbatus, quod imperium ad quos nollet cernebat eſſe uenturum, pugnauit cum animo ſuo, ut huiuſmodi uerba loqueretur ad Caium: O fili, inquit, cum habeam propinquiorem Tiberium, tamen ex mea ſententia deorúmq; decreto, imperij tibi contribuo poteſtatem. Rogo autem te, ut nihil aduerſus aliquem reconderis, qui mihi in principatu adminiſter extiterit, uel qui mihi beneuolentiam exhibuerit aut fauorem, neq; aliquem lædas propter me, qui te ad tantam ſublimo magnitudinem dignitatis: neq; circa Tiberium minus aliquid charitatis exhibeas, quàm te & cognationi debere cognoſcis, & mihi: qui tibi tantorum bonorum autor exiſto: ut dignam uiciſſitudinem meæ circa te beneuolentiæ reddas, & ſimul Tiberium cures: ut etiam conſanguinitati quod debes exhibeas, & munimen tibi uel principatus uel ſalutis acquiras, cum tibi eum feceris adiunctum. Nam ſolitarius quiſq; amplius patet periculis maxime, cum in tanta rerum celſitudine quiſquam fuerit conſtitutus: ad hæc quoq;, quia nec diij impunitum quicquam relinquunt, quod contra fœdus naturæ fuerit perpetratum. Et hæc quidem Tiberius loquebatur. Caius autem, & ſi ficta locutum Tiberium ſenſerat, & ipſe longe aliter in animo gerebat, tamen pro tempore benigne reſpondit, & facturum ſe omnia pollicetur. Cæterum in imperium ueniens, & Tiberium extinxit, & ipſe non poſt multum tempus inſidijs interemptus eſt. Sed hæc poſtea. Tunc autem Tiberius Caium ſucceſſorem in principatu pronuncians, paucis diebus aduiuens uita defungitur. Imperauit autem dies tres, menſes ſex, annos duos & uiginti. Caius autem quartus Romanorum efficitur imperator. At Romani audientes Ti-

Imperia in manu dei non hominum.

Simulatio Tiberij erga Caium.

dientes Tiberij mortẽ,hilares agere cœperunt,proſpero lætificati nuncio:nõ tamẽ ad credendũ,uel exercendum gaudiũ fiduciam gerebant: non quia forte nollent (nam multis ſuis pecunijs cõparare diligerent, ut illud nunciũ uerũ eſſet) ſed timuere,ne ſi falſo nuncio concitati gaudia ſua proderent ab illo cogniti, perirent, quod eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles Romanorum extinxerat. Nam erat importabilis,in ira irreuocabilis,ad quicqd perpetrandũ cupiditas impuliſſet: & ſine ratione quoq; malorũ occaſionem inueniens, & in omnibus quæ facienda decernebat,aſper agreſtiſq; conſtabat. Ob hæc illi mortem eius audientes, ſuam læticiam manifeſtare uerebantur. Interea Marſyas libertus Agrippæ bonum deportarat nuncium, quem cum in balneo reperiſſet iam egredientem, noto ei ſigno dato,Hebræáq; lingua locutus: mortuus eſt,inquit,leo. At ille uerbum intelligens, gaudio cœpit extolli. Tibi, inquit, ſuper omnia pro hoc etiam bono nuncio gratiæ abundantes repoſitæ ſunt, tantum ut uera ſint quæ dicuntur. Tunc centurio,qui Agrippæ cuſtodiendo præerat, intendens tam feſtinationem Marſyæ qui aduenerat, quàm gaudium Agrippæ, quod ex eius uerbis illi contigerat,ratus nouitatem quandam ſignificatam, interrogabat eos quid uellet ille ſermo, qui fuiſſet allatus. Illi tantiſper ſecretum efferre trepidabant: ſed dum urgeret,nihil hæſitans indicauit Agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerat. Ille autem gaudium magnum illo ſermone percipiens, quod etiam proſperitatem ex hoc Agrippæ euenire cernebat,conuiuium ponit. Eis epulantibus, potũque indulgentiore procedente,uenit quidam dicens uiuere Tiberiũ, & intra paucos dies in ciuitatem uenturum. Tunc centurio aſpere ualde illo ſermone turbatus,propter quod cernebat morte digna quæ geſſerat, quod morte Cæſaris audita,cum illo uincto gaudens, conuiuium celebrauerit, ex lecto ponit Agrippam: Tu,inquit,fallere feſtinaſti,mortem imperatoris falſo denuncians:ſed ſcito hunc ſermonem pœna tui capitis expiandũ. Hæc dicens,confeſtim ligari iubet Agrippam,& conſtringi arctiore cuſtodia. Et nocte quidem illa, Agrippa in malis fuerat conſtitutus: ſequenti uero die,per omnem ciuitatem de morte Tiberij ſermõ firmatur,& iam iamque homines illum ſermonem confidenter ac publice profe rebant. A Caio quoque deſtinantur epiſtolæ,una quidem ad ſenatum, mortem Tiberij nuncians: altera uero ad Piſonem, cuſtodem tunc temporis ciuitatis: in qua iubebat Agrippam ex militum auferri cuſtodia,& ad domum transferri, in qua primitus habitabat,antequam haberetur in uinculis: & ibi tunc interim erat in remiſſiore cuſtodia. Sed Caius poſtquam Romam uenit, Tiberij corpus ſecum adducens, iuſta ei ſecundum morem patrium opulenter magnificéque celebrauit. Agrippam uero,cum ipſo die cuperet abſoluere,Antonia prohibuit,non odio aliquo circa uinctum, ſed opinioni conſulens Caij: ne putaretur mortem Tiberij gratanter accipere,ſi eum tam celeriter abſoluiſſet, quem ille deuinxerat. Veruntamen non multis diebus prætereuntibus,eum accerſiuit in domum,tondiq; præcepit: & ueſtibus cultúque mutato, diadema capiti eius impoſuit,& regem confirmat tetrarchiæ Philippi: donans ei etiam Lyſaniæ alteram tetrarchiam. Pro catena uero ferrea quam gerebat, auream ei parem pondere condonauit. Magiſtrum autem equitum in Iudæa conſtitutorum Maxillum deſtinat,

Agrippe nunciatur mors Tiberij.

Verum ſecundo anno Caij Cæſaris, Agrippa poſtulat, ut nauigare permitteretur ad propria, quo prouinciam ſibi commiſſam, & aliqua neceſſaria certo diſpenſans moderamine, reuertatur. Et permittente imperatore, uenit in patriam: & præter ſpem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo: & in hoc cunctis apparebat, quantam habeat in omnibus fortuna licentiam. Omnes enim hæſitabant, comparantes penuriam hominis, in quam tempore priori deciderat, & proſperitatem præſentem, qua fuerat ſublimatus. Plerique etiam beatificabant hominem, quod non fuerit defraudatus recuparatione fortunæ. Alij etiam penè incredibilia putabant, licet ſuis intuerentur obtutibus. Tanta quippe in Agrippa rerum mutatio cernebatur, ut quorundam mentes adduceretur in dubium.

Herodes qua ratione miſſus in exiliũ Lugdunũ Galliæ. Caput XIIII.

HErodias autẽ ſoror Agrippæ, quæ Herodi coniũcta fuerat (tatrarcha enim erat iſte Galilææ prouinciæ & trans Iordanem) poteſtatem fratris ex inuidia nõ ferebat, quod eum in maiore dignitate cerneret quàm maritum, & quod de prouincia quidẽ cum fuga diſceſſerit, debitũ nõ ualens abſoluere, reuerſus autem eſſet cũ ampliſſima dignitate. Cõtriſtabatur igitur, grauiterq; portabat tantam mutationem fratris: maxime autem, quando eum intuebatur cum regalibus inſignibus incedentem, atq; hinc inde circumferri multitudine populorum, infelicitatem ſuæ nõ tolerabat inuidiæ. Sed & uiri animum concitabat, exhortando ut Romam nauigaret, ſimilemq; ſibi dignitatem imploraret à Cæſare: Intolerabilẽ nanq; ſibimetipſis uitam eſſe firmabat, ſi Agrippa filius Ariſtobuli, qui culpatus à patre mori meruerit, inopia magna cõpreſſus, ita ut aliter non poſſet euadere creditores, niſi nauigatione diffugeret, atq; hoc modo patria decedens, cum regali fuiſſet dignitate reuerſus: ipſe uero cum eſſet filius regis, & frater eius qui tetrachiam illam ante poſſederat, unde magis ei cognationis iure deberetur, ſederet in humilitate priuatæ degens uitæ. Quod ſi antea nihil Herodem contriſtabat, quod minõrem honorem parente proprio poſſideret, ſaltem tunc excitari deberet conſanguinei tam prædariſſima dignitate: neq; ſe pati debere ſuperari ab eo, cui pecunia ſua ſubuentum eſt: confuſionemq; debere putare, ut ille præiret honoribus, qui anteriori tempore ſua ſuſtentabatur miſericordia. Verum Romam, inquit, pergamus, nec labori parcentes, nec ſumptibus: non enim pro auro re peritura debemus prohiberi, ne ad honores ualeamus ampliores aſcendere: ſed omne quicquid nobis eſt expendamus, ut regnũ ualeas adipiſci. Ille uero repugnabat, otium diligens & quietem: & moleſtiã Romæ declinans, moliebatur eam ratione deplacare. At illa quanto uidebat eum quieſcere cupientem, tanto amplius inſtabat: iubens ne aliquid agendum prætermitteret, quo poſſet regnũ à Cæſare promereri. His igitur illa mulier nullo modo ceſſabat, donec ſæpius fatigando, in ſuam eum fecit tranſire ſententiam. Ille igitur præparans opulenter uniuerſa, & nihil ſumptibus parcens, nauigat Romam, ſimul ſecũ Herodiadem adducens. Agrippa uero intentionem eorum intelligens, uel qualiter præparabantur attendens, etiam ipſe ſeipſum præparat. Cum autem nauigaſſe eos cognoſceret, mit-

ret,mittit etiam ipſe Romam quendam ex libertis ſuis,nomine Fortunatũ,pluri-
ma Cæſari munera deportantem,& epiſtolas aduerſus Herodem. Ipſum etiam
inſtruit,quæ ore proprio Caium edoceret opportunitate reperta.Qui cum ſubſe
cutus eſſet Herodem,epiſtolas Cæſari reddidit. Nam ſimul in Dicæarchiam ue-
nientes,Caium apud Baias inueniunt,quæ ciuitas eſt parua Campaniæ, quinq;
ſtadiorum interuallo diſtans à Dicæarchia. Habitacula quoque ibi imperialia
opulenter conſtructa ſunt,opibus diuerſorum per tempora principum magnifi-
ce exornata. Lauacra calida ille locus exhibet, aquis ex terra ultro manantibus,
aptis ſaluti corporum,quos ibi lauari contigerit.Caius autem,mox ut Herodem
ſuſcepit, & primum ſermonem cum eo commiſcuit, confeſtim Agrippæ ſuſcepit
epiſtolas,quibus accuſationes continebantur Herodis. Accuſationes autẽ erant
huiuſmodi: conſilium habuiſſe Herodem cum Seiano aduerſus Tiberium, &
cum Artabano Partho aduerſus Caium. Probamentum autem huius rei dice-
batur,quod haberet Herodes conſtructionem immenſam armorũ, quæ ſeptua-
ginta milibus pugnatorum ſuffeciſſet: hanc in armamentario Herodis repoſi-
tam dicebat aſſeruari.Quibus lectis motus Caius, percontatur Herodem, ſi ue-
rum eſſet quod de armis nunciaretur.Ille uero cum aliter dicere non poſſet,ne ue
ritate conuinceretur,reſpondit eſſe arma. Tunc Cæſar ueram credens accuſatio-
nem, tetrarchiam eius abſtulit, & Agrippæ regno coniunxit: ſed etiam omnes
opes ſimiliter Agrippæ contribuit: ipſum autem æterno condemnauit exilio,ha
bitaculum illi conſtituens in Lugdunenſium Galliæ ciuitate. Cognoſcens uero
Herodiadem Agrippæ eſſe ſororem, opes & alia quæcunque propria eſſe pro-
barentur, ei reſtituit, arbitrans in conſilio uiri conſciam non fuiſſe: tutabatur
enim etiam eam quod ſororem Agrippæ cognouerat. At illa: tu quidem,inquit,
imperator magnifice ſatis, ſicut dignitatem tuam decebat,hæc mihi largiris: ue-
rum ego tuo uti non poſſum beneficio tuiſque muneribus propter dilectionem
qua marito meo conſtringor: cui ſocia in proſperitatibus exiſtens, iuſtum non
exiſtimo, ut eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi
eius indigne ſuſcipiens,ſimul eam cum Herode miſit in exilium,eiúsque ſubſtan
tiam Agrippæ contribuit. Et Herodiadi quidem pro inuidia, quam circa fra-
trem gerebat, & Herodi ob id quod muliebres hortationes & uanitates aduer-
tit,tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum eſt. Caius autem primo qui-
dem ac ſequenti anno magnifice rebus utebatur, & mediocrem ſemet exhibens,
fauor illi per dies tam apud Romanos quàm apud cæteros ſubiectos amplior
augebatur. Sed procedente tempore, magnitudine dignitatis eleuatus, huma-
num perdidit intellectum, & ſeſe uolebat conſimilem diuinitati, diuinitatem
quæ uera eſt inhonorans.

*Acuſationes Agrippæ ad-
uerſus Hero-
dem.*

De ſtatua Caij Cæſaris impedita ne ſtatueretur in templo. Caput XV.

ILlo tempore cum in Alexandria ſeditio proueniret inter Iudæos ibidẽ habi-
tantes atq; paganos,terni ex unaquaque parte legati mittuntur ad Caiũ. Erat
uero inter Alexandrinorum legatos unus, Appio nomine, qui Iudæos plurimũ

blaſphemabat, multa quidem & alia dicens: illud autem præ cæteris eos accuſabat, quoniam Cæſaris honores haberent omnino contemptui. Nam cum Romano imperio ſubiectos, templa Caio fundare, altaria conſtruere, atque alia ſicuti diis celebrare firmaret, à ſolis Iudæis duci proclamabat inglorium: debere quoque iſtos ſimulacris honorare Cæſarem, nomenq; eius habere iurabile. Hæc igitur Appione, & alia huiuſmodi duriſſima prolocuto, quibus eum in ſuperbiam eleuari poſſe cenſebat, Philo econtra ſuſcepit, qui præerat legationi Iudæorum, uir in omnibus quidē magnæ gloriæ: nam Alexandri Halabarchi germanus extabat: philoſophiæ quoq; nō expers: idoneus etiam defendere cauſas, & purgare quæcunq; accuſationibus ſubiacebant. At hunc ex ſecretario Caius iubet exdu di, abſentémq; fieri. Nam tanta indignatione ſuccenſus eſt, ut crederetur aliquid
Philo. ſæuiſſimū perpetrare. Tum Philo egrediens è ſecretario, dicit ad Iudæos, qui forte circa illum fuerant, ut animo confidentes exiſterent, neq; Caij furore terrerentur: nam propè eſſe, ut ipſis operibus deum repugnare clareſceret. Interea Caius grauiter ferens, quod in tanto deſpectu apud Iudæos ſolos exiſteret, legatum in Syriam mittit Petronium, ſucceſſorem Vitellio, iubens ut cum numeroſa manu Iudæam inuaderet: & ſi quidem ſuſciperent ſponte eius ſimulacrum, erigeretur in templo dei: ſi uero reſiſtere molirentur, pugnando ſuperans idipſum incunctanter efficeret: atq; ita Petronius in Syriam, decreta Cæſaris exigens, pergebat, ut mandatis Cæſaris miniſter exiſteret. Cumq; auxilia pluritma quanta potuit congregaret, duásq; Romanæ militiæ legiones aſſumeret, Ptolemaidem uenit: ut ibidem hyberna perageret, ut primo ueris tempore prælium poſſet agere cum Iudæis: inde quoq; conſilium ſuum Cæſari per literas intimauit. Ille autem
Mittitur Petronius cōtra Iudæos. laudabat eius ſententiam, iubens ut nullo modo prætermitteret: & ſi minus obedientes eſſent, prælium Iudæis intentius importaret. Interea Iudæorum multa milia ueniunt ad Petronium in Ptolemaidem, deprecantes, ne ad ſolutionem & ad tranſgreſſionem paternæ legis cogerentur. Si autem modis omnibus ſtatuiſſet ſimulacrum in Hieroſolymam inferre, ibiq; ſtatuere, ſemetipſos primitus ſi placeret interimi poſtulabant. Neq; enim poſſumus, inquiunt, quoad uiuimus rem iſtam admittere: quæ nobis ne fieret interdicta eſt ab eo legiſlatore, cuius auctoritatem non ualemus omnino contemnere: neq; illas conſtitutiones paruipendere poſſumus, quas proaui maioréſq; noſtri uſq; ad ſuū interitū ſeruauere. Petronius autem reſpondit: Si in primis eſſem, meis uterer ad agendū quod oporteret conſiliis, & iuſta uobis ad me hæc eſſet oratio: nunc autem Cæſare iubente incumbit mihi multa neceſſitas eius decreta complendi: ne ſi contempſero, aliud periculum maius incurram. Tunc Iudæi: quoniam, inquiunt, ita ſapis ò Petroni,
Conſtantia Iudæorum. ut tranſgredi Cæſaris mandata nō audeas: neq; nos legis diuinæ præcepta tranſgredimur, qui uirtute maiorum noſtrorum & laboribus inſtituti, nunc uſq; ſine tranſgreſſione uiuimus: neq; in tantam auſi fuerimus nos præcipitare nequitiam, ut quæ à deo interdicta ſunt fecerimus, uel aliquibus bonis illecti, uel metu mortis adacti: ſed fixum animo tenemus, ut pro ſeruatione legis noſtræ cuncta pericula ſubeamus, ſpem gerentes fortiſſimam, deum nobis auxiliaturum in

præſentia,

præsentia, & mercedem postea redditurum, si pro eius cultura fuerimus aliqua mala perpessi. Si uero tibi uoluerimus obedire, non solum infamiam debilitatis incurrimus, quod timore transgressores legis efficimur, uerumetiam immaniter offendimus deum, qui etiam te iudice multo antiquior tempore censetur esse quàm Caius. Tunc Petronius considerans ex uerbis eorum immutabile firmumq; propositum, & sine pugna se non posse Cæsij præcepta perficere in eius erigendo simulacro, nec sine multa cæde negotiũ illud euadere: assumens omnes amicos, & cuncta sua seruitia, in Tiberiadem pergit, uolens Iudæorum instituta cognoscere, uel cuiusmodi essent, uel qualibus ordinibus haberentur. Iudæi uero magnum quidem sibi ex bello Romanorum cernebant imminere periculum, sed magis iudicabant subigi, quàm impij efficerentur in deum. Multa itaq; milia Petronio in occursum ueniunt, ad Tiberiadem undique confluentes: & supplicationibus utebantur, ne cogerentur ad talia, ut pollueretur ciuitas erectione simulacri. Ad hæc Petronius: Et pugnabitis, inquit, contra Cæsarem, neque illius potentiam, neque uestram putantes infirmitatem. At illi: Minime nos, inquiunt, pugnare disponimus, uerumetiam sumus mori parati, antequam legis nostræ mandata soluamus. Simúlque in faciem prostrati, perimi se paratos esse firmabant. Et hæc quidem per dies quadraginta gerebantur, culturam quoque terræ negligentes, cùm maxime tempus exigeret. Nam iam ea pars anni uertebatur, quando solent semina terræ mandari. Tantus quippe eos moriendi feruor accenderat, ne simulacrum aliquod poneretur in ciuitate. Taliter igitur se rebus habentibus, Aristobulus Agrippæ regis frater, & Elicias maior, alij quoque optimi uiri ex eadem ipsa familia, & plures de primatibus ad Petronium uenere, deprecantes ut bene de negotio præsenti cõsuleret, neque de tantæ multitudinis perditione cogitaret: quin potius scribendum Caio decerneret, significans immobilem animum Iudæorum, neque eos constitutionem simulacri uelle suscipere: omnem quoq; culturam terræ negligere, sed in occursum suum uenisse: & pugnare quidẽ nec uelle nec posse: mori tamen incunctanter paratos, antequam transgressores suæ legis extarent: debere igitur consuli, ne in aliud intenta multitudine, terra inculta remaneat, & postea per inopiam latrocinia perpetrentur: fortassis enim possit Caius Tiberius emolliri, & nihil crudele decernere, neque talia disponere, quibus ad seditionem populus excitetur. Et Aristobulus quidem, alijque qui cum illo erant, talibus Petroniũ deprecabantur. Petronius uero instante Aristobulo & cæteris, uidens quoniam non pro rebus minimis supplicabant, uidens etiam Iudæorum constantiam: sæuum quoq; ratus, ut multa milia hominum peripsum darentur in mortem, si uellet Cæsij furiæ ministrare: simul etiam se deũ offensurũ, & cum pessimis postea spebus aduiuere: multo melius iudicat, ut scriberet Caio: ut eius animũ mitigans, nihil per eum iniquũ cõtingeret: aut si forsitan indignatione cõmoueretur, quod eius mandata minime cõpleuerit, & aduersus eum aliquid mali decerneret: bene contentum esse iudicabat, pro meliore causa, & pro tanta hominum multitudine subire discrimen. Conuocans igitur in Tiberiadem magnam multitudinem Iudæorum (nam multa milia illic fuerant congregata) & constituens in circuitu cunctas militias & turmas, uisum est primo non su-

Modestia Petronij & prudentia.

non ſuam, ſed Cæſaris proferre ſententiam, dicens timere ſe iracundiam Caij: proinde acceſſurum ad perficienda quæ ſibi præcepta ſint, oportere ſe firmabat: qui tanto fuiſſet ex eius beneficijs honore ſublimatus: ut nihil contrarium eius uoluntati perageret. Verum non arbitror, inquit, iuſtum eſſe: ut ſalutem honorémq; meum non pro uobis, qui tam plures eſtis, impendam: nec permittam, ut per me paternæ legis ueſtræ inſtituta ſoluantur: nec adeam dignitatem templi dei contemnere, ut per poteſtates principum, iniuriæ ueſtris religionibus ingerantur: ſed ſcribam ad Caium, ueſtras illi uoluntates intimans, quantum poſſum tauſam adiuuans, & ueſtrum in bono propoſitum: & ſpero quia aderit deus, cuius poteſtas potior eſt omni humano molimine humanáque uirtute: potens eſt enim & uos in conſeruatione legis ueſtræ protegere, & me tutari, ut nec ab ipſis etiam excidam humanis honoribus. Quod ſi etiam exaſperetur forſitan Caius, ut iram ſuam in me uelit effundere, ſumam omne periculum, omnem miſeriam, quæcunq; corpori meo poſſit infligi, ne uos tantos pro rebus optimis pereuntes intuear. Ite igitur unuſquiſque ueſtrum ad opus proprium, & terræ ueſtræ cultúram impendite. Ego uero Romam literas deſtinabo, & omnia pro uobis, tam p me quàm per amicos, quæ rei conueniant agere nõ omittam. Hæc dicens, Iudæorum dimitti congregationem iubet, ut culturæ terræ diligentiam exhiberent. Omnes autem alloquio nobiles populos adhortabatur, ut ſpem meliorem gererẽt. Et ille quidem hoc modo multitudinem lætificare feſtinabat. Deus autem ſuam manifeſtauit repente præſentiam, & adiutorium ſuum in omnibus fore Petronio. Simul enim ut finem loquendi fecit, confeſtim ingens deſcendit pluuia præter ſpem omnium. Nam illo die ab ipſo ſolis ortu ſerenitas magna fuerat, nullúmq; ſignum pluuiæ in cœlo fuerat uiſum: ſed etiam omnis annus magna fuerat ariditate ſiccatus, ita ut deſperatio fuiſſet exorta, non ſolum pluuiæ, ſed etiam ſi unquam poſſet cœlum tectum nubibus apparere. Tunc igitur etiam præter cõſuetudinem tanta inundatio uenit aquarum, ut Iudæis ſpes magna fieret in nullo fruſtratum iri Petronium, pro eorum negotio laborantem. Petronius autem amplius obſtupuerat, uidens manifeſtiſſime deum Iudæorum ſe conſolatorem oſtendere, & multum ſuam declaraſſe ſententiam, ita ut nec illi forte contradicere ualerent, quibus religioni noſtræ reluctari tota laborat intentio. Scribit ergo ad Caium, poſtulans ne tanta milia hominum contemneret, quæ non poſſent ſine bello & ingenti cæde ad tranſgreſſionẽ ſuæ religionis impelli: peritura quoque tanta tributa, quæ ab illa gente darentur: memoriam etiam non bonam Romani nominis in poſteriora tempora relinqui: ſuper hoc quoq; uirtutem diuinam Iudæis præbere præſidium. Nam exploratum eſſe firmabat pro Iudæis euidenter indicium. Et Petronius quidem huiuſmodi literas deſtinauit. Agrippa uero rex (iam enim tunc Romæ fuerat) amplius in amicitia gratiáq; Caij creſcebat. Et forte quadam die epulũ præparauerat Cæſari, ubi magnam impenderat diligentiam, ut omnium in cibis elegantiam uinceret, omnésq; ſuauitates & delicias ſtudioſius prouideret, ita ut nõ ſolum cæteros anteiret adinuentionibus epularum, ſed nec ipſe Caius multũ cupiens ei poſſet æquari. Tunc Caius admodũ admiratus tam ingeniũ eius, quàm magnificẽtiam animi, quod ſup uirtutẽ ſuam

Pluuia inſperata.

ſumptus

ſumptus expenderet ut ſibi placeret, uoluit munificentiam Agrippæ remunerare. Tum itaq; ex delicijs & uolupeate ac uino hilarior effectus, cum ab Agrippa ad potum inuitaretur: & primum, inquit, quamuis tibi honorificentiam exhibui pro beneuolentia & fauore, quẽ circa me ſemper habuiſti, ut etiam apud Tiberium periculum ingens incurreres: uerum quia in omnibus te uideo & uirtute præditum, & nos amore ſuperantem, indecorum exiſtimo tuo circa me ſtudio ſuperari. Volo itaq; quod antea minus feci, modo perficere, & tantas tibi munerum copias attribuere, ut magnum monimentum tuis opibus, & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hæc dicebat, exiſtimans quod poſſet aliquos reditus ſibi dono dari: uel ciuitates exhibere. Ille autem, quamuis præparatum haberet, quod petere cupiebat, timens, haud ſuam uoluit aperire ſententiam: ſed reſpondens confeſtim Caio, quia neq; primo lucro ſed eius gratia delectatus, ut contra Tiberij præceptum ſtudium accurationis ei impenderet, neque modo ſe aliquid agere intentione lucri, ſed ſola eius gratia ſemper ſe fuiſſe contentum aiebat: nam & multa ſibi ab eo & maiora fuiſſe donata: quæ ſi tua, inquit, uirtute tuáq; potentia minora ſunt, meo tamen, hoc eſt, accipientis merito & dignitate mea multum conſtat eſſe maiora. Caius autem obſtupeſcens eius continentiam, magis inſtabat ut diceret, quid ſibi cuperet donari. Ille: quomodo, inquit, ò domine magnanimitate nimia dignum me muneribus tuis exiſtimans, poſtulem: nihil quidem quod ad diuitias opésq; pertineat: nam me anterioribus tuis muneribus admodum locupletem reddidiſti: ſed illud peto, quod tibi & opinionem pietatis efficiat, & diuinitatis mercatur auxilium, unà etiam mihi gloria fuerit apud audientes, quod nihil à te petierim, ad uſus pertinens temporalium rerum. Poſtulo igitur, ut erectionem ſtatuæ, quam in templo Iudæorum faciendam Petronio præcepiſti, ultra nolis effici. Et ille quidẽ, licet periculoſum exiſtimaret illud expoſcere: nam niſi rectum quod petebatur iudicaret Cæſar, nihil aliud niſi mortem afferret illa petitio: ergo quamuis periculoſum eſſe cenſeret, tamen contemptis alijs ſibi neceſſarijs & utilibus, illud Cæſarem poſtulauit. Caius autem, tum eo quod ab Agrippa taliter fuerat accuratus, tum quia indignũ exiſtimabat mendax coram tantis arbitris apparere, ante quos alacriter compellabat Agrippam quod uellet expetere, paululũ ſui pœnitens, mox uero uirtutem Agrippæ miratus, quod ſuũ regnũ non reditibus, nõ pecunijs, nõ alio quocunq; munere amplificari cupiuerit: ſed pro cõſeruanda lege, culturáq; diuinitatis illibata celebranda interuentor exti terit, conceſſit: ac ſcribit ad Petroniũ, laudans quidem eum, quod exercitus inſtruxerit, pugnaréq; cum Iudæis fuerit præparatus, & omni niſu laborauerit iniuncta perficere. Verum ſtatuam, inquit, ſi contigerit erexiſſe, ut conſtituta eſt perfeueret: ſi uero necdum erecta eſt, nihil ultrà fatigandum exercitum, & auxilia dimittenda: teipſum uero ad ea quæ miſſus es curanda, conuenit proficiſci: nam ultrà iam opus non habeo ut erigatur ſtatua. Hoc enim Agrippæ gratiæ conceſſum eſſe uolo, uiro honorabili mihi ſemper, ſed nũc amplius honorando. Et Caius quidem talia ſcribit Petronio, antequam ſeditio maior oriretur. Nam ita iam mentes omnium tumebant, atq; talia uoluntatum eorũ indicia monſtrabantur, ut ſi forte contrarium nuncium adueniret, parati eſſent apertum bellum gerere cum Ro-

Litere Caij ad Petronium.

cum Romanis. Sed Caius, cuius animus erat obnoxius turpitudini, alienus bono consilio: & in omnibus quæ facienda decerneret, ira magis pertinax ad implendum: moderari se nullo modo sciens: sed beatitudinem iudicans, si omne quod sibi esset uoluptati perficeret: postea scribit Petronio huiusmodi uerba: Quomodo, inquit, dona quæ tibi Iudæi dedere, meliora judicas quàm mea complere præcepta, & cuncta quæ illis libita sunt studes efficere, mea mandata cõtemnens: iubeo temetipsum iudicẽ fieri, & eligere quid debeas pati, qui me ad tantam iracundiam cõcitasti: ut exemplum efficiare cunctis, & præsentibus & futuris, quod nullus audeat imperatoris mandata contemnere. Hanc igitur epistolam destinauit quidem Petronio, non tamen ipso uiuente perducitur. Petronius autem tardius eam aliquanto suscepit, remoratis nauigio portatoribus, in tantum ut etiam ante hanc epistolam alias literas accepisset, in quibus de morte Cæsaris certior redderetur. Non enim obliuisci poterat deus tantorum periculorum, quæ Petronius cum alacritate magna subierat, ut Iudæis in honorem eius religionis gratiam præstitisset: & Caium de medio auferens, mercedem illi dignam pro illius impietate restituit, cooperatus est autem Petronio. Nam tanta illi dilectio cõparata est, tam Romæ quàm in unoquoq; regno, ut dei gratia super eum euidens, appareret. Romæ nanq; senatorij ordinis, & quotquot dignitatibus eminebant, tam uirtutis merito, quàm odio Caij, quod propter eius crudelitatem iniquitatémq; conceperant, circa Petroniũ magno fauore ferebantur. Mortuus autem est nõ post multum temporis, quàm fuerat epistola scripta Petronio, in qua eum morte damnauerat. Causam autem per quam extinctus est, & totum ordinem insidiarum, narrabo procedente sermone. Petronio uero prima uenit epistola, mortem indicans Caij: post aliquantum uero temporis ea, in qua propria manu semetipsum interimere iubebatur. Vbi miranda est diuinæ dementiæ prouidentia, quomodo sine ulla dilatione, tantam illi retributionem mercedis indulserit, pro honore quem exhibuit templo dei, & pro adiutorio quod Iudæis præstitit, ut per eum beneficium salutis acciperent.

Prouidentia dei erga Petronium.

De actis Asinei & Anilei fratrum, & maxima strage Iudæorum in Babylonia & Seleucia. Caput XVI.

COntigit etiam per idem tempus Iudæis illis, qui in Mesopotamia & Babylonia habitabant, ualde magna calamitas, ubi quoq; multa cædes accidit, quanta nunquam ante refertur in historia: de qua cuncta diligenter absoluam, ut causas ipsas ex quibus prouenit insinuem. Neerda dicitur Babyloniæ ciuitas, admodum populosa, habens circa se plurimam fœcundamq; regionem: quæ cum alijs plurimis bonis, tum etiam hominibus ipsa referta est, hostibus quoq; inadibilis. Nam eam Euphrates undiq; circumiens, in medio continet uniuersam. Ad hæc etiam mœnibus est munita firmissimis. Est autem alia ciuitas, cuius Nisibis uocabulum, circa eiusdem fluminis fluenta constructa: unde Iudæi quoque natura confidentes locorum, censum quem solent in honorem dei tribuere, ibidem custodiendum illo tempore deponebant. Sed etiam alia munera decora templorum illis ciuitatibus habuere: nam eis ueluti pœnu, uel promontorio munitissimo securius utebantur: hinc autem in Hierosolymam, cum tempus experteret,

Neerda oppidum.

Nisibis oppidum.

teret,pecunias dirigebant. Plurima quoque inde hominum milia paſcebantur. Erant itaq; duo quidã homines,Aſineus & Anileus nomine,Neerdatiẽſes quidẽ genere,& inter ſe germani fratres.His præceperat mater(nam patre orbati fuere) ut nauium operarentur uelamina: quia non indecorum apud eiuſdem loci ciues hoc opus habebatur,ita ut etiam plures apud eos uirorum,eis exerceantur operibus,quæ uſui marino proficiant. Hos quadam die magiſter,qui eidem operi præerat,apud quem etiam ipſam artem didicerant, de aduentu & tarditate culpauit,eoſq; uerberibus ultus eſt.Illi uero grauiter hoc ferentes,arma quantacunque in eius domo ſeruabantur,abripiunt: & pergunt in quendam uicum,qui diruptio fluminum uocatur,ubi optima ſolebant paſcua germinari,ibiq; ea repoſuerunt.Quo facto,congregantur ad eos plurimi iuuenes,quotquot egeſtate laborabant.Hos armis inſtruunt,ipſi uero ueluti ductores agebant. Ibi quandam ſibi extruentes arcem,demandant uniuerſis, qui per illa paſcua armenta ducta bant,ut illis cenſum redderent,atq; ex hoc & cum eis amicitiã haberent:& aduerſus hoſtem qui depopulatũ forte prorumperet,auxilio fore ſe firmabant. Illi uero dicto audiẽtes fuere,non enim aliter facere ualebant, & ex pecoribus mittebãt quantacunq; iubebãtur:ac proinde manus & uirtus illis amplior accedebat,& poteſtatem habebant quæcunq; animus uellet efficere,alios fugare uel lædere,alios regere uel curare,non ſolum incolas regionis,ſed etiam quos forte tranſire cõtingeret: nomenq; eorũ formidoloſum ſatis habebatur, & per ſingulos dies de eis ſermo creſcebat:donec ad regem Parthorum uſq; peruenit auditus. Satrapa uero Babyloniæ,poſtquam iſta cognouit,uoluit eos in ipſis initijs reprimere,antequam eis licentia creſcente malum amplius oriretur. Et congregans manum ꝯplurimam potuit,ſed etiam ex Parthis Babylonijsq; quàmplurimos,aduerſum eos repente tendebat,nolens eos nuncium ſui antequam ueniret, accipere.Igitur per occulta ductans exercitum, & ueniens in quendam nemeroſum locum, ibidem latitabat. Et ſequenti die(illuceſcebat nanque ſabbatum,in quo Iudæi nihil operãtur)ratus eſt reſiſtere non auſuros,atq; hoc modo ſine pugna uinctos poſſet abducere. Paulatim ergo ac pedetẽtim accedebat ad locum,ut cum proximus fieret,ſtatim in eos irrueret. Sed Aſineus,ſicut forte cum alijs nonnullis conſederat,ante quos arma fuere iacentia: ò uiri,inquit,hinnitus equorũ meas aures allapſus eſt,non equarum amor:ſed equorum uiros uehentium hinnitus ſcio exiſtere: nam etiam ſtrepitum frenorum ſimul aduerto. Vereor itaq;,ne nos circumfuſi hoſtes aggreſſi ſint.Sed citius quiſpiam ex uobis ſpectatũ procurrat,qui nobis quidnam iſtud ſit manifeſte denunciet.Opto autem falſa me locutum fuiſſe, & deceptum potius ueri ſimilitudine ſonitus,quàm uera ſenſiſſe. Et ille quidem huiuſmodi uerba locutus eſt.Cum ecce ſimul quidam aduenium ſpeculati negotium: & celeriter accurrentes,neque tu,inquiunt,falleris, ſed integre coniectaſti, quæ aduerſus nos geruntur.Ab hoſtibus circũdati quippe ſumus dolo,nihil brutorum animalium differentes. Nam nos plurimus equitatus inuadit,eo præſertim tempore, quo nudi omnibus armis extamus,ob id,quod lex paterna uacare nos, & nihil agere hodie præcipiat. Aſineus porrò,non ſecundum ſpeculatoris ſententiam quid deberet fieri decernebat: ſed legale magis exiſtimans,ne de-

missis manibus pereuntes, lætitiam hostibus exhiberent, oportere iudicat, ut nõ sine hostium ultione operentur. Arma itaque corripit, alios qui circa illum erant similiter adhortatur, eos in audaciam excitans, ut uirtutis memores, hostes itinere fessos inuaderent, atque impetum facientes, multos obtruncant, alios fugauerunt. Nã eos securitas, qua se putauerant quasi cuncta parata reperturos, & ignauos & molles effecerat. Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium aduenisset, obstupefactus super illorum fratrum audacia, desiderauit eos uidere, & cũ eis miscere colloquium: & mittit ex armigeris fidelissimũ, qui diceret: Quoniam imperator Artabanus, quamuis læsus à uobis, & quamuis sua prouincia deprædata, tamen nulla circa uos indignatione, qua debebat accensus est: sed consideratione uirtutis uestræ, magis in uestram gratiam factus attonitus, misit me, dextram uobis fidemq; præbiturum, ut ad eum ueniatis, & eius habeatis amicitiã, nullum dolum aut insidias formidãtes: dona etiam se daturum promittit, & honoribus sublimare, ex quibus potentia uobis maior accrescat. Tunc Asineus ipse quidem distulit, sed fratrem suum Anileum cum muneribus mittit, quæ præparare potuerunt. Et ille quidem ita perrexit, atque perueniens ad imperatorẽ ingreditur. Artabanus autem audiens Anileum uenisse, interrogabat causam, cur etiam Asineus non simul aduenerit. Cumq; audisset, quod timore suum aduentum subtraxerit, cœpit per deos patrios obtestari, nihil se mali facturum in eos, si se eius committerent fidei. Inter illos enim barbaros esse solet iudicium, ut nunquàm quisquam inter eos, postquàm dextram præbuerit, mentiatur: nec quisquã de fide dãtis dextram dubitauerit. Et Artabanus quidem ista gerens, mittit Anileum persuasurum fratri, ut ad eum etiam pariter ipse aduenire. Agebat aũt hæc imperator, opus habens illis fratribus, pro tutamine illius satrapiæ, propter quod in illa regione facile possent ab imperio suo decedere: ut anteq; tale aliquid contingeret, ipse illos per amicitiam occuparet. Timebat etiam ne in Babylonia plurimi se Asineo coniungerent, & ille manu ualida congregata, præsertim in illis locis tam munitissimis, facile se à Persarum imperio defensaret. Et ille quidem talia reputans, mandabat Asineo. Anileus autem persuasit fratri, intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris, tum etiam iusiurandum quod ei præbuerat: proinde ad Artabanum cum alacritate pergebant. Ille autem eos cum gratia magna suscipiens, admirabatur Asineum, quod ita magnanimus extitisset, cum corpus possideret ad uidendum breue, & quod contemptui ab intuentibus haberetur: eiusq; prudẽtiam strennuitatemq; cõsiderans, fertur ad amicos dixisse, quàm maior esset anima corpore tam minore. Ostendensq; Asineum uni ductorum suorum, Abdagadi nomine, atq; eius nomen indicans, omnemq; uirtutem & strennuitatem eius intimans, qualis extitisset in bello: Abdagades postulabat permissum sibi contribui, ut eum occideret, atque iniurias eius & depopulationes, quas in prouincias commiserat, ultum iret. Non permittam, inquit imperator, hæc fieri in eum uirum, qui mea fide præsumptus, dextram à me iuratione mutuo deorum accipiens, uenire properauit. Tu quia uir bonus extas in bello, nihil periurijs meis opus est, ut Parthorum iniurias ulciscaris: discedentem uero, si cupis insequere, eumque si poteris iure belli superato. Mane itaq; facto, accersiri

fini iubet Aſineum. Tempus tibi eſt, inquit, ò iuuenis ad propria diſcedendi, ne forte plurimos ad te ductorum irites, & ſine mea conſcientia pereas. Commendo autem tibi Babyloniæ regionem, ut eam lædi à latronibus non permittas, ſed tua uirtute à malis omnibus defendatur. Dignus nanque ſum à te optimo homine hanc reciprocationem accipere, qui tibi fideles animos omnino ſeruauerim: neq; ad eos attendi, qui fuerant ad tuum interitum iritati, ſed ad ſalutem tuam tutandam ſedulo feſtinaui. Hæc dicens, eum donatum muneribus competentibus, in propriam deſtinat regionem. Ille autem domum reuerſus, oppida conſtituit, & caſtella quæ primo fuere reſtaurando confirmat, atque ita breui magnus effectus eſt: tantáq; per eum negocia gerebantur, quanta nunquam ab alio ante ipſum geri potuerunt. Tantus ergo fuerat factus, ut etiam ab ipſis Parthorũ ductoribus honoraretur, qui ad illam regionem per tempora mittebantur. Nã ſolam Babyloniorum honorificẽtiam habere minorem ducebat, quam ſuæ uirtutis merito debere iudicabat exolui. Omnia igitur negotia quæ in Meſopotamia gerebantur, ex eius poteſtate pendebant, & amplius eius felicitas per annos quindecim amplificata creſcebat, & bonorum omnium uigore ac flore pollebat. Sed dum tali proſperitate frucrẽtur, ſubito malorum illos occupauere principia, quæ huiuſmodi cauſis occipiunt. Poſtquàm enim ſtrenuitate ac uirtute ad magnam peruenere potentiam, conuertuntur ad iniurias perpetrandas, & tranſgreſſiones paternarum legum, cupiditatibus in tranſuerſum agentibus. Denicq; Parthorum quendam ductorem inuadunt, qui ad gubernandam illam miſſus fuerat regionem, quem etiam propria uxor fuerat comitata. Hæc cum in alijs pluribus rebus laudabilis extitiſſet, tunc pulcherrime cunctas fœminas anteibat, ita ut magnum decoris miraculum ſpectantibus apportaret. Hanc Anileus ſiue pulchritudinem eius auditu cognoſcens, ſiue proprio uiſu conſpiciẽs, adamauit. Deinde cœpit inſidias eius uiro præparare, eumq́ue hoſtiliter inuadens interemit, illam autem abripiens ſibi coniunxit. Quæ mulier haud equidem ſine magnis calamitatibus Anilei domum ingreſſa eſt, ſed tam ipſi quàm Aſineo fratri, magnorum malorum deportauit aggeriem, per huiuſmodi cauſam: Cum enim illa poſt mortem uiri, deorum ſuorum ſimulacra ſumpſiſſet, quæ more paterno tam ab ipſa quàm à uiro eius religione colebantur: cœpit ea domi habere, & ſimili cultu uenerari: ſed etiam cum alicubi forte pergebant in exteras regiones, ſecum illa ſimulacra portabat. Et primo quidem latenter hũc ritum religionis exercebat, poſtea cœpit etiam marito monſtrare, quali modo uel lege deos illos cũ primo ſuo cõiuge coleret. Tum ſocij eorum, qui ab eis inter primos honorabantur, primum quidem ad ipſum Anileum locuti ſunt: quia non deberet Hebraico ritu contempto, & neglectis ſuis legibus, eam mulierem accipere, quæ contrario ritu aliam religionem habens, interdicta ſibi ſacrificia diſs extraneis exhiberet: debere illũ aiebant rebus ſuis bene conſulere, ne forte amore mulieris & uoluptate corporis captus, illa celebrari permittens ſeque regnumq́ue ſuum peſſundaret. Sed cum nihil proficerent talia commonentes, uirum etiam quendam illorum, qui maxime inter eos honore fungeretur, quoniam ampliore fiducia locutus ſit, interemit. Ille uero moriens, maledixit ipſi Anileo fratriq́ue ipſi Aſineo, cunctiſq; ſocijs, ut

ſimiliter ab hoſtibus interirent: ipſi quidem, quod tale in ſe facinus perpetra-
ret: illis autem, quod non prohibuerint, neque ullum auxilium tulerint homini,
pro legibus paternis & pro tanta gente proloquenti. Cuius mortem omnes qui-
dem grauiter ferebant: tolerabant tamen non ob aliud, niſi quia illorum poten-
tia ad infelicitatem ducebantur. Cum autem culturam etiam deorum Parthorũ
audiſſent, ultra tolerandum non eſſe iudicabant opus Anilei, quod in legem
patriam iniuria gerebatur. Itaque plurimi congregati, ad Aſineum accedunt: &
eum magnis uocibus increpabant, dicentes: Bene quidem eſſet, ſi neque primum
tale aliquid fieret: ſed quia iam factum eſt, ſaltem nunc correctio conſequatur,
antequàm illud peccatum illi cum cæteris omnibus adducat interitum. Eiq́ue ex-
probrabant, propter nuptias cum alienigena muliere confectas, contra conſue-
tudinem legis ipſorum: & ſuperſtitionem mulieris, quæ in iniuriam dei ſui fuiſ-
ſet inducta. Ille autem, quàmuis peccatum fratris cognoſceret magnorum ma-
lorum fuiſſe cauſam & fore, uerũtamen uictus conſanguinitatis fauore tolera-
bat: ueniamq́ue fratri dabat, quod fortiore malo libidinis uincebatur. Sed cum
plures ad eum per dies accuſationes à pluribus aduenirent, tunc de his Anileo lo
qui compulſus eſt, increpans eum, & quieſcere de cætero iubens ab illis operibus,
& ut mulierem ad ſua propria parentesq́; reuocaret. Sed nihil eorum uerborum
percipiebat effectum. Mulier autem ſentiens tumultum, qui propter ſe popu-
los obtineret, uenenum inter cibos dedit Aſineo. Quo ille accepto, defunctus eſt.
At illa ſine ullo timore poſtea degere cœpit, ſolum ſui iudicem habens, quẽ ſen-
tiebat ſuo amore conſtrictum. Porrò Anileus ſolus regni moderamina excipi-
ens, exercitum ſumens, uicos Mithridatis inuadit, uiri apud Parthos in primo
loco conſtituti, & regis Artabani filiam in coniugio poſſidentis. Vbi cum irrum-
peret, omnia prædæ dedit: & multas pecunias inde, multosq́ue captiuos abripu-
it, & numeroſum pecus abduxit, & alia plurima, quæ ad diuitias opulentiamq́;
pertinere noſcuntur. Sed cum hæc Mithridates audiſſet, quod talis in ſuis uicis
præda & captiuitas fuiſſet effecta, grauiter ferens, quod ipſe ante nihil læſiſſet
Anileum. Anileus uero quod exordium tantæ ſumpſiſſet iniuriæ, tanta in ſe di-
gnitate contempta: congregansq́ue q̃plurimum potuit equitatum, ſed etiã æta-
te feruentium non minimam manum, aduerſus Anileum uenit, & contendebat,
ut cum eo bello decerneret. Sed antequàm ad eum ueniſſet, in quodam uico oc-
culte caſtra conſtituit, ut inde proxima die in hoſtes irrumperet: quoniam ſab-
batum illuceſcebat, cum à Iudæis otium & uacuitas exercetur. Anileus autem iſta
cognoſcens à quodam homine Syro, alienigena, ex alio uico, qui cum alia inte-
gre nunciaret, tum etiam uicum intimabat, ubi Mithridates manſionem fecerat.
Milites itaque cœnare faciens, caſtris egreſſus eſt, cunctis ignorantibus quod ad-
uerſus Parthos tenderet. Et circa noctis ferè quartam cuſtodiam, hoſtes inuadit,
alios dormientes obtruncat, pleroſque in fugam conuertit. Mithridatem autem
uiuum tenens, ſecũ ducebat, ſuper aſinum nudum imponens, quod ualde igno-
miniоſiſſimum apud Parthos habetur. Cumq́ue ad locum proprium peruenit,
hortabantur amici, ut Mithridatem perimeret. Sed contrà ipſe conſilium aliud
dicebat, non rectum eſſe dicens, ut Mithridatem extingueret, uirum primo ge-

Anileus ſuperat Mithridatem.

nere

nere apud Parthos ortum, & neceſſitudine connubij apud regem Artabanum magnifice honorabilem: nunc autem utcunque tolerabile cenſeatur eſſe quod factum eſt: quoniam & ſi iniuriatus eſt Mithridates, uerum tamen beneficio ſalutis erit ſe liberantibus gratiam debiturus: ſi uero quicquàm patiatur, nequaq; regem Artabanum patienter laturum, ſed magnam dadem Iudæis importaturũ in Babylonia conſtitutis. Parcere itaque illi melius uidetur, & propter conſanguinitatem qua regi coiunctus eſt, & pro tanta dignitate qua inter ſuos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia in concione loquens, omnibus perſuaſit. Dimittitur igitur Mithridates. Sed ei reuertenti, eius mulier exprobrabat, niſi feſtinaret utpote regis gener, & in tãta dignitate conſtitutus, ſupplicia ſumere de his qui contumeliam ingeſſiſſent. Turpe nanque illa eſſe dicebat, ut ſalutem eli geret, poſtquàm captiuus in manus Iudæi hominis fuiſſet, & nunc aut ultum ire ſuam iniuriam intenderet, aut ſe per deos iurare coniugij fœdera ſoluturam. Has ille exprobrationes per dies ſingulos minime ferens, magnanimitatem etiam mulieris metuens, ne inter eos coniugium ſolueretur: non ſponte quidem neque uolens congregans manum quàmplurimam potuit, aduerſus Iudæos tendebat in Tollemniam: & ipſe ſalutem æſtimans, ſi Parthus impune fuiſſet à Iudæis repulſus belli certamine. Anileus autem, ut cognouit ad ſe tendentem cum multa manu Mithridatem, inglorium iudicans ſi in locis ſuis maneret, & non magis anteueniens hoſtes occurreret, ex proſperitate prima confidens iterum ſe pugnaturũ, credens audentibus uirtutis etiam robur accreſcere. Multi itaque illi ſuperiorum exercitus ſe coniunxere, ſperantes prædam ſe ſicut antea relaturos, & in ipſa prima facie terrorem hoſtibus illaturos. Pergunt itaque illo die ſtadia nonaginta, per loca uaſta & inaquoſa iter facientes: ſed medio die, ardore ſolis ingẽti, ſitis Iudæos occupat. Mithridates autem apparens continuo, feſſos itinere, ac ſiti fatigatos inuadit. Illi nec æſtum nec arma ferre ualentes, profugiunt. Parthi uero inſequentes, magnam cædem faciunt, Iudæorum multæ miriades occumbunt. Anileus autem, & quotquot circa eum erant, in ſyluam ſe recipiunt. Mithridates uero magnam uictoriam ſumens, magno gaudio cœpit exultare. Congregatur autem ad Anileum infinita multitudo hominum peſſimorũ, & ſuam ſalutem parauipendentium, quos Anileus ſuſcipiebat, uolens ex his recompenſationem efficere multitudinis quæ bello perierat: ſed haud ſanè ſimiles illis, qui bello perierant. Nam erat uulgus inexercitatum. Sed etiam cum hac multitudine irrupit in uicos Babyloniorum, eoſq; paſſim depopulabatur. Tum Babylonij, quamuis ad bellum parati, mittunt tamen in Neerdam ad Iudæos qui ibidem habitabãt, tradi ſibi Anileum expetentes. Illi uero nequaquàm illorum ſermonem accipientes, neque cum traditione Anilei pacem facere uolentes, prouocabant eos ad prælium. Veruntamen aditum legatis Babyloniorum permiſere, ut ad Anileũ uenirent, & cum eo quicquid uellent protinus loquerentur. Babylonij locum integre ſpeculantes quo ſe conſtituerat Anileus, & cuncta diligenter inſpicientes, occulte nocte ſomno oppreſſos inuadunt, necantq́ue quantoſcunque reperiunt, ipſumq́ue Anileum obtruncãt: atque hoc modo Babylonij iniurijs Anilei, & grauedine liberati ſunt. Impreſſio nanque eis illa magno conſtabat odio, quod cir-

Victoria Mithridatis.

ca eos detinebatur: Nam penè ſemper inimicitias exercebant. Cauſa uero huius iræ, fuit lex eorum paterna, quam ille oppugnabat: & propterea ſibi ſemper inuicem æmulabantur: unde ſi eorum quiſquàm opportunitatem inuenerat, ab iniurijs non parcebat. Tunc itaque hoc modo pereũte Anileo, cœpere Babyloniĳ Iudæis inſtare. Illi uero & grauiter ferentes impreſſionem Babyloniorum, & repugnare penitus non ualentes, in Seleuciam cum ſuis omnibus emigrarunt. Seleucia oppidum. Seleucia ciuitas eſt admodum opulens, & decora, quam Seleucus Nicanoris fabricatus eſt. Habitabant autem eam Macedoniorum plurimi, & Græcorum abũdantiſſimi. Eſt ibi etiam Syrorum non minima multitudo. In hanc igitur Iudæi refugiunt: & per quinque quidem annos illæſi, & expertes malorum fuere. Sexto uero anno (nam Babyloniæ corruptio eorum magna contigit, & ruina, & ob hoc plurimi in Seleuciam magis magisq; confugiunt) eos amplior ibi clades ſuſcipit, propter cauſam quam breuiter enarrabo. Græcis in Seleucia habitantibus, aduerſus Syros ex maxima parte inimicitiæ acutæ gerebantur: ſed græci ſemper ſuperiores extabant. Tũc itaq; cohabitabant eis & Iudæi, qui aduenerant. Syri autem ſeditionẽ mouentes, cœperũt ſuperiores exiſtere, ex cõſenſu & auxilio Iudæorum, hominum inconſiderate ſe in pericula præcipitantium, & intentionem ſolam ad bellum gerendũ habentium. Tunc Iudæi hac ſeditione ſuperãtur. Illi uero nullam aliam rationem cernebant, qua poſſent ſtatum ſuum priſtinum, & dignitatem reformare, niſi Syros à Iudæis ſepararent. Vnuſquiſq; igitur eorum, uerba faciunt ad Syros, cum quo quiſq; ſe familiaritatem habere cernebat: atque hoc modo pacem inter ſe, amicitiamq; componunt. Primates itaq; uiri ex utraq; parte, pacta quibus pax & concordia ſeruaretur, inſtituunt: atque hoc modo inuicem exhortantur, ut cum Iudæis bellum gerant. Quos ex conſtituto repẽte inuadũt: interimuntq; ſuper quinquaginta milia hominum. Pereunt igitur omnes præter admodum paucos, qui forte aut amicorum, aut uicinorũ miſericordia conſeruati ſunt. Et quia iam ibidẽ uiuere non poterant, diſcedunt exinde Cteſiphontem, ciuitatem uicinam Seleuciæ: ubi conſuetus eſt Parthorum rex, per ſingulos annos hyberna peragere: ubi etiam plurimæ eius opes, & plurimus regni cultus aſſeruatur. Nulla tamen iam eis uiuendi ſpes fuerat derelictã: nã etiam ibi omnis gens Iudæorum terrore regis premebatur. Nam tam Babylonios quàm Seleucios formidoloſos habebant: ſed etiam omnis multitudo Syrorum, quæ in illis locis habitabat, ad ipſum cum Seleucijs loquebantur, ut bellum gereret cum Iudæis. Ob hoc ergo diſcedunt etiam inde in Neerdam, & in Niſibin: ubi propter munimentum illarum ciuitatum tutos ſe eſſe cenſebant. Super hæc etiam habitantur illæ ciuitates, ab hominibus bellicoſis. Et ea quidem quæ circa Iudæos Babyloniæ conſtitutos, acta ſunt, huiuſmodi fuere.

Cedes quinquagies mille Iudæorum facta in Seleucia.

Flauĳ

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVSNONVS.

Qualiter C. Caligula Cæsar insidijs extinctus sit. Caput I.

Aius aũt non in solos Iudæos, qui Hierosolymis fuere, & eos q in his regionibus habitabãt, iniustitiæ suæ demonstrabat insaniã, sed per omnẽ terrã, & per omne mare super eos præcepta destinabat, quaquauersum imperium Romanũ protẽditur: & pluribus cũcta calamitatibus adimpleuit, quales ante nunc̃ historiæ prodiderunt. Maxime autẽ omnium Roma dadẽ perpetiebatur, quã in nullo honorabiliorẽ cæteris ciuitatibus æstimabat. Nam cũ omnes cæteros exteros libenter tractaret, nõ ita senatũ, & omnes quanticunq; ex nobilibus uel generosis dariſſimi cõstabant. Multa etiã crimina perpetrabat, aduersus equites Romanos. Quidã aũt hoc dignitatis nomine censebãtur, opibus aũt penè pars senatoribus existebant: propter quod etiã in conuẽtu senatus interesse solebãt, quos ualde inhonoros habuit: plurimosq; ex eis morte damnabat, quorũ etiam simul pecunias auferebat. Nã multas etiã cædes non ob aliud, nisi ut eorũ auferret pecunias, perpetrabat. Diuinũ uero sibi cultum & honores uolebat, non cũ hominibus exhiberi, sed etiã in templũ Iouis ueniẽs, quod Capitoliũ quidem uocãt (magis aũt uenerabile illis est omnium templorũ) fratrem se Iouis aussus est appellare. Sed etiã alia quæ gerebat, non erant furoris aliena. Nã etiam ex Dicæarchia ciuitate, quæ in Campania cõstituta est, ad Messanã, quæ alia quoq; maritima ciuitas est, graue putans, uti remis trãsitumq; facere: putansq; sibi subijcere etiã hoc elementum posse, uelut domino maris existẽte, talia etiã uolebat in fluctibus gerere, qualia solet terræ natura sustinere. Voluit ergo, & à littore ad littus, stadia fermè trecenta in medio mari, & intra tam uastũ sinum, pontem construere, super quem carrucis & diuersis uehiculis itinera ualeret efficere. Sed & tẽplorum paganorũ nullum nõ depopulatũ reliquit. Quæcunq; enim pictura, aut sculptura, uenusta fuere, uel alio quolibet opificio pulchra simulacra, atq; omnimodo anathematizata, deferri iussit ad se. Non emi alibi pulchras res esse dicebat oportere, nisi in pulchriori loco. Hunc aũt, Romam esse firmabat. Non solũ autẽ suam domũ, sed etiam hortos aliaq; sua habitacula, ubicunq; terrarũ Italiæ constabant, ex talibus repleuerat ornamentis, Nam etiã Iouem Olympiũ, qui maxime apud gentiles uenerabilis habetur, quẽ Phidias Athenæus fecerat, ausus est in Romanã transferre ciuitatem: nõ tñ ad effectũ res perducta est, architectis dicentibus ad *Mennĩ Regulũ, cui res illa fuerat imperata, eo quod si illud simulacrũ moueretur, aliquod malũ posset accidere. Fertur aũt Mennius, etiã prodigijs propter hoc multis acceptis, distulisse negotium. Veruntamen eiusmodi uerba scribit ad Caium, unde periculum mortis illi protinus imminebat: euasit tamen, quoniã Caius morte præuentus est. Intantũ etiam proruperat eius insania, ut cum ei filia fuisset exorta, eam perducẽs in Capitolium, super genua simulacri cõstitueret, cõ-

Caij crudelitas & arrogãtia.

Forte Mennium.

munem ſibi natã Iouiq; confirmans, duos patres uni proli conſtituẽs. Et hæc illũ etiam talia perpetrantem, prò nefas, homines tolerabãt. Molitus eſt & ſeruos ad accuſationem excitare dominorũ, quæcunq; uellent in publicũ crimina deportare. Ille aũt, quæcunq; illis peſſima oriebantur in animo, nulla prohibebantur dicere ratione: cernentes gratũ illi fore, quicquid mali dixiſſent: ita ut etiã Claudiũ auderet Polydeuces ſeruus eius accuſare: & ille patiebatur, aduerſus patruum ſuum geri capitale iudicium: ſperans etiã ipſum, quo faciliorem potentiã aduerſus cæteros adipiſceretur, extinguere: nõ tamẽ aſſecutus eſt, quod uolebat. Repleta igitur uniuerſa repub. diuerſis malis, diuerſiſq; calumniis, ex audacia ſeruorum aduerſus dominos ubiq; inſidiæ gerebantur: ab aliis quidẽ, ut ſuas iniurias pro his quæ paſſi ſunt, defenſarent: ab illis autem, præuenire homines cupiẽtibus, cum ſibi ab eis pro culpis ſuis aliquid ſupplicij imminere ſentirẽt. Proinde quoniã corruptis legibus, & hominibus in afflictione cõſtitutis, non paruum beatitudinis monumentũ mors illius hominis apportauit: ſed etiã genti noſtræ, quæ breui iã omnis interiiſſet, niſi mors illũ celeriter occupaſſet: uolo ſuper eo cũcta diſſerere. Nã aliãs quoq; magnam felicitatẽ confert hominibus, & ſolatiũ in calamitatibus conſtitutis: at etiam correctionẽ his, qui putant proſperitatẽ eſſe perpetuam: docetq;, ne rebus ſecundis quiſq; peſſime cõmutetur, ſed uirtutis ſtudiũ eſſe percolendũ. Vias equidẽ tres mors illa parauerat: & harũ uniuſcuiuſq; uiri boni primatũ in cõſilijs habebant. Aemilius enim Regulus, ex Corduba Iberiæ ciuitate originem ducens, cõgregauit plurimos, ut ſiue per illos, ſiue per ſemetipſum alacriter Caiũ interimeret: alterius autẽ principatũ gerebat Caſſius Chæreas tribunus: ſed & Minutianus non paruam partem hominum ad hoc opus aggregauerat. Cauſa autẽ erat illis odiũ, quo circa Caium uniuerſi tenebantur. Et Regulus quidem iracundiam eius, & iniuſtitiã, qua in cunctos utebatur, horrebat. Gerit quippe indignationis aliquid animus liber, ut iniquitatẽ ferre non ualeat. Hic igitur cũ multis aduerſus Caiũ conſilium capit, cum amicis & cum aliis, qui efficaces ei uidebãtur ad cauſam. Minutianus autem, ut Lepidũ ulciſceretur amicum ſuũ, hunc enim cum aliquibus ſuis cõciuibus Caius extinxerat. Super hoc quoq; ſibi timebat, ne à Caio ſimiliter pateretur. Nam uidẽs ex aliis exemplis ſibi mortem imminere, feſtinabat ſuum præuenire periculũ. Chæreas uero confuſionem ſuam, & Caij obpro bria nõ ferebat, quibus eum arguebat, quod quaſi nihil in ſe fortitudinis haberet, inſuper etiam periculũ ſibi per ſingulos dies imminere cernebat. Mortẽ quoq; Caij, omnes honeſtũ opus & liberũ libenter excipere reputabant: cæteri uero cupiebant ſuper hoc habere cõmune conſilium: uidẽtes tantas iniurias, & exemplũ prauum dari cupientibus principatũ. Omnes ergo, ut tantis dadibus liberarẽtur, deſiderabant aduerſus Caium aliquid geri: decere nanq; ad talia negotia bonos uiros accedere, pro ſalute pietatis, & imperij mácula auferenda, etiam cum ſuo diſcrimine. Super omnia autem Chæream ad opus gerendum excitabat melioris famæ cupiditas: & quia cernebat facilem ſibi aditum fore ad Caiũ: tribunus nãq; erat, & per hoc ſe opportunitatem reperturum putabat, qua perimeret Caium. Interea ludi currules agebantur, circa quæ ſpectacula magnum geritur à Romanis ſtudium. Concurrunt enim alacriter ad circum: & pro quibuſcunque rebus

Conſpirationis aduerſus C. Caligulã principes.

Mors Caij omnibus optabilis.

opus

opus habuerint,ab imperatoribus cõgregatione facta,depoſcunt.Illi uero ,quod multitudini non iudicant reſiſtendum , confeſtim grate petita concedunt . Rogabant itaque tunc Caium , cum omni intentione poſtulationibus utentes, ut cen/ ſuum releuationes efficeret , & grauedines cunctas auferret.Ille uero nolebat iſta concedere . At illi uoces amplius eleuabant.Tũ ille diuerſos per diuerſa loca mittens , iubet damantes abripi , & ſine ulla dilatione confeſtim interimi . Et ille quidem talia iuſſerat: quibus autem præceptum erat , iuſſa complebant.Pluri/ mis itaq; pro hac cauſa morientibus,populus ſpectans damare ceſſauit.Tunc omnibus ſuæ facultates in contemptu fuerunt , uidentibus alios pro ſuis opibus ad interitũ peruenire . Hæc & huiuſmodi Chæream excitabant , ut magnanimiter ingrederetur in cauſam : & inſidias quas parauerat Caio , perficeret : & eum tam nequiter aduerſus homines exaſperatum reprimeret . Et ſæpius conuiuijs Caij,rem noluit aggredi,& tamẽ conſideratione reuocabatur:non ſe cernens inuenire opportunitatem , qualẽ negotio aptam eſſe iudicabat:uerẽs,ne fruſtra ad tantum opus accederet : ſed ita rem moderabatur, ut conſilium animi ſui conſequeretur effectum . In hoc igitur multo tempore militabat,non libenter conuerſationem ſuſtinens Caij. Cum autem eum conſtituiſſet Caius , ſuper omnes publicas functiones , & cætera alia,quæ Cæſaris erant inferenda theſauris, per illud omne tempus,à rato negotio priuabatur . In quo tamen maiorem ſibi uirturem implendi operis aggregabat , quod more ſuo magis rebus utebatur, quàm Caij obediebat imperio : parcebat enim humilibus atq; depreſſis. Vnde ad iracundiã prouocauit Caiũ,ita ut eum de mollitie & de ſocordia criminaretur,non ualẽtem ſicut ipſe uellet,pecunias congregare. Contumelias igitur illi plurimas ingerebat, & muliebria oppingebat nomina,omni cõfuſione pleniſſima . Et hæc quidem cũ alijs increparet , ipſe magis gerebat in quibuſdam celebrationibus miniſteriorũ, quas ipſe conſtituerat. Stolas nanq; muliebres induebatur,& circumpoſitionem crinium complicatorũ adhibens,aliaq; quæ ad ornamentum cultumq; muliebrẽ pertinent,ipſe ſuſtinens,huius cõfuſionẽ criminis audebat alijs exprobrare.Chæreas autem,quando hæc ueſtimenta Cæſar ſumebat,indignatione ferebatur:maxime aũt,cum illa ueſtimenta miniſtris irridentibus redderet,ita ut etiam tribuni in deriſionem eũ haberent & opprobrium. Nam cum ſumpturi eſſent miniſtri à Cæſare muliebria ueſtimenta,prædicabant aliquas ut conſueti erant,ad luſum illum proferre facetias.Propter hoc etiam ei fidutia maior acceſſit , ut ſocios quoſdam acciperet , quibus ſe oſtenderet , non pro cauſis minoribus indignari. Nam erat etiam Pompidius ſenatorius , qui pene per omnes ordines & gradus adminiſtrationis tranſierat.Epicureus autem erat:& propter hoc otij & quietis ſtudioſus . Hunc* Timidius inimicus eius accuſauit , eo quod poſſet Caium maleficijs turpibus infamare : & eo aſſumens Quintiliam mulierem, quæ in rebus ſcenicis erat propter pulchritudinem clara , & pulchritudine plurimorum amorem habebat , & ſtudium : nam etiam ab ipſo Pompidio diligebatur : accuſatio autẽ erat falſa . Illa uero graue iudicante , teſtimonium in cauſa mortis aduerſus amatorem proferre , puniri eam dixit debere Timidius . Tum Caius excitatus , iubet Chæream ſine ulla dilatione continuo tormentis examinare Quintiliam. Nam

Multi à Caio interempti.

Chereas in inſidias Caij exp aſperatus.

Mollities Caij gula.

Al. Didius.

Quintiliæ pulchritudo.

&

& in rebus capitalibus, & ubicunque tormentis opus eſſet, eodem Chæreas ute batur: propter quod cum crudelius arbitrabatur miniſterium exhibere, timen tem, ne ab eo de mollitie & ſocordia culparetur. Quintilia itaque dum ad tor menta duceretur, conſciorum cuiuſdam pedem calce deprimens, ſignificauit eos debere confidere, & nihil de tormentis eius penitus timere. Chæreas tamen ac ſi nolens, tormentis eam adegit: timens propter illam ipſe ſubire periculum. Et nihil differens, eam in conſpectum Caij deducit, fœdatam tormentis, atque de formatam: ut etiam ab amatoribus ſuis ſine ulla uoluptate uideretur. Tunc Ca ius illam ſpeciem non ſuſtinens, ſed admodum compaſſus Quintiliæ, eo quod grauiter tormentis fuiſſet affecta, liberam crimine abſolutamque pronunciat, & cum ea ſimul Pompidium. Ipſam tamen etiam pecuniarum dono munerauit: unde illi ſolatium eſſet, propter quod grauiter erat debilitata tormentis. Nam non ſolum ſanitas eius corporis ex ſupplicijs corrupta erat, ſed etiã pulchritudo defœdata. Hæc igitur grauiter Chæream commouerunt, quod per eũ homines torquerentur. Vnde quoque ſuam iracundiã non ſuſtinẽs, dixit ad Clementem, atque Papinium: quorum Clemens quidem ſuper militiam conſtitutus erat, Papinius ſuper eos qui Caij fuere cuſtodes: O Clemens, inquit, minus ſecimus in agendo, quæ pro imperatore conſtabant. Nam etiam eos, qui aduerſus eius principatum coniurationem fecerãt, multa prouidentia uigilantes, & laboribus deſudantes, alios quidem extinximus, alios autem tormẽtis affecimus: intantum, ut etiam ipſi Caio miſerabiles uideantur. Ita noſtram militiam cum nimia ſæueritate tractamus. Tacente autem Clemente, grauiter quidem ſe ferre quæ imperabantur, tam oculis erat, quàm uultu & colore manifeſtus: uerbis autem inſaniam imperatoris aperire, iniuſtum eſſe iudicauit. Chæreas autem cohortes prouidenter præparans, cœpit fiduciabilibus uti ſermonibus: & ad eum enarrabat mala, quæ ciuitatem & imperium illud obtinerent: & quod uerbo quidem Caius illorum eſſe cauſa malorum diceretur: ſi uero quiſquàm rem, inquit, cum ueritate diſcutiat, inueniet ò Clemens, quod ego ſim totius mali cauſa, & hic Papinius, & tu qui Romanis & uniuerſæ humanitati, pro bonis omnia tormẽta, & omnes clades ingerimus, non imperijs compulſi Caij, ſed noſtra in hoc uoluntate progreſſi. Feſtinemus igitur comprimere tantum iniuriatorem in ciues ſuos omnesque ſubiectos, cui nos miniſterium exhibemus: & ueluti ſatellites atque carnifices, ad eius crudelitates explendas extamus: & arma quæ aduerſus hoſtes proferre debemus, in noſtros ciues conuertimus, non pro libertate, non pro imperio Romano: ſed pro ſalute eius, qui ſuæ iniquitati feſtinat cuncta ſubijcere. Nam ſimul & noſtra corpora, & noſtras conſcientias, per ſingulos dies polluimus, tormentis & ſanguine miſerorum: donec etiam alter aliquis inueniatur, qui in nos quoque tale Caio miniſterium exequatur. Non enim propter hæc quæ gerit, cum fauore circa nos conuerſabitur, magis autem cum ſuſpicione. Ad hæc etiam cum pereuntium multam ſtragem fecerit (non enim poterit Caij unquàm ſæuitia terminari, quoniam non iudicio in talibus cauſis intendit, ſed ſola libidine ad hominũ cædem impellitur) tum demum etiam nos cunctis pereuntibus cõiunget. Ad hæc Clemẽs cõſiliũ Chæreæ manifeſtius approbabat: taceri aũt iubebat,

Chæreas Quintilię tortor.

ne in

ne in plures ſermo ferretur: & diffuſis paſſim rebus, quæ gerebãtur, anteq; res coñ ſequatur effectũ, ſecreto prodito, & inſidijs propalatis, ipſi ducerentur ad pœnãi ſed tẽpore procedente, rem ſpei permittere, ut opportunitatem fortuna tribuẽte, opus gnauiter adimpleretur: ſe tamen dicebat per ſenectutem non poſſe audaciam gerere, ad tantũ negotium inchoandum. His uero quæ à te ò Chærea, tracta ta dictaq; ſunt, cautius aliquid fortaſſis inueniam: decẽtius aũt quis poterit inuenire? Et Clemens quidem continuo mutare ſententiam, omniaq́ue quæ audierat, quæq; ipſe dixerat, cœpit efferre per plurimos. Chæreas autem formidans, perrexit ad Sabinum, exiſtentem uirum dignum, quem etiam libertatis cognouerat amatorem, & propterea diſpoſitiones illorum temporum hoſtiliter abhorrẽtem. Opus itaque putans, ut celeriter quæ cogitabat inciperet, opportunum ratus, ut cum eorum communicarent maximo timore, ne à Clemente ſecreta proderẽtur. Super hæc etiam dilationes temporum aliquod contrarium reputabat allaturas. Cum aũt libenter Sabinus tali cogitationi, taliq; uoluntati conſentiret, tunc quidem tacere ſe dixit, & ad nullum de tali re ſuam proferre uoluntatem: ſi uero tempus & hominem nanciſcerentur, tunc non ſolum ſilentium abiecturum, ſed etiam ſuam uoluntatem manifeſtaturum eſſe firmabat: ſed ſi aliquid uiriliter uolumus efficere, nihil dilationis penitus detur. His igitur dictis, exinde conuertuntur ad Minutianum, ipſis quidem ſtudijs & uirtute parem, & ſimilia ex animi magnitudine cupientem: conſanguineum tamen Caij, ſed ſuſpectum propter mortem Lepidi. Multam nanq; inter ſe amicitiam, Minutianus Lepidusq; poſſidebant: & propterea etiam ipſe timore periclitabatur, ne ſimiliter eum perire contingeret. Erat quippe Caius omni nobilitati terribilis, ut putaretur aduerſus unũquenque ſingulari inſania prorupturus. Propter hoc enim alterutri ſibimet erant pro rerũ neceſſitate formidini: & uoluntatem, quam circa odium Caij gerebant, indicare non poterant. Ob huius utiq; ſuſpicionem, nec deuotionẽ ſibimet aperte impendere præſumebant. Dum igitur conueniſſent, & Minutiano honorem ſicuti prius exhibuiſſent, erat enim dignitate prædarus, & cunctorum ore laudatus, inter principia ſermonum, præcedens ille uerba fecit ad Chæream: requirens quod ſignũ illa die perceperit. Per totã nanq; ciuitatem, grata Chæreæ uidebatur iniuria, quam per ſignorum dationem ipſe portabat. Et ille inter uerba iocunda nihil motus, Minutiano reſpondit, eiq; ſermonem de rebus talibus faciendum eſſe commiſit: & tu mihi, inquit, da libertatis ſignum, gratias agẽti tibi, qui me amplius acuiſti, quàm egomet implere conſueui. Neque mihi ſermonibus iam pluribus opus erit, ſed hoc ſufficiet iudicio, ſi etiam tibi idẽ placeat, quod & mihi: quando & priuſquàm cõueniremus, eiuſdem cognoſcimur fuiſſe communionis. Vno itaq; gladio ſum accinctus, qui ſufficere poſſit ambobus, in quo cõſecuti fortiter, & accedamus ad opus. Princeps autem ſi uis, ipſe conſiſto, iubens operibus immi nere. Quod ſi cœpero tui cooperationem ſolatij, perſequar graſſatione ferri, conceſſa mihi te confirmante fidutia: per hoc enim, ipſum quoque ferrum efficacius ſolet exiſtere. Impellor enim ad actum non pro his quæ patior ego, dum ſpe ipſe circumferar. Non enim hæc lenitas, mea pericula tantummodo me conſiderare permittit: dum & liberæ patriæ atque legibus, & ademptæ uirtuti, & tantæ con-

Chereas Minutianum ſibi aſſociat.

doleam peſti,quæ cũctos ſimul propter Caium apprehendit.Dignus enim ſum. apud te iudicem fide rerum huiuſmodi,quando etiam tu ſapere talia comproba/ris. Tunc Minutianus conſiderans ardorem ſermonum eius, libenter amplexus eſt,& eius audaciam approbauit,atque laudauit:& uale dicto,cum uotis eũ predi/busq; dimiſit.Quidam enim aſſeuerabant,ea quæ contingebant,quodam auſpi/cio fuiſſe firmata.Nam dum Chæreas ingrederetur in curiam, uox cuiuſdam de populo fertur emiſſa,quæ quaſi admoneret,dicẽs:Perfice quod agendum eſt,opi tulante diuinitate.Quo facto,primum quidem Chæreas expauit,ne quis coniu/ratorum uideretur prodidiſſe ſecretum : nouiſſime uero cõſiderans,quia hæc pro inuitatione dicerentur,ſiue commonente aliquo ſociorum,ſeu certe deo(qui cun/cta humana reſpicit) conſulente, omnibus ad confortationem inſidiarum cauſa patuiſſet,uniuerſi ſimul armati ſunt : alij quidẽ ex ordine ſenatorio,alij uero Ro/manorum militum qui conſcij eſſe uidebãtur.Neque enim erat uir nobilitate ſeu felicitate præditus, qui Caij tranſitum non ardenter appeteret. Quapropter o/mnes quo poſſent ſtudio, ut uita priuaretur, totáque confidentia atque uirtu/te, ad tyrannicidium erant & ſermonibus & operibus præparati. Nam & Ca/liſtus libertinus Caij,uir unus potentia ſummi culminis eleuatus, qui nihil aliud poteſtate ſua,cũq; tyrãno æquus eſſe putaretur,timore cũctorũ,& magnitudine pe cuniarũ,quæ ei nimis acceſſerant,eo quod eſſet in muneribus accipiẽdis,& iniurijs exercẽdis acerrimus,& uigorem ultra modũ haberet,eum naturam Caij inſtabi/lem eſſe ſciret:& in quibus declinaſſet,nequaquã poſſe reuocari:& multas quidem alias periculi cauſas,necnon & magnitudinẽ pecuniarum haberet,accedẽs laten/ter ad Claudiũ, ſperans quia ſi ei cederet principatus,deficiente Caio,honorẽ ſi/milẽ ei præberet, eo quod illi gratiã & uerba dementiæ impendiſſet primitus,ait, quia iuſſus à Caio Claudiũ ueneno perimere,crebras huius rei dilationes quæſiſ ſet, ne talia perpetraret.Sed mihi uidetur,quia fingebat hæc Caliſtus,uolẽs cape/re Claudium.Nam neq; Caius ſtudens interfici Claudium honeſtas poterat oc/caſiones exquirere,neq; Caliſtus iuſſus optabilem rem Caio perpetrare, ſi diſtu/liſſet mãdata domini ſui,pericula potuit declinare.Sed Claudium diuinitas qui/dem à Caij ueſania liberauit.Caliſtus autem pro commendatione finxit hãc gra/tiam,quæ ei nequaquam probabatur iniuncta.Hi quidẽ,qui circa Chæream erãt, differebant quotidie,dum multos ſegnicies detineret: Chæreas autem nullã mo/ram gerebat,ſed omne tempus ad agendum opportuniſſimum iudicabat.Nam dum Caius in Capitolium aſcendiſſet,ut pro filia ſacrificaret,uenit ſrequenter ad eum, & in imperialis loci culmine ſtantem,ac populo auri & argenti pecunias di/ſpergentẽ,dum hæc miniſteria gererentur,præcipitem ex eminenti loco cogitauit impellere : cum ſe à nullo uideri putaret, nec inſidias feciſſe crederetur.Et licet nõ optata mors eueniſſet,ipſi tamen acceſſiſſet audacia,ut etiam præter ferrum peri meret Caium. Tantum habuit cum coniuratis Chæreas ardorem,metuens,ne tempora opportuna diffluerent. Illi uero uidebant quidem eum pro ſua liber/tate ſolicitum : poſcebant autem,ut paucum tempus uſque ad ſolennitatem ſpe/ctaculorum differret : ne dum conamen nequiuerit impleri, turba fieret ciuitati, dum conſcij requirerentur à Caio : & inſidiarum non ualeret utilitas in futuro :

Vxor emiſſa in curia coniuratos exagitat.

De Caliſto Caij libertino.

ſed

ſed hoc utile fore,ut in celebratione ſpectaculorum res potius agi tẽtaretur.Hæc ſpectacula in palatio ob honorem Cæſaris,in paruo eius rotundo templo agun tur,qui primus poteſtatem populi conuertit in ſeipſum,quæ ſcilicet Romani no biles cum filijs ſimul & coniugibus libenter ſpectare noſcuntur.Tũc enim Caius negligens ad omnes ita facilis erat incurſus,quando multa milia hominum par uo loco concurrerant, ut potuiſſet quilibet ad eius necem audacter accedere: abſentibus quoque cuſtodibus, qui licet uellent,non tamen ei præſidium facile deportarent.Spectabat ergo Chæreas,& uenientibus ſpectaculis,prima die ni tebatur,ut quod fuerat prætogitatum,ſine dilatione fortunæ ſolatijs adimple ret: quo tamen tribus diebus ludorum tranſactis, uix die nouiſſimo opus ua lebat terminari.Itaque Chæreas aduocans coniuratos,ſatis,inquit,ò etiam præ tetitum tempus noſtram poteſt obiurgare ſegnitiem,pro his quæ cum tanta uir tute tractata ſunt,& neglecta noſcuntur. Et melius eſt, ne proditione facta,pe reat cauſa, & potius Caius nos afficiat,cunctorumq; auferat libertatem,his die bus,quos nos tyrãnidi eius adijcimus:& cum nos de cætero debeamus eſſe libe ri, & alijs cauſam præbere felicitatis:præteritiq; ſeculi honorem & miracula repa rare.Illis uero nequaquam contradicentibus, quaſi non bene fuiſſet hortatus, neq; actum hunc aduerſe ſuſcipientibus,ſed potius conticeſcentibus:cur, inquit, ò fortiſſimi, ſegnes ſumus? An non uidetis hodie ſpectaculorum diem eſſe no uiſſimum,& Caium ferri ad Alexandriam nauigaturum,ut Aegyptum contem pletur? Bonũ ergo uobis eſt, ut ueſtris manibus Romanæ gloriæ auferatis ob probrium, & hoc terra mariq; diuulgetur. Nam quomodo non iuſtæ erimus confuſioni obnoxij, ſi quis eum Aegyptius uideatur perimere, iniuriam non ferens libertatis oppreſſæ? Ego ſiquidem nequaquã cogitationes ueſtras differ re patior, ſed hodie ad pericula ſimul accedo:grate ferens quicquid ex eis euene rit: animo ſcilicet conſiſtens ad pericula omnia præparato, quàm ut mihi huius laudis poſſit euenire priuatio. Hæc ille dicens, & ipſe audacius armatus eſt, & reliquis fiduciam præparauit: cunctisq; iam erat deſiderium, ut conamen at tingeretur, nihilq; differens, diluculo ad palatium multitudo equeſtrium ar mata conuenit. Mos erat tribunis enſe cinctis, petere ab imperatore ſignum, quod ei competebat, ut ſignum acciperet. Concurrebant ergo ad palatium o mnes, ut pro ſpectaculo loca ſibimet occuparent. Cumq; multa plebe atq; compreſſione Caius exultaret, ita ut præ multitudine, neq; ſenatui, nec Ro manis equitibus locus eſſet: ſed omnes permixti ſederent,cum uiris pariter mu lieres, & liberi unà cum ſeruis, Caius proceſſu ſibimet facto, pio Cæſari ſolem niter immolabat: cuius etiam ſpectacula celebrabat. Et cum de ſacrificijs ali quid ſanguinis cecidiſſet, contigit, ut ex eo cruore cuiuſdam ſenatoris Aſpre næ nomine, ueſtis adimpleretur: quod factum Caio quidem præbuit riſum, Aſprenæ uero augurium fuit apertum,qui ſcilicet unà cum Caio peremptus eſt. Ferunt itaq; Caium ultra ſuam naturam illa die fuiſſe mitiſſimum,ita ut omni bus eius humilis ſalutatio mira uideretur. Qui poſt ſacrificia ad ſpectacula ue niens, præſidebat: & circa eum primi procerum. Eſt autem ipſum ſpectacu lum, ubi annis ſingulis exhibetur in duabus cellis, quarum altera quidem ducit

ad atrium, altera uero ad porticum, ingreſſibus & egreſſibus apta, quatenus non turbentur, qui interius eſſe noſcuntur. Eſt enim illic & alia cella, ubi luſores exerceri ſolent, atq; cantores: Reſidente itaq; populo, & Chærea cum tribunis non procul à Caio, (dextrum nanq; cornu Cæſar tenebat) quidam Batibius ex ordine ſenatorum, uir militaris, Cluditum conſularem uirum iuxta ſe reſidentem, nullo audiente requirebat, ſi quis ei aliquid dixerit nouitatis. Quo dicente, nihil ſibi ea die nuntiatum, ò Cludite, inquit, hodie tyrannicidij certamen agitur. Tunc Cluditus, ò fortiſſime, inquit, tace: & mox uerſum Homeri ſubiecit: dicens, nequis alius maleuolus ſermonem exaudiat. Cumq; multa poma in theatro ſpectantibus ſpargerentur, & pariter aues innumeræ, & quæ pro raritate ſua ſunt comparatibus precioſæ, Caius lites & rapinas propter hæc actas libenter inſpiciebat. In illo ſiquidem ſpectaculo, duo ei auguria prouenerunt. Mimus nanq; introducitur, quo actum eſt, ut iudex deprehenſus crucifigeretur, & pantomimus fabulam ſaltauit Cynaræ, in qua & ipſe occiſus, & eius filia Myrrha uidebatur: atq; ſanguis inimica arte diffuſus, & circa iudicem crucifixum, & circa Cynaram & Myrrham. Conſtat autem, quoniam dies ipſe fuit, quo Philippum Amyntæ filium, Macedonum regem, in ſpectaculum ingredientem, unus ſociorum ſuſtineret in ſpectaculo, uſque in finem, eo quod nouiſſimus erat dies, aut certe uſus balneis, atq; cibis illic, deinde remearet, ſicut & prius. Minutianus iuxta Caium ſedens, ac metuens, ne in uacuum tempus effluereret, ſurgens, cum etiam Chæream uideret egreſſum, pergebat ut confortaret eum. Tunc egredientem tenuit Caius à ueſte, & quaſi per amicitiã, quò, inquit, pergis ò beatiſſime? At ille reueritus Cæſarem, cum timore reſedit, & paululum quieſcens, denuo ſurrexit, & abijt. Cui egredienti non impediuit iter Caius, credens eum ad neceſſaria progredi. Aſprenas quoq;, cum eſſet & ipſe particeps operis, admonebat Caium, ſicut & prius, ut ingreſſus ad balneas atq; prandium, ad ſpectacula remearet: quærens ut ad finem ſua tractata perducerentur. Illi ſiquidem, qui circa Chæream erant, exacuebant alterutros, quaſi tempus eſſet ſingulos præparari, ne ad opus abſentes inuenirentur, & negligentes opportunum tempus amitterent. Erat nanq; etiam dies, iam circa horam nonam. Chæreas itaq; tardante Caio, erat paratus, ut ingrederetur ad ſedem eius: præſcius tamen, quia illic necem principis cum multo ſanguine ſenatorum, & ſimul equeſtrium adimpleret: licetq; arderet, melius tamen eſſe iudicauit, omniũ tutamen libertatemq; ſeruari. Cumq; eſſent omnes ad ſpectaculorum uota cõuerſi, Caius ſignum ſurgendi fecit: turbaq; repente facta, conuerſi ſunt coniurati, & populos impellebant, ut quaſi Caio ſecreti officium præberent, opere uero uolentes habere licentiam, ut eum in ſilẽtio trucidarent. Præcedebant itaq; Claudius patruus eius, & Marcus Minutianus, ſororis coniunx & Valerius Aſiaticus: quos etiam ſi uoluiſſent repellere, propter dignitatis reuerentiam non ualebant. Caius uero ſequebatur cum Paulo Aruntio. Cumq; iam eſſet intra regalia, rectum dimiſit iter, ubi conſtituti erant famuli, qui ei gratifice miniſtrabant, Claudio ſcilicet præcedente. Et conuerſus eſt ad locum quendam anguſtum, atq; ſilentio iturus ad balneas: ſimul & pueros, qui uenerant ex Aſia con-

In ſpectaculo duo auguria Caio prouenerũt.

templaturus

templaturus,qui eorum forent utiles ad hymnos miniſteriorum, quæ erat cele-
brare conſuetus,aut qui ad Pyrrhicam in theatris apti eſſe uiderentur. Tũc itaq;
occurrit ei Chæreas,ut ſignum peteret. Quo quaſi ad illuſionem eius ſignum dã- *Chereas gla-*
te languentium,nihil ille moratus,iniurijs utebatur aduerſus Caium,& euagina *dio Caiũ ap-*
to gladio,ei intulit plagam uehementem:non tamen omnino mortalem. Sunt *petit.*
qui dicunt,hoc prouidentia Chæreæ factum:ne Caius unius plagæ uulnere mo
reretur,ſed plagarum multitudine ſauciatus, maiori dolore cremaretur. Sed mi-
hi non uidetur hic ſermo credibilis,eo quod in huiuſmodi actibus timor talem
non exigit rationem. Nam ſi Chæreas ita cogitauit,omnium ſtulticiam præceſ-
ſiſſe credendus eſt, uoluptati magis fauorem præbens, quàm per celeritatem
ſibi & coniuratis periculorum euaſionem acquirens, dum poſſent multæ machi
nationes auxilium Caio conferre, antequam potuiſſet mori. Vnde certum eſt,
quia Chæreas non circa ſupplicia Caij reſtitit,ſed de ſe & amicis* ut potuit, cogi *Aliâs, eius*
tauit:quando etiam acta cauſa ſilentio magis uſus eſt, ut uindicum fugeret ira- *potius.*
cundiam, & quatenus res geſta celaretur: ne ſermonibus uſus, & ſe perderet,ſi-
mul & tempus. Et hæc quidem licet ut uoluerit unicuiq; tractare. Caius itaq;
uulneris dolore ferebatur: inter humerum enim & collum enſis illatus,iuguli oſ-
ſibus eſt retentus, ne ulterius poſſet accedere. Quo facto, neq; damauit, neq;
uocauit quemlibet amicorum, ſeu incredulitate, ſiue imprudentia, ſed dolo-
rem fortiter ferens, interius fugiebat. Quem ſuſcipiens Cornelius Sabinus, &
ipſe iam ſua mente præſtructus, impulit. Tum genu flexo cadentem, multi cir- *Caius cõfo-*
cumaſtantes, ſinguli adinuicem gladijs,& quaſi ad certamina diſcerpſerunt. Cõ *ditur.*
ſtat autem, quia ultimus Aquilas ei mortis intulit plagam. Omnis itaq; cauſa,
Chæreæ indubitanter attribuenda eſt. Nam licet cum multis hoc opus effece- *Chereas cõ*
rit, primus tamen cogitauit, quemadmodum gereretur, & primus cæteris hoc *iurationis*
auſus fuit edicere,quibus ſuſcipientibus in illius necem,uerbo ſubinde alios con- *princeps.*
gregauit,& ſapienter cuncta diſponens,ubi erant ſententiarum adhibenda pro-
feſſio,etiam ſermonibus locutus eſt utilibus:necnon neceſſitatem ſuæ præſum-
ptionis impoſuit, ut dum tempus exigeret, manibus uterentur. Is quoq; rem
prior aggreſſus eſt, & uirtutem illius necis impleuit: atq; uiſum facilem Caio
iam moriente conceſſit. Quapropter iuſtum eſt, ut etiam quæcunq; cæteri ge-
ſſerunt, Chæreæ cogitationi & labori manuum ac uirtutibus applicentur. Caius
itaq; hoc modo, multis uulneribus iacebat extinctus, Chæreas autem & cæteri
perimentes Caium, per eadem itinera reuertentes, euadere ſe impoſſibile iudi-
cabant,propter hæc utiq;, quæ fuerant geſta. Non enim paruum erat pericu-
lum, peremiſſe principem, ſtulticia populi ſæpius honoratum: cum & à militi-
bus non ſine ſanguine, de morte eius facienda eſſet ſeditio. Ita cum eſſent an-
guſtæ uiæ, in quibus hoc opus effectum eſt, & maxima turba repleret eas mi
litum, qui illo die pro cuſtodia principis aderant, per uias alias diſcedentes, ad
domum uenere Germanici patris Caij, quem tunc etiam unà peremerunt. Erat *Germani-*
enim domus coniuncta regalibus, eo quod hi qui in eminentia conſtituti ſunt, *cus Caij pa-*
diebus ſuæ potentiæ in talibus habitare noſcuntur, & dedinantes multitudi- *ter occiditur*
nis inuaſionem, eſſe iam uidebantur in requie. Cum itaq; lateret aduc peſtis

Germani ad ulciscendum Cesarem armantur.

illata Caio, primum Germanis est agnita. Erāt enim armigeri, æquiuocū gentis suæ Celticæ habentes Tacina, quorum patriæ mos est, importabili uti furore, sicut Hispanis, aut cæteris Barbaris: eo quod omnes huiusmodi homines ratione minore sint, corporisq; robusti, & impetu primo, quibuscunq; congressi hostibus, prævalentes: cum non haberent uirtutis discretionem, pro utilitate cunctorum, sed tantum sibi prospicerent: quibus Caius thariſſimus ob hoc erat, quod pecuniarū muneribus eos sibi placauerat. Euaginatis ergo gladijs, ingressi sunt domum, perscrutātes Cæsaris peremptores, quorum tribunus Sabinus erat: qui non tantum uirtute & fortitudine maiorum, quantum suo robore, cum monomachus esset, hanc obtinuerat dignitatem. His itaq; requirentibus, Asprenas primus occurrens, exoluit pœnas: cuius ueſtem sacrificiorum sanguis, sicut prædiximus, cruentauerat, & non ei bonum fecisse uidebatur augurium. Post hunc occurrit eis Barbarus Norbanus, fortissimus ciuium, & de cuius maioribus imperatores multi processerant: cuius etiam ciues eminentiam non ignorabant. Is cum esset ualetudine robustus, primo sibimet occurrentium abripiens gladiū, permixtus alijs contendebat, ne sine aliorum interitu moreretur. Qui multorum agmine constipatus, frequentium uulnerum illatione defunctus est. Tertius autem Anteius, ex ordine senatorio, Germanis sicuti priores, occurrit. Is ut uideret Caium iacentem, & lætaretur, aduenerat: quia patrem illius eiusdem nominis effugauerat: eumq; nec sic satiatus, militibus destinatis, occiderat. Aderat ergo Anteius, ut Caij uideret funus: turbataq; subito domo, dum se uellet occulere, furentes Germanos, & tunc subtiliter inquirentes, qui Caium occiderant, etiam innoxios unà perimentes, latere non potuit. Et illi quidem ita sunt mortui. Cum igitur in theatrum de Caij morte uenisset sermo, admiratio & incredulitas facta est. Alij nanq; ualde delectabantur in eius morte: & licet dudum scirent sibimet utilem fore, hoc non sinebantur credere, per timorem. Quibusdam uero hoc in desperatione erat, cum neq; uellent circa Caium huiusmodi aliquid prouenire, nec uere hoc crederent, quasi non posset aliquis hominum, opus huius uirtutis implere. Erant enim, quibus nō erat grata mors Caij, mulieres & infantes, & quidam militum: alij propter mercedem, & qui ad nihil aliud, quàm tyranno conueniente ad iniurias potentissimorū ciuiū, illius ministerio erant præparati: mulieres autem ac iuuenes, propter spectaculorum & monomachorū munera, in quibus solet uulgo delectatio ministrari, & propter carnium dilacerationes, quas in ludis agebat Caius, ut quasi populo uoluptatem exhiberet: pro ueritate autē ad satiandam suæ crudelitatis insaniam. Serui autem dominos cōtemnebant, & ad iniuriandum eos, eius fulciebantur auxilio. Facile nanq; eis mentientibus contra dominos credebatur: eorumq; pecunias ostendentibus, & libertas & diuitiæ succedebant: nec accusationis metuebant pœnam, quibus erant proposita præmia, octaua pars substantiæ senatorum. Igitur etsi aliquibus in theatro credibilis uidebatur de Caij peremptione sermo, eo quod aut præsciſſent insidias, aut optassent de his quæ nuntiebātur, non solum gaudia retinebant, sed etiā audire hoc, aut dicere fugiebāt, metuentes, ne cum uerum non appareret, pœnæ succumberēt, quasi uota suæ uolūtatis aperientes. Illi uero, qui insidias præsciebāt, amplius

se cælabant

cælabant: formidantes ne dum alicui amatori tyrannidis hoc panderent, prodi ti uiuente Caio punirẽtur. Nam & alius ſermo fuerat diſperſus in populo, quia res quidem à coniuratis fuiſſet tentata, non tamẽ Caius extinctus, ſed ablatus à medicis, ductus fuiſſet ad curam: nullusq; erat uerax, cui ſe quicunq; committeret, aut ſuam panderet uoluntatem. Nam & ſi quis amicus erat, propter fauorẽ tyranni uidebatur eſſe ſuſpectus, & multo magis odioſus non poterat credi. Dicebatur autem ſenatoribus, à quibuſdam eorũ animos perturbãtibus, eo quod inter ipſa pericula atq; uulnera, ut erat ſanguine cruentatus, ueniſſet in forũ, & concionem habuiſſet ad populum, quæ reficiebant eorum mentes: neq; loca ſuæ cuſtodiæ relinquebãt: formidantes, ne illis quælibet impingeretur culpa: quãdo non qua uoluntate diſcederent accuſari poterant, aut damnari: ſed quemadmodum uellent accuſatores aut iudices. Cum itaq; turba Germanorum euaginatis gladijs ſpectaculum circundediſſet, cunctis ſpectantibus metus ſuæ perditionis acceſſit: & ex omnibus aditibus terror erat, quaſi repente ingredientium gladijs caperentur: & neq; diſcedendi ſecuritatem habebant, neq; in theatro poterant morari ſine periculo. Illis igitur irruentibus, in theatro fragor cruptus eſt, ſupplicantium atq; dicentiũ, quia & quæ cogitata fuiſſent, (ſi tamen aliquid proueniſſet) & quæ dicebantur geſta, neſcirent, & deberent parcere, nec alienam præſumptionem eis, qui non eſſent culpabiles, irrogarent: ſed exquirerent commiſſores, ſi tamen aliquod ſcelus probaretur eſſe commiſſum. Et illi quidem hæc, & his potiora, cum lachrymis & percuſſione uultus ſæpius clamitabant, facientes ea quæ periculi & mortis uicinitas exigebat. Ad hæc militum ira ceſſauit: & pœnitentia ducti ſunt, in ſpectaculo conſtitutos occidere. Erat enim crudele etiam illis, licet uiderentur exaſperati: portabant enim capita Aſprenæ, & eorũ, quos unà peremerunt. Quæ cum uiderent in ſpectaculo poſiti, amplius ſunt concuſſi, pro dignitate uirorum, & miſericordia huiuſmodi caſuum. Quapropter & ſemetipſos à talibus ærumnis euadere non credebant: & incertum ſibi fore, ſi tanta pericula poſſent declinare. Ideoq; licet aliqui aperte & iuſte odiũ circa Caium habuiſſent, eius alacritatis munus explere: cum ad tanta pericula peruenirent, & ſpe totius cecidiſſent uitæ. Fuit igitur Aruntius quidam, gratus homo inter præcones rerum uenaliũ, & propterea magnitudine uocis utebatur, indutus ueſtibus diuerſi coloris, ad inſtar nobilium Romanorum: habebatq; potentiam agendi quæ uellet in ciuitate, in his quæ tunc & poſtea gerebãtur. Is aptauit ſemetipſum ueluti lugentem, licet & ipſe odio Caium haberet: eratq; timore ſuperior eius concio, atq; militia, qua nitebatur ſalutem in rebus præſentibus apparare, & omnem ornatum, quaſi de chariſſimi principis morte amiſiſſe confingens, progreſſus eſt in theatrum, ut mortem Caij denuntiaret. Quo facto, quies omnibus affuit, ne poſſent ulterius ignorantia fluctuare. Deinde ſtatuas etiam Aruntius, & loca ſingula circuibat, reuocãs Germanos, & cum eo tribuni, iubentes recondi ferrum, atq; manifeſtantes Caium fuiſſe defunctum. Hoc ergo factum aperte in theatro collectos eripuit, & uniuerſos, qui furorem incurrerant Germanorum à morte ſeruauit: nam prius ſpem habentes uiuere Caium, à nulla factione penitus abſtinebant. Tantam enim deuo-

Impetus Germanorũ irruentium in theatrum.

tionem circa eum habuerant, ut etiam poſt amiſſionem, animæ eius fauorabiles eſſent. Quem dum aperte mortuum cognouiſſent, ab iracundia diuerſorum & ſupplicio quieuerunt, eo quod uindicta illis utilis iam non eſſet: nec foret, qui eis pro talibus recompẽſaret. Deinde timentes ad potiorem iniuriã prorumpere, ne ſenatum contra ſe prouocarent, ſi ad eos imperij ſummitas deueniret. Igitur Germani à ſua rabie, quæ eos inuaſerat pro Caij morte, quieuerunt. Chæreas autem cum nimis eſſet de Minutiano ſollicitus, ne Germanorum fuiſſet inſania extinctus, ſingulos militum de eius ſalute requirebat, & Minutianum quidem Clemens adduxit in medium: ad Chæream uero conuerſus, cum multis alijs ſenatoribus, iuſticiæ & uirtuti teſtabatur, eius laudans cogitatum, & actum ſine formidine completum, tyrannidem dicens ad nihilum fuiſſe perductam, eo quod iniuriarum uoluptate fuerit eleuata: quippe cum non poſſet felix uita illi præberi, qui uirtuti probaretur odibilis, ſed cũ tali calamitate deficere, quali Caius, qui etiam ante coniuratorum conſenſum, proprium facinus ſibi cõſtituit inimicum, agẽdo iniurias diuerſorum, & prouidentiã legis exterminando: ut quos habebat charos, ſibi hoſtes efficeret, & ſermone quidem alios eius eſſe peremptores, opere uero ſemetipſum ſine dubio perdidiſſe. Iam ergo ſurgebãt de theatro cuſtodiæ, quæ principio pernicioſæ fuerant, quando omnes abſcedere feſtinabãt. Cuius mali tunc cauſa fuit Alcion medicus, abreptus quidẽ quaſi ad curam aliquorum uulneratorum, & mittens qui cum eo erant, ut quaſi ad medicinã neceſſaria deportarẽt: quos inde pro ueritate dirigebat, ut pericula declinarent. Interea conuentus agitur ſenatorum & plebis in foro. Et populus quidem inquiſitionem de Caij peremptoribus uehementius faciebat. Aderat & ſenatus, inter quos Aſiaticus Valerius, uir conſularis, ſtans in populo, tumultuantibus illis & dirum eſſe clamantibus, eo quod imperator eis ignorantibus uideretur occiſus: dũ eum cuncti requirerent: qui ſunt qui Caium interemerunt? Vtinam, inquit, ego. Ad hæc autem & conſules edicta propoſuerunt, accuſantes Caium: atq; iubentes populo ſimul & militibus, ut ad propria remearent: populo quidem multam requiem promittentes, militibus autem honores: ſi tamen ſolita diſciplina conſiſterent, & nulli quodlibet contumeliæ genus inferrent. Erat enim metus, ne forſitan exaſperati mala ciuitati facerent, & ad rapinas aut ad templorum ſpolia uerterentur. Conuenerat itaq; omnis multitudo ſenatorum, & maxime conſentientes aduerſus Caiũ: fiducia iam utentes, & in contemptu maximo conſtituti, quaſi in eis reſpublica reſideret.

Germani ab iracũdia & furore quieſcunt.

Alcion medicus.

De Valerio uiro conſulari.

Sentij oratio pro libertate Romana, & mors uxoris filiæq; Caij. Caput II.

Qualiter Claudius ſuſcepit imperium.

INterea ſubito de domo raptus eſt Claudius. Milites enim facto concilio, alterutri de rebus agendis dedere ſermonem. Videbant enim impoſſibile fore, ut tantis rebus exiſtentibus quis rempublicam gubernaret: nec ſibi utile, ſi quis illorũ qui cooperatores in nece Caij fuerunt, ad imperiũ perueniret: ſed bonũ eſſe ſi nondum perfectis rebus Claudium principem facerent, defuncti patruum, & omnium ſenatoria dignitate præcipuum, uirtute maiorum fultum, militari diſciplina pariter eruditum. Hunc deliberauerunt, in medio ſtatuentes, imperatorem facere: dignitatibusq; ſolẽnibus honorare. Sentius itaq; Saturninus, licet

Oratio Sentij ad ſenatum.

Claudij

Claudij cognouiſſet raptum, & quaſi pro laude fugientem, qui uidebatur quidem ad hoc inuitus accedere: non tamen dedinabat integra uoluntate, ſtans in medio ſenatus, nihilq; metuens, apud liberos forteſq; uiros perorauit hæc dicens: Licet incredibile ſit ò Romani, libertatis nos acquiſiſſe dignitatē, eo quod longo tempore nobis abfuerit: uerumtamen tenemus eam incertā quidem, quantum ad magnitudinem priſtinæ ſeruitutis: ſed tamen alacritatem ferre poſſibile eſt, ſi eius felicitatem nequiuerimus amittere. Satis eſt enim, & una hora ſenſum uirtutis habentibus, cum ſecura uoluntate in libera patria uitam degere, & legibus florentibus aliquando communicare. Ego ſiquidē iam prioris libertatis oblitus, quam olim quidem amiſimus, nunc autem magna beatitudine retinemus, reuerentiam exhibendam his, qui geniti in ea atq; nutriti ſunt, & non minorem à diſs honorem his uiris præbendū eſſe decerno: qui licet ſero & in hac ætate nos eam guſtare fecerunt, ita ut etiam in futuro ſeculo eius præmia teneamus. Sufficiet itaq; etiam hæc dies, & iuuenibus noſtris, & quicunq; ſenuimus: ſenibus quidem, quando eius conſpicientes libertatem, cum dulcedine moriemur: iunioribus autem, eo quod ſit eis doctrina uirtutis. Vnde conſtat uiros eſſe iſtos, quorum labore conſiſtimus, propter hæc quæ nuper geſta noſcūtur: quia nihil cū cū uirtute degere maius eſt, de qua conſueuit libertas humana ſolummodo cogitare. Ego ſiquidem antiqua noui auditu cognoſcens: quæ uero uiſu cōſpexi, ualde ſunt grauia. Malis enim ingentibus inuaſerunt rempublicam principes tyranni dum, prohibentes utiq; omnē uirtutis modum, & magnanimitatis officiū, libertati derogantes, docentes blandimenta pariter & timorem: eo quod principum uoluntati cuncta ſubijciuntur. Ex quo enim Iulius Cæſar poteſtatem populi ſoluit, & ornamenta legum comprimens, rempublicam conturbauit, iuſticiam præuaricatus, & ſua delectatione uictus, nihil eſt mali quod non irruit ciuitati, ſucceſſoribus adinuicem imperium ſibi detrahentibus, ad deſtructionem ſcilicet patriæ libertatis, & ut præcipue in defectum robur ciuium deueniret arbitrati ſuā eſſe munitionem, ſi uitioſis uterentur hominibus, & uirtute præcelſos, non ſolum gloriæ immanitate priuarent, ſed etiam ad mortem uſq; perducerent. Singuli nanq; regnantium quæq; ſunt grauia commiſerunt. Quorum Caius, qui hodie mortuus eſt, amplius extitit ſæuior uniuerſis, qui non ſolum in ciues, ſed etiam in cognatos pariter & amicos effrenatam intulit ſuæ ferocitatis inſaniam, iniuſte pœnas exigens, & ueluti furioſus in homines atq; deus ferus exiſtens. Nihil etenim tyrannus ſuauitatis habere poteſt. Nónne cum iniuria uobis abuſus eſt? Nónne in pecunijs uos & in coniugibus contriſtauit? Nónne omne uotum ueſtrum precibus angebatur inſiſtentibus inimicis? Aduerſa quidem tyrannis cuncta libertas eſt, nec eis unquam faueri poteſt: ſed nec ipſi, qui conſentiunt eis, patiuntur turpia ſuſtinere. Sentientes nanque tyranni quibus malis inſignes uiros affligant, & eos uidentes patienter talia ſuſtinere: nec tamen ignorare quod geritur, ſed ſolatium expectare, hoc ſolummodo ſuam credunt comparare ſecuritatem, ſi eos potuerint penitus amputare. His igitur erepti malis, & ſub alterutra ueſtri ditione conſtituti, quod reipublicæ maxime prodeſt, & ad præſentem reſpicit deuotionem, inſidijs ampu-

tatis,& reſtituta ciuilitate,iuſtum eſt utilitati communi prouideatis,& quod placet non imminẽte periculo cenſeatis:quando non erit dominus,qui rempublicã gubernaturus eligitur,ut ciuitatem lædere,& imperiali iure cuilibet loquenti pœnarum multa genera poſſit inferre. Sub tyranno ſiquidem quod illi diſpliceat dici non poteſt,nec diuerſa ſententia reluctari.Hactenus igitur amittentes delectationem pacis,& conſueti degere modo ſeruili,importabiles incurrentes ærumnas,etiam proximis malorum uidebamur autores:fugientesq; cũ uirtute mori,nouiſſima confuſione peribimus.Quapropter primitus tyrannicidis decernite honores egregios,& maxime Caſſium Chæream principem fortium uirorũ annũtiate, qui cum aliis uir unus & conſilio & opere acquiſitor noſtræ libertatis apparuit:cuius nunquam dignum eſt obliuiſci,qui cõtra tyrannidem noſta pro libertate primus conſilium ſumpſit, & ſemetipſum periculo pro ſalute noſtra ante cunctos ingeſſit.Opus eſt enim optimum, & uiris liberis beneficium oportunum præſtantibus,aliquid recompenſare dignum,qualis ſcilicet uir iſte circa uos extitit.Non ſimilis Caſſio & Bruto,qui Caium Iulium peremerunt.Illi nanque ſeditionis principia bellorumq; ciuilium, ſubuerſionem ciuitatis excitauerunt: hic autem cum tyrannicidij graſſatione, etiam malis eius priuauit urbem. Sentius itaque his ſermonibus uſus eſt,ſenatu delectabiliter audiente, & equitibus Romanis,qui præſentes erant. Quo facto,quidam Trebellius Maximus inſiliens, anulum de digito traxit,habentem lapidem dauſum, in quo forma Caij cælata uidebatur: quem ille ſibimet ſtudio dicendi, quæ ſuadebat impleri, fuerat oblitus auferre. Et cælatura quidem eſt agnita, nox autem continuo ſubſecuta. Chæreas uero cum ſignum à conſulibus petiſſet: & illi libertatem ei dediſſent, miraculum fuit cunctis, & ueluti incredulitas, quia reuerſa uideretur ad conſules hæc poteſtas. Hi ſiquidem, antequam tyrannus inuaderet ciuitatem, rebus militaribus ciuilibuſq; præſidebant, qui ſenatui conſentiebant. Chæreas uero percepto ſigno militantibus præſidebat. Erant autem cohortes quatuor,quibus uiuere ſine principe magis quàm ſub tyrãnide cõplacebat.Milites itaq; cũ tribunis abibant,& populi diſcedebant læti,hanc ſpem habentes atq; cogitationẽ,quaſi ipſi gubernationẽ reipublicæ rurſus acquirerẽt,& nequaq; alij ſubiacerent:inter quos Chæreas præcipuus exiſtebat. Igitur Chæreas periculũ credens,ſi Caij uxor & filia ſupereſſent, & nõ omnis domus eius pariter deperiret: quãdo ſi quis ex eis derelinqueret,nõ hoc ſine peſte ciuitatis letoq; cõſtaret:inſuper & propoſitum ſuũ perficere,& odiũ quod circa Caium habebat, explere feſtinans,miſit Lupũ,unum tribunorũ,qui uxorem Caij filiãq; perimeret. Erat enim is Lupus cognatus Clementis,cui hoc officiũ tradiderunt,quatenus uel hoc opere & uirtute tyrannicidij particeps eſſet, & quaſi in omnibus uideretur inſidijs prioribus cõſenſiſſe.Quibuſdam uero coniuratorũ crudele uidebatur,ut cõtra mulierẽ taliter uteretur,dicentibus Caiũ ſua magis natura malis uſum,quàm uxoris cõſilio facinora molitũ, quibus & ciuitas uexata eſſet,& flos ciuiũ deperiſſet.Et illi quidẽ his aſſertionibus eã defendere nitebãtur:omnium autẽ malorũ quæ à Caio geſta fuerãt,hæc erat caput.Caio nanq; dederat poculũ,ut eius mẽtẽ ſuo poſſet ſubiugare ſeruitio & amori: & incãtationibus ad ueſaniã tranſformatum

matum ita ſibi deuinxerat,quatenus fortunæ omnium Romanorum,& totius urbis cui præſidebat,ei ſubditæ uiderentur,nihilq; defenſores eius ualere potuerũt.Miſſus itaq; Lupus,in nullo moratus eſt miniſterium eo momento differre,ne culpabilis eſſet in his,quæ ei pro utilitate publica uidebantur iniuncta:ueniensq; ad palatium,inuenit Cæſoniam Caij coniugem, iuxta uiri corpus humi proſtratã, & omnes in luctu poſitos, ſicuti moris eſt mortuis exhiberi corporibus:eratq; ſanguine uulnerum eius plena,& maxima calamitate circundata: necnon & filia iacebat ſimul:nihil illic aliud audiebatur,niſi culpa Caij,tanq; nõ bene gubernantis,& quia uxor eius frequenter talia uentura prædixiſſet. Hæc enim ratio & tunc & nunc ſimiliter æſtimatur, & in omnium mentes ita eſt circa eos qui cõpatiuntur. Alij nanq; dicebant,quia ſuaſiſſet Caio,ut recedens à ſæuitia & crudelitate ciuium,humiliter & cum uirtute rempublicam gubernaret:qui cum in ſua ſeueritate uiueret, propter talia deperiſſet:alij uero,quia cũ ſermo de coniuratis perueniſſet ad Caium,ſuaſiſſet illa, ut ſine ulla dilatione uelociter cũctos placaret,quia nihil iniuſte tentaſſe aliqui probarentur,tamẽ hoc agens cũcta pericula declinaret.Quæ uero à Cæſonia dicta ſunt, & quæ de ea homines dicebant,hæc ſunt.At illa cum uidiſſet ueniẽtem Lupum,corpus Caij monſtrabat,& ut ad proximum ueniret,eum cum lachrymis exorabat.Cumq; eũ uidiſſet mente attonitum,& nulla compaſſione motum,cognoſcens ad quod uenerat,ei ſuum iugulum præparabat:& lugens ea promptius faciebat,quæ agere ſoliti ſunt,qui in uitæ deſperatione conſtituuntur. Tum inuitauit eum,ut quæ decreta fuerant,non moraretur implere.Et illa quidem magnanimiter à Lupo hoc modo peremptа eſt,& ſuper eam filia pariter extincta eſt. Caius igitur quarto imperij ſui anno,minus quatuor menſes,ita defunctus eſt,uir & ante regnũ nequitia ſummus,libidinibus ſubiugatus, derogationibus amicus,in rebus terribilibus timidus,& pronæ ſemper auidus poteſtatis,in quibus non oportebat nimie largus,acquirens diuitias occidendo,& contra leges agendo,& diuinitate ac legibus maiorem ſe eſſe ſtudens,atq; uideri uolens.Is fauore populi ſæpe deceptus,quæcunq; leges tanq; turpia ſapiunt, ſua credidit eſſe ornamenta,uirtutis & amicitiarum immemor,quando contra hæc cum illatione ſupplicij frequenter exorſus eſt,inimicum ſibi exiſtimans quicquid uirtuti eſſet aptiſſimum,& in his quæ concupiſceret,nullo contradicente cedens. Vnde etiam propriæ ſorori permixtus,odium ciuium maxime cœpit habere,eo quod ſimile aliquid longo tempore minime factũ eſſe conſtaret. Opus aũt magnũ aut regium,nihil ab eo ad utilitatẽ præſentiũ tẽporũ,aut futurorũ reperitur geſtũ, niſi quod circa Rhegiũ & Siciliã,propter aduẽtum nauiũ frumẽta ex Aegypto deferentiũ,horrea decẽter inſtituit,hoc eñ conſtat maximũ,& nauigantibus utiliſſimũ,quod tñ nõ uenit ad effectũ:ſed ſemiplenũ ab eo,dũ ſegnius cõſtruit',derelictũ eſt.Cuius moræ hæc cauſa fuit,eo quod rebus inutilibus,ſibiq; placitis uoluptatibus ſtudẽs:& illic expẽſas efficiẽs,melioris opis dereliquit utilitatẽ.Inſuper fuit & rhetor optimus,Græca pariter & Latina lingua,ad dicendũ uelociſſimus , & ad intelligendũ aliena opa præparat?:ita ut maiori oratiõe dictis cõtradiceret alienis,& acerrimo ingenio,meditationisq; labore,ſuũ magis opus excellere dictionis fortitudine

Cæſonia.

Vxor & filia Caij periuntur.

Caij crudelitas.

dine comprobaret. Hunc nanq; Tiberius, tanq; fratris nepotem, quem etiã habuit ſucceſſorem, magna neceſſitate ſtuduit erudiri, cum ipſe eiſdẽ annis primo floruerit. Caius itaq; puer colebat hæc, quaſi cognatus & imago principis. Ob quam rem ciuibus meruit præſidere, quod nõ tamen obtinere prævaluit, neq; ex eruditionis opere bona congregata ſeruare: ſed abuſus poteſtate, peruenit ad mortem. Difficile nanq; eſt, ut illis poſſit acquiri uirtus, quibus facile uidetur agere quò trahuntur. Initio ſiquidem, faciente eruditionis cauſa, amicis ſtudebat dignis zelo meliorum rerum: poſtea perductus ad iniuriam, onus & odium: quod circa eum homines omiſſa priori deuotione gerebant, ad id uſq; deſcendit, ut ab eiſdem paſſus inſidias extingueretur.

Claudius in imperium à militibus uocatus, à ſenatu rogatur miſſis legatis, ſi cedere imperio noluerit, id eorum potius quàm militũ autoritate uſurpet. Cap. III.

CLaudius igitur, ſicut dixi ſuperius, interruptione facta uiarum, egrediebatur de theatro: Qui Caio mortuo, & domo Cæſaris nece turbata, in anguſtia pro ſalute conſiſtẽs propria, & in quodam arctiſſimo loco deueniens ſe celabat: nullam periculorum cauſam, niſi ruborem formidatus. Is enim cum priuatus eſſet, ſe mediocriter tractabat inter omnes ſufficienter doctus, & diſciplina maxime Græca compoſitus, qui etiam ſe ab omni turbarum inquietudine ſubtrahebat. Tunc itaq;, dum trepidatio populos obtineret, & omne palatium ferocitate militum plenum eſſet, & terror atq; indiſciplinatio cunctos apprehendiſſet, ſummi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et Caĩ quidem interitum paruipendentes, eo quod iuſte uideretur extinctus, quæ ſibi eſſent utilia potius cogitabant: quemadmodum bene cuncta diſponerẽtur. Cumq; Germani ad necem peremptores Caĩ requirentes, & ſuæ magis quàm cunctorum utilitati cõſulerent, Claudius turbatus, & nequaquam de ſalute ſua ſecurus, maxime, quia capita ferri uiderat Aſprenæ, & quos cum eo cõſtabat occiſos: ſtabat in quodam loco ſuper paucos gradus, obſcuritate cælatos. Tunc Gratus quidã militũ in palatio uidens eũ, nec perfecte præ obſcuritate cognoſcens, credens hominem eſſe, qui magis in eo loco inſidias faceret: proxime ueniens, eumq; apprehendens agnouit, ſeq; requirẽtibus ait: Iſte Germanicus eſt, eum conſtituamus imperatorem. Claudius uidens eos in ſuo raptu præparatos, & metuens ne propter Caium ipſe quoq; moreretur, parcendum ſibi eſſe poſcebat, eiſq; ſua facta commemorabat. Tunc Gratus ſubridens, dexteram ei porrexit: & noli, inquit, de tua ſalute puſillanimis eſſe, cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare: quod dĩ auferentes Caium, mundoq; proſpicientes, tuæ conceſſere uirtuti. Perge nunc, & maiorum tuorum recipe ſolium. Supportabatq; eum, ne quaq; ualentem pedibus ambulare, propter timorem ſcilicet, gaudiumq; dictorum. Concurrebant autem circa Gratum etiam multi militũ, & uidẽtes Claudium duci quaſi ad ſuppliciũ rerum geſtarum, tanq; pro uiro ſuaui ac quieto, & multa pericula in imperio Caĩ perpeſſo, dolebant. Pluribus autẽ militibus aggregatis, factaq; turba, fugæ totius plebis exortæ ſunt. Tunc Claudio propter corporis debilitatem fugere non ualente, eum in uehiculo rapientes, pro eius incolumitate ſolliciti, cum fuga ad palatiũ deuenerunt. Qui locus, ut ſermo tradit,

Turbatio Claudij.

De Grato milite.

Claudius in imperatorẽ à militibus deligitur.

primus

primus in ciuitate Romana habitaculum dedit hominibus. Cumq; iam rempu blicam tenere uideretur, multo magis militum cõcursus procedebat, cunctis utiq; aspectum Claudij libenter inspicientibus, eumq; principem statuere festinantibus, pro fauore Germanici eius fratris, qui magnã gloriam suæ uitæ reliquerat uniuersis: insuper etiam cogitantibus de auiditate senatoriæ potestatis, & quæ pridem suo principatu dereliquerant. Inter hæc etiam rursus cogitabant, quia imperium deductum ad unum, periculo non careret: quando quodcunq; solus uellet efficere pro fauore senatui gratiã perpensaret sufficienter: inter alterutros cogitabant, & quæ solent prouenire quotidie loquebantur. Erant ergo diuisæ hæ sententiæ populi atq; senatus. Hi quidem dignitatẽ pristinã appetebant, & onerosum seruitium pro tyrãnorum iniuria declinabant: populus autem inuidiã circa senatum habens, & auaritiam eius effugiens, in raptu Claudij pro imperatoris ordinatione gaudebat. Tunc itaq; bellum penè iam ciuile sub Pompeio flagrabat, quod tamen imperatore constituto sedatum est. Inter hæc senatus agnõscens Claudium à militibus abreptum, misit ad eum de suo cœtu uiros uirtute claros, qui eum admonerent, ut pro adeptione regni nullam uim faceret: sed magis ut senatui tantorum uirorum unus cæderet, & communem utilitatem prospicientibus legibus subiaceret, utq; memor esset, quorum malorum prisci tyranni occasio fuerint ciuitati, & quæ sub Caio etiã ipse cum eis pericula pertulerit: neq; imitaretur tyrannidis onus, & iniuriam ab alijs grauiter irrogatã, sponte ad subuersionem patriæ coarmaret, sed ut magis priorem uirtutem suæ quietis ostenderet: quatenus ei honores liberiorum ciuium, & legum decreto succederent: quo facto, fauorem imperantium & quibus imperatur acquireret: quia si neq; mortem temperare uellet, nec cederet autoritati senatoriæ, grandem manum ad resistendũ haberent, & armatorũ copiam & famulorũ multitudinẽ, quibus aduersus eũ fortiter uterentur: maximum uero sibimet esse remedium spei atq; fortunæ. Sed etiã deos nõ alijs præbituros esse solatia, nisi eis, qui cũ uirtute & boni principio ad cõgressionem certaminis aduenirẽt, cũ ipsi scilicet pro patriæ libertate pugnarent. Et legati quidẽ Verannius & Brachus, ambo tribuni, his utebãtur uerbis, & prostrati Claudiũ suppliciter exorabant, ne bellorũ ac subuersionis foret occasio ciuitati: uidentes utiq; eũ multitudine militũ circũseptum, & in cõparatione illius exercitus cõsules nihil esse: Suadebantq; simul, ut si appeteret principatũ, à senatu magis sibi datũ acciperet, quod esset prosperius atq; felicius, si non cũ iniuria, sed cũ fauore decernentiũ potius imperaret. Claudius igitur sciebat quidẽ cum qua senatus arrogantia direxisset, & ad præsens miti sententia mediocriter se tractabat, sed tã propter metum & instantiam militũ, quàm regis Agrippæ præceptum cogebatur tantũ principatum qui sponte uenerat, cedere non debere.

Claudius à militibus imperator constituitur

Calliditas Agrippæ erga senatum. Dissensio senatus & populi: & cædes coniuratorum.

Caput IIII.

IGitur Agrippa, cõpletis solennibus circa mortẽ Caij, à quo fuerat honoratus, & eius *letũ lugubriter prosecutus, agnoscens Claudiũ à militibus raptum, festinabat ad eũ. Quem turbatum inueniens, & paratũ ut senatui cederet, exacuit monẽs, ut imperium sibi defenderet. Cumq; talia dixisset, abscessit. Quem cũ senatus

Alĩs lectiõcam.

Callidi-tas Agrippæ.

natus euocaſſet ad curiam, unguens caput unguentis, quaſi ab ſcorto remearet, ſenatum interrogabat quid de Claudio gereretur. Illis autem quæ geſta fuerant dicentibus & conſulentibus quam ipſe ſententiam poſſideret, paratum quidem ſe mori pro gloria curiæ ſermone profeſſus eſt, & tractandum ſuaſit de utilitate cunctorum: opus eſſe dicens, ſi reſiſtere Claudio uellẽt, armis atq; militibus, quibus eũ uiriliter expugnarẽt: ne forſitan imparati* incidere uiderẽtur in malis. Reſpondente uero ſenatu, armorum copiam & pecunias abundare, ſed etiam militum copiam aliquam partem congregandam, quatenus libertas ſeruis emergeret: opto, inquit, Agrippa ò curia, peragere uos quæ deſiderij ueſtri ſunt: dicendũ tamen eſt, indubitãter, quod credo fore pro ueſtra ſalute. Scitis militiã, quæ pro Claudio pugnat, longo tempore armis imbutam: noſtra uero pars hominum eſt incerta, fluctuatio & turba multorum, & ſeruitute inopinabiliter liberata, retineri difficilis. Nos uero aduerſus expertos bella ſuſcipimus, producentes uiros neq; gladios ſciẽtes educere. Quapropter mihi uidetur eſſe mittẽdum ad Claudium, qui ſuadeant componendam eſſe huiuſmodi cauſam. Si cenſetis etiã me legatione fungi, paratus ſum. Hæc cum dixiſſet, cunctis conſentientibus, miſſus cum alijs, Claudio tumultum ſenatus expoſuit: eumq; magis latenter exacuit, imperialiter & dignitatis poteſtate reſpondere. Tunc Claudius ait, nõ eſſe mirabile, ſi imperatorem non libenter exciperet curia, quæ crudelitate priorũ principum fuerat uulnerata. Sed dum eius manſuetudinem præguſtaret, cum nomine tantum ipſe princeps foret, opere uero communitas imperaret, eo quod multarum uariarumq; rerum uideretur expertus, proſpere eius imperium ſibimet obueniſſe gauderet. Et legati quidem hæc audientes uerba, reuerſi ſunt ad ſenatum. Claudius autem congregato exercitu loquebatur, ab eis iuſiurandum ſecum permanendi accipiens, donauitq; ſingulos cuſtodum corporis ſui quinque milibus drachmis, & ducibus numerorum promeritam portionem largitus eſt: ſed & militibus abſentibus ſimilia compromiſit. Conſules itaq; conuocauere ſenatum ad templum Triumphatoris, adhuc exiſtente nocte, quorum alij quidẽ ſemetipſos in ciuitate cælarunt, cõſultationẽ refugientes eorũ: alij uero in agros proprios ſunt egreſſi, proſpicientes, quoniã ſi res ad effectum ueniret, in libertatis deſperatione conſiſterent, præſtantius iudicantes, ſine periculo ſeruiendi cum ſegnitie uiuere, quàm poſſidentes dignitatẽ patrum, ſub ſalute dubia commanere. Verũtamen nõ amplius centũ collecti ſunt: quibus in cõmune de præſenti ſtatu tractantibus, repente clamor cõgregati exercitus eſt emiſſus, petentiũ ut militaris imperator eligeretur, & nequaq; principatus Romanus multis ſolueretur. Et hoc quidẽ milites apud ſemetipſos decreuerãt, ne cunctis ſimul, ſed uni traderetur imperium: hoc tantũ ſenatui concedentes, ut ipſi qui dignus uideretur eligerent. Ob quam rem contraria erant uota ſenatus & populi: multo magis aũt tã pro amiſſione gloriæ libertatis, quàm pro formidine Claudij. Erant uero qui diſſenſio populi & ſenatus in eligendo imperatore.

gerẽt aliquos ex genere nobiliũ, dignitatibus & coniunctione coniugũ præpollentes. Minutianus nanq; Marcum fortitudine dignum, qui Iuliam Caij ſororem habebat uxorem, ſtudebat eligere, ut rerum culmine potiretur. Conſules uero diuerſis occaſionibus differebant. Sed etiam Valerium Aſiaticũ Minutianus

ante-

anteponebat,& penè homicidia facta ſunt deſiderantium principatum, ut Claudio quoquo modo repugnaretur. Monomachorum uero turba non parua militum, per noctem ad ciuitatis cuſtodiam poſitorum, cõcurrebat ad Claudiũ. Quapropter alij non ante urbis libertatem, alij quoq; Claudium metuentes, à conſulibus abſceſſerunt. Diluculo autem Chæreas cum ſocijs aduenies, & ad medium tranſeuntes uerba facere nitebantur ad milites. Quos dum multitudo uidiſſet, ſilentium poſtulantes, & dicendi initia facientes, cõtinuo diſturbauit: non acquieſcẽs eis ut aliquid allegarent, eo quod ipſi ad monomachiam pariter conſpiraſſent. Tum regnaturo fauebant, tãquam non patientes ſenatui cedere poteſtatem, qui etiam ſi imperare niterentur, milites non ſinerent interfectores Caij regnare. Inter hæc igitur Chæreas iram non ferens, imperatorem poſcentium populorum datum repromiſit ducem, qui ei ſignum abeunti deportaret. Erat enim hic Ethicus, agitator Pſaſini Caio & militibus, circa ſolennitates Circenſium, & ſeditiones atq; opera inhoneſta deuotus: multaq; Chæreas opprobria ſibi reluctantibus inferebat, ſed & Claudij caput ſe dicebat ablaturum. Peſſima namq; eſt inſipientia cũ furore. Milites ergo non reuerentes uerba Chæreæ, ſed euaginantes gladios, & ſigna tollentes ad Claudium deuenerunt, communicaturi cum illis qui etiam præbuerant iuſiurandum. Conſules autem & ſenatus in deſolatione relicti ſunt, non differentes aliquid à priuatis: eratq; eis formido pariter & anguſtia, ignorantibus uel quid paſſuri forent, dum Claudius præualeret: & ſemetipſis adinuicem derogabant, & pœnitentiam facti gerebãt. Sabinus autem unus interfectorum Caij, tranſiens ad mediũ, primitus ſemetipſum interficere minatus eſt, quàm Claudiũ principem conſtituere, & ſeruitute ſe damnari uideret. Sed & Chæream hanc magnanimitatem aſſequi compulit: qui dum contempſiſſet Caium, & primus autor bonæ fuiſſet uitæ, neq; ſic patriæ uindicare potuit libertatem. Chæreas autem de morte quidem in nullo dicebat eſſe dubitandum, uelle tamen mẽtem Claudij tinare: & illi quidem in his erant. Ad milites omnis undiq; populus concurrebat. Interea Q. Pompeius dum accuſaret milites, & pro libertate ſenatui ſupplicaret, impetu facto euaginatis gladijs, niſi mitis Claudius prohibuiſſet, opus in eum necis impleuerant. Tunc Claudius ereptum cõſulem à periculo, fecit ſibi aſſidere. Senatores autem qui cum Quinto fuerant, non ſimili honore ſuſcepit. Nam quidã eorum etiam plagis affecti ſunt, & ad eum uenire compulſi. Aptonius autem uulneratus effugit, eratq; periculum uniuerſis. Tunc rex Agrippa accedens ad Claudium, poſtulauit ut circa ſenatũ mitis exiſteret, dicens quia ſi quid crudelitatis exerceretur in curia, non eſſet ſuper quos eius conſiſteret iam poteſtas. Claudius antẽ his flexus, ſenatum ad curiam conuocauit. Cumq; de palatio per ciuitatem ipſe procederet, obſequentibus in eius proceſſu militibus, cum multo nimis impetu atq; ridiculo Caij interfectores in publicum proruperunt, Chæreas & Sabinus, prohibentes eum mandato Pollionis, quem ante paululum Claudius ducem cuſtodum corporis inſtituerat. Claudius itaq; dum ad palatium denuo ueniſſet, cõgregans alios, protulit ſententiam in Chæream: quibus opus quidem uidebatur eſſe prædarum. Sed Pollioni præcipue cauſam mortis applicabant, qui tantum opus fieri perſuaſerat: & ut ipſe pariter pro metu futuri temporis deperiret, iuſtum eſſe

Chæreas Claudio inimicus.

Militũ impetus in Pompeium.

damabant. Ducebatur itaq; Chæreas ad mortem, & cum eo Lupus, ſequebantúrq; multi Romanorum. Dicitur autem quia Chæreas magnanimiter hanc dadem exceperit, non ſolum uultu nequaquam depoſito, ſed etiam Lupum reſolutum in lachrymas obiurgando. Cumq; turba ad uidendum proſequeretur, dum ueniſſet ad locum, requirebat militem, ſi interficiendi meditationem haberet: rogauitq; ut gladium ad necem ſuam deferret, quo Caium ipſe uidebatur occidiſſe. Et feliciter ergo mortuus eſt Chæreas, unius uulneris percuſſione finitus: Lupus autē crudeliter eſt extinctus plurimarum ictu plagarum, eo quod ceruicem mollius præparaſſet ad necem. Poſt paucos uero dies imminente feſtiuitate, Romani honorauerunt facta Chæreæ, petentes expiationem fieri, eo quod eius memoriæ fuiſſent ingrati. Hoc itaq; modo Chæreas uita priuatus eſt. Sabinus autem, dum eū Claudius non ſolum abſoluiſſet à culpa, ſed etiam dignitatem quam habuerat remiſiſſet, iniuſtum credens ut relinqueret coniuratos, ſemetipſum occidit gladio: ſic incumbens, ut eum uſq; ad capulum uulnus abſorberet.

Chæreas & Lupus morte multati.

Mors Sabini.

De Agrippa honorato à Claudio & edictis pro Iudæis. Cap. V.

C Laudius itaq; ſuſceptos milites diſpergens, edicta propoſuit: & principatum Agrippæ, quem Caius ei præſtiterat, ipſe confirmans, regem quoq; collaudans, adiecit ei omne regnum Herodis, quod auus eius ſuper Iudæos & Samaritas habuerat. Et hæc quidem tanquam debitum proprij generis ei reſtituit. Abelan uero Lyſaniæ, & quæcunq; in Libano ſunt monte, ei de ſuo pariter adiecit imperio: & publice in media ciuitate Romana, cum Agrippa fœdera celebrauit. Antiocho uero regnum auferens, quod habebat, Ciliciam & Comagenen donauit ei. Diſtinxit autem Lyſimachum, antiquo ſibi amicitiarum iure cōiunctum, qui etiā Antoniæ matris eius tutor extiterat, & circa Caium deuinctus erat: cuius filius, Beronicen Agrippæ filiam duxit uxorem: Quam, dum Marcus Alexandri filius fuiſſet mortuus, reſumens, uirginem fratri ſuo Herodi Agrippa coniunxit, petens ei regnum Chalcidis à Claudio. Hoc itaq; tempore, ſeditio inter Iudæos atq; paganos in Alexandrina ciuitate ſurrexit. Moriente namq; Caio, ſub cuius principatu ab Alexandrinis uidebatur afflicta Iudæorum gens, recepta fiducia, repente ueniunt ad prælia. Claudius autem Aegypti præfecto mandauit, ut ſeditionē amoueret. Et ſupplicantibus ſibi regibus, Agrippa pariter & Herode, edictum miſit in Alexandriam, atq; Syriam, huiuſmodi oratione conſcriptum: Tiberius Claudius Cæſar, Pius, Germanicus: tribunitiæ poteſtatis dicit: Notum eſt, Iudæos in Alexandria conſtitutos, qui etiam Alexandrini uocantur, cohabitaſſe temporibus priſcis Alexandrinis: & paria ciuitatis iura, à principibus impetraſſe. Quod palàm eſt ex reſcriptis eorum, pariter & edictis. Sed poſtquam noſtro imperio Alexandria per Sebaſtum noſcitur ſubiugata, ſeruata ſunt eis iura ſua, à præfectis per diuerſa tempora deſtinatis: & nulla de legibus eorū mutatio facta eſt, tempore quo Aquilas in Alexandria fuit. Moriente uero Sebaſto, principe gentis eorum, ut fuerunt ſinguli eorum in ſuis ſolennitatibus, permanſerunt: neq; coacti ſunt, religionis paternæ iura tranſcendere. Quapropter Alexandrinos eleuatos contra Iudæos ibidem conſtitutos, qui temporibus C. Cæſaris, pro uehementi eius ſuperbia ſimul

Edictū C. Cæſaris pro Iudeis.

& impru-

& imprudentia,quod nollet gens Iudæorum patriam religionem tranſcendere, & illum deum appellare,humiliati ſunt:præcipio,ut nequaquam propter imprudentiam Caij,de iure Iudæorum aliquid auferre nitantur: ſed ſeruanda eis iura priora,manentibus utiq; in ſuis ſolennitatibus: quamobrem partem utranque præcipio magnam habere curam,ut poſtquam fuerint hæc edicta propoſita,nulla de cætero turba fiat.Edictum ſiquidem in Alexandria pro Iudæis miſſum,huiuſmodi eſſe dinoſcitur.Quod uero in omni orbe directum eſt,his continetur elo quijs: Tiberius Claudius,Pius,Germanicus,tribunitiæ poteſtatis,conſul ordinarius ſecundo,dicit:Petentibus me regibus Agrippa & Herode chariſſimis,quatenus eadem Iudæis iura concederem,in omni imperio Romanorum, potiusq; in Alexandria conſtitutis,libenter hoc præbui:non ſolum petentibus hoc cõcedens, ſed etiam ipſos,pro quibus rogatus ſum,dignos exiſtimans,propter fidẽ & amicitiam Romanis impenſam:præcipue iuſtum eſſe decernens, ut neq; Græcorum ulla ciuitas eorum iure priuetur,quoniam ad dei culturam hæc facere noſcuntur. Optimum ergo iudico,Iudæos in omni mundo ſub nobis cõſtituto,paternas ſolennitates ſine prohibitione celebrare:quibus iam nunc præcipio, ut hanc meam dementiam manſuete cuſtodiant:& ipſi aliarum gentium religionem nequaquã adnihilare pertentent,ſed ſuas leges obſeruent.Hoc igitur edictum meum, iudices ciuitatum atq; coloniarum,& municipiorum,intra Italiam & extra eam,regesq; pariter & potentes,per proprios legatos tranſcribere uelint,propoſitum nõ minus triginta diebus eſſe in loco,unde ex humili ab omnibus legi poſſit.His igitur edictis in Alexandriam, & in omnem terrarum orbem directis, oſtendit Cæſar Claudius,quam uoluntatem circa Iudæos habuerit. Mox autem etiam Agrippam,reddito ei regno, maximis cumulatum donis, remiſit ad propria: principibus prouinciarum atq; præſidibus,literis ſuis ſcribens,ut ei honorem debitum exhiberent.Ille uero dum meliori fuiſſet fortuna prouectus,cum celeritate reuerſus eſt:ueniensq; ad Hieroſolymam,gratificas hoſtias celebrauit,nihil quod erat legitimum derelinquens:unde & multos Nazaræos tonderi præcepit.Auream uero catenam,quam ei dederat Caius,factam ad inſtar ponderis ferreæ catenæ,in qua manus regiæ fuerant obligatæ,ut triſtis fortunæ memoriam reuocaret,& teſtimonium de rebus melioribus perhiberet, in templo ſuſpendit ſupra Gazophilaciũ, ut & maximum eius indicaret caſum,& ſimul oſtenderet,poſſe eum qui corruerit, denuo ſuſcitari.Hoc enim illius catenæ oblatio omnibus indicabat: quoniam rex Agrippa ex parua cauſa,antequam dignitatem acciperet,fuerat alligatus, & poſt paululum compedibus abſolutus,ad regnum priſcum darius probatur euectus. Propter hæc ergo oportet intelligi,quia res hominum & lapſu faciente corruunt, & indinatæ ad culminis faſtigium ſæpius reducuntur.Perfecte igitur Agrippa cultu exhibito deo,Theophilum quidẽ Anni pontificatu ſemouit:& Boëtho Simonai,cui cognomentum erat Canthara,honorem eius attribuit. Duo etenim erant fratres Simoni, & Boëthus pater,cuius filiam habuit rex Herodes uxorem: ſicut ſuperius dedaratum eſt. Cum fratribus ergo ſacerdotium habuit. Simonis autem Oniæ tres filij,in Macedoniorum principatu fuerunt, ſicut in priori ſcriptura contradidi.

Nauigatio regis Agrippæ in Iudæam.

Catena aurea ab Agrippa i templo ſuſpẽſa.

Iniuria Doritarum erga Iudæos, quomodo ulta est à Petronio. Cap. VI.

REx igitur Agrippa hoc modo sacerdotes instituens, Hierosolymitis compẽsationem eorum deuotioni restituit: & uniuscuiusq; modum bene disponẽs, affectuosam præbuit largitatem. Præfectum uero militiæ totius fecit Sylam, uirũ qui multis laboribus ei sæpe communicauerat. Igitur tempore paruo prætercunte, Doritæ iuuenes, præponentes ueneratione præsumptionem, cum natura uiderentur audaces, tollentes Cæsaris simulacrum, in synagoga statuere Iudæorum, quod opus Agrippam uehementer exaggerauit. Videbatur namq; ad destructionem paternarum legum esse celebratum. Pro qua re ad Publium Petroniũ præsidem Syriæ festinanter aduenit: & contra Doritas conquestus est ei: qui non minus indignatus, cum utiq; & ipse transgressionem legum factam nimiam esse iudicaret, impietate indisciplinatorum Doritarum, hæc cũ magna indignatione scripta direxit: Publius Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæsaris Pij Germanici, primatibus Dorienſium dicit: Audiuimus, quoniam quidam uestrum tanta superbiæ præsumptione sint usi, ut nec dictis Cæsaris Claudij Pij Germanici subderentur: quibus sancitum est. Iudæos obseruationi paternarum legum esse dimittẽdos: uosq; omnia contraria fecisse cognouimus, synagogam consistere prohibentes Iudæorum, cum in ea posueritis simulacrum Cæsaris, præuaricationem scilicet agentes non solum contra Iudæos, sed contra ipsum imperatorem: cuius simulacrum melius poneretur in omni Iudæorum templo, quàm in debito loco: cũ utiq; decreto Cæsaris sit sancitum, unumquenq; in locis suis habere potestatem: Verũtamen cum edictum imperatoris, præcipientis ut iure solennitatibus suis utantur, & cum Græcis pariter conuersentur, contempseritis (risibile est, si dicam cur mei iudicij fueritis immemores) quapropter eos qui contra edictum Cæsaris talia commiserunt, cum etiam eorum iudices indignentur, quando non propria uoluntate asserunt, sed impetu plebis impletum, à centurione Proculo Vitellio ad me perduci præcipio, quatenus possint gestorum reddere rationem. Primates uero seu principes moneo, ut si nolint uideri hanc querelam sua uoluntate celebratam, culpabiles personas centurioni demonstrent, nullam seditionis aut litis relinquentes occasionem, quam scilicet maleuoli uenari his operibus demonstrantur. Mihi nãq; & chariſſimo meo regi Agrippæ, nulla potior cura est, quàm ne gens Iudæorũ occasionem sumat uindictæ gratia, & ut ad tumultum seditionis accedat. Vt autem apertius sciatis, quid & Cæsar ex huiusmodi causa præcepit: edicta eius Alexandriam destinata, huic scripturæ præposui: quæ licet omnibus nota esse uideantur, tum etiam apud tribunal meum chariſſimus mihi rex Agrippa hæc legit, allegans, ut non oporteat eis dona imperatoris auferri. Agit siquidem me pronunciante, ut de cætero nulla seditionis aut turbæ quæratur occasio, sed unusquisq; suæ religionis iura sectetur. Petronius igitur hoc modo quæ fuerant commissa, correxit, ut denuo nihil posset huiusmodi perpetrari. Rex autem Agrippa Simonem Catharam pontificatu priuauit, & denuo Ionam Annæ constituit, eum scilicet existimans digniorem: cui tamen gratum non fuit tantam recipere dignitatem, pro qua re supplicabat, hæc dicens: Tu quidem ò rex meo honori congaudens, hanc mihi restituis proprio consilio dignitatem: licet me ob pontificatum nunquam dignum

Petronij epistola ad Dorẽses.

Ionas Annæ pontifex ambitiosus.

num iudicauerit deus,ſemel tamen cum indutus ſim ſtola ſacerdotij, ſufficit mihi:prius enim ſum dignius indutus,quàm nunc denuo recepturus. Tu uero ſi modo uis,ut accipiat dignior hunc honorem, agnoſce quia omni peccato mundior eſt apud deum & apud te rex frater mihi,qui poſſit ad hunc honorem dignus accedere. In his ergo ſermonibus rex Agrippa collaudans Ionæ uoluntatem, præbuit Matthiæ eius fratri pontificatum. Et non multo poſt tempore, Petronio ſucceſſit Marſus,qui Syriam gubernabat.

Quid Agrippa egerit circa Sylam, Hieroſolymitas atq; Berithios. Cap. VII.

SYlas igitur præfectus regis Agrippæ.quoniam in omni fortuna ei fidelis extiterat,& nec in periculorum eius communione receſſerat. ſed cum eo in manifeſtis laboribus atq; neceſſitatibus ſuccubuerat,circa eum magnam habebat fiduciam, concedere ſibi petijt apud eum parem honorem.pro amicitiarum priſtina firmitate. & nequaquam patiebatur ei legaliter obedire: ita ut maxima ab eo beneficia poſtulando, oneroſus eſſe uideretur, cum ſemetipſum immenſa arrogantia glorificaret, & regi ſæpius ad memoriam cauſas communis triſtitiæ produceret,ut ſtudium quod tunc circa eum gerebat oſtenderet. Quod dum crebro faceret,ut mihi uidetur,improperare beneficia noſcebatur: cuius rex apertam fiduciam tolerare non potuit. Non eſt enim ignobilium temporum grata memoria:neq; ſuauis agnoſcitur,qui frequenter ea quæ præſtat,improperat. Quid plura? dum frequenter Sylas regis prouocaret iram, & ille plus indignationi quàm rationi tribueret,non eum remouit à præfectura ſolummodo, ſed etiam tradendum uinculis in patriam deſtinauit. Cúmq; eius ira longo fuiſſet tempore mitigata, & perfecta ratione in memoriam reuocaſſet, quantos pro eo labores ille pertulerat,eius remiſit culpam. Die ſiquidem feſtiuo natiuitatis ſuæ,dum cuncti quibus imperabat in lætitia magna conſiſterent,Sylam reuocari iuſſit,ſecum ſcilicet comeſurum. Ille uero modum libertatis,quem iuſtum eſſe credebat,uenientibus ad ſe non tacuit,dicens:En ad quem me honorem rex euocat,quem denuò poſt paululum ablaturus eſt:quippe nec primos honores deuotionis exhibitæ cuſtodiuit,qui iniurijs me afficere non quieuit. Cum qua ergo fiducia, aut qua conſcientia ad eum ueniam? Quantis malis eum eripui,quanta pericula ſuſtinui, ut illi ſalus acquireretur & honor? pro quibus omnibus retributionem merui,uincula & carcerem tenebroſum. Nunquam ergo horũ obliuiſcar malorũ: mihi enim pro bonis actionibus, etiam poſt ſolutionem carnis & animæ hæc memoria reſeruatur. Hæc loquens, poſcebat ut regi dicerentur Agrippæ. Qui dum eum cognouiſſet animo non poſſe mitigari,dimiſit eum in carcere cuſtodiri. Hieroſolymorum uero muros,qui circa nouam reſpiciũt ciuitatem,publicis ſumptibus munitiſſimos latitudine & altitudine fabricatus eſt:& omni humano reddidiſſet tutamine fortiores, niſi Marſus Syriæ præſes Claudio Cæſari quod agebatur ſuis indicaſſet ſcriptis. Quamobrem Claudius rebellandi cauſa ſuſpicatus hoc fieri, Agrippæ mandauit,ut à murorum ædificatione ceſſaret. Qui mox ut agnouit,reluctandum ei non cenſuit. Fuit etenim rex iſte natura bonus,& ad beneficia munifica præparatus,& ciuitatem proprijs ſumptibus exornare nõ tardus,ita ut ſua claritate muneribúſq; gauderet,& fauorabiliter ſuæ uitæ iura diſponeret,in nul-

Sylas in uincula coniectus.

lo ſimilis Herodi regi. Illi nanq; mens erat callida & ad ſupplicia præparanda, & aduerſus odioſos ſine retentatione pernicioſa, Græcis magis quàm Iudæis familiaris exiſtens, & alienigenarum ciuitates ſæpe nobilitans: impenſa magna pecuniarum balneas, theatra, & templa, porticuſq; conſtituens: Iudæorum uero ciuitates nulla fabrica reparauit, nec aliquam eis præbuit impenſam: unde potuiſſet habere eius memoriam. Mores autem Agrippæ erant manſueti, circa omnes beneficia ſimilia conferebat. Alienigenis quoq; erat clemens, etiam in illis dona ſuæ uoluntatis oſtendens: circa ſuam gentem pro modo benignus, & potius cõpaſſione pronus. Grata ſiquidem ei commoratio atq; frequens in Hieroſolymis erat, ſeq; in paterna ſolennitate ſeu puritate ſeruabat: nullaq; dies præteribat hoſtijs uiduata ſolennibus. Quidam igitur in Hieroſolymis uir, nomine Simon, qui putabatur mandata legitima perfecte diſcernere, multitudine in eccleſia cõuocata, cum rex Cæſaream perrexiſſet, eum accuſare præſumpſit, quaſi nõ ſanctum & iuſtum: ſuadens, ut rex prohiberetur à templi limine, quò nõ niſi dignis ingredi liceret. Hæc ergo regi literis indicata ſunt à præfecto, quia Simon talia conciona-tus eſſet. Quem rex euocatũ, dum tũc eſſet in theatro, ſedere iuxta ſe fecit, & ſub ſilentio mitiſſime requiſiuit: Dic mihi, inquit, quid horum quæ hic arguntur contrà legem eſſe noſcuntur? Ille uero nihil habens quod reſponderet, ueniam poſtulabat. Tunc rex circa eum magis placatus quàm ab aliquo crederetur, iudicans etiam manſuetudinem conuenire regi potius quàm furorem, muneribus honoratũ remiſit ad propria. Cum autem multis multa conceſſerit, præcipue Berithios honorauit. Inſtruxit enim eis theatrum, amplitudine & pulchritudine præcipua decoratum, & amphitheatrum copioſa impenſa conſtructũ. Sed & balneas & porticus celſis operibus exaltauit: nullaq; tenacitate ſumptuum aut pulchritudinem fœdauit, aut magnitudinem quamlibet imminuit: quorum omnium dedicationem largiſſime ac magnifice miniſtrauit. Cum igitur in theatro ſpectacula celebraret, muſica quæq; illic inſtrumenta produxit, & uaria delectationũ opera affluenter exhibuit. In amphitheatro autem multitudine monomachorum ſuam largitatem cunctis oſtendit. Vbi uolens numeroſitate concertantium delectationem ſpectantibus exhibere, alios ſeptingentos pugnaturos emiſit: quoſcunq; malignos habuit, in hac actione diſtribuens, ut & illi hoc modo pugnarent, & opus belli uoluntas pacis exiſteret. Hos itaq; paſſim hoc modo cunctos extinxit.

Clementia Agrippæ erga ſuum detractorem.

De magnificentia Agrippæ & obitu. Caput VII.

HIs ſpectaculis celebratis, in Tiberiadem urbem Galilææ migrauit: erátq; inter alios reges ualde conſpicuus: ad quem uenit Comagenenſis rex Antiochus, & * Amaſorũ Sanſigeramus, & Cotis minoris Armeniæ, qui etiam in Ponto Polemoniaco regnabat: pariter & Herodes frater eius, qui & ipſe Chalcidis habebat imperium: habuitq; colloquium apud eos, ſuſceptione & amicitijs ualde digniſſimum, ita ut oſtenderet ſuæ ſapientiæ culmen: & in præſenti eos uidere tur regaliter honorare. Sed his apud Agrippam ita degentibus, Marſus Syriæ præſes aduenit. Verum Agrippa rex, ſciens eum honorabilem Romanis eſſe, proceſſit è ciutate, occurſurus ei, quaſi ab ſtadijs ſeptẽ. Hoc etenim principiũ inimicitiarum

Aliàs Emeſorum Sigeramus.

De Marſo præſide Syriæ.

micitiarum circa Marſum fuit. Sedens enim in tribunali Agrippa, inuitauit alios reges: quorum concordia Marſo, & tanta pariter amicitia in ſuſpicionem repente uenit: & non credenti expedire Romanis, reges huiuſmodi habere conſenſum. Mox itaq; ad ununquenq; mittens, mandauit, ut non ſegniter ad propria remearent. Hæc Agrippa dolenter accepit, & propterea Marſo quidem factus eſt inimicus. Matthia uero pontificatu ſpoliato, pro eo conſtituit ſacerdotem Elionæum Cantharæ natum. Igitur cum tertium annum in Iudææ compleſſet regno, uenit in Cæſaream ciuitatem, quæ primitus turris Stratonis appellabatur, ibiq; ſpectaculum ad honorem Cæſaris pro eius ſalute celebrabat: ad quam feſtiuitatem omnis prouinciæ multitudo nobilium, ſimul & procerum unà conuenerat. Secunda uero ſpectaculorum die, ſtola ueſtitus undiq; argento contexta, ita ut textus eſſet ualde mirabilis, uenit ad theatrum incipiente die, & primis radijs ſole oriente demiſſis, argenti claritas repercuſſa fulgorem reddidit ualde perſpicuum, & oculis inſpicientibus formidandum. Mox autem adulatores uoces fauorabiles emittebant, quæ nec illi bonæ pro ueritate uidebantur, deum ſcilicet appellantes eum: atq; dicentes: Propitius nobis eſto, quia licet hactenus te uelut hominem timuerimus, attamen iam nunc ſuperioris naturæ te eſſe conſpicimus. Has autem uoces rex nequaquam compeſcuit, nec impia eorum uerba compreſſit. Poſt paululum uero reſpiciens, uidit ſupra ſuum uerticem in quodam funè ſedentem bubonem: quem etiam mox eſſe malorum cauſam intellexit, qui fuerat ei aliquando bonorum. Mox ergo paſſionem mortiferam corde ſuſcipiens, & uehementer uteri dolore percuſſus, reſpicienſque ſuos amicos: Ego, inquit, ueſter deus iam uitam mutare compellor. Repente nanque increpitus ſum, cum mendaces ad me damarent. Nam qui uocabar immortalis à uobis, ecce iam ducor ad mortem. Suſcipienda eſt ſententia, quæ profertur à deo. Viximus etenim non praue, ſed claritatem beatitudinis appetentes. Hæc itaque cum dixiſſet, creſcente dolore comprimebatur. Tunc cum feſtinatione ad regalia reportatus eſt. Et ſermo eſt apud cunctos egreſſus, quia indubitanter moriturus eſſet. Mox itaque cuncti cum coniugibus ſimul & liberis, lege patria in ſaccis iacentes, deprecabantur pro rege deum, & omnia luctu gemitúque complebantur. Rex autem cum in domo ſublimiore iaceret, deorſum reſpiciens, atque uidens eos proſtratos eſſe, nec ipſe à lachrymis potuit abſtinere. Quinque uero continuis diebus uentris dolore confectus, uita priuatus eſt, habens annum ætatis quartum & quinquageſimum, ſeptimum uero regni. Quatuor nanque ſub Cæſare Caio regnauit annis, ſub Philippi quidem tetrarchia tribus, quartum uero cum Herode, tres autem reliquos ſub Claudij cõpleuit imperio: in quibus & Iudæam percepit, & Samariam, atque Cæſaream, & tributa ſui innumera auxit imperij. Multũ tamen à diuerſis mutuum ſumpſit. Nam cum eſſet ualde munificus, ſupplicantibus larga munera conferebat, & dona ſine aliqua parcitate præbebat. Igitur cum mors eius populis eſſet ignota, conſpirantes ſimul Herodes Chalcidis rex, & Telchi præfectus, & regis amicus, Ariſtonem quendam fideliſſimum miniſtrorum deſtinauerunt: & Sylam, quoniam eorum erat inimicus, quaſi iubente rege peremerunt.

Spectacula Cæſaræ exhibita.

De hoc ſupra lib. 18.

Agrippa dolore corripitur.

Agrippa moritur.

Quæ Agrippa mortuo contigerint iuniori Agrippæ. Cap. VIII.

Proles Agrippæ.

REx igitur Agrippa hoc modo conuerſatus, diſceſſit à uita, qui de ſuo genere filium dereliquit, Agrippam nomine, agentem ſeptimum & decimum ætatis annum, & filias tres, quarum alia quidem nomine Beronice, ſextodecimo ætatis anno Herodi patris fratri uidebatur eſſe coniũcta: uirgines autem duæ erant, Maria & Druſilla. Maria quidem decimum agens annum, Druſilla uero ſextum. *Aliàs Chelciſ.* Erátq; deſponſata à ſuo patre Maria Archelao *Seleuci filio: Druſilla uero filio Antiochi Comagenenſis regis, qui dicebatur Epiphanes. Cúmq; mors Agrippæ cunctis innotuiſſet, Cæſarienſes & Sebaſteni benefactorũ eius immemores, peſſimas res egerunt, blaſphemantes uehementer indecenterq; defunctum. Sed & militũ quæ tunc aderat multitudo, in domum eius adeuntes, & ſtatuas filiarũ regis uirginũ diripientes, pariter ad loca fornicaria detulerũt: & ſtatuentes eas in publico, reclinantes eis fœdas contumelias inferebant: & turpiora facinora quàm dici fas eſt, ſceleſtis actibus adimplebant: celebrantes conuiuia publica coronati, & madentes unguentis & oleo, ſacrificia pariter exhibentes: prandiáque ſibimet alterutri pro regia morte mittentes. Erant autem immemores non ſolum Agrippæ, qui multas eis præbuerat largitates, ſed etiam aui eius Herodis, qui ipſas ciuitates inſtruxerat, porticúsq; ſimul & templa claris probabatur fabricatus impenſis. Filius uero defuncti, Agrippa erat tunc Romæ, & alebatur à Cæſare. Tunc* *Agrippa iunior.* Claudius audiens Agrippam fuiſſe defunctum, & Sebaſtenos atq; Cæſarienſes ei mortuo contumelias intuliſſe, graui dolore perculſus eſt: erátq; præparatus, ut eius filium Agrippam in illius regnum dirigeret ſucceſſorem, uolens etiam iuſiurandũ quod cum illo habuerat confirmare. Et cõuocatis amicis indicauit, quod deliberarat ſuper cõmendato ſuæ fidei puero: interrogans quid & ipſis uideretur, utrum cogitata de hoc manere uel non decernerent: qui perſpecto Cæſaris animo, prudentius aliquid cõſiliati ſunt, collaudantes quidem benignitatis eius propoſitum, uoluntatem autem eius incautam eſſe dicentes, ut puero, qui nec infantiles annos exceſſerat, magnitudinem tanti regni committeret, cui eſſet impoſſibile tanta gubernacula detinere. Cumq; uideret eos recte locutos Cæſar, præfectum* *Cuſpius Fadus mittitur in Iudæam.* in Iudæam totumq; regnum direxit Cuſpium Fadum: quo facto etiam honorem defuncto præſtitit, ne Marſum ad eius regnum, qui illi fuerat inimicus, eueheret. Præ omnibus autem Fado præcepit Claudius, ut Cæſarienſes & Sebaſtenos pro defuncti contumelijs coërceret. Cohortem uero Cæſarienſium & Sebaſtenorum, & quinq; numeros in Pontum transferri iuſſit, ut ibidem militarent: & ex numeris Romanorum in Syria conſtitutis, eligerentur milites, qui eorum loca complerent. Sed nequaquam tali iuſſione migrati ſunt. Mittentes nanq; legationem ad Claudiũ ſupplicarunt, & in Iudæa cõſiſtere meruerunt. Vnde etiam futuris temporibus cauſa maximarum calamitatum Iudæis effecti ſunt, ſumentes initio ſemina belli ſub Floro. Quamobrem tempore quo Veſpaſianus uicit, ſicut poſt paululum referemus, eos ex illa regione migrauit.

Flauij

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER VIGESIMVS.

De dissidio Iudæorũ & Philadelphinorum cõpositio & de stola sacerdotali. Ca. 1.

Oriente siquidem Agrippa rege, sicut in libro præcedente narrauimus, Cæsar Claudius misit successorem Marso Cassium Longinum, memoriæ conferens hoc defuncti, à quo uiuente rogatus fuerat, ne Marsus ulterius Syriæ præsideret. Fadus inter hæc, dum præfecturæ culmine in Iudæã uenisset, comperit Iudæos habitantes trans fluuium, contra Philadelphinos habentes contentionẽ pro finibus uici, cuius nomen est Meas. Erantq; illic armatorum plurimi congregati, qui præter uoluntatem primatum suorum sumentes arma, multos Philadelphinorum peremisse noscũtur. Hæc audiens Fadus, uehementer accensus est, eo quod non eius reseruassent iudicio, qui se dicebãt à Philadelphinis fuisse læsos, sed usq; ad arma uenissent: Qui sumens tres priores ipsius seditionis, alligari præcepit. Deinde quendam eorum Antibam nomine iussit occidi: duobus autem reliquis, Amaramao & Eleazaro fugam commisit. Ptolemæus autem princeps latronum, & qui multa mala Idumæis & Arabis frequẽter intulerat, non multo post captus, & ad eũ deductus, morte multatus est. Hoc itaq; modo cuncta Iudæa latronibus est purgata, Fadi prouidẽtia atq; solicitudine. Is enim Fadus tũc cunctos uocans sacerdotes, & priores Hierosolymitarũ, admonuit eos, ut talarem tunicam, & sacerdotalẽ stolam, qua solus pontifex indui solet, in Antoniæ castro reponerent: ut sicuti prius, sub Romanorũ potestate iaceret. Illi uero nequaq; contradicere præsumpserũt, sed rogabant Fadum atq; Longinũ (nam & ipse cum multo exercitu ad Hierosolymã uenerat, metuens ne præceptis Fadi multitudo resisteret Iudæorũ) & ab eis suppliciter exorabant, ut sinerẽt legationem ad Claudium destinari, quatenus ab eo peterent, ut sacerdotalẽ uestẽ haberent in propria potestate: & ipsi sustinerent, donec Claudij responsa perciperẽt. Illi uero ita se hæc præstare dixerunt, si eorũ filij obsides præberẽtur. Quibus obedientibus, filiosq; dantibus, legati sunt missi. Cumq; Romã uenissent, audiẽs Agrippa iuuenis defuncti filius, causam aduentus eorũ (erat namq;, sicut iã prædiximus, apud prædictum Claudium) Cæsari supplicauit, ut eisdem Iudæis concederet, mittens ad Fadum sua scripta, quæ de sacerdotali uestẽ poscebant. Vocans itaque Claudius legatos Iudæorum, promisit se concedere quæ petebant: iussitq; ut Agrippæ gratias dignas exoluerent, cuius precibus hæc eis iura concederet. Quã obrem huiusmodi ad Fadum misit epistolam. Claudius Cæsar, Germanicus, tribunitiæ potestatis, quinquies consul, ordinarius quater, imperator decies, pater patriæ, Hierosolymorum principibus, curiæ populoq; Iudæorum, & cunctæ gẽti salutem. Agrippa meo piissimo, quẽ ego connutriui, & habeo mecũ, perducẽte ad me legatos uestros, gratias agente, eo quod habeam gentis uestræ solicitudinem.

& cum

& cum ſumma deuotione pro ſacerdotali ueſte atq; corona ſupplicãte, ut ſub ueſtra poteſtate conſiſtant: quæ ſunt à me poſtulata concedo, ſicut uir fortiſſimus & mihi chariſſimus Vitellius fecit. Huic itaq; uoluntati conſenſi, primum quidẽ propter pietatem meam, uolens unumquenq; exhibere ſuam in paterna traditione culturam: deinde ſciens, quia dum hæc fecero, & ipſius regis Herodis, & Ariſtobuli iuuenis, potentium perſonarum, quorum circa me pietatem, & circa uos ſtudiũ eſſe cognoſco, ampliſſimas amicitias collocabo. Scripſi uero ob hanc cauſam & Cuſpio Fado, meo procuratori. Nomina uero literas deferentium hæc ſunt: Cornelius Leo, Tryphon Theodionis, Dorotheus Nathelis, Iohannes Iouis panis,

Poteſtas inſtituendi pontifi cẽ Herodi cõceſſa.

data eſt xiij. kalendas Iulij, Conſulibus Rufo & Pompeio Syluano. Petijt autem à Claudio Cæſare & Herodes, frater Agrippæ defuncti, cui illo tempore Chalcidis regnum uidebatur eſſe commiſſum, poteſtatem templi & ſacerdotum ordinationem: & omnia pariter impetrauit. Ex illo autem fuit apud omnes eius liberos hæc poteſtas, uſq; ad belli finẽ. Herodes itaq; à pontificatu remouit Cantharam, & Ioſeph Cami filium ei ſucceſſorem dedit.

De Helena regina ad Iudaiſmum conuerſa. Cap. II.

EO ſiquidem tempore Helena Adiabenorum regina, & filius eius Iazates, ad ſolennitatem Iudæorum hac cauſa proueniente migrauerunt: Monobazus Adiabenorum rex, cui cognomen erat Bazeus, ſororem Helenam amore captus duxit uxorem. Quæ dum ex eo haberet in utero, contigit, ut dum cum ea dormiret, ſuper uentrem mulieris manum poneret per ſoporem, & quandam ſubito uocem audiret, præcipientem ut manum de uentre eius auferret, ne infantem in eo uexaret, qui prouidente deo & principum & finem eſſet feliciſſimum poſſeſſurus. Qua uoce turbatus, repente ſurgens, hæc dixit uxori, & natum filiũ Iazatem nuncupauit. Habebat autem ex Helena & alium ſeniorem filium, nomine Monobazum, & alios filios ex alijs mulieribus procreatos: maximam tamen deuotionem quaſi unigenito Iazati deſiderabiliter impendebat: pro qua re ille inuidiam fratrũ ſuſtinebat. Habebat & odium, quando cuncti contriſtabantur, quia eum pater omnibus præponebat. Hoc pater aperte cognoſcens, illis quidem ignouit: ſciens quia hoc non agebãt pro malicia, ſed quoniam ſinguli fauorem patris habere deſiderabãt. Iazatem uero, cũ pro eo ualde metueret, ne odio fratrũ mali aliquid ſuſtineret, multis muneribus farcinatũ, in caſtrum* Paſmi miſit ad Abennerigum regem, commendans ei nati ſalutem. Abennerigus autem libenter eum excepit, & pro multa deuotione, filiam ſuam Amacos nomine, ei dedit uxorem: donauitq; prouinciam, ex qua perciperet multa tributa. Monobazus autem cum iam ſenectute grauaretur, & paucum ſibi tempus uiuendi ſupereſſe uideret, uoluit aſpectũ filij antequam moreretur, inſpicere: & uocãs eum, delectabiliter eſt amplexus. Cui dedit quoq; prouinciam quæ dicitur Carrorum, terra fertilis Amomi, in qua etiã reliquiæ ſunt arcæ Noë, quæ ex imbrium diluuio liberata fertur, & hactenus uidere uolentibus demonſtratur. Commorabatur itaque Iazates in hac regione, & Artabanem Parthicum ad Iudæam deſtinauit. Cumq; legibus crederet Iudæorum, ſtudebat & ipſe conuerti: & credens ſe perfectũ non eſſe Iudæum, niſi ſignũ circunciſionis acciperet, erat hoc agere paratus. Quod dũ cognouiſſet mater eius,

Alijs Paſini

Terra fertilis Amomi, & in qua ſunt reliquiæ arcæ Noë.

prohi-

prohibebat,dicens ei fore periculum:quia cum eſſet rex,multorum acquireret inimicitias ſubiectorum,cum peregrinas ſolennitates & ſuæ genti extraneas adimpleret:nec pati eos ſuper ſe regnare Iudæum. Et illa quidem hæc dicens, omnino prohibuit. At ille ad Ananiam uerba referebat:Qui matri dixit,atque interminatus eſt,quia niſi acquieſceret,repente decederet. Cui mater ait:metuere ſe,ne cauſa omnibus indicata,periculum ipſe ſupplicij ſuſtineret,qui quaſi autor & doctor exiſteret operum indecentium apud regem. Tunc ille audiens hæc, reſpondit, quia poſſet etiam præter circunciſionem colere diuinitatem,ſi omnino decerneret apud ſe leges Iudaicas obſeruare:& hoc eſſe firmius,quàm circunciſionem accipere: ueniamq; illi daturum deum,opus hoc nõ implenti propter neceſſitatem,ſubiectorumq; formidinem. Tũc ergo rex huiuſmodi ſermonibus acquieuit. Poſt hæc autem cum nequaquam ſuum deſiderium abieciſſet,Iudæum quendã alium de Galilæa uenientem,Melazarum nomine,& leges eruditum patrias inuitauit,ut circũciſionis opus impleret. Qui cum intraſſet ad eum, & inueniſſet legem Moſeos legentem:ignoras,inquit,ò rex Moſeos iura,& per hæc deo facere uideris iniuriam. Nõ enim ſolum legere,ſed primitus facere te oportet quæ præcepta ſunt. Quàm diu ſine circunciſione permanes,legibus nequaquam noſceris obedire. Sed ſi nondum ex hoc legiſti legem,ut ſcias,quapropter hoc geratur,uel nunc lege. Hæc audiens rex,actum differri non pertulit,ſed ad aliam conuerſus eſt domum,& uocans medicũ quod præcipiebatur,impleuit. Tunc euocata matre & Anania doctore,eis quod egerat,explanauit. Qui repente nõ mediocri timore ſunt territi,ne cauſa cunctis manifeſtata rex periculum deiectionis incurreret,non patientibus ſubiectis uirum extranei dei cultorem ſibimet ſupereſſe:ipſiq; pariter pericula ſuſtinerent,quaſi & huius rei uiderentur autores. Deus autem præſens erat, qui illorum metum non perduxit ad terminum. Nam cum multa pericula & Iazates & eius filij ſæpius incurriſſent,eum ex ingentibus liberauit anguſtijs, & ſalutis dona conceſſit:oſtendens,quia reſpicientibus ad eum,& ipſi ſoli credentibus,nequaquã fructus pietatis auferetur. Sed hæc quidem poſtea explanabimus. Igitur Helena regis mater,uidens regem pacificæ gubernare, & ſuum filium eſſe beatum, & ultra cunctas gentes prouidentia diuina religioſum,deſiderium habuit Hieroſolymitarum conſpicere ciuitatem,atq; cunctis hominibus diuulgatum dei templum ſupplicite adorare,& hoſtias pacificas offerre. Ob quam rem filio ſupplicauit. Quo matri petenti prone conſentiente, & multam præparationem itineris faciente, & plurimas dante pecunias,deſcendit in Hieroſolymam,etiam filio multo eam itinere deducente. Cuius aduentus Hieroſolymitis tunc profuit ualde. Nam dum eorum ciuitatem illo tempore fames apprehendiſſet,& multi fuiſſent egeſtate cõſumpti,Helena regina miſit quoſdam ſuorum, alios quidem ad Alexandrinam urbem,ut frumenta ex eius pecunijs compararent:alios Cyprum, quatenus carecas ex abundanti deferrent. Cumq; ueniſſent hæc onera deportantes, alimẽta indigentibus illa diuiſit. Quapropter gẽti noſtræ beneficiorum ſuorum maximam memoriam dereliquit. Cuius filius Iazates audiens hanc famem,multas pecunias Hieroſolymitarum primatibus deſtinauit:Et alia quidem multa bona hi principes in noſtra ciuitate geſſerunt, quæ poſtea declarabimus.

Iazates circũciditur.

De geſtis

De gestis Iazatis regis & obitu. Cap. III.

Artabanus auxilium implorat à Iazate.

ARtabanus itaq; rex Parthorum,sentiens sibimet satrapas inimicos, degere apud eos sibi iudicauit incautũ. Quapropter ei uisum est,ut pergeret ad Iazatem regem,salutẽ apud eum inuenire se credens,& ita ad regnum proprium remeare. Sumptis ergo cognatorum atq; familiarium circa mille uiris,uenit ad regẽ Iazatem. Cumq; ipse illum aperte nosset,Iazates uero Artabanum penitus ignoraret,inueniens eum in itinere constitutum,& astans ei,prior secundum morẽ patrium adorauit. Deinde:ò rex,inquit,nec me despexeris tuum seruũ,nec circa supplicem sis superbus:miser enim rerum mutatione factus existẽs,ex rege priuatus, tuum posco solatium. Perspice siquidem inconstantiam fortunæ,& hanc scito esse communem,& uim similem habituram. Nam si me sine uindicta despexeris,erũt audaciores plurimi circa alios etiam reges. Hæc ergo Artabanus cũ lachrymis edi cebat,capite reclinato deorsum. Iazates autem ut eius nomen audiuit, & Artabanum suppliciter sibi respexit astantem,mox ex equo resiliens:habe,inquit, fiduciã ò rex,nec te præsentia fata confundant. Velociter enim erit tibi mutanda tristicia: amicum namq; me & auxiliatorẽ inuenies plus quàm credis:aut enim in Parthorum regno te rursus,aut in meo constituam regem. Hæc dicẽs: Artabanum impo suit equo,ipse uero pedibus sequebatur,honorẽ tribuens ei,quasi regi maiori. Respiciens igitur hoc Artabanus,grauiter tulit:& per præsentem fortunã honorẽq; iurauit,descensurum se,nisi ille rursus ascenderet atq; præiret. Tunc ille in equum ascendens,eumq; ad regalia sua perducens,omnem ei honorẽ libenter exhibuit: & in cõsessu atq; conuiuijs primum recubitum ei parauit,non præsentem fortunã intendens,sed eius pristinam dignitatem,eumq; ratione frequenter cõsolatus est, quia cõmunes sunt omnibus fortunæ permutationes hominibus. Scripsitq; Parthis,suadens eis ut Artabanum susciperent regem,promittens eum pristinorum in se non habere memoriam,simul & iuramenta præbens. Parthis uero suscipere quidem se uelle eum non negantibus,sed non posse dicentibus habere regem,eo quod Cinnamum iam constituissent principem,ne forte certamen inter eos emergeret:agnoscens eorum Cinnamus uoluntatem,mãdauit ut ueniret Artabanus, regnum propriũ recepturus. Cui utiq; credens Artabanus,reuersus est:occurritq; ei Cinnamus,& adorans eũ,& regem simul appellans,auferens de suo capite,imposuit eius uertici diadema. Sic igitur Artabanus per Iazatem rursus in regnum, unde per proceres suos ceciderat,restitutus est:nec fuit immemor beneficiorum in se gestorum,sed Iazatem magnis muneribus redonauit. Nã & tiara recta ei permisit uti:& in aureo lecto,quo solis Parthorum regibus licet dormire,cõcessit: deditq; ei maximam & optimam regionem regis Armeniorum,cuius terræ nomen est Nisibis:in qua etiam primitus fecerunt Antiochiam ciuitatem,quam Mygdoniam nuncupauerũt. His itaq; muneribus à rege Parthorum Iazates honoratus est. Post paululum uero tempus Artabanus regnum Bardani filio dereliquit. Is enim ueniens ad Iazatem,suadebat ei,ut sibi contra Romanos pugnaturo ferret auxilium,cui tamen persuadere non potuit. Iazates enim Romanorum sciens potentiam atq; fortunam,putabat eum impossibilia bella tentare. Insuper dum misisset quinq; filios ætate nouellos,ut linguam nostræ patriæ & eruditionẽ sub integritate

Bardanes bellum Romanis mouet.

gritate condiſcerent, ſed & matrem, ut templum ſicut prædiximus adoraret: ſe-
gnior erat ad bellandum. Sed & Bardanem ſæpius prohibebat, narrans ei Ro-
manorum uirtutes, & credens eum per talia uerba terrere, quatenus à deſiderio
cõtra Romanos bellandi recederet. In his ergo Parthorum rex indignatus, bel-
lum aduerſus Iazatem repente pronũtiauit. Sed nullam in hoc utilitatem habe
re promeruit, deo ſcilicet ſpem eius annihilante. Agnoſcentes enim Parthi Bar-
danis uoluntatem, & quia contra Romanos bellum ſuſcipere decreuiſſet, illum
quidem extinxerunt, principatum uero Cotardi eius germano contradide-
runt. Cui etiam poſt paululũ per inſidias rebus humanis ablato, ſucceſſit frater
Bologeſis, qui duobus ex eodem patre germanis ſuis præbuit poteſtatem: Pa-
coro quidem ſeniori Medorum, Tyridati uero iuniori dedit Armeniam. Mono
bazus igitur regis frater, pariter & eius cognatio, uidentes Iazatem propter pie
tatem quam circa deum habebat, ultra omnes homines excellentem, habuerũt
& ipſi deſiderium, ut mores patrios derelinquentes, Iudaicis ſolennitatibus o-
bedirent. Horũ niſus fuit ſubiectis ualde ingratus, & in hoc proceres indigna-
ti, iram equidem retinebant expectantes opportunum tempus, ut in eis ulciſce
rentur. Quamobrem ad Abiam regem Arabiæ ſcripſerunt, multas ſe daturos
pecunias promittentes, ſi contra eorum regem caſtra moueret: ſimulq; profeſſi
ſunt circa primam congreſſionem eum ſe quoq; deſerere: quem uellent propter
odium, quod eorum cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo ſacra-
mento firmatis, feſtinabant ad terminum peruenire. His itaque flexus Ara-
biæ rex, cum multo exercitu uenit ad Iazatem. Tunc ipſa prima congreſſione,
antequam ad manus accederent, facto ſigno omnes Iazatem uelut uno uincti
funiculo reliquerunt, & dorſum hoſtibus dantes effugerunt. Non tamen Iaza-
tes expauit, ſed conſilium proditionis agnoſcens à primatibus factum, & ipſe
cum exercitu diſceſſit, cauſamque requirens, ut agnouit conſtitutum ad Ara-
bas factum, autores quidem interfecit. Altera uero die congreſſus, plurimos
occidit, omnes autem ſimul in fugam uertit: ipſumq; regem perſequens, in quo-
dam caſtro Arſanum nomine circumduſit. Quo tamen forti dimicatione præ-
ualuit, captoq; caſtro, dum Abiam regem non inueniſſet uiuum, quoniam ſe-
ipſum peremerat, abripiens omnem prædam, quæ in eo uidebatur eſſe magna
amplitudine conſtituta, in Adiabenorum regreſſus eſt regionem. Primo qui-
dem conamine Adiabenorum proceres, non ualentes aduerſus regem, deo
ſcilicet eos eius poteſtati tradente, neq; tunc quieſcere uoluerunt, ſed ſcripſe-
runt Parthorum regi Bologeſi, rogantes eum ut Iazatẽ occideret, & eis princi-
pem de Parthorum gente conſtitueret: dicentes ſe odio habere proprium re-
gem, qui iura patriæ deſtruxerat, & extranea diligebat. Hæc audiens rex Par-
thorum, eleuatus eſt ad bellum, & cum iuſtam belli non inueniret occaſionem,
datos ei à patre honores repetit, & reſiſtenti bellum ſe inferre minatus eſt. His
auditis, Iazates non mediocriter turbatus eſt, & iudicans turpitudinem ſibi fo
re, ſi propter metum collatis honoribus cedere uideretur, ſciens inſuper, quia
etiam ſi his cederet, Parthorum rex ab eius inimicitijs non ceſſaret, decreuit ma
gis deo curatori omnium, animæ ſuæ pericula committere: eumq; maximum

Monobazus ſubit Iudaicum.

Victoria Iazatis de inimicis.

habere ſe arbitratus auxiliatorem, filios quidem & coniuges conſtituit in munitiſſimis locis, cunctaq; frumenta & fœnum, & pabula congregauit. Quibus geſtis, hoſtium ſuſtinebat aduentum. Veniente uero Parthorum rege, cum exercitus ſui multa uirtute, pedeſtrium pariter & equeſtriũ, & cum magna uelocitate faciẽte uallũ circa flumen, Medorum ſcilicet & Adiabenorũ prouinciã terminantem, etiam Iazates caſtra poſuit non procul ab eo, habens circa ſe equeſtrium quaſi ſex milia. Quo facto, uenit ad Iazatem nuntius, à Parthorum rege directus, qui eorum uirtutem ediceret, quomodo ab Euphrate fluuio uſq; ad Bactrorum terminos reſideret: ſimul & ſubiectos reges ei adeſſe dicens: interminatus pariter, quia pœnas Iazates exolueret, eo quod circa ſuum dominum eſſet ingratus: à cuius manibus, neq; deus eum poſſet quem colebat, eruere. Hæc dicente nuntio, Iazates noſſe ſe quidem, ait Parthorum exercitum ſuo abundantius potiorem. Sciendum tamen quia cunctis hominibus melior eſſet deus. Et huiuſmodi dato reſponſo, ad ſupplicationẽ dei cõuerſus, terræ ſe proſternẽs, & cinere caput implens, cum filijs & uxoribus ieiunauit, inuocans deum, atq; dicens: Dominator domine, ſi non fruſtra me tuæ dignitati ſubieci, & iuſte omnium te ſolum & primum dominum eſſe cognoui, adueni auxiliator: non pro me ſolummodo ulturus in hoſtibus, ſed quia etiam contra tuam uirtutem cum nefanda præſumptione locuti ſunt. Et ille quidem hoc modo ingemiſcens, cum lachrymis ſupplicabat: quem repente deus exaudiuit. Ea nanque nocte, Bologeſis accepit epiſtolas, in quibus ſcriptum erat, quia Dacus & Iſacus cum maxima manu, contemnentes eius abſentiam, ad diripiendam Parthorum prouinciam deueniſſent. Quapropter nihil agens, retrorſum denuo remeauit. Sic itaq; Iazates, deo prouidente, Parthici regis intermiantionem effugit. Poſt paululum uero tempus, cum quinquageſimum quintum ætatis, & uiceſimum quartum regni compleſſet annum, relinquens filios maſculos uigintiquatuor & filias uigintiquatuor, uita priuatus eſt. Succeſſionemq; regni fratrem Monobazum habere præcepit: repenſas ei quia per eius abſentiam poſt mortem patris, regnum ei fideliter conſeruaſſet. Cuius mater Helena, audita filiæ morte, grauiter quidem tulit, & ſicut potuit mater, quæ piiſſimum filium uidebatur amiſiſſe: ueruntamen conſolata eſt, audiens regni ſucceſſionem ad ſeniorem ſuũ filiũ fuiſſe perductã: ad quem etiã pergere feſtinabat. Cumq; ueniſſet ad regionem Adiabenorum, non multo tempore ſuper filium Iazatem uixit. Monobazus autem & illius oſſa, pariter & germani, mittens in Hieroſolymis ſepelire præcepit, in mauſoleis, quos mater tribus procul ſtadijs, ab Hieroſolymis cõſtruxiſſe uidebatur. Sed quæcũq; rex Monobazus uitæ ſuæ tempore geſſerit, poſtea declarabimus.

Iazates moritur.

Iazates Hieroſolymis ſepultus.

De Theoda mago, & pſeudopropheta. Cap. IIII.

IGitur dum Fadus Iudæam prouinciam gubernaret, quidam uir magus, nomine Theodas, populo multa ſuaſit, ut ſumentes ſubſtantias ſuas, ſequerentur eum ad Iordanem fluuium: ſemetipſum aſſerẽs eſſe prophetam, & præcepto

cepto fluuium diuidere, ut eis facile tranſitum præberet. Hæc ergo dicens, ſeduxit quidem multos: non tamen permiſit eos Fadus ad experimentum ſuæ inſipientiæ peruenire, ſed repente cohortem miſit equeſtrium ſuper eos: quæ inopinabiliter irruens, multos quidem peremit, plurimos autē uiuos cepit: ipſumq; Theodam comprehendentes, capitis ſectione multauerunt. Hæc ſunt ergo, quæ Iudæis contigerūt, tempore quo Fadus in eorum præfuit regione. *Theodas à Fado occidi tur.*

De Iuda Galilæo. Caput V.

VEnitq; Fado ſucceſſor Tiberius Alexander Alexandri filius, qui etiam in Alexandria fuit Halabarches, id eſt, princeps ſalis, genere diuitijsq; Alexandrinorum cunctos excellens: Sed etiam filio ſuo Alexandro diuina cultura melior, quippe cum ille in paternis ſolennitatibus non permanſerit. Horum ergo temporibus contigit illa maxima fames, quando etiam Helena regina multis pecunijs frumenta comparans ex Aegypto, indigentibus, ſicut prædiximus, eſt partita. Inſuper autem Iacobum atq; Simonem, & filios Iudæ Galilæi, qui populum à Romanorum poteſtate ſubducere nitebantur ſub Cyrenio Iudææ præſide, ſicut prædiximus, crucifigi Alexander imperauit. Herodes autem rex Chalcidis remoto à pontificatu Ioſeph ſucceſſionem hanc Ananiæ Nibidæi cōtribuit. Tiberio autem Alexandro Cumanus ſucceſſor aduenit. Defunctusq; eſt Herodes frater regis Agrippæ maioris, octauo anno Claudij principatus, tres filios derelinquens: Ariſtobulum, qui ei de priori fuerat uxore progenitus, & ex Beronice fratris filia Beronicianum & Hyrcanum. Cuius regnū Claudius Cæſar Agrippæ iuueni dedit. *Tiberius Alexander præſes.*

De ſeditione orta in diebus azymorum ob impudentiam militis. Caput VI.

SEditione igitur incidente in Hieroſolymitarum ciuitatem, dum Cumanus in Iudæa pro rerum gubernatione conſiſteret, multi Iudæorum perempti ſunt, ſed primitus cauſam narrabo, propter quam talia prouenerunt. Inſtante feſtiuitate paſchæ, in qua mos eſt nobis azyma offerre: dum undiq; ad feſtiuitatē hanc populus conueniſſet, metuens Cumanus, ne qua per multitudinem turba aut res uel actio naſceretur, iuſſit militibus, ut unam aciem armatorum facientes, circa porticus templi conſiſterent: ut ſi forte aliquid excitaretur, tumultuantium inquietudinem prohiberent: hoc etenim & priores præſides Iudææ in huiuſmodi feſtiuitatibus faciebant. Cumq; quarta dies eius celebrationis exceſſiſſet, quidam militum reuelauit genitalia ſua, & populo demonſtrabat. Quod illi uidentes, ad iram furoremq; perducti ſunt: non ſemetipſos contumeliam paſſos, ſed in deo impietatem geſtam eſſe dicentes: Quidam uero procaciores, Cumanum blaſphemabant, aſſerentes militem ab eo ſummiſſum. Cumanus autem audiens, & ipſe non mediocriter prouocatus eſt. Veruntamen hortabatur eos à ſeditione quieſcere, ne in feſtiuitate inquietudines excitarent. Quibus dum ſuadere non poſſet, & illi ad blaſphemias magis accederent, iuſſit omnes milites arma ſumentes ad Antoniam conuenire. Erat enim hoc caſtrum. *Seditio.* *Impudentia militis.*

ſicut prædiximus,ſuprapoſitum templo. Multitudo ſiquidem uidés milites ibi dem co ngregari, perterrita cœpit effugere. Et dum ſe milites perſequi crederent, per anguſtos egreſſus pariter cum timore fugientes oppreſſi ſunt, & multos adinuicem conterentes interemerunt. Viginti milia enim dinumerati ſunt,qui in illa turba defecerunt. Quapropter erat eis pro feſtiuitate luctus: & omnes obliti orationum atq; ſacrificiorum,ad lamẽtationes lachrymasq; conuerſi ſunt. Has ergo paſſiones unius militis luxuria generauit. Nondũ igitur luctus quicuerat, & alter incidit denuo ſuper eos. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaſerant,uia publica uenientes,quaſi centũ ſtadijs procul à ciuitate,& Stephanũ Cæſaris ſeruum iter agentẽ more latrocinij ſpoliantes, omnẽ eius diripuere ſubſtantiã. Audiens hoc Cumanus,milites cõtinuo deſtinauit,præcipiens uicinos diripi uicos,& nobiles eorũ ad ſe uinctos adduci. Igitur uaſtatione facta,quidã militũ leges Moſeos in quodã uico reperiens,easq; ſumens cunctis uidẽtibus rupit, & multas blaphemias atque contumelias eis impoſuit. Iudæi uero hæc audientes & multi pariter concurrentes, in Cæſaream deſcenderunt. Illic enim Cumanus erat. Ad quem acceſſerunt dicentes:non ſe,ſed deum,ad cuius iniuriam hæc facta uidebantur, ulturum: ſe autem nolle uiuere, dum leges patrias ſic tractari uiderent. Cumanus autem metuẽs,ne denuo tumultum populus excitaret,ſuadentibus amicis,& milite, qui contumeliam fecerat legibus, ſecuri percuſſo,occaſionem ſecundæ ſeditionis abrupit.

Viginti milia Iudæorũ tempore azymorum oppreſſa.

Alia ſeditio orta inter Samaritas & Iudæos. Caput VII.

Seditio Iudeorum cõtra Samaritas.

POſt hæc igitur inter Samaritas atq; Iudæos inimicitiæ huiuſmodi cauſa prouenerunt. Mos erat Galilæis, tempore feſtiuitatum ad ſacram concurrere ciuitatem,& iter facere per Samariam. Dum ergo aliquando iter haberent per uicum nomine Ginais, inter Samariam & campum maximum conſtitutum, quidam conſerentes litem, multos eorum interemerunt. Primi ſiquidem Galilæorum audientes quæ geſta fuerant, ad Cumanum uenerunt, rogantes eum ut de interemptorum nece inquireret. At ille pecunias à Samaritis accipiens, neglexit hoc facere. Tunc Galilæi dolentes, multitudiuem excitauere Iudæorum, ut arma ſumerent, & ſuam defenderent libertatem: ſeruitutem amariſſimam eſſe dicentes, & iniurias importabiles,in talibus non defendi. Primatibus uero eorum, eos compeſcere uolentibus, ac promittentibus quia faceret uindictam Cumanus,illi penitus non acquieſcentes, ad arma progreſſi ſunt, & ſumentes in auxilium Eleazarum Dinei,qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus, uicos aliquos Samaritanorum incendentes, cuncta diripuerunt. Cumanus autem hoc audiens, atq; ſumens Sebaſtinorum cohortem, & pedeſtrium quatuor ordines, & coarmans pariter Samaritas, ſuper Iudæos egreſſus eſt: factaq; congreſſione multos quidem peremit, pluriores autem uiuos cepit. Primi uero Hieroſolymorum genere pariter & honore, uidentes ad quantam calamitatum magnitudinem deueniſſent, induti ſaccis, & cinere capita ſua complentes, omnino eis qui reſultauerant ut quieſcerent

Eleazarus latronum princeps.

rent ſupplicabant: ponentes ante oculos eorum ſubuertendam propriam regionem & templum pariter concremandum, uxorum ac filiorum captiuitates futuras: & ideo rogabāt ut mutarent uoluntatem, & proficientes arma quieſcerent, & de cætero ad propria remearent. Hæc ergo dicentes, flexerant eos. Quorum alij receſſerunt, latrones autem ad munitiora loca profecti ſunt. Ex illo omnis Iudæa latrociniis eſt impleta.

De diſſentione Iudæorum & Samaræorum. Caput VIII.

SAmaritanorum uero primates, ad Numidium Quadratum Syriæ præſidem, qui illo tempore in Tyro erat, aduenientes, accuſauere Iudæos quia uicos eorum incenderint ac diripuerint. Et pro his quidem quæ ipſi paſſi fuerant, non tantum ſe dolere dicebant, niſi quia Romanorum contempſerint poteſtatem: ad quorum iudicium debuerant pro ſua, ſi qua fuiſſet, læſione concurrere. Nunc autem quaſi Romanos iudices non haberent, hæc ab eis acta dicebant, & propterea uindictā fieri poſtulabant. His ergo Samaritæ quærebantur: Iudæi uero & ſeditionis & litis autores Samaritas fuiſſe dicebāt, & ante omnia Cumanum munerum oblatione corruptum, qui peremptorum necem noluerit uindicare. Quadratus ergo cum audiſſet, diſtulit iudicare, dicens tunc ſe ſententiam prolaturum, cum Iudæam ueniens ueritatem ſubtiliter indagaſſet. Et illi quidem nihil agentes reuertebantur. Poſt paululum uero tempus Quadratus in Samariam uenit, ubi autores ſeditionis audiens, & quoſdam Samaritanorum ac Iudæorum indiſciplinatos inueniens, crucifixit eos, quos Cumanus captiuos habuerat. Et exinde ueniens in quendam uicum nomine Liddam, non breuiorem magnitudine ciuitatis, ſedens in tribunali, & ſecundo Samaritas audiens, à quodam Samaræo didicit, quomodo quidam primus Iudæorum nomine Dortus, & aliqui cum eo iuuenū, numero quatuor, populo ſuaſiſſent, ut à Romanorum poteſtate recederent. Et illos quidem Quadratus præcepit occidi. Ananiam uero pontificem, & Anianum magiſtrum alligans, Romam direxit, quatenus de his quæ geſta fuerant, redderent Cæſari Claudio rationem, iuſſitq; primatibus Samaritanorum atq; Iudæorum, pariter & Cumano, & Celeri millenario, & uiolentiarum inhibitori, ut ad imperatorem pergerent, pro alternis inter ſe queſtionibus audiendis. Ipſe uero metuens, ne multitudo Iudæorum ſeditionem iterum excitaret Hieroſolymam uenit: inuenitq; urbem in pace degentem, & feſtiuitatem patriam deo celebrantem. Confidens ergo nihil ab eis inquietudinis generari relinquens eos in feſtiuitate, reuerſus eſt Antiochiam. Cumanus autem, & qui cum eo erant, necnon & primi Samaritanorum Romam directi, acceperunt ab imperatore conſtitutum diem, quo deberent intentionum ſuarum cauſas exponere. Habebant enim patrocinium Cumanus & Samaritæ libertorū Cæſaris, & pariter amicorum, qui ſcilicet præualere poterant contra Iudæos: niſi Agrippa iuuenis cum Romæ conſiſteret, & primos Iudæorum opprimi uideret, uxorem imperatoris Agrippinam ſuppli-

Numidius Quadratus

Aliās quod deos.

citer exorasset, ut marito suaderet, quatenus decenter audiens, sua iusticia seditionum puniret autores. Claudius autem his precibus præstructus causam audiens, dum agnouisset malorum principes fuisse Samaritas, eos quidem qui ascenderant ad eum, iussit occidi, Cumano autem fugam dedit, Celerem uero millenarium præcepit in Hierosolymam duci, & omnibus uidentibus per totam urbem tractum laceratumq; dispergi.

Cumani fuga.

Celer discerpi iussus.

De Agrippa iuniore, qui præside Felice, donatus est à Cæsare tetrarchia Philippi, aliisq; regionibus. Caput IX.

Felix præses Iudeæ.

Misit autem & Claudius Felicem Pallantis fratrem in Iudæam præsidem, qui rebus in regione Iudææ præsideret. Cumq; decimum principatus complesset annum, Agrippæ Philippi tetrarchiam donauit, & Bathaneam, & Trachonitidem simul adiecit, una cum Abela, quæ fuerat de tetrarchia Lysaniæ. Chalcidem uero ei abstulit, cui quatuor præfuerat annis. Agrippa uero sumens donationem Cæsaris, Aziazo regi Amasorum, uolenti se circuncidere, sororem Drusillam dedit uxorem. Epiphanes enim Antiochi regis filius, eius nuptias refutauit, nolens Iudæorum solennitates sequi, licet hoc facturum se eius compromiserit patri. Mariam uero dedit Archelao, Helcij filio, cui ab Agrippa patre fuerat primitus desponsata: quibus nata est filia, nomine Beronice. Nuptiæ siquidem inter Drusillam & Aziazum celebratæ, non multo tempore interueniente, huiusmodi causa solutæ sunt. Dum Felix in Iudæam uenisset

Drusilla nupta Felici.

administrator, uidens hanc cunctas mulieres pulchritudine præcellentem, eius speciem concupiuit, & quendam Iudæum Simonem nomine, amicum suum, genere Cyprium, magum, mittens ad eam, suadebat ut derelicto uiro nuberet ei, promittens eam beatam fieri, si eius non despiceret thorum. Illa uero non benefaciens, & dedinare uolens inuidiam Beronices sororis, propter pulchritudinem suam transcendere paternam solennitatem flexa est, & Felicis nuptias est secuta: Ex quo susceptum filium uocauit Agrippam. Sed quemadmodum iste iuuenis cum uxore per incendium Bebij montis temporibus Titi Cæsaris deperierit, postea declarabimus. Beronice uero post Herodis mortem, qui eius fuerat maritus & patruus, multo tempore uiduata, fama discurrente, quia cum fratre coiret, suasit Polemoni regi Lyciæ, ut circunciſus eam haberet uxorem. Sic enim iudicabat falsas delationes posse monstrari. Polemon autem flexus est, maxime propter diuicias eius. Non multo tamen post eorum nuptiæ permanserunt, sed Beronicæ propter nimietatem coitus, ut dixerunt, Polemonem dimisit. At ille solutis nuptijs, etiam solennitates Iudæorum pariter dereliquit. Eodé uero tempore & Maria repudiãs Archelaum, cõiuncta est Demetrio Alexandrino, Iudæo, genere & diuitijs ualde claro: tunc enim & Halabarches erat, susceptumq; ex illo filium, Agrippæ uocabulo nuncupauit. Sed de singulis horum subtiliter postea declarabimus.

† Al. xxv°. cap.

De Nerone

De Nerone ſuffecto & matre occiſa. Caput X.

CLaudius interea Cæſar defunctus eſt cum imperaſſet annis tribus & decẽ, & menſibus octo, diebusq; uiginti. Eſt autem ſermo quorundam, quia ab uxore Agrippina fuerit ueneno peremptus: cuius Agrippinæ pater fuit Germanicus Cæſaris frater: uir autem eius Domitius Barbarus nobiliſſimus Romanorum. Quo moriente, uiduatam multo tempore Claudius duxit uxorem, habentem filium, qui patris nomine Domitius uocabatur. Claudius ergo propter zelum Agrippinæ, Meſſalinam peremit uxorẽ, ex qua filios habuerat Britannicũ & Octauiam. Erat aũt ei & Antonia filia ſenior, quã ex prima uxore nomine Petronia habuerat. Octauiam itaq; deſponſauit Neroni (ſic enim eum poſtea uocitauit) cum Cæſar eum filium adoptaſſet. Agrippina autem metuens, ne Britannicus creſcens regnum à patre perciperet, & uolens imperium ſuo filio præparare, de morte Claudij, ſicut erat ſermo, tractauit. Quo mortuo, repente miſit principem militiæ *Brutum, & cum eo tribunos libertorũ ualde prępotentes, qui deducerent de caſtris Neronẽ, & eum more principis adorarent. Nero ſiquidem hoc modo principatu ſumpto, Britannicum quidem ueneno latenter occidit, matrem uero propriam interemit: hoc ei retributionis munus impendens, non ſolum pro matris officio, ſed etiam quod ei ſuis machinamentis Romanorum præbuerat principatum. Peremit etiam Octauiam ſuam uxorem, multosq; uiros inſignes, quaſi inſidias ei feciſſent. Sed de his quidẽ deſino plura narrare. Multi nanq; de Nerone hiſtoriam conſcripſerunt: quorum quidam pro gratia beneficiorum eius neglexere ueritatem: alij uero propter odiũ & eius inimicitias, ſic impudenter mendacijs inuoluti ſunt, ut aperta reprehenſione ſint digni. Mirandi tamen à me nõ ſunt, qui de Nerone mentiti eſſe noſcuntur: dum neq; priorum geſta conſcribentes, ueritatem uideantur hiſtoriæ cuſtodiſſe: licet circa eos neq; odium habuiſſe noſcantur, cum longis poſt eos temporibus extiterint. Sed de his quidem, qui ueritatem hiſtoriæ præuidere nolunt, liceat ſcribere ſicut uolunt. Probantur enim hoc habere gratiſſimum. Nos autem propoſitum ueritatis habentes, perfectionem præſentis negotij breuiter comprehendere nitimur, & quæ nobis Iudæis euenerunt enuntiamus, non negligentes aut calamitates, aut delicta referare ſtudentes.

Obitus Claudij.

Aliàs Burrum.

De crudelitate Neronis.

De Iudæa latronibus & ſeductoribus populi referta. Caput XI.

REuertar igitur ad narrationem caſuum gentis noſtræ. Primo itaq; imperij Neronis anno, moriente Aziazo Amaſorũ rege, eius frater ſucceſſit in principatu, & minoris Armeniæ præſulatus, Ariſtobulo Herodis regis Chalcidei filio, à Nerone commiſſus eſt. Sed Agrippæ donauit Cæſar partem quandam Galilææ Tiberiadis tetrarchiæ: præcipiẽs, ut ei eſſet ſubiectus: deditq; ei & Iuliadem ciuitatem trans fluuium conſtitutam, & uicos circa eam poſitos quatuordecim. Res itaq; Iudæorum crementum ſemper à peiori ſuſcipiebant. Latronũ nanq; denuo & magorum hominum turba populum ſeducentium eſt repleta prouincia. Quorum multos quotidie cum latronibus capiens Felix necabat: pa-

Ariſtobulus Armeniæ præſes.

Agrippa iunior.

riter & Eleazarum Dinei filium, qui latronum ordinem inſtituerat, per inſidias cepit uiuum. Dãs ei fidem, quia nihil mali ſuſtineret, flexit eum ad ſe uenire, quẽ uinctum Romam direxit ad Cæſarem. Habens autem inimicitias Felix apud pontificem Ionathan, eo quod ſe pius ab eo moneretur, ut rebus Iudæorum melius præſideret, ne querelam à plebe ſuſciperet: cum populus petiſſet à Cæſare, ut ipſe in Iudæam dirigeretur adminiſtrator, occaſionem quærebat per quã remoueret eum, qui uideretur ei ſæpius importunus. Graue nanq; eſt nocere uolentibus, ſi crebrius arceantur. Pro hac igitur cauſa Felix, fideliſſimum amicorum Ionathæ quendam, nomine Ioſeph, genere Hieroſolymitam, multarum pecuniarum promiſſione flexit, ut ſuper Ionathan latrones induceret, qui eum uita priuarent. Ille autem ſumpto cõſilio, hoc modo per latrones necem illius appetiuit: Aſcenderunt quidam eorum ad ciuitatẽ, quaſi adoraturi deũ: gladioſq; ſub ueſte portantes, & permixti populis, peremerunt eum. Cumq; mors eius inulta remanſiſſet, de cætero cũ omni fiducia latrones in feſtiuitatibus aſcendebant, & gladios abſconſos habentes, quos uolebant inimicorum permixti populis perimebant, & non ſolum in reliqua ciuitate, ſed etiã in templo quoſdã interimebant. Nam & ibi ſæpius cædes facere præſumpſerunt, nihil ſe agere impietatis exiſtimantes. Ob quam cauſam arbitror etiam deum auerſatum noſtram urbem & templum, uelut nequaquam ſuo habitaculo mundum, tradidiſſe Romanis, & ut purgatio fieret ciuitatis, ignem & ſeruitium intuliſſe, dum uellet nos cũ uxoribus atq; filijs crebris caſtigare calamitatibus. Opera ſiquidem latronum hoc implebant ſcelere ciuitatem. Magi uero & ſeductores populo ſuadebant, ut eos in eremum ſequerentur, dicentes ſe dei prouidentia ſigna & prodigia monſtraturos. Multiq; in hac inſipientia flexi, ſupplicia pertulerunt: quoniã dum ad hoc acceſſiſſent, à Felice puniti ſunt.

Latrocinia crebra in tẽplo patrata.

De Aegyptio quodam propheta, uelut ſeductore populi à Felice occiſo. Caput XII.

HOc etiam in tempore uenit aliquis ex Aegypto ad Hieroſolymam, dicens ſe eſſe prophetam, & populari multitudini perſuaſit, uti cum eo ad montẽ, qui dicitur oliuarum, poſitũ è diuerſo ciuitatis procul ſtadijs quinq; cõſcenderent, uelle ſe dicens eis exinde monſtrare, quia eo uiuente Hieroſolymorũ muri corruerent, unde ingreſſum eis faciendũ eſſe promittebat. Felix autem dum hæc audiſſet, iuſſit militibus ut arma ſumerent. Quo facto cum multis equeſtribus impetu facto ab Hieroſolymis, irruit ſuper eos, & quadringentos quidem eorũ gladijs interemit, ducentos uero uiuos cepit: ipſe autem Aegyptius fuga lapſus diſparuit. Rurſus itaq; latrones populum contra Romanorum prælia concitabant, ſuadentes ne eis ſubiacere deberent, & ſibi reſiſtentium uicos incendebant atq; diripiebant.

De contentione Cæſareæ orta inter Iudæos & Syros, deq; alia inter pontifices & ſacerdotes. Felix etiam à Iudæis accuſatur, ſuccedente illi Portio Feſto. Caput XIII.

Inter

INter hæc autem Iudæi habitatores Cæſareæ, contra Syros pro æquitate ci/
tatis huiuſmodi fecere ſeditionem. Iudæi nanq; primos ſe eſſe dicebant,
eo quod conditor Cæſareæ rex Herodes, de genere fuit Iudæorum: Syri uero
de Herode quidem ita eſſe profitebantur: dicebant autem Cæſaream Stratonis
turrim primitus uocitatam, & tunc nullum habitatorem ipſius ciuitatis fuiſſe Iu
dæum: Hæc audientes præfecti prouinciæ, ſumentesq; ex utraq; parte ſeditio/
nis autores, plagarum affecere uulneribus, & tempeſtatem litis eorum, ad bre
ue tempus hoc opere ſedauerunt. Rurſus enim Iudæi habitantes in ciuitate, di/
uitijs confidentes, & propterea ſpernentes Syros, blaſphemijs ſtudebant eos
ad iurgia denuo prouocare. Illi uero pecunijs quidem minores, ſed ſapientia for
tiores, dum multi Cæſarienſium & Sebaſtenorum ſub Romanis ibidem milita
rent, pauco tempore & ipſi Iudæis iniurias ſermonibus inferebant. Poſt alteru
tros ſe ita lapidauerũt, donec ex utraq; parte uulnerati concíderent: ueruntamen
uicere Iudæi. Felix autem cum uidiſſet belli modo eorum eſſe certamen, metu/
ens petebat Iudæos, ut à lite ceſſarent. Quibus non audientibus, milites arma
tos immiſit, & multos quidem eorum peremit, plurimos autem uiuos cepit, &
domos quorundam multis pecunijs refertas, expilari militari irruptione permi
ſit. Iudæorum uero modeſtiores, & dignitate nobiliores, metuentes pro ſemet/
ipſis, rogauere Felicem, ut milites miſſa* tuba reuocaret, eisq; de cætero parceret, *Alijs turbu
quod Felix facere eorum precibus acquieuit. Hoc itaq; tempore, rex Agrippa
dedit pontificatum Iſmaëli filio Siab. Exorta eſt enim & pontificum conten/
tio, contra ſacerdotes & Hieroſolymitarum primates. Vnuſquiſq; enim eorum
cateruas procacium & ſeditioſorum hominum colligens, uidebatur eſſe prin/
ceps. Et conſerentes ſemetipſos ad lites, alterutris derogabant, & ſe lapidibus
obruebant. Qui autem prohiberet non erat, ſed ut in ciuitate ſine præſule, auda
ci poteſtate ab omnibus talia gerebãtur. Tantam ſiquidem impudentiam atq;
præſumptionem pontifices obtinuerant, ut etiam ſeruos ſuos ad areas deſtina/
re præſumpſerint, qui decimas ſacerdotibus competentes auferrent. Vnde fie/
bat, ut ſacerdotes per inopiam deperirent. Sic enim inquietorum uis, oppreſſa
iuſtitiæ grauitate, prævaluerat. Portio ſiquidem Feſto directo à Nerone pro
ſucceſſione Felicis, primi Iudæorum Cæſaream habitantes, aſcenderunt Romã
accuſaturi Felicem. Qui ſine dubio poterat pœnas exoluere pro læſione Iudæo/ *Portius Fe/
rum, niſi plurimum ei Nero pro fratris Pallantis precibus indulſiſſet, cui tunc *ſtus.
honorem maximum impendebat.

Contentio inter Syros & Iudæos, ac de Beryllo, Neronis pædagogo, deq; mago quodam ſeductore populi. Caput XIIII.

INterea primates Syrorum Cæſarienſium, Beryllo pædagogo Neronis, qui
officium ſuper Græcos habebat, per epiſtolas multis pecunijs ſuaſerunt, ut à
Nerone peteret, daret eis epiſtolã, per quã ius ciuilitatis. quod cum eis habebãt
Iudæi, communiter penitus non fieri intimaretur. Beryllus ergo imperato/
rem rogauit, atq; promeruit ut huiuſmodi ſcriberetur epiſtola, quæ tamen gen/

ti noſtræ poſtea ingentium malorum fuit occaſio. Agnoſcẽtes nanq; Iudæi Cæſarienſes, quæ fuerant ſcripta pro Syris, tantas ſuſcitauere ſeditiones, donec bella ſuccederent. Feſto igitur in Iudæam ueniente, contigit ut prouincia à latronibus uaſtaretur, & uici omnes incẽderentur, præcipue nanq; ſicarij tunc abundabãt, utentes gladiolis magnitudine ſimilibus Perſicorum enſium, cum ſummatibus obuncis, & quales ſunt Romanorum ſicæ, à quibus etiam uocabulum ſicariorũ latrocinantes habuerunt. Hi nanq; latenter permixti, in feſtiuitatibus populorum, ſicut prius diximus, ad ciuitatem pro cultura diuina conuenientium, quos uolebant facile perimebant. Sæpius etiã cũ armis ad uicos inimicorũ uenientes diripiebant, & cuncta pariter concremabant. Interea diuerſis rebus turbata prouincia, Feſtus multitudinẽ deſtinauit equeſtrium atq; pedeſtriũ ſuper populos, qui decepti fuerant à quodã mago, ſalutẽ eis & malorum requiem promittente, ſi eum ſequi in deſertum contenderent. Quo facto, & ipſum ſeductorem & ſeductos irruentes qui miſſi ſunt, occiderunt.

De mago quodam.

De pariete circa templum ædificato, & Anano ſacerdote. Caput XV.

HOc tempore rex Agrippa fabricatus eſt ædificiũ, magnitudine ualde præcipuum, in palatio Hieroſolymorum, iuxta theatrum. Quod palatium factum eſt olim à filijs Aſamonæi, in loco eminenti poſitum. Quod etiã uolentibus ciuitatem deſpicere, delectabilem conferebat aſpectum: unde rex indignatus, inſpiciebat ea quæ gerebantur in templo. Hæc itaq; uidentes Hieroſolymorum primates, grauiter habuerunt. Non enim patrium erat, ut ea quæ fiebant in templo, & maxime cum ſacra diſpenſarentur, aliquis exceptis ſacerdotibus aſpiceret. Quapropter parietem excelſum ædificauerunt circa ſedem, quæ erat in interiori ſacrario ad occidentem conuerſa. Hic ergo paries non ſolum tridinij regalis aſpectum abſtulit, ſed etiam occidentalis porticus, quæ erat in exteriori templo, ubi cuſtodias in feſtiuitatibus propter templum habere Romani ſolebant. In his igitur indignatus rex Agrippa, & præcipue Feſtus præfectus, præcepit eis, ut opus ædificatum repente deſtruerent. At illi rogauerunt, ut eis poteſtas daretur, quatenus ob hoc legatos dirigerent ad Neronem, dicẽtes nõ ſe uitam habituros, ſi quædam pars templi deſtrueretur. Tunc permittente Feſto, miſerunt de ſuis primatibus decem, ſimul & Iſmaẽlem pontificem, & Helchiam gazophylacem. Nero autem audiens eos, nõ ſolũ ueniam geſti operis cõdonauit, ſed etiam ædificium manere permiſit: hoc beneficium Pompeiæ coniugi religioſæ pro Iudæis ſupplicanti, condonans. Qui decem quidẽ qui uenerant redire præcepit, Helchiam uero & Iſmaẽlem obſidum loco retinuit. Rex igitur hæc agnoſcens, pontificatum dedit Ioſeph, filio Simonis pontificis, qui cognomen habebat Gaddis. Porrò Cæſar miſit Albinum in Iudæam præfectum, mortem Feſti cognoſcens. Rex autem denuo Ioſeph quidem pontificatu priuauit, & Anani filio, qui & ipſe Ananus uocabatur, eius ſucceſſionem dedit.

Albinus præſes

Ananus põtifex.

Hunc

Hunc etenim ſeniorem Ananum dicunt fuiſſe feliciſſimum: filios nanq; habuit, qui omnes dei pontificatu ſunt functi, dum & ipſe primitus hunc honorem plurimis temporibus habuiſſet, quod nulli pontificum apud nos proueniſſe dinoſcitur. Ananus autem iunior cum pontificatum ſuſcepiſſet, erat uchementer aſperrimus & audax, ſecta Sadducæus, qui circa iudicia ſunt ultra omnes Iudæos ualde crudeles, ſicut iam declarabimus. De Ananopontifice.

De Iacobo fratre domini lapidato ſub Anano pontifice, qui pontificatu priuatus, ſacerdotum decimas rapuit. Deq; Cæſarea illuſtrata, & pontificum diſſidio. Caput XVI.

CVm ergo huius ſectæ Ananus eſſet, credens ſe inueniſſe tempus opportunum, Feſto mortuo, & Albino in itinere conſtituto, concilium fecit iudicũ, & quoſdam deducens ad ſemetipſum, inter quos & fratrẽ IESV, qui dicitur Chriſtus, nomine IACOBVM, quaſi contra legem agentes accuſans, tradidit lapidandos. Qui autem uidebantur moderatiſſimi eſſe ciuitatis, & circa legis integritatem habere ſolicitudinem, grauiter hoc tulere: miſeruntq; latenter ad regem, rogantes eum, ut ſcriberet Anano, ne talia perpetraret, cum neq; prius recte feciſſet. Quidam uero eorum etiam Albino occurrerunt, ab Alexandria uenienti, eumq; docuerunt, quia non liceret Anano præter illius uoluntatẽ congregare concilium. Albinus autem eorum ſermonibus flexus, cũ iracundia ſcripſit Anano, interminatus eum pœnas exoluere. Quapropter & rex Agrippa, ſublato ei pontificatu, quem tribus habuerat menſibus, Ieſum Dannei filium in eius locũ conſtituit. Cũq; Albinus in Hieroſolymitarũ ueniſſet urbẽ, omni prouidẽtia nitſus eſt, ut prouincia pacẽ haberet: & ideo ſicariorum plurimos interemit. Pontifex igiturper ſingulos dies ad meliorem gloriam conſcendebat, & fauorem ciuium habebat, pariter & honorem. Erat enim locuples, & quotidie Albinum atq; pontificem muneribus complacabat. Habuit autem famulos ualde laborioſos, qui cum procacibus conuerſati uiris pergentes ad areas ſacerdotum, decadas accipiebant: uim facientes & non abſtinentes à cæde non dantium. Sed etiã alij pontifices ſimilia ſeruorum illius peragebãt, cũ nullus utiq; prohiberet. Quapropter ſacerdotes, qui olim ex decadibus alebantur, tunc inopiæ neceſſitate deficiebant. Rurſus igitur ſicarij, feſtiuitatis tempore, noctu ciuitatem ingredientes, comprehenderunt unum ſcribam magiſtratus Eleazari, filium Ananiæ pontificis, & alligantes eduxerunt è ciuitate. Deinde mittentes ad Ananiam, dixerunt ita ſeſe ſcribam remiſſuros ad eum, ſi Albino ſuaderet, ut decem uiros, quos ex eis ceperat, & uinctos habebat, abſolueret. Ananias autem propter neceſſitatem Albino ut hoc faceret perſuaſit, quod opus maximorum malorum fuit initium. Latrones nanq; ſemper moliebantur ut aliquos famulorũ caperent Ananiæ: quos nõ aliter, niſi quoſdã ſicariorum reciperent, dimittebant. Cumq; numerus eorum iterũ accreuiſſet, capta fiducia rurſus prouinciam affligebant. Hoc itaque tempore rex Agrippa, Philippi Cæſaream amplius fabricatam, ad honorem Neronis Neroniam appellauit, & Berithijs theatrum pecunijs multis inſtructum, annalibus ſpectaculis condonauit, innumeras illic

expenſas

expenſas efficiens. Frumenta nanq; populo copioſa, & oleum opulenter exhibuit, & omnem pariter ciuitatem ſtatuarum pulchritudine & antiquorum imaginibus exornauit, & penè omne decus regium ibi migrauit. Quapropter creſcebat aduerſus eum odium ſubiectorum, eo quod illorum pompam auferens, ornaret extraneam ciuitatem. Ieſus autem Gamalielis filius, à rege ſucceſſionem pontificatus accepit, Ieſu* Dannei honore priuato: & propterea ſeditio inter alterutros orta eſt. Facientes etenim collectionem prauorum hominum, frequenter uſq; ad lapides blaſphemijs præcedentibus inciderunt. Ananias autem præcellebat eos, quãdo diuitijs ſuis paratos accipere pecunias redimebat. Cuſtobarus etenim & Saul maximam ei multitudinem congregabant, cum eſſent genere regio, & propter Agrippæ cognationem populi fauorem haberent, uiolenter ſcilicet iura & res infirmorum diripere parati. Ex quo præcipue cõtigit noſtram ciuitatem languere magis, cum utiq; res eius ad peiora proueherentur.

Aliàs Dinei Diſſidium propter pontificatum.

De hymnidicis, & ædificio templi ac ciuitatis. Caput XVII.

ALbinus itaq; cum audiſſet ſibi ſucceſſorem Ceſtium Florum fuiſſe directum, uolens aliquid Hieroſolymitis præſtare, producens uinctos, qui erant indubitanter morte digni, eos præcepit occidi. Alios autem qui ex parua querela tenebantur in carcere, pecunijs ſumptis abire præcepit, & ita geſtum eſt, ut carcer quidem purgaretur à noxijs, ſed prouincia latronibus impleretur. Interea ex tribu Leui quicunq; erant hymnorum dictores, perſuaſerunt regi, ut facto concilio eis concederet, quatenus ſtola linea proxime ſacerdotibus uterentur: eius regnum decere dicentes, ut memoriam de nouitate introducta perciperet. Quod petentes, impetrauerunt. Rex etenim cum uoluntate eorum qui concilio præſidebant, hymnidicis hoc conceſſit, ut poſita ueſte prima, linea ſicut uoluerant uterentur. Omnia contraria paternis legibus agebantur: quibus ſpretis, non poterant penè non ſolui. Igitur cum iam tunc etiam templum uideretur eſſe perfectum, & ciues conſpicerent artifices ultra decẽ & octo milia uacantes operibus & labore, indigentes unde mercedes acciperent, quibus ſcilicet ex opere templi alimenta miniſtrabantur, pecuniasq; repoſitas propter timorem Romanorum habere non ualerent: tunc habito concilio, ut cura haberetur artificum, & eius potius liceret expendi theſauros: quando ſi una hora quilibet operaretur, mercedes acciperet: regi perſuaſerunt, ut orientalem porticum altius eleuaret. Erat autem hæc porticus in exteriori templo poſita, in conualle profunda, quadringentorum cubitorum parietes habens, ex lapide quadrato alboq; conſtructos: Singulorum enim lapidum erat longitudo cubitorum uiginti, altitudo uero ſex, opus Salomonis regis, qui primitus templum omne conſtruxit. Rex autem, dum ei à Claudio templi fuiſſet cura commiſſa, iudicans quia omnis operis deſtructio quidem eſſet facilis, inſtructio uero difficilis: & præcipue ad hanc porticum, & tempore & copioſis pecunijs opus eſſet: hoc quidem ſupplicantibus fieri denegauit: ciuitatem uero ſterni albo lapide nõ prohibuit. Ieſu autẽ filio Gamalielis pontificatu priuato,

dedit

dedit hunc honorem Matthiæ Theophili: sub cuius pontificatu & bellū Romanorum contra Iudæos sumpsit initium.

Epilogus omnium pontificum Iudæorum ab Aaron usq; ad destructionem templi, & de Floro præside. Caput XVIII.

NEcessarium inter hæc credo, & historiæ præsenti esse conueniens, narrare de pontificibus, quomodo inchoauerūt, & quibus fungi hoc honore permissum est, & quanti fuerunt usq; ad belli finem. Primum itaq; omnium dicunt Aaron fratrem Moseos pontificatum sumpsisse diuinum: quo moriente successisse mox filios, & alijs eorum denuo liberis honorem unius distributum. Vnde legitimum est, nullum posse pontificatum percipere, nisi de sanguine fuerit Aaron. Ex alio nanq; genere, neq; si in regno constitutus sit, pontificatum potest adipisci. Fuerunt itaq; omnes ab Aaron (sicut diximus) primo, usq; ad Dinasum, qui belli tempore per discordiam pontifex ordinatus est, numero octoginta tres. Ex quibus, in deserto temporibus Moseos cōsistente tabernaculo, quod Moses deo dicauit, usq; dum ad Iudæam populus aduenisset, ubi Salomon rex deo ædificauit templum, pontificatum habuerunt uiri numero tredecim. Primi nanq; donec uitam morte finirent, habebant inerumpibiliter hunc honorem: postea uero etiam uiuentibus successio præbebatur. Sed hi quidem tredecim, Aaron existentes ex genere, per successionem sumebant honorem. Fuit autem Hebræorum respublica primo quidem sub populi potestate, post hoc autem sub unius principatu sita, tertio uero sub regibus. Tempus ergo quo isti tredecim habuere principatum, à die qua Aegyptum patres nostri Mose duce reliquerunt, usque ad ædificationem templi, quod Salomon rex Hierosolymorum in urbe construxit, fuit annorum duodecim & sexcentorum. Post illos itaq; tredecim pontifices, decem & octo alij hanc tenuere potestatem, à Salomonis regis temporibus Hierosolymis sibimet succedentes, usque ad aduentum Nabuchodonosor Babyloniorum regis, qui castrametatus aduersus urbem, templum quidem concremauit, gentem uero nostram in Babyloniam migrauit, & pontificem Iosedech captiuum duxit. Tempus enim pontificatus horum, *quadringentorum sexagintasex fuit annorum, mensium sex, dierumq; uiginti, cum utiq; iam Iudæi sub regibus essent constituti. Post tempus autem annorum septuaginta captiuitatis, gestæ per Babylonios, Cyrus Persarum rex dimisit ex Babylonia Iudæos ad propriam remeare terram, atque concessit templum ædificare captiuis. His itaq; remeantibus, *Syson pontificatum sumpsit, & ex eius genere alij quindecim, usq; ad tempus regis Antiochi qui uocabatur Eupator, hunc habuere præsulatum. Conuersabantur autem populari potestate annis quadringentis quatuordecim: primusq; Antiochus, quem prædiximus, & princeps militiæ eius Lysias, Oniam, cui erat Menelaus cognomentum, pontificatu deposuerunt, perimentes eum in Beroëa, & constituerunt pontificem Ioachim ex genere quidem Aaron, non autem ex ista domo. Propterea & Onias, defuncti fratruelis, & nomen referens

Ordo & numerus omnium Iudæorū Pontificum.

Aliâs trecentorum.

Aliâs Dyson.

referens patris,ueniens in Aegyptum, Ptolemæi Philometoris amicus effectus & Cleopatræ eius uxoris, ſuaſit eis ut ſecundum Heliopolitanam legem deo cõſtruerent templum,Hieroſolymitano ſimile,& eum pontificem ordinarent.Sed de templo quidem apud Aegyptum ædificato, ſæpius declarauimus. Ioachim uero cum tribus annis habuiſſet pontificatum, defunctus eſt: cui nemo ſucceſſit, ſed per annos ſeptem ciuitas fuit ſine pontifice. Rurſus autem deſcendentes ex genere filiorum Aſamonæi, commiſſa ſibimet poteſtate gentis,arma ſumentes aduerſus Macedones, Ionathan ſeptem annis conſtituêre pontificem.Quo per inſidias moriente, dolo Tryphonis, ſicut ſuperius iam quodam loco narrauimus,accepit hunc honorẽ Simon germanus eius. Huic quoq; per dolum generi in conuiuio morienti, filius ſucceſſit Hyrcanus. Qui cum tenuiſſet pontificatum annis triginta & uno.Ariſtobulum filium ſucceſſorem habuit,in ſenectute moriens,qui cum & pontificatum tenuiſſet & regnũ,(is nanq; primus uſus eſt anno uno diademate)hæredem fratrem reliquit Alexandrum.Cuius uxor Alexandra,fratrem eius Alexandrum conſtituit in regno.Alexander autem cum & regnaſſet,& ſacerdotium tenuiſſet annis uiginti ſeptem, uita priuatus eſt: Alexandræ coniugi præcipiens,ut ipſa pontificem ordinaret. Quæ pontificatũ quidem Hyrcano ſuo filio dedit,regnum uero ipſa retinens annis nouem defuncta eſt: Cuius filius Hyrcanus per tempus pontificatum obtinuit. Poſt mortem nanq; Alexandræ, dimicauit aduerſus eum frater Ariſtobulus,& dum uiciſſet, illum quidem pontificatu remouit: ipſe uero & regnum tenuit, & dei pontifex fuit.Huius anno tertio regni,menſe ſimiliter tertio, ueniens Pompeius, & Hieroſolymitarum ciuitatem forti dimicatione deuincens, ipſum quidem Romam cum filijs uinctum miſit,Hyrcanum uero denuo in pontificatum reſtituit:quem gentis quidem præſidatum habere permiſit, diademate uero uti prohibuit.Habuit autem Hyrcanus hanc poteſtatem ſuper nouem priores alios,annos uiginti tres.Bazafarmanes autem & Pacorus* Parthiæ potentes tranſeuntes Euphratem,& pugnantes aduerſus Hyrcanum, ipſum quidem ceperunt: Ariſtobuli uero filium Antigonum conſtituere regem. Qui dum tribus annis & menſibus totidem tenuiſſet regnum, Soſius & Herodes obſederunt eum:Antonius autẽ deductum Antiochiam trucidauit.Herodes uero,cõmiſſo regno ſibimet à Romanis,nequaq; conſtituit ex genere Aſamonæi pontifices:ſed quibuſdam ignobilibus,& qui ſolũmodo de ſacerdotibus eſſent,præter Ariſtobulũ tribuit hunc honorem.Ariſtobulũ nanq; filium Hyrcani,qui à Parthis captus fuerat,pontificem conſtituens, ſororem eius Mariamnen duxit uxorem:ob quam rem fauorẽ populi ſibimet collocauit,propter Hyrcani memoriã.Deinde metuens,ne cuncti ad Ariſtobulum declinarent,eum in Hierico ſuffocari dolo machinatus eſt cum nataret,ſicut iam declarauimus. Poſt hunc autem nequaquam alicui ex genere Aſamonæi pontificatus tribuit poteſtatem.Similia quoq; geſſit in conſtituti one ſacerdotum Archelaus Herodis filius: pariter & Romani,poſtea ſuper Iudæos obtinentes imperium.Sunt ergo uiri qui ab Herodis temporibus pontificatum habuerunt,uſq; ad diem qua Titus templum & ciuitatem capiens concremauit, cuncti ſimul uigintinouem: Tempus autem horum, anni ſunt centum

Alijs Parthicus.

tum & ſeptem. Quorum quidam conuerſati ſunt ſub Herodis regno & filij eius Archelai. Poſt horum uero mortem, populi quidem poteſtate cuncta regebantur: præſulatum tamen gentis pontifices obtinebant. Hæc ergo de pontificibus dicta ſufficiant. Geſſius itaq; Florus, miſſus à Nerone ſucceſſit Albino, pluri/mis malis Iudæos attriuit. Erat nanq; genere Claſonius, habuit autem uxo/rem nomine Cleopatram: quæ dum eſſet amica Pompeiæ Neronis uxoris, & malignitate marito non minor, per eam uir eius inſulas huius dignitatis ade/ptus eſt. Sic autem Florus circa poteſtatem malignus fuit & uiolentus, ut pro magnitudine malorum eius, Albinum quaſi beneficij largitorem Iudæi lauda/rent. Ille nanq; malignitatem ælabat, & ne penitus deprehenderetur à turba quodammodo prouidebat. Geſſius autem Florus quaſi ad docendam nequi/tiam miſſus, iniquitates ſuas in gentem noſtram aperta malignitate portabat: neq; direptioni parcens, neque modum iniuſti ſupplicij derelinquens. Erat e/nim inflexibilis ad miſerandum, & omnibus lucris auarus: qui etiam in latro/num direptione communicabat. Sine timore nanq; multi adhoc accedebant, cum illius promiſſione de ſua ſalute minime cogitarent. Quod opus non erat mediocriter condolendum. Quapropter infelices Iudæi, cum non ualerent ua/ſtationes ſuſtinere latronum, cogebantur à proprijs ſolennitatibus recedentes cuncti diffugerent melius, ubicunq; liceret, apud alienigenas habitarent. Flo/rus igitur fuit, qui nos contra Romanos bellum fecit aſſumere: melius iudicãs, citius quàm paulatim & per tempora nos perire. Initium quippe ſumpſit hoc prælium ſecundo quidem anno adminiſtrationis Flori, duodecimo autem Ne/ronis imperij. Sed ea quidem quæcunq; aut facere coacti ſumus, aut pati, per/fecte, ſcire poterunt, qui legere uoluerint libros à me de Iudaica dimicatione conſcriptos.

Redit ad Florum ma/lida inſignẽ

PERORATIO.

HIc igitur ponam terminũ Antiquitatis hiſtoriæ, poſt quam etiam bellum cœpi conſcribere. Cõtinet autem hoc opus à primi hominis natiuitate tra/ditionem, uſq; ab decimum annum Neronis imperij. Ea ſiquidem quæ nobis Iudæis prouenerunt in Aegypto, & Syria atq; Palæſtina, & quæcunq; perpeſ/ſi ſumus a Aſſyrijs & Babylonijs, uel circa nos Perſæ ſeu Macedones ege/runt & poſt eos Romani, ſicuti reor, ſunt cum integritate compoſita. Niſus ſum autem etiam deſcriptionem pontificum conſeruare, qui per annos duo mi/lia conſtituti ſunt. Conſcripſi etiam ſine errore ſucceſſiones regum, actus eorum, & conuerſationes enuntians, & monarchiarum poteſtates enarrans, ſicut ex ſa/cris libris de rebus omnibus deſcriptio continetur. Hoc enim in principio hi/ſtoriæ me facere compromiſi. Dico ſiquidem cum fiducia, opere iam perfe/cto, quia nullus alter, licet uoluntatem habuerit, neq; Iudæus, neq; alienige/na, potuit hoc negocium Græcis ita ſubtiliter explanare. Habens enim indu/bitanter à congentilibus meis maximam eruditionem noſtræ prouinciæ, e/tiam Græcas ſtudui literas adipiſci. Artis nanque grammaticæ experimen/tum ſumpſi, integritatem uero prolationis uerborum poſſidere me paterna conſue

Eruditio Io/ſephi.

consuetudo prohibuit: quippe cum apud nos non recipiant eos, qui elocutionem multarum gentium didicisse noscuntur, eo quod commune putent hoc officium non liberis tantummodo, sed etiam uolentibus seruis. Sapientiam uero illos tantummodo testantur habere, qui leges sub integritate cognoscunt, & uirtutem sacrarum literarum interpretari possunt. Propterea multis in hoc studio laborantibus, uix duo quidem aut tres adepti, & laborum fructum repente potiti sunt. Non erit forsan inuidiosum, etiam de genere meo, & uitæ actibus postea breuiter enarrare. In his ergo dicere ulterius de antiquitate cessabo, libris quidem existentibus uiginti, habentibus uero sexaginta milia uersuum. Et si diuinitas concesserit per discursum quidem commemorabo rursus & causas belli, & eorum quæ ad præsentem pertinent diem, quæ est tertiidecimi quidem anni Domitiani Cæsaris principatus: mihi autem à natiuitate quinquagesimi & sexti. Proposui quoq; uobis conscribere etiam nostras, id est Iudæorum sectas, in quatuor libris: de deo eiusq; sustantia, & de legibus, & cur secūdum eas aliud facere permittimur, aliud prohibemur.

Aetas Iosephi dū hæc scriberet.

FLAVII IOSEPHI LIBRORVM XX.
antiquitatum Iudaicarum, Finis.